U B
Biblioteca de Ciències Socials

42
a

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

DECISIONES, ET ENVCLEATIONES CRIMINALES,

SEU PRAXIS

REGIJ CRIMINALIS CONCILIJ CATHALONIÆ.

Ex libris Dñi Raymundi Xaver

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

DECISIONES,
ET ENVOLEATIONES
CRIMINALES,
SEU PRAXIS
REGII CRIMINALIS CONCILII
CATHALONIÆ.

DECISIONVM, ET ENVCLEATIONVM CRIMINALIUM CONGERIES, SEU PRAXIS REGIJ CRIMINALIS CONCILIJ CATHALONIÆ, CURIARUM INFERIORŪ, NECNON ALIORVM TRIBVNALIVM, Eccleſiaſticorum, & Secularium.

COMPILATIONE

PRACTICALI ADIECTA

ABSOLVTISSIMI PROCESSVS CRIMINALIS.

OBSERVATIONIBVS

COACERVATIS NOVISSIMIS

A NVLLO EX SCRIBENTIBVS ORDINATIM hactenus congeſtis.

ELVCVBRATIONE

NOBILIS DON PETRI DE AMIGANT.

MINORISSENSIS, OLIM IN LYCÆIS INTERPRETIS, IN CONSISTORIIS poſt plures Dignitatum, ac Togæ gradus, longèque, fauſtèque moderatos Regii Conciliarii in Tertia Aula, Fiſcivè Advocati Regiæ Curiæ, nunc iterata iſtius muneris, rerumque Criminalium dimiſſione admiſſa, à Concilio ſuæ Maieſtatis in R. A. Civili Principatus Cathaloniæ, atque in Sancto Fidei Prætorio Conſultoris.

VOLVMEN SECVNDVM,
SIVE DVO TOMI IN VNVM REDACTI.

BARCINONÆ: Ex Typographia Ioſephi Llopis. Anno 1697.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

DECISIONVM

ET

ENVCLEATIONVM

CRIMINALIVM CONGERIES,

SEV PRAXIS

REGII CRIMINALIS CONCILII

CATHALONIÆ,

CVRIARVM INFERIORV

NECNON ALIORVM TRIBVNALIVM,

Ecclesiasticorum, & Secularium.

COMPILATIONE

PRACTICALI ADIECTA

ABSOLVTISSIMI PROCESSVS CRIMINALIS

OBSERVATIONIBVS

COACERVATIS NOVISSIMIS

A NVLLO IX SCRIPTORIBVS ORDINATIM

hactenus congestis.

EXPLICATIONE

NOBILIS DON PEDRI DE AMIGANT,

MINORISSENSIS, OLIM IN LYCEIS INTEMPESTIS IN CONSISTO-

rio sedi olim Diplomatum Regiæ Cancellariæ Interpretis, & Equitis Cur-

rus Generalis Principatus Cathaloniæ pro Rege Consiliarii, & Auditoris Regiæ Curiæ Tribunalis

Curiarum diuersi ordinis, & Consulis in Regia Cathaloniæ Ciuitate

Cathalonia nuper Vicarii Generalis Consiliarii.

VOLVMEN SECVNDVM,

SIVE DVO TOMI IN VNVM REDACTI.

BARCINONÆ: Ex Typographia Iosephi Llopis. Anno 1691.

MOESTISSIMÆ VIRGINIS ANGORVM DEIPARÆ PROFUNDI DOLORUM MARIS, FVNDITVS DOLOROSÆ MARIÆ

Salutiferum præsidium, & fidele munimen.

HOC SIBI ORAT OPVSCVLVM.

ETIAM, atque etiam, Mœstissima Dei Mater, ad tuæ clementiæ patrocinium confugio, Criminales hasce Decisiones, seu criminalis praxeos Lucubrationes, novissimos mei laboris partus, & posteriores mei otii fructus divinis præstantioris celsitudinis aris consecraturus. Et si illi, qui ad Principum statuas, Imperatoriaque simulacra confugiebant, iure, ac legibus vindicabantur: ut Imperatores Theodosius, & Arcadius præcipuo sanxerunt diplomate: Ego qui ad Deiparam Virginem Mariam, Angelorum Reginam, Cœlorumque Imperatricem semper augustam, recurro: Ego, qui illius numina posco, quæ ipsam Sapientiam peperit fœcunda, & inscios Orbes sapientiæ fructu fœcundavit non parturies: Ego qui ad Munificentissimam Matrem gratiis refertam clementiâ, ac pietate locupletissimam appello, suo cœlesti, invencibilique munimine ab omnibus edacibus invidiæ sorpicibus, & à quibusvè rudimentorum sordibus tutus, incolumis, sospes, & vindicatus gloriosiùs censebor.

L. unica, Cod. de his qui ad statuas confugiunt.

Ante igitur tuos divinos pedes (CLEMENTISSIMA VIRGO) hoc prosternitur volumen, & in terram deiicitur; ut tuo favonio ad immortalitatem ocyus convolet Euro. Et si semel meam dirigisti manum, gratum litteratis opus placido graphyde depicturus: modò tua benignitas mihi tuum imploranti patrocinium non deficiet; si tuum enim est, omnibus prodesse, & opitulari, tui numinis penuriam hoc opus non sentiet læsum:

Ovid. *lib.* 3. *de triſt. eleg.* 4.

Nam quamuis ſoli poſſunt prodeſſe potentes
Non proſit, ſi quis ladere poſſit idem.

Et quamvis præ tuis præſtantiſſimis gratiis ſub diverſis invocationibus à peccatoribus officiosè veneraris: me tamen vehementer ad maiorem rapis devotionem, & maximoperè delectaris ſub dolorũ invocatione: tot enim acerbiſſimis animi ſenſibus tuam fortitudinem, & conſtantiam ſtupet religio, tot que ſæviſſimis angorum amaritudinibus condolet pietas: Vix etenim attendo te, tot doloribus, & cruciatibus implicatam, quos in Sacroſancta tui vnigenæ nati paſſione es compaſſa, ut cum Naſone mihi loqui fas eſt,

Ovid. *lib.* 1. *de triſt. eleg.* 3.

Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.

Quis enim animum verteret ad tuos angores, ut non eruomperet in lacrymas: quis tuos dolores attenderet, ut præ dolore non moreretur? quis calamum acciperet tuas exaratorus afflictiones, ne lacrymæ ex oculis effluentes ſcripta delerent, aut ni lacrymis exararet Ovidii dictum aſſumens:

Ovid. *lib.* 1. *de triſt. eleg.* 1.

Neue litararum pudeat, qui viderit illas,
De lacrymis factas ſentiat eſſe meis.

Et quis denique enumerare poterit tuos crudeliſſimos dolores, qui etſi ſeptem numero computantur; cum hic infinitatem indicat, infiniti, innumerique fuerunt luctus tua ſanctiſſima vulnerantes præcordia, quin fleat, & ſuos cryſtallinos humores in fletum non diſſolvat

Vergilius 2. Æneidus.

——— *Quis talia fando*
Mirmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyſſis
Temperet à lacrymis.

Cor etenim Deiparæ Mariæ amoris plenum converſum eſt in globum doloris, & ut verius dicam in anguſtiarum Occeanum, mœrorum pelagus, omniaque amaritudiorũ maria: quoniam ſi ſupremus opifex congregationes aquarum appellavit maria: & in aquis tribulationes, doloreſque ſignificantur.

Geneſ. 1.

Ovid. *lib.* 2. *de triſt. eleg.* 10.

——— *Contentus parte dolorum*
Exiguum de plano mare demat aquæ.

Omnem doloris cœtum, luctuſque congreſſum certo certius habeo ad piiſſima Mariæ præcordia confluxiſſe magna triſtitiarum maria efformantem: quippe ut Seraphicus Doctor Divus Bonaventura piè dicebat exorans:

Qua-

Quæro Dei Matrem, & ecce in ea nihil quasi inuenio, nisi dolorem, & magnarum maria amaritudinum, omnia amaritudinis genera superantia. Maria inquam amara sputorum, flagellorum, liuorum, & opprobriorum Filij crucifixi; quia tota conuersa est in ista. Fac ergo piissima Virgo; ut hi meæ devotionis amnes tuo angustiarum degustato Ponto, fluant amari; hoc est tuis in doloribus eos comites assumas perpetuos: quia ut cecinit Ouuenius. S. Bonaventura *in stim. divin. amor.*

Flamina quæsitum sic in mare dulcia currunt
Postquam gustarunt æquor, amara fluunt. Ouuen. *lib.* 1. *epig.* 13.

Rursusque etiam si in aquis secundum Eucherium ipsa symbolisatur sapientia, ad tuum mare me confero, divinas eius aquas libaturus, quo nectare ab omni obscœnitate evadam expiatus: quare accipe, clementissima Mater, in perenne benevolentiæ holocaustum, & perpetuum meæ devotionis monumentum hoc opusculum, tuæ pietatis altari cernuè consecratum: & quamvis leve munusculū, exiguum certè donum; magnum tamen opus, animo, & affectu pinguius, ut communi enim profertur dicterio.

Non quantum dederis, sed quanta mente dedisti
Pensandum est: placat victima parua Deum

Haud inclegantius lyricus modulatur Poëta

Immunis aram si tetigit manus
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit aduersos Penates
Farre pio, & saliente mica. Horat. *lib.* 3. *od.* 19.

Tuum enim est, ut dixi, perennaturi decoris operatrix, Excelsa parens, ut mea instituta ne deseras, fallente auxilio; obligationem subis præstò adfuturam tuis imploran-tibus candidatis: coniecturam non modicam abs tua capio humanitate, quam sæpius diligentiorem experimur ad præsidiū quam nostra desideria ad preces, quamobrem non frustra intelligo ante tuos pedes meam fiduciam proiiciendam. Adsis, ò Bona, quod si spem non fallo, quidquid honorabile ex mea diligentia redundabit elogio tuo numini consecrabo, tuis plantis succumbet tua tempora cinget, & mihi satis honoris indicabo fuisse obsequium, meruisse acceptissimum.



EXC.MO PRINCIPI,
ET
D. D. FERDINANDO
DE ARAGON, MONCADA, LVNA, ET CARDONA;

Duci de Montalto, & de Bibona; Principi Civitatis de Paterno; Comiti de Cartanageta, de Golisſano, de Aderno, de Eſclafana, de Caltabelota, & de Centorbe: Baroni de Melilli, de la Mota, de Santa Anaſtaſia, de Veliche, de Santo Bartholomeo, & de Malpaſſo: Domino de Nicoloſſi, de la Guardia, de Campo Rotundo, de Blanca Villa, Montium, & Sylvarum montis Ethnę, de Pugidiana, de Villa Aragon, & ſuorum diſtrictuum, de Santo Sixto, de Baquerizo, de la Marte, de la Ribera de Moncada, de las Petralias ſuperiori, & inferiori, de Xilato, de Calataburo, de Fenicia, de Moncada, & Montium, & Sylvarum de Mimiano, Marchioni de los Velez, de Molina, & de Mattorell: Domino Baroniarum Caſtri veteris de Rozanes, de Molios de Rey, & aliarum in Rupricato Principatus Cathalonię: Domino, & Patrono piſſimo Regiæ Capellæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ del Palau Civitatis Barcinonæ, ac inſignis Sacelli Epiphaniæ, & eiuſdem Portionũ, & Beneficiorum Sanctæ Cathedralis Ilerdæ: Perpetuo, & integerrimo Prærori Regalium Arciam Perilluſtrium Civitatum de Murcia, & Lorca: Præfecto eximio, & Ductori perpetuo Regni de Murcia, Marchionatus de Villena, Archidiaconatus de Alcarraz, Campi de Montiel, Montis de Sigura, & ſuorum diſtrictuũ: Domino Villarum de Mula, Alhama, & Librilla, & ſeptem aliarum fluminis de Almanzora, de las Cuebas, Portilla, & Zurgena: Commendatori de Silla, & Beneſal, Ordinis Virginis Marię de Monteſa, & Sancti Georgii de Alfama: In primo ſuæ ætatis flore, Regiæ Cohortis cuſtodiæ, Duci; Poſtea in inferiori Germania, primùm peditatus Præfecto, dein ibidem totius equitatus Ductori generali, ac etiam perpetuo totius Regni Neapolitani eiuſdem præcelſæ Dignitatis Præfectura digniſſimè inſignito: Cubiculario ſuæ Catholicæ Maieſtatis, & eiuſdem à Concilio ſummo Status, & Belli: Olim in Regio Indiarum, nunc in Aragonum Supremo, & Sacro Concilio Præſidi oculatiſſimo, ac totius Coronæ Aragonum Locum-tenenti Generali digniſſimo.

MEARVM Deciſionum, aut criminalium enucleationum (EXCELLENTISSIME PRINCEPS) hocce ſecundum volumen, ſeu verius duos tomos in uno compaginatos, lucubrunculas diu deſideratas, meumque cum his animum ut Excellentiæ tuę offerem,

rem, & præcelsæ benignitatis tuæ, qua annuere dignatus fuisti, & gratitudinis meæ agnoscuntur veluti apertissima monumenta.

Prægustata enim humanitatis tuæ suavitate illic voluntas optat assistere ubi generosa clementia non solum illuxit ad patrocinium, sed etiam alluxit ad fruitionem, sub tegmine namque sublimis, Regiæque protelationis nescit cor trepidare, subque cacuminati alti montis umbra celsitudinis tuę didicit de protectionis securitate gaudere.

Solem semper Aquilæ comitantur, Heliotropia amant, astra circulari propensione prosequuntur. Sol ergo inclytæ prosapiæ, heroicitatis, virtutisque tuæ ita animũ attraxit ut influxu tuo omnia habeat, extra te nihil habere videatur, ergaque polum Excellentiæ tuæ nitidissimũ, semper accensi cordis mei orgya erunt in perenni famulatu circinantis instar Cynosuræ.

Georg. *lib.2.*

Tuque adiò incæptum, vnà decurre laborem:
O decus, ò famæ meritò pars maxima nostræ.

Solent Rherores in huiusmodi dedicatoriis Mecœnates suos ab illustri avorum serie, à rebus clarè gestis, à fortitudine, & prudentia laudare: equidem, facessit invidia, sileat adulatio, loquatur fama, vera dicam. Pervulgatum profitentur omnes à præclara arbore stirpis V. Excellentiæ maiora Europæ sceptra efformata prodiisse, Principum diademata dedit, Nerici, Amberes, ac Brabantio, Germaniæ Imperatores, Franciæ Reges, nec historiarum paginis enarrari possunt excelsa gesta Orgetii, ac Dapiferi de Mõcada, qui Provintias Guienæ, & Cathaloniæ à Sarracenorum iugo exemerunt; Recepit, dedit vicissim hæc suprema familia conioges Coronis Franciæ, Sicilię, Neapolis, ac Bearni, & singulariùs Aragoniæ, quid ultra? sed quis prosequi auderet nisi volens includere in rivulo Oceanum, aut Phœbeam augustam lampadem angusto comprehendere Epicyclo?

Æneyd. *lib. 6.*

Nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.

Sed cum nobilitatis insignia pignora sint communia, nõbisque etiam reluctantibus communicata, & teste Cassiodoro:

Cassiodor. *epist.19.*

si inueterata, & per genus ducta diuitiæ nobilem faciũt, multò magis præstantior est cuius origo thesauris prudentiæ locuples

cuples inuenitur, veniam ergo ad animi tui opera eloquio quidem elegantiori digna, semper quacumque acclamatione maiora.

Acuminis quadrati merita depingens eloquentiæ pater sic loquitur, *omninò fortis animus, & magnus duabus rebus maximè cernitur, quarum vna in rerum externarum despicientia ponitur, altera res est, vt res geras magnas, illas quidem, & maximè vtiles, sed vehementer arduas plenas laborum.* Lib. 1. officior.

Quandoquidem talis rerum externarum despicientia in tot Dignitatibus in hac sublimi Monarchia laudabiliter gestis in te demiratur, ut in hoc Thaletem, Cratemque vicisse, Philosophos superasse nemini æqualem, omnium facili Principem nulli dubium sit, nec tibi comparanda erit sobietas Alcamenis, nec temperantia Cyri Solem imitatis qui influxu suo omnibus beneficus omnia tribuit, nihil sibi reservans. Testatur Bulgium ubi Mauortium robur dexteritate iosimul bellica industriùs commonstrasti, fatentur Aragoniæ Regna sub tuo gubernio fœlicia, extollit novus Orbis Indiarum te præsidem deplorans, totaque Monarchia concelebrat dum nostri eximii CAROLI quasi Athlas clavum sustines, *nemo laudabilior quam qui ab omnibus laudari potest*, & cum talis sit humanæ miseriæ imbecillitas ut morum splendorem Regentum non facile peramet, & authore Hieronymo *difficile facto est virtute superare, & ad his diligi quos præcedas*, cum ab omnibus laudatus, & cultus ovehatis, ingenuitatis, probaræque virtutis tuæ est non ignobile fundamentum. S. Ambros. lib. 1. de virg. Epist. ad Salvin.

Quid mirum, si temperantia tua nedum ab illicitis delinavit, verum à minus licitis abstinuit? zelus lynceus oculis cuncta prospiciens ius cuique iuxta merita providè diffusit.

Descendam ad liberalitatem secundam despicientiæ rerum externarum partem, haud mediocre sanè argumentum. Non tibi in liberalitate coæquandus est Cæsar, aut Alexander (quicquid iactent Appianus, & Curtius) nec cæteri heroes. *P. Africanus vrbes, signis, monumentisque pulcherrimis exornauit*, exscribente Oratorum Principe, *sed Chartagine deleta*, aliis, nocent, ut aliis prosint, ex aliena ruina, obeliscos, & Capitolia erigere impium execratur, tu Accusat. in Verr. lib. orat.

verò Euridomonem, Calystumque semper beneficus æmulando sine aliorum diminutione hilaris faves, & non per modicum tempus nullis à Regiis æratiis pecuniis acceptis exercitui imperasti, tuæ si potestati cuncta essent concredita fulgor, & Numas legibus pollens, Lycurgus Rempublicam restaurans, Cæsarense dimicans, Marcus Aurelius prudentia moderans, coruscat enim in te uno septem laudatorum Græciæ sapientia, & nedum Gerion triplici ingenio regens, sed quod inauditum est, Briareus centum manibus laborans. Multos fecit asperos exaltatio *Maior privato visus dum Privatus fuit* (de Galba loquitur Tacitus) *& omnium consensu capax imperii nisi imperasset*, te fama post dignitates maiori fastigio dignum eloquenti voce evulgat.

Lib. 1. in Galb

Propterea nostrum Supremum Regium Aragonium Concilium, te Indiarum Præsidem perquisivit, in suumque cœtum cooptavit, ambiit.

Supereſt ergo (Excellentissime Domine) ut opus qualecumque sit, & non quantum sit, non inspecta magnitudine tua, sed cupiditate mea qua debitæ obsequenti gratitudini satisfacere flagitavi, humana, quâ soles, magnanimitate excipias, siquidem meæ Decisiones non pro meritorum tuorum amplitudine selecta sunt munera, sed clientelæ tributum, haud tamen supervacaneum, *non enim fœmina arma, rustico libros, studioso retia*, sed sapientiæ culmini, omniumque bonarum artium maximo protectori Decisiones prosterno, quas enixè dicatas, & commendatas summopere exopto. Faxit Altissimus, ut Excellentissima persona tua Phæniceos videat annos ad uberrimum Monarchiæ ornamentum, & faustiores progressus. Barcinone die 6. Aprillis 1697.

Senec. de beneficiis.

DON PETRUS DE AMIGANT.

AD-

ADMODVM ILLVSTRIBVS DOMINIS

DOCTORI RAPHAELI DE PINYANA, & GALVANY, Hospitalerio, Præposito, & Canonico Sanctæ Ecclesiæ Dertusen. Deputato Ecclesiastico.

NOBILI D. IOSEPHO MECA, ET DE CASSADOR, Domino de Castellar, Sanmori, & Villaür; de la Guardiola, Villæ de Ciutadilla, necnon Baroniæ de la Abella, ac Locorum de Sanct-Romà: Deputato Militari.

DOCTORI ANTONIO GRATO DE PERPINYA, Civi honorato Barcinonæ, & Gerundæ: Deputato Regali.

DOCTORI HIERONYMO DE VALLS, Archidiacono, & Canonico Sanctæ Ecclesiæ Illerden. Auditori Computorum Ecclesiastico.

NOB. DON THOMÆ FRANCISCO DE MARTI, & de VILANOVA: Auditori Militari.

HIACYNTO BLANCH, MEDICINÆ DOCTORI, Civi honorato Barcinonæ: Auditori Regali.

DON PETRVS DE AMIGANT
Reg. Consiliarius.

RES ardua, vetustis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem; ita Plinius exclamabat, & ego diffidens proferre possem, eum aggressus fuerim argumentum prætactis difficultatibus plenum, anfractibusque involutum, sed non extimui pro- *Lib. 1. hister.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

prosequi vestræ Dominationis cataphractus præsidio, si enim ingruente adhuc hostili phalange intrepidè Principatum propugnat æquo zelo, non dispari conatu in Regio servitio auspicatò consequendo, ac tuitione Patriæ, eiusque iuribus inviolabiliter servandis, haud vana spe hoc permotus impulsu, ac vestra erga me (pro qua gratias refero) propensione à cæptis non destiti, aspirate ergo benevoli, annuite pervigiles, defendite præpotentes, ut enixè spero, & fœliciſſimè valete, ut Conditorem orbis supplex exoro. Barcinone 20. Maij 1697.

LE-

LECTORI.

SIBRO non tibi videantur traditę enucleationes noſtræ; nam ſi malæ, acceleratæ ſemper advenient, ſi autem aliquatenus bonæ, nuſquam tardè excipientur, nec ignoras, ſi exculpare velis, quæ iſta præhorſu rẽpeſtate ſupervenerint obſtacula.

Centuriam in hoc volumine præſtare decreveram, ſed adhuc me præſtringendo, adeò eius magnitudo (in paginarum quantitate) excrevit, ut impoſſibile fuerit numerum complere.

Methodicam diſpoſitionem non deſetui, probationes eruditens, diſtributionis cauſarum ſtylum adſtruens, nonnulla his affinia intermiſcens, maleficiorum vindictas moliens, interponendas ſupplicationes, & recurſus à gravaminibus, & ſententiis percurri, & demum de indultu, & beneficentia pacis peregi.

Compilationem practicalem paravi longus in aliquibus, ne obſcurus fierem; malui etenim exuberanter in formulis me gerere, quam tantillum diminutum notari, & ne longior redderet ullas præterivi quæ in excurſu voluminis reperiebantur, & non puduit ab aliis mutuata edere, compilationis namque, & nomen, & ſubſtantia ita deposcebant, ſcholia adiunxi fortè non iniucunda exopto ſolummodo ſint proficua, ut confido, ſiquidem *ad profectum hæc omnia tendunt, & ad bonam mentem, non quæritur plauſus.* Seneca *epiſt.* 100. *ad fin.*

IVDI-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

IVDICIVM, ET APPROBATIO PERDOCTISSIMI

Nob. Don Franciſci de Rius & Bruniquer, R. C. primum in Sacro Supremo Regio Cathaloniæ Concilio, Iudicis Regiæ Curiæ, nunc in R. Aud. Ciuili eiuſdem Principatus Cathaloniæ Senatoris, ac Regii Concilii Baiuliæ Generalis Conſultoris.

DEciſionum, & Enucleationum Criminalium Congeriem, ſeu Praxim à Nobili Don Petro de Amigant mirabili quadam ingenii, & eruditionis excellentia conſcriptam, & ordinatam, meæ non tam dicam approbationi, quam admirationi cõmiſſam à Perilluſtri Domino D.D. Michaële Ioanne de Taverner & Rubì, Metropolitanæ Tarraconenſis Eccleſiæ Canonico, & Archidiacono Maiori, & in Regio Cathaloniæ Senatu meritiſſimo Cancellario, attenta animi conſideratione perlegi; ſed in ipſa voluminis fronte operis excellentiam ab eximia tanti Authoris dignitate cognita præſagiebam. Quid enim à viro Sapientiſſimo, ſcientiarumque omnium ornamentis inſtructo niſi ingenioſiſſimum, lectiſſimumq; potuit excogitari? Eam animi altitudinem in ipſo eminere video, ut neglectis propriis emolumentis, & commodis, totum ſe ad aliorum ſalutem, & utilitatem magnifico, excelſoque animo explicet. Cernitur in capeſſendis rebus arduis magnitudo mentis; in rimãdis negotiorum viis perueſtigandiſque quam aptiſſimis mira prudentia; in gerendis acre conſilium; in perſequendis ſummas inter difficultates ad extremum uſque conſtantia: nihilque, quod aut nõ alto aggrediatur animo, aut cautiſſimis conſiliis adminiſtret, aut ſtrenuo labore perficiat. Tot in ſua adoleſcentia animi, ingeniique dotibus præcelluit, ut mirum unicuique ſapienti, futuræ dignitatis ſpecimen oſtentare videretur: Tantaque in liberalibus diſciplinis excolendis intentione præpolluit, ut ſupremum attigiſſe doctrinæ verticem, ſtatutamque humanæ menti metam, ingenii celeritate, longè, multumque ſuperaſſe videretur. Vir adoleſcentiam deſeruerat, cum in litteraria Paleſtra ſuam incredibilem in utroque iure ſapientiam in ſublimioribus Cathedris Magiſteria laurea iure quidem optimo coronatam vidimus. Qualis, quantuſque in hoc munere fuerit, quã eximiè cumulatus omni genere laudum, quam illuſtri conſpicuus meritorum fama, quam recondita, ſingularique litteratura perpollitus, nemo dignè ſatis illuſtrare ſufficiet. Verum enim ut mirabilis Authoris ſcientia in ſummum ſapientiæ gradum eueheretur, in Regiam huius Principatus Audientiam tum Criminali, tum Ciuili Senator adſcriptus. Areopagericam in iudicando integritatem mente, animoque complexus eſt: *Scientia* enim, ſi Platoni fides habenda ſit, *quæ eſt remota à iuſtitia, callidtas potiùs, quam ſapientia eſt appellanda.* En

Au-

Authoris imaginem levioris penecilli coloribus adumbratam; qua benè perspecta, huius voluminis dignitatem nemo est qui dubitet extollendam. Iam ergo librum ipsum diligenti mentis cogitatione pervolvo, & vel in minima particula præclara eruditionis ornamenta, statuta ad morum informationem imprimis utilia ac perenecessaria, pererudita denique Iurisprudentiæ documenta gratulabundus agnosco, & sine fine demiror: ut de volumine isto, quod de legibus *lib.* 1. sapienter ait Cicero dictum putem: *Ad salutem Ciuium, Ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominum, & quietam, & beatam condita sunt leges.* Quare in lucem prodeat liber, ut lucem omnibus afferat, neque enim in eo quidquã reperi quod aut fidei, aut bonis moribus, aut Regiis Iuribus adversetur. Salvo, &c. Barcinone 2. Aprilis 1697.

Don Franciscus de Rius, & Bruniquer.

4. *Aprilis* 1697.

IMPRIMATVR.

Tauerner, & Rubì Cancell.

SVBTILISSIMI IVRISCONSVLTI, ET PRÆCLARISSIMI VIRI Magnifici Domini Iosephi de Moret, Cuis honorati Gerundæ, ac Regii Consiliarii in Tertia Aula præsentis Principatus Cathaloniæ sensus, & approbatio.

PAvidus, etsi obsequiosus muneri ab *Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Don Emanuele de Alua*, Barchinonensibus insulis dignissimè insigneito mihi ut adimpleam iniuncto accessi, timorem, mea provocavit insufficientia, obsequium altum parturiit mandatum. Legi secundum Decisionum criminalium volumen; Auctore *Nobili Petro de Amigant R. S.* meritissimo, ac ut legi fateor cum Seneca ad Tucillum: *Tanta dulcedine me tenuit, & traxit, ut illum sine vlla dilatione perlegerē.* Certò quædam sunt, quæ audita gustum excitant, ac visa nauseam movent, cum etenim humana iucunditas limitatis cincinnis metiatur, dilatatam duplicis sensus sphæram æquare nequit, sed non ita hic, undique perfectum opus hoc, id ratum habet quod semel lectum attentam commovet considerationem, & hæc iteratum æstuat reflexum, visus conceptuū claritate gaudet, auditus concordi vocum dispositione lætatur, odoratus redolenti auctoritatum fasciculo respirat, tactus palpabili experientia sibi in decisis demonstrata congratulatur, ac tandem gustus perundique perfecta perfectior transcendit bonitate, qua impulsus qualis apes cunctos odoriferos flores vagatur, fas sit dicere vulgare axioma:

Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.

Fateor equidem scripta hæc panegyristam potiús quam censorem mereri, veritate igitur nisus, haud vacillanti pede, imò omni prorsùs eliminato fuco de his dicā ut in simili de Nazianzeni operibus declamavit Ruffinus in elogiis: *num aliud est neque eloquentia clarius, neque fide purius, neque scientia plenius?* quare opus hoc prælo mandati dignum iudico, ac valdè publica proficuum utilitati. Barcin. 7. Aprilis 1697.

Dr. Iosephus Moret.

9. *Aprilis* 1697.

Imprimatur.

Emanuel Episcopus Barcin.

PAPI-

PAPINIANO

NOSTRI SECVLI PRÆCEPTORI CHARISSIMO.

INTIMO

ASTREÆ, MINERVÆ AVLICO, SVIS OPERIBVS
inmortali.

INTEGERRIMO SENATORI

NOB. DON PETRO DE AMIGANT, LITTERIS REFERTO,
probitate nitido, Nobilitate prædito, atque omnigeno,
encomio digniſſimo.

ISIDORVS BERTRAN V.I.D. ARCHIDIACONVS MAIOR. ac Canonicus Sanctæ Eccleſiæ Gerundenſ. & ob præeminentiam prædictæ dignitatis gerens vices Epiſcopi Sede Epiſcopali vacante, in ſpirit. & temp. Vic. Gen. & Offic. examinator, Iudexque Synodalis Epiſcopatus eiuſdem: perennem exoptans fælicitatem, hoc grato conſecrat animo.

ELOGIUM.

MAGNA, & inuſitata Principis gloria, cui gratias acturus, non tam vereor, ne me in laudibus ſuis parcum, quam ne nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas ſola circumſtat. nam merenti gratias agere facile eſt, (1) exclamabat ille celebris Panegyriſta, ille eloquentiæ anteſignànus Cayus Plinius minor Maximi Trajani laudes, & encomia buccinaturus: Sic ego (Inſignis Heros) in tuis meritis decantandis æquali naufragor cura, & difficultatis Carybdi, Parcus non ero, nimius videri vacillo. *Fælices nos, Fælicem illum prædicamus,* (2) de eodem decantabat idem Plin. Fælices nos, Fælicem te apertis oculis hodie mea perſcrutatur obligatio; fælicitèr vellem meæ gratitudini ſatisfacere.

(1) Plin. *in Paneg. Trajani c. 3.*

(2) Plin. *ibid. c. 2.*

Felices nos: qui talem Magiſtrum meriti fuimus: loquatur plena voce famigeratum huius Civitatis Achigymnaſiũ, loquatur pleno ore publico huius Vniverſitatis arena: hic te docentẽ audivimus, hic te diſputantẽ vidimus, hic te certantẽ fuimus mirati, hic tandem melli-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

flua tuæ doctrinæ flumina delibavimus. Congratulabatur Diis ille magnus Macedonię Monarcha Philippus, non quod Alexander ſibi filius natus eſſet, ſed quod eo ævi curriculo naſceretur quo poſſet Ariſtoteli magiſtro, & præceptori obedire: (3) eadē lætitia exhilarabat Iſaias dum Deo O. Max. dicebat: *Dominus dedit mihi linguam eruditam*, (4) & ut legit Hæbraica *linguam eruditorum, ſeu magiſtrorum*: (5) tanta enim fælicitas eſt optimum ſortiri magiſtrum: ſic nos, qui tuæ doctrinæ nectare nutriti ſumus, melius cum Philippo Macedonio cōgratulabimur, non ſolum quod nati ſimus, ſed quod ea temporis rota, qua ex tuo fœcundiſſimo doctrinæ oceano noſtram eruditionē bibimus, percepimus, & hauſimus.

[3] Plutarc. Agel. apud D. Joan. Solorz. *emblē.* 25. *n.* 31.

(4) Iſaias *cap.* 50. *verſ.* 4.

(5) Langius *in Polyanthea*, verbo *Magiſter.*

Felices nos, qui te Iudiciali Toga ornatum videmus, decantet hoc Sacrum, & Supremum huius Principatus Cathaloniæ iuſtiſſimum Areopagum: declamant hoc tot ſententiæ quas protuliſti, tot cauſæ quas diiimiſti, tot littes quas iudicaſti. Mandavit dominus Deus Moyſi, quod conſtitueret Iudices in populo Iſraël, eique qualitates Iudicum explicavit: *Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & cēturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore*: (6) Quam benè pinxit ille qui pinxit Iudicem ſub hieroglyphico Solis; (7) nam ſicut ille Adamas cœli, ille Phœnix reſplendorū omnibus æqualiter naſcitur, omnes tam divites, quam pauperes æqualiter illuminat; ſic Iudex legum Apollo omnes æqualibus radiis illuſtrare debet: O quam optimè (Illuſtris Heros) in te has qualitates fæliciter invenimus: in te veritas reſidet, in te avaritia deficit, tu Deum revereris, tu tanquā ſolaris flāma omnes æqualiter adſpicis, omnes æqualiter audis, & omnibus æqualiter iuſtitiā elargiris.

(6) Exodi *cap.* 18. *verſ.* 21.

(7) Roterodam. *in ſimilib.*

Felices nos, qui primum tuarum deciſionum volumen oculis perluſtravimus: in eo tantas deciſiones Supremi Cathaloniæ Senatus enucleatas legimus, in eo tantam D.D. facundam allegationem admiramur, in eo tanta crimina caſtigata decernimus; ut de eo dicere poſſem. (8)

Omnis Cæſareo cedat labor amphiteatro:
unum pro cunctis fama loquatur opus.

[8] Martial. *Epig.* 1.

Sed

Sedtamen hoc uno volumine non satisfacta tua facundia, secundo volumine nostram adauges felicitatẽ, in quibus eloquentia superat materiam, & materia eloquentiam excedit; sed cum alio melius quam ego dicere possem dico: *ut illud opus est laudatissimum, in quo simul & ars commendat materiam, & materia vicissim artem: ita liber est optimus, in quo & argumenti vtilitas cõmendat eloquentiam, & authoris facundia commendat argumentum.* (9)

Felicem te: quem tam laureata Progenitorum nobilitas condecoravit, quem tot famosæ anteceſſorum statuæ nobilitarunt, cum his Solis Radiis iam satis tua virtus relucebat; Nobilitas enim virtutis est indubitabilis index, decantavit hoc Salmonensis Orphæus. (10)

Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset
Nobilitate potens essem Telamone creatus.

O quam bene Cassiodorus (11) *laudabilis enim vena suam seruat originem, & fideliter posteris tradit quæ in se gloriosa transmissione promeruit.* Melius illa Purpura Ecclesię D.Hyeronimus (12) *scintilla paterni vigoris lucet in filiis:* Gloriare igitur, ò maxime Heros in tanta Parentum nobilitate, quia de hoc gloriari suadet Spiritus Sanctus (13) *Gloria filiorum patres eorum*: acceptam profer hanc prærogativam à Deo, cum nasci ex Nobilissima progenie, donum Dei sit (14) in his enim fundamentis magna pars tuæ virtutis sustinetur.

Felicem te, qui tua virtute anteceſſorum tuorũ virtutẽ superasti, qui tuorum maiorũ gloria, maiorem gloriam adeptus fuisti: quamvis enim de te dicere possum. (15)

Perlege dispositas generosa per atria Ceras,
contigerant nulli nomina tanta viro!

Sedtamen meliùs dicam, quod in te maximum incensum fuit bellum, inter nobilitatem maiorum tuorũ, & tuammet ipsius nobilitatem; illa victoriam reportare sperabat; ista triumphali lauro redimiri cupiebat; illa tantorum prædeceſſorum exercitus in acie disponebat, ista innumerabilium virtutum tuarum munimine roborabatur; hinc pugnabat una, illinc altera militabat, in quo dubio pugnæ conflictu, vicit nobilitas tua, nobilitatem tuorum maiorum; sed non per hoc hæc remansit victa, imo cedendo victrix evasit: videtur quod tale prę-

lium

(9) Roterodamus *in similib.*

(10) Ovid. *lib.* 3. *metham.*

(11) Cassiodor. *lib.* 3. *epist.* 12.

(12) D. Hieronym. *epist.*

(13) Prover. *cap.* 17. *vers.* 6.

(14) Alphonſ. Rex in Præm. *partit.* & ibi Greg. Lopez verb. de *linaje.*

(15) Ovid. 1. *fastor.*

lium vaticinatus fuit D. Gregorius Nazianzenus, dum dixit: *Qui nobili loco natus est, probitatem morum generis splendori opponet, atque ex aduerso spectandam producet, ita duplici nomine clarus erit, nempe & maiorum imaginibus, & propria virtute, ac priuatim inspectus.* (16) O Fælix vir! qui tuarum virtutum nobilitate, maiorum tuorum nobilitatem nobilitasti:

[16] D. Gregor. Nazianzenus *orat.* 18.

Felicem te, qui sapientiæ arcana palatia penetrasti, qui tot scientiarum gemmis perornatus es: sola enim fælicitas in sapientia consistit.

Fortuna dubia haud vehitur Sapientia Cymba
nec vanis fulta est indiga diuitiis.
Sed cura vigili, & studio solerte parata
in varia rerum cognitione sedet. (17)

[17] Iacobus Boissardus *emblem.* 51.

Qua de causa optime depinxit quidam, Sapientem pedibus fortunam calcantem, hoc lemmate *Sapiens supra fortunam*, & his Carminibus.

En qua iura solet per vniuersum
cunctis dicere sors, hic illigatur
nimirum sapientia recoctus
extra se nihil expetens bonorum
sortem sub pedibus premit superbam. (18)

[18] Scheōchovius *emb.* 2.

Gaude igitur (venerande Magister) qui tot scientiarum floscul is virescis, qui tot sapientiæ radiis coruscas, qui tot litterarum rivulis scaturis, quibus omnibus tuam maiorem enuntias fælicitatem; quam neque cæcæ fortunæ instabilitas, neque furentis invidiæ procella, neque labentis temporis velocitas abolere poterunt, ut omnibus cum Ovidio respondere possis.

Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Hactenus de tuis laudibus, hactenus de nostra, & tua fælicitate; nostra ex doctrina, toga, & operibus tuis; tua, ex tua progenie, virtutibus, & sapientiæ radiis: vive vive (Insignis Hæros) ut possis tuorum operū doctrina, totū Orbem illustrare: vive, vive, ut infinita volumina possis typorum luci cōmandare: Parce tamen quæso his paucis quas de te cecini, laudibus, partus enim sūt meę gratitudinis, & si forsā tāto beneficio, nostra gratitudo nō sufficit.

[19] Ovid. 2. de Ponto ad Ruff. *eleg.* 11.

O referant grates quoniam nos possumus ipsi
Dii tibi qui referent, si pia facta vident. (19)

VALE. MAG-

MAGNIFICVS IOANNES DE MORATÒ DOMICELLVS, Regius Conſiliarius, & Iudex Regiæ Curiæ, egregius Iuriſconſultus, ac integerrimus Senator, Auctori in gratiarum actionem pro Regia Maieſtate ob publicam beneficentiam, & illius Regaliarum vtilitatem, atque in benevolæ clientelæ ſignum.

SEu bello, ſeu pace Ducem qui quærit habere
militet in Caſtris, te Duce, Petre tuis
Legibus auctores, vires auxiſſe feruntur;
aſt mentem, ac animam, qui dedit vnus ades.
Si Petre, quæ debent, leges tibi præmia reddant,
crede mihi, in laudes, non ſatis vnus eris.
Bella gerant, cum fraude fides, cum crimine virtus,
cum pietate ſcelus, cum ratione furor.
Civica, ſi libeat, tractentur prætia, vel ſi
crimina, turba frequens, ſolvere nexa velit.
Hoc deciſa ruent, tot bella exhauſta labôre,
telaque, compoſita pace, quieta cadent.
Vndique nec miror, ſi te tot munia honorent,
ars tua, non tantum, quod ſibi debet, habet.
Ars tua, te maior, maiora ad præmia poſcit,
quique tua exurit viſcera, Regis amor.
Sanguine ſunt patrio, merito tibi parta trophęa,
altera ab ingenio ſunt tibi parta tuo.
Degener haud hæres, melioribus vtere fatis,
ne tibi contingat, quod tulit ipſe pater.
Sed potiùs fælix, Caroli fœlicia regna,
& Patriam videas, pacis amore frui.
Tunc tibi magna manet, magno cum fœnore merces,
tunc pia pax, meritis vberiora dabit.
At modo, ſi Zoili (fugite hinc, mala viſcera roſi)
ſint tibi qui iaciant crimina, crimen habent.

EIVS-

EIVSDEM DISTHICON.

Hic liber odit, amat, punit, decîdit, honorat,
nequitiam, pacem, crimina, iura, probos.

EIVSDEM EPIGRAMMA.

Iure ſibi Paulus dandam canit eſſe coronam;
non tibi danda Petre eſt, parta corona tibi eſt.
Si claues cœli, Petrus ſibi vendicat vnus;
qui claues legem vendicet, alter habet.

MINO-

NON recenter quisquam, sed priscis ex ætatibus arbitrabitur heroicæ stirpis *de Amigant* Illustrem propaginem assiduis laudum encomiis, à Minorissa Civitate colendam observari, celebrandam extolli, si percipiat oculis facinora, plenis famæ buccis decantata, quæ tantæ prolis antecessores istam in urbem sæculis aureis vetusto fulgore nobiles contulerunt, Magnifici perpetrarunt; *facta notant homines* quidam Apollinis cecinit Cycnus. Hi namque suis divitiarum sumptibus, sūptuumque pondetibus D. Andreæ fabricarunt phanum quod Minorissanas inter ecclesias antiquas antiquius addictè honoratur, frequenter colitur, devotè reveretur.

Ardentius adhuc æstuante zelo latius pietatis affectum, & studium, ad sublimiorem nostræ patriæ plausum, & ornamentum ministravere, quando lazaros, sive molesta febri, sivè lethali plaga, sivè quibusque quassos infimitatū flagellis à Nezocomiis propriam ad domum adducebant, ut illis cito salutis beneficium impertirent Senecæ sententia amplexa: *ingratum est beneficium quod diu inter manus dantis hæsit.*

Quibus ex ęgritudinis liberatis ęrumna alios libentur conabantur inquirere, incredibili charitate piè receptuti, sequentes Theodosium qui (Claudiano teste) filio expressit Honorio.

Sis pius imprimis, nam cum tu incamur in omni,
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Inter horum languentium multitudinem Societatis Iesū Prothoparentem Ignatium fœliciter inveherunt, fors immarcessibilis! Inventum magna benevolentia non minus sollicitè fovetūt quam gratè quibusq; necessitatibus adiuvarunt usque dum in salutis iterum integrè reflorvit viridario. O clementiam marmoribus extollendam, monumentis prædicandā! Sileat hic lingua favores quibus ignitus Ignatius hospitalitati voluit respondere ingratus extitisse ne videretur iuxta illud dicterium *ingratus ille qui beneficii immemor*, non paria paribus, imò liberalitate sublimis cœlestia præmia largifluus impertitus.

Gemebat suo orbata Rege Cathalonia, lugebat alieno subacta iugo, procellosas inter turbationum undas reipublicæ navis ferebatur, quando submersus in pelagum, suffocatus à tyrannide huius laudabilis familiæ progenitor nusquam intermoriturus fidelitatis laureola insignitus periit æterni nominis fama comparata fata exsuperavit, quibus concinit Hadriani Iunii poëma. Iun. *embl.* 3. & 21.

Gloria continuos numquam moritura labores
Sequitur, viresque in ore voluit perpetim.

Reſtituta iam Provincia debito Maieſtatis nutui huius authoris libri præfulgida domus quidquid ad Regale ſervitium, ad Auſtriacum confertet incrementum ſedula perquiſivit, evexit; nec aggredi ultra liceret aut ſpecificè numerare quæ in hac enitenti progenie emicaverint aſtra, eluxerunt in Bellonæ Teatris Mavortes, in Minervę paleſtris Didaſcali, in Aſtreæ Senatibus conſultiſſimi, in quibuſcumque Magiſtratibus collaudabiles.

Generis inter cuius Hercęs non minore rutilat iubare togatus noſter, vir Areopagita iuſtior, *D.D. Petrus de Amigant* concivis noſter, & patritius qui qualis, quantuſque fuerit, quam ſingulari præpolluerit meritorum cumulo, quam meruerit apud Regem gratia, apud omnes authoritate, quã admirabili eruditione perornatus, quam ſelecta litteratura perpolitus, quæ virtutũ monumenta exculpſerit, quæ ſciẽtiarum teſtimonia demonſtraverit, quis eloqui auderet? quis recenſere quibit? teſtentur Cathedręquibus in publica Barcinonenſi docuit, floruit Academia, teſtentur volumina quæ luci commendavit univerſali, teſtetur tandem unum pro conctis præſens volumen profectibus contextum uberioribus; cui quadrat Ciceroniana ſententia. *Non illum ab inſtituto Curia, labor ad quietem revocavit.*

Cicc. pro lege Manilia.

Fortunata ergo Minoriſſa ad te exultans Patria, potiùs parentem, quam filium, magis à te patrocinium ſuſceptura, quam tua protectura opera accedit, advenit, properat, grates agens pro his quæ in iſto volumine à te honores accipit, privilegiis ſuis indagatis, excuſſis, propugnatis. O optime patriæ defenſor! O fœlicia tempora in quibus pro patriæ decore elaborant, exſcribunt filii: ſupereſt dumtaxat, ut Altipotentem (prout non omittimus) exoremus diutinos vivas annos, in Minoriſſæ lætitiam, in Barchinonis ornatum, in Gotholoniæ decus, in Hiſpanię nomen, in Europæ ſplendorem non tempore finiendum, ſed omni ævo coæquandum. Vale. Datum in ædibus noſtræ reſidentiæ 20. Aprilis *1696.*

Te ex præcordiis ſalutant
Conſiliarii Civitatis Minoriſſæ.

Locus ✠ ſigilli.

SYL-

SYLLABUS DECISIONVM SECUNDI VOLUMINIS.

DECISIO XXXX.

NOVA indiciorum scala, quâ ascenditur ad omnium propemodũ probationum, ex argumentis eliciendarum, hactenus agnitarum, exactam cognitionẽ, atque indaginem, cuius perfecta dispectione, quæ hucusque sparsim per omnes Authores Criminales, ac per longa volumina fuerunt exposita, in unum collecta maiori claritate, cõmodiori usu, & conspicua methodo elucidantur, pro construendis processibus, & iudicandis delictis, utile prõptuarium, vera indiciorum diffinitio, eorumque certior divisio, explosis quibusdam minus distinctè stabilitis scribentium conclusionibus edocentur socij infidi, ac conductoris viatorum proditorii punitum flagitium traditur, pag. 1.

DECISIO XXXXI.

DE præsumptionibus, & speciatim de his quæ sunt iuris tantum, & de aliis, quæ iuris, & de iure appellantur, quinam effectus ex illis resultẽt, qualiter enerventur, & probationem contrariã excludant parte, seu Fisco contradicente, nedum in civilibus, sed etiam in criminalibus, & an ex unica præsumptione iuris, & de iure ordinaria ultione delictum vindicetur, nova, & hactenus non cõpaginata, eo stylo, quo hic, ad causarum criminalium usum investigatio, ubi de immemorialis probatione complurium cum iuriũ, & textuum structura, pag. 41.

DECISIO XXXXII.

DE æconomica politica potestate Principibus, & populis competenti, casibus, & modis, quibus exerceatur in personas & bona ecclesiasticorum, seu secularium, & quomodo Regium Criminale Concilium illa utatur pro salutis publicæ tutela, aliisque damnis præservandis. De sequestris beneficiorum vacantium à Domino Rege præscribendis, & de his quæ apponuntur in bonis degẽtium apud hostes. Distinctio celeberrima expenditur inter modum procedendi hac tuitiva authoritate in scriptis, & inter casũ, quo nulla scriptura intercedit; ac

de his quæ Regibus, & Iudicibus ex privata conscientia contra allegata, & probata decernere permittitur; legalis, Theologica, atque politica excursio, & hucusque nõ suscepta Provincia probationum materiam non deserẽs, & oppressis salubriora, aptioraque remedia supperens, pag. 57.

DECISIO XXXXIII.

De Politica economica potestate triũ Aularum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ.

ÆConomicæ politicæ potestatis similiter ordine, ac necessitate dictante, atque exigente trium classium Regiæ Audientiæ multifariæ conclusiones editæ antiquis, modernisque temporibus observantur, nedum ad negotia iustitiæ totius expedienda super stylo, seu intelligentia Constitutionis, vel observantia Reg. Audientiæ, vel forma procedendi in certa causa dubitatione suborta, ne super eodem, vel simili facto contrariæ proferantur sententiæ in perniciem partium, cum durisvè earundem ambagibus, inque, & in tam iustè acclamatæ Senatus authoritatis noxam, sed etiam ad graves, & nonnunquam celerrimos gubernii casus fœliciùs ęquè, & maturiùs terminandos. Ita Senatus in thesibus inferius memorandis, pag. 75.

DECISIO XXXXIV.

De Politica economica auctoritate in pactis admittendis practicanda, non tam probationibus, quam delicti qualitate inspectis.

PActorum quoque praxis consectaria, & peculiaris agnoscitur Æconomicæ politicæ potestatis, illius in usu probationes non pensantur, sed pœna quam de crimine imporatus subiturus erat metitur: Et licet ad ultionem mortis quidam hanc in se ipsum facultatem protaxerint cum pœnæ impositæ à lege pro eodem maleficio quis se subiecerit; nostri verò Senatus humanitas tam acrẽ hactenus severitatem non recepit, admisit tamen in casu contraventionis mortis civilis pactiones, valdè distare istã à naturali secernens. Ita Regũ Criminale Concilium die 20. Novembris 1636. in facto supplicationis oblatæ per Fisci procuratorem Regiæ Curiæ adversus, & contra Franciscum N. pauperem eleemosinæ, concludendo, quod relaxetur à carceribus attento pacto per eum suscepto fustigationis publicæ, & per loca solita præsentis Civitatis Barcinonę, & serviendi in Regiis triremibus suę Maiestatis remigando in perpetuum, pag 81.

DECISIO XXXXV.

De carcerato ob stuprum in virginẽ commissum, matrimonium postea cũ illa extra carceres contrahente.

Ma-

MAtrimonia plena libertatē contrahi, & absque ullo metu eorum natura dictat, & canonicæ statuerūt sanctiones; veūtamen ipsarum illæso contextu, imò viriliter custodito carcerati contractus sustinebitur, si pro stupro detrusus cum à se vitiata nube e paciscatur adhibita etiā pœna in casu non sequuti adimplementi; dummodo ineundi nuptias tempore vinculis, aut alio gravi metu non sit comprehensus, quibus cessantibus vi directiva, & à iure concessa connubium celebrasse nemo inficiabitur, & voluntarium contractum, sicut, & pactum præcedens quisque existimabit. Ita Senatus in casibus infra describendis. pag. 86.

DECISIO XXXXVI.

Uxoris metus per minas à marito illatas ad effectum rescindendi contractum qualiter probetur.

QVando de atrocioribus minis à marito illatis, ut uxor instrumentum firmaret per testes constiterit, quamvis notarius, & alii testes de libera voluntate, & nullatenus coacta deposuerint metus probatio concluditur, eamque non modicè iuvat antecedens instrumento publico emissa protestatio, qua futurum terrorem prævidens, & providens mulier animum declaravit, ut ex tunc pateret casu quo contractum firmaret non id sponte eventurum, sed vitii sævitiarum timorē, quapropter contractus irritatur, & quatenus de facto processit rescinditur, hæreditas relaxanda adiudicatu, cui ante concordiam spectabat, ipsiusque vigore possidens ad restituendum actici unà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt condemnatur: Ita Senatus in causa Nobilis Marię de Sēmenat, de Requesens, & Boquet, uxoris Nobilis Michaelis de Sentmenat, & Requesens, contra Nobilem Angelam Pera, & de Tord, Regia Sententia lata 20. Aprilis 1679. referēte eruditissimo Magnifico Regio Senatore Ioanne de Colomer, Scriba Galceran. p. 101.

DECISIO XXXXVII.

Metum quando ex causa, & circunstantiis in genere probari sufficiat.

CIrcunstantiæ ut in primo volumine crebrissimè observavimus, & in criminalibus, causis summè attendendæ, & in civilibus litibus apprimè considerandæ, veluti in rescisione contractuum virorum, qui per mulieres fiunantur, istarum enim firmę metu in genere tantum probato uti meticulosæ aliquoties nullæ declarantur, & quatenus opus sit rescinduntur, & possessores hypotecaria actione convēti quantitatem petitam solvere coguntur, si maritum aspertimè in uxorem versari constiterit, istam benignā, timi-

timidam, eique addictam, illum commodum reportasse, hanc nullum beneficium accepisse, illum nulla alia ratione potuisse moveri ad sævitias, nisi ab assensus renitẽtia, sicque dolo imbutum se gessisse, hanc verò rusticitate, & imbecillitate sexus ductam. Ita Senatus in causa Ioannis, & Mariæ Sotobe coniugum, contra Franciscũ Roig Villæ de Reus, & alios, R. sententia me referente lata 19. Ianuarii 1692. Actu. Paulo Thoar, p. 104.

DECISIO XXXXVIII.

De probatione metus, vt delictum includat, punitione dignum in pluribus factis ad iurisdictionem politicam, & militarem pertinentibus.

METum dolosè iniicere crimen includit merito ulciscendum, sivè extorquendi pecunias causa, sivè ob pacem à privato consequendam inferatur, sed si iusto metu quis etiam læsæ Maiestatis in primo capite flagitium patravetit, vindicta ordinaria non plectitur; Iustitia verò metus eo tũc competitur, cum coactè quis, non voluntariè deliquerit, vel ab initio, vel ex post, ita ut omnis excusatio relegetur, si vassalli affectus pro confirmando tyranno in sua iniqua possessione detegatur. Castellani arcis arctissimum ponderosum onus, & munus, difficilimè amisso præsidio vitam tuendi legum severitatibus custoditis locũ præbet, sed non omnem omninò defensionibus aditum excludit. Ita decisiones, & casus statim contexendi, pag. 108.

DECISIO XXXXIX.

De probationibus requisitis vt ad pœnam ciuiliter, vel criminaliter agatur.

CONdemnatus ad præstãdum patientiam, ut litteratũ executorialium evadar expensas de eius voluntate parendi sententiæ, seu provisioni iudicialiter doceat, at non Fiscus probandi effractionem pacti voluntarii ut pœnam promissam consequatur onus sustinebit, sed illam exiget sola negatione implementi etiam contra fideiussorem factum alienum promittentem præsertim si principalem pro debitis Fiscalibus, & Regalibus iuramento adiecto se cõstituerit, itaut cum effectu adimplendæ promissionis animus patefiat. Sic Senatus in conclusionibus inferius referandis, pag. 124.

DECISIO L.

Semiplena probatio an ad condemnandum in pœnam extraordinariam sufficiat.

A Toto ad partem dispare militante ratione arguere nefas erit, & ita si plura indicia dubitata unum indubitatum constituentia ad condemnandum pœna ordinaria arctent, non idcò unũ in-

indubitatum ſufficiet, ſic ſi duo teſtes ad ultionem ordinariam adſtringant nonum ad pœnam extraordinariam non proficiet, ſed ad torturam tantum, ſicque ſemiplena nuda uti extremum proximũ ad eam nequit uniri cum fine, ſeu alio extremo, nempe pœnæ impoſitione medio non dato ulterioris ultra ſemiplenam probationis, per ſemiplenã quis interrogatur, reus conſtituitur, ſed ut aliqualiter puniatur maior deſideratur comprobatio. Ita Senatus in facto Fiſ. Procur. R. C. contra Petrum N. Villæ S. Hyppoliti de Voltregà Diœceſ. Vicen. delatum, & inculpatum de homicidio per eum proditoriè perpetrato 29. Septembris 1669. hora 4. poſt meridiem ictu pugionis in perſonam Marci Amillat in Villa de Mataró habitatoris, qui Regia Sententia me tunc Iud. R. C. referente lata 13. Maii 1671. fuit condemnatus ad ſervitium Regiar. triremium remigando per quinquennium. Actu Famada, & alia hic allata eiuſdem Senatus firmant, & confirmant oracula, pag. 130.

DECISIO LI.

De probationibus eiuſdem, ſeu diuerſæ ſpeciei coniungendis, vel non ad condemnandum.

EIuſdem generis probationes eſſe, eas interdum non multiplices, ſed eaſdem quaſi reddit, & ita probationem plenam non conſtituere dubitationẽ caret. Diverſi generis ſi probationes ſint, (quidquid teneres in criminalib°) in civilibus tamen cauſis ad plenam demonſtrationem compagirandam, etſi imperfectæ ex ſe ſint, dummodo ipſarum defectus perfectionem ex duobus teſtibus conteſtibus ſuſceptam contineat optimè glomerantur. In primo caſu quando per probationes eiuſdem generis novum indicium nõ exoritur, ſed idem dumtaxat augetur ad condemnandum probatio non exurgit, veluti ſi eadem ſcriptura privata, & per teſtes de nota manu recognoſcatur, & per peritos cum alia ſcriptura indubitata rei comparetur, quæ tamen limitabis, ſi his ſemiplenis eiuſdẽ ſpetiei alia accedant adminicula, & probationes, quia tunc cõdẽnationi locus fit. Ita pro caſu huius limitationis Senatus in caſu Ioannis Franciſci Piat, & de Seo Iulià domicelli, contra Hieronymum Boſch Villæ Sancti Fœlicis de Pallarols Diœceſ. Gerundæ, Regia ſententia lata referente conſpicuæ perſpicatio Senatore Magn. Ioſepho Gelcen 3. April. 1693. Actuario Roſſines, pag. 140.

DECISIO LII.

De clauis Comitis vſu.

CLavis Comitis uſum utilem, & neceſſarium ioſtitiæ authoritati quotidie experimur, qui enim mulctis obedire Tribunaliũ, ſeu

seu Senatus præceptionibus recusant omninò cogendi veniunt, ut pareant, ne eluſoria reddatur iudicantis maieſtas, nedum in criminalibus cauſis, ſed etiam in civilibus, ut ſequentes definierunt deciſiones, pag. 149.

DECISIO LIII.

Extantibus probationibus delictorum, quæ duas pœnas expoſcunt, qualiter condigna ex pecuniaria, & corporali conſtitui, efformarique ad ſontem plectendum poſſit.

IMmoderatas pœnas infligere iudices nequeunt, ſed condignas, iſtas tamen ex pecuniariis, & corporalibus coaleſcere nec inciuile, nec infrequēs videbitur, quapropter tunc non duplex, ſed una pœna propriè dici debet quaſi ex duabus partibus integrata. Sic duo iudices idem ſcelus coercent, congruo tamen ſupplicio nō ab utroque irrogato, ſed ſupplente alio quod deeſt pœnæ ratione habita iam impoſitæ. Ita Senatus in factis latiùs hac deciſione deſcriptis, pag. 153.

DECISIO LIV.

De extractione Clericorum ab Eccleſia, & per quem ſit Iudicem facienda.

IVdicem laicum iuvare, defendere, imo famulari Eccleſiaſtico pro ſua exercenda iuriſdictione, ſancta, glorioſa, & præeminens auctoritas eſt Catholici Principis, ac per eiuſmodi auxilium non derogatur ſummæ eccleſiæ poteſtati, imo ea extollitur, quamobrem caſibus poſtulantibus per ſecularia Tribunalia Clerici ab eccleſia extrahuntur, ſed ſi extractionem per illa fieri incongruum videatur eccleſiaſtici iudices ſubditos ſuos ab altari avellunt. Ita deciſiones ſubiiciendæ, pag. 164.

DECISIO LV.

An à ſententia lata ſuper articulo, nunquid reus gaudeat immunitate Eccleſiæ, detur appellatio, & de genuina ratione.

APpellationes pletúque prohibitæ obſervantur quando frivolæ, & calumnioſę præſumuntur, hæcque præſumptio, vel ex magna confidentia in iudice, cui cauſa committitur ortum habet, vel ex ſuſpicione partis ſuccumbentis proficiſcitur, vel ex his de cauſis ſimultaneè conſideratis enaſcitur, ſed illæ omnes unum habent ſcopum, ne ſcilicet criminalia negotia nimis protrahantur. Ita deciſiones inferius ſubnectendæ, pag. 170.

DECISIO LVI.

De ſequeſtro apponendo in fructibus beneficiorum per Iudicem Eccleſiaſticum pro exactione mulctarum.

OBſtinatam contumaciū pertinaciam diverſis pœnis iura coer-

coercent, ſicut appellationem à lege, pœniſque ab illa impoſitis renunciant,& pro mulctarum inviolabili exactione ſequeſtrum fructuum in beneficiis eccleſiaſticis apponi non prohibent pro modo culpæ,& iuxta limites contumatię animadvertendo, pag.175.

DECISIO LVII.

Aſſiſtentia Iudicis immediati debitoris, vel rei ad quem finem expoſtuletur.

ETſi iuriſdictionem Iudex habeat ad iudicandum, ut ea tamen abſque ſcandalo, & reſiſtentia exerceatur Iudicis immediati debitoris,ſeu rei aſſiſtentia,vel familiæ ſuæ expoſcitur, eam adhiberi iuſtum,& tutius conſideratur, non tamen ob hanc omiſſam ſolemnitatem acta nulla redduntur: Ita de milite efecto poſt contractã obligationem guarantigiã,& aliis ſimilibus caſibus Senatus definivit inferiùs depingendis,pag.183.

DECISIO LVIII.

De teſtium laicorum, & clericorum falſo teſtificantium punitione,per quẽ Iudicem ea ſit inferenda,& qualiter teſtes de negativa coarctata loco, & tempore deponant.

IN Clericos iuriſdictionem exercere adhuc incidenter ratione falſitatis per eos in ſuis Conſiſtoriis patratæ Iudices ſeculares nequeunt, benè verò Eccleſiaſtici in laicos extraordinariè puniẽdo ordinaria vindicta à verò Iudice poſtea infligẽda, illorum incapax eſt ſecularis cognitio, adeò ut teſtificari arceãtur abſque proprii ſuperioris licentia,tametſi teneat teſtimoniũ ea non obtenta emiſſum, atvero Reverendus Cancellarius teſtes coram ſe falſo deponentes, ſive Clericos, ſive laicos extraordinem coercet, & utriuſque conditionis hominum depoſitiones ad probandam negativam loco, & tempore coarctatam tendentes extra carceres nõ admittit.Ita Deciſio ſtatim ſubiungenda, p.190.

DECISIO LIX.

Dominii probatio an in furto ſit neceſſaria.

FVrtum rei, cuius Dominus ignoratur dominii probationem non depoſcit quando de puniendo fure pœna extraordinaria tantummodo agitur, & tunc minus certa probatio prudenti iudicis arbitrio regulata ſufficiet,ſi autem ultimo ſuplicio reus afficiendus veniat omnimodo certa æſtimatio furtivæ rei deſideratur, & conſtito de domino eius dominium,ſeu verius poſſeſſionem realem, & actoalem iuſtificari expedit. At quoties ad reſtitutionem rei furtivæ reus damnatur niſi docto de dominio fieri illa nequit. Ita Senatus 3. Octobris 1687. in facto Fiſci Proc.R.C.contra Ioannem Ignatium N. paratorẽm Vil-

læ de Eſparaguera, & Bernardum N cultorem Villæ de Illa delatos, & incolpatos, quod de menſibus Maii, & Iunii illius anni nactu pluribus, & diverſis vicibus furripuerunt poſt meſſes factas triticum, & avenam in manipulis ex agris territorii Barcinonę ubi ſegetes diverſorum particulariũ collectę reperiebãtur, & de aliis criminibus, & delictis, qui fuerunt condemnati ad fuſtigationem, & quod bullarentur, & ad ſervitium Reg. triremium remigando, ſcilicet dictus Ioannes Ignatius (qui pro aliis furtis fuerat punitus) ad ſeptennium, dictuſque Bernardus ad trienniũ. In actis Riembau, pag. 197.

DECISIO LX.

Iuriſdictio Iudicis cognoſcentis de aliquo articulo, ſeu quæſtione incidenter, ſit ne cumulatiua, vel privatiua.

COgnitio articulorum civiliũ per iudicem criminalem non aliter quam ratione incidentię adquiritur, & cumulativè, non privativè ad iudicem civilem, qui principaliter parte non opponente de illo articulo iudicare non arcetur, atq; ita ſententia per ipſum pronunciata ſubſtinetur, ac poſt eam latam omnis ceſſat prævention, & ſi cauſa confiſcatis bonis rei criminis læſæ Maieſtatis in primo capite fuerit legitimè in R. Aud. civili introducta, & mortuo poſtea reo naturaliter, eadem bona ſequeſtrentur pro tenuta, & iuribus viduæ inditione Regis inimici commorantis, nihilominùs cauſa prædicta in Reg. Audientia civilis eſt proſequenda. Ita Senatus definitionibus inferius expromendis, pag. 203.

DECISIO LXI.

De cauſa præiudiciali curſum alterius litis ſuſpendente.

PRæexiſtentia inveſtituræ præſupponitur ut uſui faticæ ſit locus, quamobrem ſi coram Tribunali, ſive indicibus de Paribus Curiæ de inveſtiturę titulo diſceptetur, & in Regia Audientia de uſu faticæ cum articulos inveſtituræ nequeat per modum cauſæ, & ex nudo facto in R. Audientia decidi pro declarando ſuper prælatione meritò uti præiudicialis illa quæ principaliter ſuper inveſtitura vertitur, donec in ea ius ſit dictũ curſum alterius litis ſuper iure faticæ pendentis detinet, ac remoratur. Ita Senatus inter partes infra nominandas. pag. 219.

DECISIO LXII.

De Manreſa, ſeu Minoriſſa. Auctoris Patria, & probatione proprii commodi remouente animum nocendi in diuertenda aqua.

QVamvis iure gentium fluminum, littorum, & riparum uſus communis eſſet, poſtquam tamen humanis dictantibus neceſſita-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

stratibus Principum imperio gubernia se suppoſuere politica, effecta ea omnia fuere de illorum dominio, sicque de Regalibus, sed in pluviarum aquis id præcipuè attenditur an dominus fundi superioris emulatione sola moveatur in aggeribus, aut aquæductu construendis ad aquam à suo prædio eliciendam, & mittendam in fundum inferiorem, & sola probatione commodi sibi ex novo opere resultantis omnis nocendi animus elidatur, & licitè se gessisse comperitur. Ita Senatus inter partes statim exprimendas, pag. 228.

DECISIO LXIII.

De probatione vſus, & conſueti.

VSus, & conſueti probatio diversimodè constituitur quâ consuetudinis: nam huius demonstratio usum, frequentiâ, actuum, & temporis diuturnitatem exposcit, illius verò verificatio non utique, parum equidem prodesset leges ferri, privilegia obtineri, si eorum usus, & observantia strictas exigeret qualitates sicut consuetudo. Ita Senatus in casu infra exponendo, pag. 237.

DECISIO LXIV.

De inſignium, ac prærogatiuarij vſu, & exercitio.

INsignibus quæ auctoritatis, & ornatus causa tantummodo cõceduntur possunt Consiliarij, & alij Dignitates obtinentes in alieno territorio uti, non autem illis, quæ exercitium denotant iurisdictionis iure sic disponente, licet aliud quoad Consules de consuetudine practicetur, si tamen illis observantia faveat, ea est prosequenda concessa assistentia Officialis Regij per Regium Criminale Concilium contra violantes Regiam Salvaguardiam, si verò res, seu factum, de quo agitur sic civile assistentiam Iudex civilis elargitur. Ita Senatus in casu infra adducendo, pag. 243.

DECISIO LXV.

De probatione reſiſtentiæ ad plectendũ reſiſtentes, & ad liberandum ſiue puniendum Officiales vulnerantes, vel occidentes.

REsistentia impunè fiet Algutziriis Regiis, si noti non sint in loco, ubi capturas, vel executiones ad effectum redigere peroptant, & insignia sui officii non deferant, vel mandatum à suo superiore præstitum non ostendant, aut saltem clausulas, quibus eorũ nomen, & subscriptio committẽtis designetur; at si cognitus fuerit licet de commissione non doceat, nec insignia afferat, punietur resistens. Resistentia nõ committitur per solam fugam, nisi cum armis contigisse probetur, & tunc Officialis moderamen inculpatæ tutelæ servare adstringitur, pro hisque, ac aliis processũ ordinarii ante

evocationem cauſæ adſtructum inquiſitus petere valet, quantumvis ex eo Fiſcus iuvari nolit, ſi autem Officialis reum captum non reſiſtentem interficiat, homicida proditorios efficitur, utque talis pœna afficitur. Ita Deciſiones infra referandæ, pag. 249.

DECISIO LXVI.

De probatione impunitatis exiſtenti intra, vel extra Eccleſiam promiſſa.

PRomiſſa impunitas reo ab eccleſia egredièti ſervari debet, ſi illius immunitate iuvabatur ſecùs, ſi non gaudebat, nec immunitas ſuffragatur voluntariè è loco facio exeunti. Sic etiamſi probetur prævia promiſſione impunitatis reum confeſſum fuiſſe, ex tali cõfeſſione non condemnabitur, niſi ratã poſtea habuerit, ſed non opitulatur impunitas ab eo elargita, cui gratiam criminis concedendi facultas nõ competit. Ita Deciſiones proximè recitandæ, pag. 259.

DECISIO LXVII.

Impunitas, & obligatio an per probationem generalem probetur.

APromiſſionibus generalibus Iudices abſtinere debent, cũ dedeceat ipſos ulla etiam fallacię, ac circumventionis umbra, quantumvis illæ ſuaptæ natura obligatoriæ non ſint; poſſunt tamen Magiſtratus hiſce loquutionibus uti, vel ob urgentiam cauſę, vel propter ſolatium rei, prudentèr ſe gerendo, verba amphibologica non deceptoria proferentes: idem dic de reſtrictione mentali addita exteriori demonſtratione. Ita Senatus in caſu ſubiiciendo, pag. 264.

DECISIO LXVIII.

De probanda mala qualitate rei per proceſſus ab inferioribus Iudicibus cõditos ſuperiore illos petente.

ATrocioris delicti privativam ac ſuperiorem habens iuriſdictionem, nedum à quibuſcumq; Iudicibus reos de illo impetitos repetit, & proceſſus pro eodem crimine orditos expoſcit, ſed etiã alios mitti iubet de levioribus ſceleribus adſtructos, & ſi delinquentem multiplici flagitiorum copia innodatum deprehendat maiori poteſt ultione vindicare, cuius rei iudicium eius regulato arbitrio ſimul cum poteſtate tributo dignoſcitur. Ita in Curia Iudicis Subdelegati Brevis Apoſtolici Aprilis 1693. in cauſa Ioannis N. Sacerdotis Eccleſiæ Parochialis Villæ Oleſiæ Beneficiati. Actuario Golorons, pag. 271.

DECISIO LXIX.

De probationibus factis per Iudicem prorogatum in caſu non prorogabili.

LIcet cauſæ criminales prorogabiles agnoſcantur, & facta

ſe-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

semel protogationē pœnitere nō liceat, aliqualis tamen iurisdictio in Iudice prorogato requiritur, ut eam in prorogantem exercere valeat; at nullam in personam alienigenæ quo ad flagitium per eum in alio Regno perpetratum Excelentissimo Locumtenenti generali suę Maiestatis, Regioque criminali Consilio istiusce Principatus competit: unde meritò de illo, etiā reo annuente, reluctante præsertim legitimo Iudice nequit cognoscere. Ita Senatus ex maiori parte Dominorū 31. Ianuarii 1597. per Ioannem N. Agricolam termini de Roçafa vicinatus Civitatis Valentiæ, pag. 278.

DECISIO LXX.

De processu Iudicis Ecclesiastici alīus ecclesiasticum in vim illius requirentis.

ATrocissima delicta nullibi protegi Reipublicæ iura suadent, & ad eum finem si inquisitus ad aliud Regnum profugerit ecclesiastico iudice instante suum subditum capi per litteras requisitorias debitè expeditas alterius Regni iudex paritèr ecclesiasticus ad capturam progreditur, reumque remittit canonicis inspectis sanctionibus, non Principum legibus municipalibus, hæ enim in Ecclesiæ Tribunalibus non ligant, nec in iustitię administratione per ipsos attendentur. Ita observatum in casu infra memorando, p. 283.

DECISIO LXXI.

De nullitatibus insanabilibus, & de aliis, convalescere ante acta non impedientibus, vbi de recomendatione.

QVando Vicarius Regius, etiā in vim retroclami in terris Baronum absque assistentia Baiuli eorum capturam exequitur pro debito civili, & ad carceres Regios adducitur, debitor nullitet captus remanet ex defectu iurisdictionis in capiente, nec ille per recomendationem à creditore factā sanatur, cum hoc casu locum non habeat, sed exceptione malæ capturæ opposita reus adiuvetur. Ita Senatus in causa Francisci Serrabardina agricolæ Parochiæ sanctę Matiæ de Seva Diœcesi. Vicen. cōtra Iosephum Vila, & Prats paritèr agricolam Parochiæ S. Mattini de Brull, Regia sentētia lata 25. Maii 1693. referente Nobili Iosepho de Balaguer, olim R.S. in gradu supplicationis confirmata referente Nobili Christophoro de Potau R. etiam Consiliario Reg. sententia lata 23. Novembris 1693. Actuario Texidor, pag. 288.

DECISIO LXXII.

De nullitatibus in probationum scriptura perpendendis.

NVllitatum varii gradus secernuntur, aliæ enim ex defectu iurisdictionis, seu authoritatis proveniunt, ut quia iudex incapax,

pax, vel incompetens fuerit, vel Notarius recusatus extiterit; aliæ verò ex diversis causis descendunt iurisdictionem non respicientibus, ut puta si in examine testium circa tempus concernentes non fuerint servatæ solemnitates: primo casu subvertuntur omninò depositiones, de eis neutiquam ratio haberi valet, sicque dissoi, & evelli á processo debent: in secundo autem, parte petente repetitioni locus fit, proindeque à processu testes nullatenus veniunt dimovendi. Ita Senatus in causa Procuratorum fidelissimæ, & exemplaris Civitatis Dertusæ, contra Priorem, & Conventum Eremi sancti Hilarionis de Cardò Ordinis fratrum Carmelitarum excalceatorum R. provisione facto verbo facta per Nobilem Franciscum de Rius, & de Bruniquer R. S. 25. Maii 1693. in actis Mora, pag. 293.

DECISIO LXXIII.

De probationibus perhibendis, vt per iudicem ciuilem, seu criminalem iurisdictiones sequestrentur.

CRiminalis iudex non alitèr cognitionem adhibet, quam si qualitas criminis, vel gubernii præsupponantur, & ita in puellarũ, & iurisdictionum sequestris servatur, atque in assistentiis impertiendis, atverò istæ, si super iurisdictione notoria, & facto criminali non extante lite in Reg. Aud. petantur absque armorum, vel scandali suspitione elargiuntur, & quando flagitia eveniunt, & impuniti scelesti evadunt ad carentiam administrationis iustitiæ R. Crim. Consequestrũ iurisdictionis providet, idque etiamsi in R. Aud. iudicium agitetur, dummodò in hoc articulo incidenti illa non prævenerit. Ita Senatus decisiones infra referendæ interpretantur, pag. 297.

DECISIO LXXIV.

De gratificandis præcellentibus meritis, & eorum probatione.

BOnum publicum suprema lex est, & supra omnem legem, quapropter si ingentium servitiorum gratificandorum causa delinquentis remissio petatur larga manu à Principe ad solatium superexcellentium meritorum vassalli porrigitur, nec tunc quasi in avara mercatoris statera servitia cum criminibus appenduntur, benè verò eo liberali pondere, ut semper impetantis gratia exuberet, non seductione permoti, sed precibus secutè veritate nitentibus, probationeque extraiudiciali habita, aut aliis à fide dignis viris exoriẽtibus. Ita Senatus ex maiori parte Dominorũ prima Aprilis 1683. in facto suplicationis oblatæ suæ Excellentiæ per Ioannem Xirau incolam Villæ de Llançà petentem pro remunerandis suis servitiis fieri remissionem pro bono publico Dimæ N. Villæ de Navata delato de mandato, & assassinio per eum com-

commissoin nece proditoriè perpetrata in dicta Vila de Navata per Ioannem de Montesquiu, & Andræam Doble in personã Antonii Azamor eiusdem Villæ iactibus instrumenti manualis, pag. 303.

DECISIO LXXV.

De remuneratione seruitiorum in ciuilibus, & in feudationibus eorũ causa permissis.

DEmanii, & incorporationis Regiæ Coronæ privilegia; etsi iuramento vallata absque speciali hypotheca, sicut dominium Principi non abdicant, nec in obtinentem gratiam transferunt; ita neque infeudationem impediunt ob insignia merita remuneranda, qua de causa uti publica, & necessaria plurima Principi liquent, etiã in privatorum, seu tertii damnũ, quod universali commodo metiri cedit. Ita Senatus in decisionibus infra referendis, pag. 311.

DECISIO LXXVI.

Anteriori Priuilegio propter seruitia obtento an per posterius derogetur, & nunquid Principis assertio illa probet.

PRincipis assertiones merita enarrantis in privilegiis, & donationibus concludenter ea nõ probant in demanii prejudicium, etsi aliter specifica mentione cõpactæ magnæ sint efficaciæ, quia magis ex deprecãtium suggestione, quam ex dominantis voluntate promanasse præsumuntur; at si aliis documentis fulciantur plenã constituunt probationem, & adeo utilitèr influunt, ut gratiæ validę remaneant, nec inde charta contra chartam emergit, cum anterior demanii concessio semper casum remunerationis servitiorum tacitè secum exceptum trahat, si verò illa veraci meritorum gratificatione nitatur, nullatenus per subsequentem infringitur. Ita Senatus in casibus infra exponendis, pag. 318.

DECISIO LXXVII.

De qualitate meritorum, quæ probari debent, vt demanio in illorum remuneratione præiudicetur.

MErita levia non sunt ea remuneratione digna, quæ demanii præiudicent privilegiis, benè verò celeberrima, & magna quæ condignam nusquam recipiunt æstimationem, quamvis à vassallo Principi præstentur: nam licet quicquid ille pro suo Rege fecerit debitum reputetur, qui tamen ita huic obligationi satisfacit ut singularis, aut strenuus inter alios agnoscatur, & glorioſior, talis debet emicare in præmiis, qualis enituit in gestis; nam secùs agẽdo, & Regnantis celsitudo denigraretur, quæ exuperando in gratiis facinora adamatur præstantior; & servientis amor ac zelus tepesceret, qui stimulante mercede,

de, & Regia libertate ardentiùs excitatur. Ita Senatus in casu huius decisionis, pag. 327.

DECISIO LXXVIII.

De testimonio, & assertione iudicis non attendendis.

IVdex inferenda sententia non ex privata sua conscientia movetur, sed ex his, quæ aliùnde in processu probata comperiuntur; undè testis in causa, qua iudicat, esse nequit, quantùvis veritas aliter erui non possit, nec super propria assertione iudicium promere quasi sui dicti iudex valet, quæ iuris dissonantia non tollitur, tametsi alii cũ eo interveniant coniudices, præsertim inquisitio de illa obiiciente. Ita decisum in themate inferiùs expromendo, pag. 336.

DECISIO LXXIX.

De causis distribuendis, & delegandis.

COnscientiæ alterius causas committere, & honestum, & à suspitione alienum protinus dignoscitur, sicque suspectus in iudicando neutiquam in delegando talis esse consideratur, quæ delegatio superioris licentiam præcisè exigit; nec implicat iudicem causas distribuentem sibi ullam retinere, si à lege eius cognitionem capiat, cunctaquè hæc diversarum causarum exemplis patefieri nefas non erit. Ita Senatus in casu istiùs decisionis, pag. 343.

DECISIO LXXX.

De arborum incisione.

NAvium fabricæ penitùs necessariæ existimantur, navigationisque usus sicut magna industria inventus, ingentique studio, ac iteratis experimentis perfectius acquisitus innotuit, ita humano cõmercio undequaque expediens cõcelebratur; undè ad Regalem Maiestatem, cuius propriũ est vassallorum tutamen, & propagatio, & Regnorum incrementũ, pertinet etiam navium cõstructio & ad eam lignorum incisio, quæ uti æqualitèr in subditorum solamen, & decus cedit, ita eo consilio exerceri debet, ut non in unius iacturam vergat, sed iusto spectato arbitrio, arborum qualitate inspecta, locorum ubi frondent, & personarum illis fruentium, variisque decisionibus infra referendis Regalia ista illustratur, pag. 348

DECISIO LXXXI.

De eadem materia, & seruitute lignandi.

QVamvis Dominus Rex legibus sit solutus, & quæ inter privatos servantur illum alligare non possint, si tamen æquitate nitantur congruit Maiestati, ut iuris supremus protector ac custos, & rationis maximùs amator, nedum generaliter in iussionibus, sed etiam speciatim in rebus ad se pertinentibus excolatur, indeque profluit ut quæ inter subditos prę-

dia

dia dominantia possidentes, ius disposuit ad negotiatorum abusus tollendos; in Regalibus exactionibus practicentur ad excessus vitãdos, sic interesse publicum, & præeminentiæ Regiæ tuentur, ac vassallorum damnis occurritur. Habes infra quid Senatus de servitutibus definierit, ut indè proportionatim noscas qualis debeat esse usus Regaliæ in triremium fabrica. pag. 354.

DECISIO LXXXII.

De Regaliarum usu, & eas possidentibus.

REgalias per legitimos tramites tueri, & possessores retũ sub illis comprehensarum iuris remediis deiicere, nedũ rationi cõsonum arbitrandum, sed muneri incumbere iudicantium, atverò eiicere de facto, aut spoliare absq; cognitione causæ, & ex abrupto, præsertim lite pendente, nec Princeps patitur, neque Senatus sanctiones assentiuntur, sicut & Regalias consuetudine introductas ultra eam ampliari, ac extendi. Ita in casibus infra exponẽdis, p. 360.

DECISIO LXXXIII.

De litteris causa recognoscendi.

PRincipis tutamen ad gravamina subditis vitanda studioſé leges præcaverunt variis ad id solatiis, ac mediis adhibitis, & aliquando iudicibus inferioribus iubendo ut acta transmittãt, & donec quid agendum sit rescribatur inhibiti remaneant, ad hocce remedium non indistinctè, & generaliter conceditur, sed magnis, iustisque de causis Regium animũ permoventibus. Ita Senatus in casu infra referando ad expositionẽ *Constitut. unic. sub tit. de causa recognoscendi Constit. 4. tit. de accusac. denuncia. &c.* & aliorum iurium municipalium, pag. 373.

DECISIO LXXXIV.

De aduocatione voto, & Cõsilio Regiis Senatoribus interdictis.

SEnatoria dignitas non solum sublimis honos, sed & maximum onus existimari, debet qua propter, ut iniuncto sibi muneri Reg. Aud. Doctores respondeant aliena ab illo effugiant, nedum de aliorum negotiis curant, & supererogatoria gerunt propria, & obligatoria omittant, sed causę specialitate suadente Regia cognitione approbata consilium votũ, & patrocinium dare non prohibentur. Ita practicatum in casibus inferiùs numerandis, pag. 378.

DECISIO LXXXV.

Regii Senatores Procuratores ẽse magnatum, & aliorum prohibentur.

EAdemmet ratione qua ab advocando, & consulendo Re-

giæ Audientiæ Doctores removentur procuratores esse Magnatum, & aliorem interdicuntur, sic pluribus patriæ iuribus præscribẽtibus, quæ licet ambiguam aliquãdo habuerint interpretationem exẽplaribus præcedentibus à pœna in syndicato excusantibus; hodie tamen Regali diplomate prohibitionem præstituente omnis resecata fuit difficultas, sed nõ deest adhuc Maiestatis arbitrium ut in casu dispenset particulari. Ita in Regiis rescriptis statim expromẽdis, pag. 383.

DECISIO LXXXVI.

De delegationibus, & litteris requisitoriis.

DElegatus propriè is est qui in sibi commisso negotio omnimodam iurisdictionẽ à iudice delegante accipit, & ita si Regium Consilium de causa militis commissa specialiter per Ducem belli iudicet uti delegatus procedit, è converso autem si delegetur ad executionem qui iure proprio iurisdictionem habebat in exequendum, appellatio ad superiorem exequentis interponitur, si verò nulla ei competebat cognitio appellatur ad superiorem delegantis. Ita Senatus in casibus infra recitandis uti plura de iudice requisito, & de materia, *cap. de pastoralis de off. iud. deleg.* pag. 388.

DECISIO LXXXVII.

De Aduocatis, & mali Consilii punitione.

ERrorem appetit qui in ponderosis negotiis consilium non petit, propterea præcellens, & valdè laudabile Advocatorum munus extollitur, qui non solum sibi sciunt prospicere, sed etiam sui instituti præcipuum habent ut alios quoque tueantur, & bono consilio confirment, at si malè consulant remedium in venenũ convertunt, incolumitatem in exitium, & aliquando Rempublicam, quam religiosè suum officium obeuntes salubriter erant propugnaturi in deplorabilem ruinam perducunt, quare meritò nonnunquam in civilibus litibus calumniosi patroni expensas solvere coguntur, & interdum criminali ultione, si dolus detegatur, iuxta eius gradus coercentur. Ita Senatus in cãsibus infra exponendis, pag. 395.

DECISIO LXXXVIII.

De honoribus, armis, siue insignibus, ac nobilitate.

ASTrorum fulgor à Solis lucẽ excerpitur, vassallorum iubar à Regio splendore desumitur, exhaurire prorsus solarem lampadem audacia stulta esset, ebibere omnes Maiestatis radios ambitiosum scelus foret, emicent subditi quatenus Princeps honorat, neq

ultra

ultra quid sibi arrogent, sic nobilitatis coruscant ornamenta, arma, insignia, hoc modo nobiles ab ignobilibus discriminantur, Dignitates secernuntur, Respublica decoratur, & ne circa prędicta excessus accidat Regii Fiscalis Patrimonialis curiæ apprimè committitur Regio diplomate infra transcribendo, pag. 402.

DECISIO LXXXIX.

De licentia requisita ad imprimendū libros, ac priuslegiis vlteriorem impressionem, aut venditionem prohibentis.

NE fidei sanctiones, proborūque morum candor offendantur, erroresque dissiminentur ordinarii ecclesiastici ad impressionem librorum licentia expoſcitur, neve in status, aut Regaliarum perniciem quidquam diffundatur Regalis facultas obtinenda erit, at si Princeps privilegium dederit ut absque certæ personæ assensu excudi libri, seu vendi non valeant pœna imposita adversus contravenientes Fisco applicanda, criminali ultione vindicari poterunt. Ita Senatus in casu infra recitando, pag. 413.

DECISIO XC.

De pœnis ob alienum delictum imponendis, vel non.

EX alieno facinore neminem prægravari iura cuncta decătant, nisi iusta causa urgeat quæ ita fieri suadeat, at tunc non pœna corporalis infligitur, sed pecuniaria tantummodò irrogatur, in subsidium tamen, & fonte non solvendo existente. Sic decisum, & observandum in casibus infe-riùs exprimendis, pag. 419.

DECISIO XCI.

De secreti præstantia, illudque esse seruandum præcipuè à testibus.

SEcretum pandere vilis animi notatur effectus, variis à iure afficitur pœnis, gubernio, & iustitię administrationi admodum noxium experimur, in testium, atque interrogatoriorum antequam publicentur evulgatione uti suggestionibus, ac falsitatibus viam præbens interdicitur, ac aliquando, si accidat, punitur, & ne contingat sub iuramento quandoque parte præsertim petente præcipitur, vel quoties iudici sic expedire videatur. Ita Senatus in casu subiiciendo, pag. 416

DECISIO XCII.

De iuramento per exemptos petentibus gabellariis præstando.

NEgotiationis lucrum indignum, ac improbum à clericis, & exemptis vitandum, à solutione gabellarum ipsi præservan-

tur, sed non ut negotientur, vel alios perperam cooperiant; eorum enim immunitas ne graventur fuit inducta, non ut gabellarios gravent, & fraudũ receptatores fiant, ideòque ad petitionem collectorum vectigalium iurare ea forma tenentur, qua illis, sibique insimul consultum remaneat omni dolo semoto. Ita Senatus in casu confessum proferendo, pag. 429.

DECISIO XCIII.

De Priuilegiis senectutis in ciuilibus, & criminalibus.

AFflicto afflictionem non esse addendã iura proclamant, ideòque laborioso senio confectis potius suffragari quam molestias inferre æquitas præscribit, propterea si mentis imbecillitate turbati deliquerint omne supplicium tẽperatur, sin minus pœnæ quidem minuuntur demptis mortis, & pecuniaria, at pro debito ciuili septuagenarium capi certior opinio non admittit, nisi post eam ætatem completam contractum iuraverit. Ita Senatus in definitionibus infra adducendis, pag. 432.

DECISIO XCIV.

De beneficio ne egat, & qualiter eius æquitas in Senatu sit practicanda.

GRatificationis non infimum genus est pœnas minuere de Regio seruitio benemerentibus, in angustiis succurrere, ac iuris remediis subvenire; sic quando ob bellum deprædati fuere non tenẽtur nisi in quantum facere possunt, si timeant spoliari qui sub Regia dominatione laudabili constantia subsistere conantur præcautio adhibetur, ad pensiones quoque censualium dumtaxat pro rata fructuũ perceptorum urgentur. Ita Senatus in casibus inferiùs examinandis, pag. 435.

DECISIO XCV.

De foro competenti.

QVamvis regulariter reus in loco domicilii sit conueniendus, hæc tamen doctrina de actionibus personalibus est intelligenda, at si actione reali: actor experiatur ratione rei sitæ ubi res illa existit forum fortitur, atque urgetur, & adhuc exemptus, in loco delicti, contractus, vel rei coram ordinario iudicium sustinebit si ibi reperiatur. Ita in Regio diplomate inferius transcribendo, pag. 440.

DECISIO XCVI.

De Fisci supplicatio in ciuilibus, & criminalibus.

CRiminales causæ in Cathalonia omninò Fisci sunt, etsi coad-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

coadiuvando privatum concurrat, civiles verò non prorsus Fiscales hoc casu nuncupari valent ad varios effectus, & præcipuè solvendarum expensarum, appellationisque, seu supplicationis interponendæ. Ita Senatus in casibus proximè subnectendis, pag.446.

DECISIO XCVII.

De supplicatione in causis prætensæ fraudis deneganda.

QVamvis in præconiis imponatur pœna Fisco applicanda, & inter eum, & privatum postea dividenda si de illorum contraventione agatur, & contra Fiscum, & privatum communem cū eo causam per ducentem sententia proferatur, nefas erit privato supplicare, cum eius conditio in criminalibus nequeat esse potior quam Fisci cuius totus est processus, & præcipuum interesse. Ita decisum in casu nuper exponendo, pag.450.

DECISIO XCVIII.

De Feriis.

FEriis in utilitatem hominum inductis renuntiare partes possunt, non utique illis, quæ ad divinum cultum institutæ fuerunt, sed qui malitiosè earū beneficio gaudere vult voti compos non evadet, neque ut criminum investigatio procrastinetur feriæ prosunt, quemadmodum non suffragantur ut quis desidiosus sit in supplicando à sentētia contra se lata ob delictum, scelestorum ita celeri suadente punitione, sic in Senatu definitum, pag.454.

DECISIO XCIX.

De belli stragibus, pacisque beneficentia.

CAlamitas belli ruina est vassallorum, quorum si ab hoste invadantur, securitas haud est in vita, honore, aut bonis. Magistratuum vigor decadens adspicitur, causarum progressus hostica exceptione opposita suspenditur, vice verò versa pace consequuta reflorescunt, reviviscunt cuncta, in iustitia authoritas, in litibus earum prosequutio, flagitia coercentur, vitantur, at si quæ dubia super illius tractatu suboriuntur consulto Principe, & non aliter terminantur; sicut enim eius supremæ potestati datum est bellum indicere, ipsumque sedare, sic etiam quid actum fuerit in fœderum conclusione spectat interpretari. Ita infra decisum, & observatum, pag.457.

DECISIO C.

De Principum potestate in pace publica ineunda.

QVando inter Principes pacis publicæ conventiones statuun-

tuuntur à iuris regulis, si ita Regnorum tranquilitati expedit recedatur adeò, ut nullus potestatis defectus exquiri valeat, sed sola voluntatis expositio scrutari pro pacis stabilitate, scrupolisorates, ac apices reiiciuntur, summumque bonum inspicitur, leges à suprema lege fœdus exigente interpretationem recipiunt, nec idcircò fundamentales regionum infringuntur, quarum qualitas plura requirit in aliis non vigentia. Ita infra decisum, pag. 465.



NO-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

QUI EX JURE CIVILI, PONTIFICIO, ET MVNICIPALI IN HOC VOLVMINE EXPONVNTVR.

EX DIGESTO VETERI.

L. quoties, §. qui dolo, ff. de Probat. decis. 41. num. 43. pag. 52.

L. 3. §. cum qui, & l. ob carmen, §. si testes ff. de Testibus, decis. 42. numer. 45. pag. 74.

L. 79. ff de Iudiciis, ibidem.

L. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil. decis. 44 num. 4. pag. 83.

L. sed si damnum 7. §. si servus, ff. de Peculio, ibid. num. 9. pag. 85.

L. si mulier, §. si metus, ff. de eo, quod vi, metusve causa, decis. 45. numer. 9. pag. 91.

L. qui in carcerem. ff. quod metus causa, decis. 45. nu. 30. & 31. pag. 96.

L. fin. in princ ff. eodem, decis. 48. nu. 19. & 20. pag. 116.

L. si quis posteaquam 7. ff. de Iudic. conciliatur cum l. qui cum uno, §. reus, ff. de re milit. decis. 57. numer. 13. pag. 187.

L. si servus 9. §. si plurium, ff. si quis caut. in iud. sist. in Compilat. pract. tit. 7. num. 21. pag. 76.

EX DIGESTO INFORTIATO.

L. qui duos, §. cum bello, & §. fin. ff. de rebus dubiis, decis. 41. n. 7. pag. 45.

L. excipiuntur 14. ff. ad S. C. Silanianum, decis. 41. num. 34. pag. 50.

L. 1. § cum dominus, ff. eodem, decis. 41. num. 44. pag. 53.

L. 1. §. hoc autem, ff. eodem, tit. ibid. num. 45.

L. si metu 45 ff. de adquir. hæred. decis. 45 num. 9. pag. 91.

L. ligni appellatio 55. §. 1 ff. de legat. 3. decis. 82. à num. 4. pag. 362.

EX DIGESTO NOVO.

L. Chirographum 24 ff. de solut. decis. 41. num. 6. pag. 45.

L. Nihil 116. ff. de regul. iur. decis. 45. num. 14. pag. 92.

L. 2. §. divus Adrianus, ff. de iure Fisci, Conciliatur cum l. 1. & ult. Cod. de edendo, decis. 52. numero 9. pag. 152.

L. qui ultimo, ff. de panis, decis. 53. num. 7. & 8. pag. 156.

L. qui cum uno, §. reus, ff. de re milit. conciliatur cum l. si quis posteàquam 7. ff. de iudiciis, decis. 57. num. 13. pag. 187.

EX CODICE.

Authent. si quis ei, Cod. de Adulter. decis. 41. num. 28. pag. 49.

L. Conciliarios, Cod. de Assessor. ibid.

Authent. damnatorum, Cod. de bonis prescriptorum, d. decis. 41. num. 55. pag. 56.
Authent. vt determinatus sit numerus Clericorum, §. fin. in fin. decis. 42. num 29. pag. 69.
L interpositas, Cod. de transact. decis. 45. num. 9. pag. 91.
L. Dolo 5. Cod. de inutil. stipulat. ibid.
L. 1. & vltim. Cod. de edend. conciliatur cum l. 2. ff eodem, & l 2. §. diuus Adrianus, ff. de iure Fisci, decis. 52. num. 9. pag. 152.
L. Consentaneum, Cod. quomodo, & quando Iudex, &c. decis. 56. numer. 15. pag. 180.
L. 2. Cod. vbi in rem actio, ibid.
L. Nullum, Cod. de testibus, decis. 60. num. 27. pag. 212.
L Properandum, §. 1. Cod. de Iudic. in Compilat. pract. tit. 6. n. 4. pag. 50.
L fin. Cod de general. abolit. in Compil. pract. tit. 40. num. 7. pag. 357.
L. quisquis, §. fin. & l. 3 Cod. ad leg. Iuliam Maiest. num. 9. ibid.

EX INSTITVTIONIBVS.

§. Filii, vers. & constat Instit. de excusat. tutor. decis. 48. n. 54. p. 124.
Princ. tit. de satisdat. Tutor. decis. 51. num. 7. pag. 143.

EX DECRETALIBVS.

Cap. qui fidem de sponsalibus, decis. 41. num. 27. pag. 48.
Cap. de hoc de Simonia, decis. 41. numer. 29. pag. 49.
Cap. Perfectum de Confirmat. vtili, vel inutili, ibidem num. 30.
Cap. Inter solicitudines de Purgat. Cano. ibid num. 31.
Cap. Cum contumacia 7. de Hæretic. in 6. ibid. num. 49.
Cap. Generali 3 de Election. in 6. decis. 42. num. 29. pag. 69.
Cap. Locum de sponsalibus, decis. 45. num. 14. pag. 92. & num. 24. & seqq. pag. 95.
Cap. Satis de his, quæ vi, metusve causa, decis. 48 num. 18. pag. 116.
Cap. veniens 10. de Testibus, dec. 50. num. 4. pag. 133.
Cap. Fœlicis, §. per hoc de pœnis in 6. decis. 53 num. 4. pag. 156.
Cap. 1. de offic. Iudic. delegat. ibidem num 9. pag. 156.
Cap. Quoniam frequenter fin §. in aliis, vt lite non contestat, decis. 56. num. 15. & 17. pag. 180.
Cap. prout de Dolo, & contumac. ibidem.
Cap cum venissent de Institut. decis. 67. num. 5. pag. 266.
Cap. Pastoralis in fin de Offic. delegat. decis. 86. num. 10. pag. 391.
Cap. Contingit 45. & cap. Constitutionem 9 de Sentent. excommunicat. in Compilat. practical. tit. 6. numer. 4. pag. 51.
Cap Cum pro causa, & cap. Officii de Sentent. excōmun. in Compil pract. tit. 39. num. 23. pag. 344.

EX SEXTO DECRETALium.

Cap. Nullus ex consilio de regul. iur.

in

in 6.decis.87.num.5. pag.397.
Cap.1.de Priuileg.in 6.decis.95.numer.12. pag.445.
Cap.generali 3.de elect.in 6.decis 42 num.29. pag.69.
Cap fœlicis. §. per hoc de panis in 6. decis.53.num.4. pag.156.

EX CLEMENTINIS.

Clement. 2. vt lite pendente in Compilat.pract.tit.6..num.6. pag.51.

EX DECRETO GRATIANI.

Can.cum de Ligaribus 43.in fin.25. quæst.5 decis.42.num.12.pag.63.
Causa 31. quæst.3.decis.42. numer. 15. pag.63.
Can.ita ne 32.quæst.5.decis.48.numer.38. pag.120.
Can.Letharius 31.quæst.2. ibid.
Can. odio habeantur 2. distinct. 86. decis.50.num.23. pag.138.
Can.peccator 35.23.quæst.4.ibid.
Can quamobrem 68.distinct. 1. ibid.
Can. statutum 38. 2.quæst.6. decis. 58.num.16. pag.194.
Can.testimonium 9. 11.quæst.1.ibid.

EX CONCILIO TRIDENTINO.

Sess.24. cap.8. de Reformat. decis.3. num.13. pag.157.
Sess.5. cap.5. de Reformat. decis.64. num.9. pag.246.
Sess.25.cap.3.de Reformat.in Compil. practic. tit.34.à num.17. pag. 315.

EX IVRE MVNICIPALI.

Const.1.tit.de Vsatges,decis.42.numer.3. pag 60.
Const. reuocant de dret del Fisch, ibid.num.4.
Const.1.tit.de la forma del votar, decis.45 num.34. pag 97.
Const.7.tit.de elecciò,nombre,y examen dels Doct. de la R. Aud. ibid.
Cap.12 Cur.anni 1599.ibid.
Const.poch valdria 11.tit.de observar. Constit. dict. decis.45.num. 33. pag.98.
Vsat.& Testes priusquam tit.de Testim.decis.50.num.4. pag.133.
Const.3.& 5.tit.de Accusacions,decis.51.num.6. pag.143.
Const. fin. tit. de bens dels condemnats,decis.53.num.35.& sequentib. pag.162.
Vsat.Auctoritate,& rogatu, tit.del dret del Fisch, decis. 57. numer. 21. pag.189.
Const.2. tit.de Furts,y latrocin.decis.59.num.17. pag.202.
Const.3.& 4.tit.de Feus,y potestats decis.61 num.8. pag.223.
Cap. si aliquis habet consuetud. Cathalonia, ibid.
Vsat.Placitare, tit.de iurisdic. dict. decis.61.num.21. pag.227.
Tit.de Feus,y potestats,ibidem num. 22.
Const.3.tit.de Notaris,y Escriuans, decis.66.num.5. pag.261.
Const. 5. tit de Guiatges, decis.69. num.8. pag.280.
Const.4.& 5.tit.si contra dret,y utilitat,decis.76.num.10. pag.322.

Const.

Const. *Poch valdria 11. tit. de observar Constitucions, decis. 79. numer. 3.* pag. 344.
Const. 2. *tit. de Recusació de tots Iutges, ibid. num. 6.* pag. 345.
Cap. 48. *Cur. anni 1599. decis. 80. num. 1.* pag. 349.
Cap. 10. *Cur. anni 1599. in Compilat. practic. tit. 3. à num. 1.* pag. 22.
Const. 2. *titul. de Bandejaments, in Compilat. practical. tit. 6. numer. 9.* pag. 52.
Const. 1. *tit. de Capturas, in Compila. practic. tit. 7. num. 7.* pag. 73.
Const. *A la condició femenil 8. tit. de Accions, y obligacions, in Compil. practic. tit. 7. à num. 17.* pag. 75.
Const. 1. *tit. de Guiatges, in Compil. practic. tit. 7. num. 6.* pag. 80.
Const. *fin. titul. Quant sia licit, ò no venjarse, ibid. à num. 17.* pag. 81.
Const. *Mes statuim, 5. tit. de Accusac. y denunciat. in Compilat. pract. tit. 11. num. 6.* pag. 105.
Const. 56. *Cur. anni 1599. in Compil. pract. tit. 11. num. 8.* pag. 105.
Cap. 15. *&* 16. *Curiar eiusdem anni, in Compilat. pract. tit. 12. num. 11.* pag. 119. *& tit. 17. à n. 2.* p. 178.
Const. 2. *tit. de Sentencias, in Compil. pract. tit. 14. num. 19.* pag. 161.
Const. 3. *&* 4. *de Manlleutas, in Cõpil. pract. tit. 15. num. 5.* pag. 171.
Const. 57. *Cur. anni 1599. in Compil. pract. tit. 20. num 5.* pag. 209.
Const. 4. *tit. de Guiatges, in Compil. pract. tit. 21. num. 8.* pag. 220.
Vsat. *simili modo, tit. de dret del Fisch in Compil. pract. tit. 21.* pag. 210.
Vsat. *Auctoritate, & rogatu, tit. de dret del Fisch, in Compilat. pract. tit. 22.* pag. 220.
Vsat. *Camini, & strata, tit. de comercis, y seguretats de camins, in Cõpil. pract. tit. 23.* pag. 225.
Cap. 11. *Cur. anni 1599. in Compil. pract. tit. 23. num. 3.* pag. 227.
Vsat. *Moneta, in Compilat. pract. tit. 24.* pag. 228.
Vsat. *Iudicium, in Curia datum, tit. de celebrar Corts, in Compil. pract. tit. 25.* pag. 232.
Const. 5. *&* 6. *tit. de Sequest y emparas, in Compil. practic. tit. 28. à numer. 1.* pag. 247.
Const. 1. *tit. de Fautoria, in Compil. pract. tit. 29. num. 1.* pag. 260.
Cap. 3. *tit. de Bãdejaments, in 2. volum. in Compilat pract. ibidem numer. 3.*
Const. *fin. tit. de Fautoria, numer. 5. ibidem.*
Const. *Mes statuim, 3. tit. de Sequest. y amparas, in Compil. pract. tit. 30. num. 6.* pag. 265.
Cõst. 1. *tit. de Ofici de Prothonotari, ibid. num. 8.* pag. 266.
Const. *com instigant, tit. quant sia licit, ó no venjarse sens Iutge, in Compil. pract. tit. 31.* pag. 267. *& seqq.*
Cap. 17. *Cur. anni 1599. in Compil. pract. tit. 32. num. 13.* pag. 276.
Const. 2. *tit. de inuocació del Bras secul. in Compilat. pract. tit. 34. à num. 20.* pag. 316. *& decis. 86. num. 18.* pag. 394.
Const. 4. *tit. de comercis, y seguretat de*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de camins, & Const. 6. tit. de Vectigals, Lleudas, &c. conciliantur cum Const. 3. Cur. anni 1599. in Compil. pract. tit. 37. n. 1. pag. 319.

Cap. 87. Cur. anni 1599. ibid.

Const. 1. & 2. tit. De la forma del votar, y concloure las causas en la Audiencia, y Real Consell, in Compilat. practic. tit. 40. numer. 38. pag. 367.

Const. 3. tit. de lletras requisitor. decis. 86. num. 19. pag. 394.

Const. 1. tit. Quant lo Pare es obligat per lo fill, decis. 90. numer. 17. pag. 424.

Const. Per lo tolre, 7. tit. de Appellacions, decis. 96. num. 4. pag. 447.

Const. 2. 4. & 5. tit. de diuers. rescrits, y elongaments, decis. 99. numer. 5. pag. 460.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials



DECISIONVM PRAXIS, ET ENVCLEATIONVM CRIMINALIVM. VOLVMEN SECVNDVM.

EPIGRAPHE.

Nova indiciorum Scala, quâ ascenditur ad omnium propèmodum probationum, ex argumentis eliciendarum, hactenus agnitarum, exactam cognitionem, atque indaginem, cuius perfecta dispectione, quæ hucvsque sparsim per omnes Authores Criminales, ac per longa volumina fuerunt exposita, in vnum collecta maiori claritate, commodiori vsu, & conspicua methodo elucidantur, pro construendis processibus, & iudicãdis delictis, vtile promptuarium, vera indiciorum diffinitio, eorumque certior divisio, explosis quibusdam minus distinctè stabilitis scribentium conclusionibus edocentur. Socij in fidi, ac conductoris viatorum proditorij punitum flagitium traditur.

NVCLEVS.

1 *Indiciorum nomine in subiecta materia testes de visu non veniunt, sed tantum argumenta ad delictum inferentia.*

2 *Distinguunt Doctores inter casum, quo iudicatur ex solis indicijs, & illũ, quo cognoscitur cum teste de visu, & indicijs.*

3 *Indicia omnia paginis complecti nemini est datum, Auctoris solum cura fuit cumulare hactenus ab scribentibus agnita nouâ methodo, ac structura.*

4 *Indicia quadã sunt indubitata quædam dubitata, alia proxima delicto, alia remota, & declarantur,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ac exemplificantur, & num. 5.

6 *Improbatur distinctio inter indicia proxima immediata, & proxima non immediata.*

Inter indicium, & adminiculum differentia.

7 *Indicia in sua specie probari debent, videlicet per duos testes conteſtes de loco, & tempore, secus verò adminicula.*

8 *Scala indiciorum qualiter hac decisione fuerit constructa.*

9 *Limita, quia indicia imperfectè probata, si ad eundem tendant finem non tantum adminiculum præbet.*

10 *Ex diuersis præsumptionibus indiciũ formatur, & exempla eruuntur.*

11 *Roborantur indicia etiam alijs adminiculis, & præsumptionibus à Doctoribus non enumeratis.*

12 *Licet in hac Decisione exprimatur singulatim pro quibus delictis indicia vrgeant; non ideò minus pro alijs iuvare possunt.*

13 *Indubitata indicia ad torturam sufficere dubium non admittit.*

Argumentum à maioritate rationis validum.

Tortura absque semiplena probatione non irrogatur.

14 *In materia indiciorum, cum tota coniecturalis sit, argui debet de similibus ad similia.*

15 *Casus decisus affertur.*

16 *Ex indicijs dubitatis vnum indubitatum componentibus iunctis adminiculis prælibata prodiit decisio.*

17 *Secreta alloquutio vehemens indicium.*

18 *Amicitia cum delinquentibus indicium non leve.*

19 *Sumitur indicium contra illum, qui cum sciret viam ex grassatoribus, & latronibus periculosam, per eam dirigit viatores.*

20 *Artificiosa cautela indicium, nec non simulatio.*

21 *Socius nullam ostendens excandescẽtiam ex socij nece, delicti particeps præsumitur.*

22 *Omissa denuntiatio scelus prodit.*

23 *Contra eum, qui de furto trãsigit promittendo restituere rem furatam, indicium furti oritur.*

Confessio extraiudicialis plenè probata, indicium præbet ad torturam.

24 *Ex mendacijs in substantialibus indicium oritur ad torturam: maximé adminiculis concurrentibus.*

25 *De mala qualitate rei, & alijs adminiculis in casu.*

26 *Detestabilitas flagitij hic enarrati exprimitur.*

27 *Fidem fallere humanam grauissimũ crimen.*

28 *Proditionis turpitudo execratur.*

29 *Scala indiciorum & sequuntur antecedentia, vsque ad num. 30.*

Insultatio ense euaginato.

Concubitus soli cum sola.

Pernoctatio adolescentis in monialis cubiculo.

Vxoris extra domum viri sine causa.

Assotiatio cum delinquentibus.

Conuiuia, seu epulationes in domo amasiæ.

Munera transmissa per amasium ad amasiam.

Oscula amassi cum amasia.

Adulterium.

Ex-

Exploratio uxoris.
Ascensus ad domum cõmissi furti.
Sterilitas cum alio marito.
Ætas non proportionata ad partum.
Frequentatio loci delicti.
Societas.
Securitas palliata.
Armorum delatio.
Armorum qualitas.
Conversatio cũ malis hominibus.
Associatio seu coadunatio cũ aliis.
Communicatio per Epistolas cum inimicis.
Cohabitatio cum occiso.
Vicinitas domus propè locũ occisi.
Causa delicti-- Odium --Amor-- Vindicta -Spes Dolor Amicitia- Ægritudo--Violentia.
Causæ carentia.
Præparatio---armorum----pecunia -Equorum seu alterius rei ad delinquendum --Alienatio bonorum-- transportatio ante crimen -- armorum oneratio -- Præparatoria.
Physognomia mala --nomen malum.
Inimicitia.
Amicitia cum delinquentibus.
Mina.
Visus pertransire in loco delicti.
Visus in loco delicti, vel propè cum armis.
Obviatio delicti neglecta.
Commodum speratum ex delicto patrando.
Verborum prolatio.
Iactatio de delicto patrando.
Insidiæ.
Custodia agressi delinquenti concredita.
Interpositio personæ.
Mutatio habitus aggressoris.
Perquisitio itineris occisi.
Promissio incertarei.
Receptio mutui à subditis.
Repertura mercium in taberna lictoris.
Sterilitas fœminæ.
Taciturnitas.
Prægnantia.
Apostilla in instrumento.
Cancellatio scripturæ.
Interlineatio scripturæ.
Auricularum abscisio.
Consilium præstitum de admittendis suspectis.
Defensio delinquentium.
Factum præcedens in domo.
Vsus verborum conspirantium.
Conuicia prolata contra aliquem.
Ingratitudo.
Fiducia nimia rerum suarum.
Scientia delicti patrandi.
Emissio diuitiarum ad hostes.
Vociferationes.
Rivalitas.
Receptatio delinquentis ante facinus.
Receptio inimici--amasii intra cubiculum monialis.
Secreta alloquutio--Confabulationes frequentes, & secreta amasii cum amasia.
Mala qualitas.
Suspicio vehemens omnium Ministrorum.

Tractatus præcedens.
Consilium præcedens.
Inobedientia imperio Magistratus.
Obedientia colorata.
Prohibitio præcedens spreta.
Mala natio.
Progenies mala.
Notitia domus.
30 *Coharentia vsque ad num. 31.*
Aggressio plurium nullis prolatis verbis.
Cessatio, seu deficientia rixæ.
Rixa affectata.
Rixa reperto corrixante vulnerato.
Assistentia cum armis in delicto.
Præsentia in delicto, seu loco vicino.
Facti qualitas.
Actus gestio cũ personis suspectis.
Tempus.
Fallacia, & deceptiones in actu.
Vulneris qualitas.
Nimia diligentia, vel negligẽtia.
Suppositio alicuius personæ.
Clandestinitas actus.
Æmulatio evidens.
Locus delicti.
Percussio in parte periculosa.
Indefensio aggressi.
Immunditia charta.
Præposteratio ordinis.
Inæqualitas pactorum.
Modicitas pretii.
Multitudo vulnerum.
Derogatio confessionis sacramentalis.
Auditio actuum ad delictum sonantium.
Partus affectatio in loco solitario.
Cancellatio scripturæ.
Interlineatio scripturæ.
Abrasio scripturæ.
Diversitas manus.
Contrarietas, & repugnãtia scripturarum.
Falsa grammatica.
Novitas charta.
Admonitio in rixa, si adversarius sit percussus.
Notorietas falsitatis.
31 *Consequentia vsque ad finem.*
Mendacium.
Simulatio.
Variatio.
Vacillatio.
Titubatio.
Tremor.
Timor.
Pallor.
Excusatio non petita.
Fuga è loco delicti.
Quando sit indicium indubitatum.
Latitatio.
Exfractio, seu recessus á domo propria.
Fuga socii.
Fuga è loco delicti cum instrumento exonerato.
Fuga attentata.
Arma rei iuxta cadaver.
Armorum celatio.
Denuntiatio affectata ad Curiam.
Denuntiatio omissa.
Taciturnitas in detegendo facinus.
Visus in loco delicti.

San-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Sanguis effluxus à cadavere ante aspectum rei.
Cōpertus in linteaminibus rei, vel alibi.
In armis, & vestitu inquisiti, si sit recens.
Acclamatio domesticorum quando quis exiuit è domo delicti.
Forma pedis.
Res inquisiti in loco delicti.
Paupertas antecedens, & abundantia subsequens.
Repertura.
Instrumentorum ad derobandum habilium.
Monetæ falsæ, vel instrumentorum ad eam cudendam.
Rei furatæ.
Partis rei furatæ.
Retentio monetæ falsæ.
Transactio cum domino rei furatæ.
Cum Fisco.
Habitus mutatio.
Ignorantia affectata.
Acclamatio affectata post delictū.
Pecunia data post delictum.
Occultatio.
Partus--sepultura occulta occisi.
Protocolli.
Sui ipsius.
Mors testium.
Tarditas registrandi.
Fama.
Effectus malè sequutus.
Vicinitas actuum.
Verisimilitudo.
Inverisimilitudo.
Egressus é domo furti patrati cum fardello.
Qualiter fiat indicium indubitatum.
Damnum effectum causa alterius.
Confessio extrajudicialis.
Confessio judicialis coram Judice incompetente.
Latitia.
Delacrymatio uxoris.
Ratihabitio.
Epistola responsoria amasij, ab hostibus delata.
Foraminum tunicæ inquisiti eiusdem mensuræ cum repertis in cadavere, seu subtela occisi.
Canis.
Transformatio.
Rubor faciei.
Sobolis similitudo cum amasio.

DECISIO XXXX.

INDICIORVM nomine hac in Decisione non comprehenduntur testes de visu, veluti aliqui nimis generaliter loquuntur, tenentes indicia proxima ea dici, quæ respiciunt veritatem delicti per visum, vel auditum respectivè, ut si testis viderit delictum, vel audierit verbis delinquentem. Conciol. *ref. crim.* 4. *in princ. verbo indicium*, Maioran. *in oppopr ax. crimin.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

p. 2. cap. 8. num. 9. nam peculiariter, & specificè hanc rem introspiciendo sub indicij nomine solum veniunt argumenta ea, quæ ultra formalem rei aspectum ex alijs coniecturis conspiciuntur, vel ut Sabell. exposuit *litt. I. in summ. §. 14. indicium signum quoddam differitur informans animum iudicis ad aliquid suspicandum, vel credendum:* testes autem de visu potius dicuntur probationes probatæ per visum, quam illationes, & ratiocinationes intellectus, licet illorum vis per exceptiones, & obiectiones ipsorum variè eneruetur, ut contingit in assertione vulnerati, inimico denuntiante, & alijs huiusmodi.

2 Sanè Doctores secernunt, inter casum, quo iudicatur ex solis indicijs, & illum: quo cognoscitur cum teste de visu, & indicijs, ut videre est in relatis per Regent. Cortiada *dec. 93. num. 35.* quæ differentia non intraret, si testis de visu indicium esset, nam & tunc ex solis indicijs ius reddi diceretur.

3 Non est animus, nullum indicium hic omittere, quia cum sint mentis conceptus, nequeunt paginis perstringi, & deficiunt explicationes completæ, & integrales ipsorum, sicque procedit Iurisconsulti contextura docentis plura esse negotia, quam vocabula, *l. natura enim 4. ff. præscript. verb.* Osuald. ad Donell. *lib. 22. c. 2.* Hieronym. Theutler. *vol. 1. solut. dis-put. 30. thesi 1.* perlongè doctissimus Retez *opuscul. lib. 2. sect. 1. à cap. 1.* Solum intenditur ab authoribus usque huc agnita, & approbata hic cumulare eo ordine, ut processus constrai brevius, & præclarius valeant; eorumque vis, & efficacia perspiciatur; satis enim est impleviſse hic claudere, non mediocri, & nova distinctione, quæ cæteri per integra volumina pertractarunt, alijs, & non levibus additis, quæ ipsi non dignoverunt.

Indicia quædam sunt indubitata, & quædam dubitata, ut examinavimus *dec. 27. à num. 24. vol.* 4
1. nec subdistinguendum arbitror inter indicia indubitata primi gradus, & secundi, ut excogitabat Carol. Anton. de Luca *ad Franch. observat. 372. à num. 3.* nam nusquā, ut alibi firmavi, ab indicijs possibilitas in contrarium removeri valet; indubitatum plenum, dubitatum verò semiplenum vocat Sabell. *in summ. litt. I. §. 14.* alia sunt delicto proxima, alia remota non ita exposita, ut aliqui voluerunt, nimirum ad hoc perducentes testem de visu; sed quia quædam sunt immediata ad delictum, & valdè ad illud inferentia, cuius generis enumerantur fuga è loco delicti, ense evaginato, egressus è domo interfecti cum gladio sanguinolento, & similiter aliqua antecedentia paulisper ante delictum, nam licet ea indubitata non sint, proxima nominabuntur.

Re-

5 Remota verò illa, quæ ex sui natura proximitatem ad delictũ non inducunt, quoniam tamersi magnæ sint quandoque efficaciæ, ut confessio extraiudicialis, repertura rei furatæ in homine malæ famę, inimicitia capitalis, minæ, & consimilia; attamen & multò ante delictum, & multò post crimen respectivè contingere possunt. Quare explodetur distinctio inter remota valdè ad delictum inferentia, & generaliter valdè ipsum non arguentia, de qua Conciol. *resol. crimin. verbo indicium num.* 7. Maiorana *in oppoprax. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 40.

6 Et minus, est sequẽda opinio distinguentiũ inter indicia proxima immediata, & proxima nõ immediata: illa, per unũ testẽ probati cõtẽdentiũ, pro ut retulit Guazz. *def.* 30. *ca.* 31. *in princ. & per tot.* ista verò per duos; nã nullũ est indiciũ, quod in sua specie probatum dici valeat absque duobus testibus, Addition. ad Sanfelic. *dec.* 392. Ant. de Ballis *tract. nou. lib.* 1. *q.* 10. *per tot.* & his, ac alijs relatis Sabell. *in summa lit. I.* §. 14. *num.* 9. qui tamen non est sequẽdus quatenus asserit probari indicium proximum per unũ testem de visu, qui sit omni exceptione maior: nam tamersi me non lateat plures apud Sabellum, & Maiorana authores legi hoc tenentes; isti tamen discretivè non loquuntur inter testem de visu respectu delicti, & testem super eius indicio deponentem: aliter autem cùm unico teste probatur indiciũ vim eius amittit, & solo adminiculi robore potitur, ut præmonuimus *dec.* 27. *num.* 35.

7 Te autem animadversum velim Doctores, quos non sequimur, aliquando sub nomine adminiculi indicium comprehendere, & sub vocabulo indicij testem de visu; propriè autem adminicula vocantur, quæ ex se probationes non sunt, sed eorum auxilia, seu coadiuvamina, id quod latè explicat Escobar *de purit. q.* 6. §. 5. *nu.* 8. *p.* 2. & ibidem per tot. §. docet adminiculum quid sit, & qualia ea debeant esse, ut alias roborent probationes, refert Reg. Caldetò *in addit. ad p.* 1. *dec.* 41. *num.* 44. *p.* 2. *pag.* 597.

Quamobrem in Tribunalibus, & in iudicando, quidquid alij dicant, invaluit, ut indicia dicamus, vel proxima, vel remota modo præ expositio, & utraque duobus testibus probata, adminicula verò quæ indicium præberent nisi unius tãtum testis iuvarentur probatione, atque idèo tot nominum investigatio non erit necessaria, quam percurrit acuminatè Farinac. *de indic. & tortur. q.* 36.

8 Scalam composuimus, per quã priores gradus, utpotè antecedentia primum recensentur, deindè cohærentia, & postea consequentia ad fines contentos *dec.* 22. *à nu.* 87. *& dec.* 27. *à num.* 30. *vol.* 1. quibus addimus eloquentiæ professo-

tes

UAB Biblioteca de Ciències Socials

res hoc etiam ſtylo diutius uſos fuiſſe ad divinæ illius artis oblectamentum, opera perpulchra efformando ex adiunctis, antecedentibus ſcilicet, & conſequentibus, ut legitur apud conſpicuum Melchiorē de la Cerda *in cāpo eloquentiæ*, ubi plura ab antecedentibus, & conſequentibus ornatiſſimè intexta producit.

9 Limita tamen quæ diximus de indicijs imperfectè probatis ſolū adminiculum præbentibus, ſi ea tendunt ad eundem finem ut latè enodavimus *dec.* 27. *à num.* 16. *vol* 1.

10 Indè ex diverſis præſumptionibus formatur indicium, ut de latrocinio annotavit præcitatus Calderò *dec.* 43. *à n.* 7. ubi indiciū æquivalēs repertuæ rei furatæ ex pluribus præſumptionibus efformatū teſtatur cum Senatus deciſione, & clarius per plura exēpla patefiet; nam ratihabitio indicium eſt, ut in conſequentibus videbis, & per plures actus commonſtratur; adulterium indicium eſt contra uxorem in nece viri, & alijs indicijs detegitur, ut infra invenietur; ſcientia delicti commitendi indicium traditur ad plura facinora infra, & ibidē coniecturis quomodo proberur; minæ indicijs arguuntur. Calderò *dec.* 45. *num.* 22. *p.* 2. *in addit. pag.* 606.

11 Et quia probationes ſunt iudici arbitrariæ, ut fusè firmavimus *dec.* 22. ſcias indicia non coārctari cum his, quæ Doctores ſcripſerunt, qui omnia in hac materia complecti nequeunt, ſed ſufficit ad alia recurrere, quæ indicia poſſent roborare, veluti dicunt cōmuniter Doctores minas probare ſemiplenè cōtra hominē potentem, & qui ſolitus ſit minas exequi; ſi autem alia adminicula, æqualis roboris, ſuggeris non idèo minor erit efficacia, indicij, ut etuimus *dec.* 30. *n.* 10. ſocius criminis in delictis occultis, & difficilis probationis iuncta infamia rei, ſufficit ad torquendum, ſi tamen loco infamiæ non infertùs ſuppetas adminiculum, indicium æquè probatū relinques, quæ valdè nota; quia quantumvis apud ſcribentes, & infra reperias indicium tali adiutum probatione ſemiplenè urgere, non taxativè id ſumas, quoniam ſi alia reperias non inæqualis roboris indicij vires adimplebis.

Simili modo te admonere deſidero, quod licet in hac deciſione expreſſerim non ſemel pro quibus delictis ulla indicia proſint, non idcirco exiſtimo pro alijs criminibus non expendi, quinimo contrarium practicare fas eſſet pro varijs rerum figuris; nec prætereundum erit, quod quando Doctores affirmant famam, minas, & alia indicia probare cum adminiculis, intelligitur de plenè probatis, ut de mala qualitate, quæ plenè eſt demonſtranda pro repertura rei furatæ, monetæ falſæ; interdum 12

autem

UAB Biblioteca de Ciències Socials

autem semiplena probatio ex unico indicio resultat, si indicium sit valdè efficax, ut confessio extraiudicialis, hæc itaque materia arbitrio Iudicis est commissa, qui & indicij, & adminiculi vires perpẽdet, ut in scala inferiùs declaratur.

13 Annotavi in scala indiciorum, quæ sufficiant ad torturam, de indubitatis non est ambigendum; nam in aliquibus dubitatis cernes ad torquendum urgere, ut accidit in confessione extraiudiciali, & similibus: idem ergo tenendum erit de indubitatis, argumento à maioritate rationis; de quo dixi *decis.* 13 *num.* 4. regulam autem statuit Fulvius Maioran. *in oppoprax. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 35. ad torturam indicia non sufficere, si sint levia, perfunctoria, dubia, æquivoca, & quæ multipliciter absque delicto interpretari, & stare possint, comprobans ex Cyriac. Vermigl. Andreolo, sed requiri gravia, aut graviora, verisimilia, clara, & certa, & *à num.* 39. cum alijs concludit ad torquendũ nõ desiderari præcisè indicia proxima delicto, sed sufficere remota, quod si illa sint generalia, saltim duo desiderari affirmat, nec te decipiat Fermosin. *tom.* 2. *de probat. ad tit. de præsumpt. in præmisso num.* 9. ubi advertit indicium minus esse quam semiplenam probationem, veruntamẽ sufficere ad torturam, siquidem contra criminalia elementa sermocinatur, nam ut alibi perducemus, tortura absque semiplena probatione neutiquam infertur.

Rursus, quia tota hæc materia 14
est coniecturalis, generaliterque sic iudicantur probationes, & philosophandum est in ea (quando Authores vim indiciorum non declarãt) per casus decisos, & percurrere alia indicia, quorum recẽsent efficaciam, sic arguendo de similibus ad similia, iuxta tradita *decis.* 21. *num.* 49.

Hinc dicitur coniecturas fortiores esse inspiciendas. Calderò *decis.* 38. *n.* 31. & unum requisitum suppleri per æquipollens. Calderò *de.* 44. *num.* 65. & suadetur ex Farinac. *quæst.* 52. *num.* 59 ubi ex indicio indubitato posse deveniri ad condẽnandum firmat, præsertim si aliud adminiculum coniungitur, est autem certum, ut in hoc volumine constituetur, ad condemnandum non sufficere probationem semiplenam.

Et ne absque decisione remaneat enucleatio, ex qua tot pullularunt, & dimanare possunt decisiones, sequens tradetur. Iosephus N. negociator, Villę de Olot incola, delatus, & inculpatus, quod die 10. Iulij 1687. vocatus ut conduceret, & associaret Ioannem Cisternes, & Ioannem Macia, francigenas in præsenti Principatu domicilium foventes, iter facientes à dicta Villa Oloti ad Villam Sancti Laurentij de Sardàs Comitatus Rossilionis, ac simulans se eis fide- 15

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lem,& defensorem,prævio tractatu unâ cum alijs amicis suis derobavit à prędictis Cisternes,& Màcià nonnullas duplas auri Hispaniæ,& pecunias monetæ argenteę in via publica,qua itur à dicta Villa Oloti ad dictam Villam Sancti Laurentij de Sardàs,in loco vocato *la Collada de la Balmotà*, circà horam quartam post meridiem, quo in actu derobationis fuit patratum homicidium in personam dicti Ioannis Macià iactibus instrumenti manualis, & postea dictus N. surripuit quandam manicam,vulgo *maleta* dicti Cisternas, & abscondit, ac divisit in partes, lucri faciendi causa ingentem pecuniarum summam in ea reconditam,qui die 13.Novębris 1687. per nostrum Regium Criminale Concilium fuit condęnatus, quod fustigaretur palam,& publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinone,quod amputarentur ei auriculæ, postea nudus veheretur curru, etiam per loca solita, quod carnes eius forcipibus igneis apprehenderętur, quod in loco supplicij iugularetur per collum, taliter quod naturaliter moreretur, anima illicò ab eius corpore separaretur, & quod eius cadaver in frustra, seu partes scinderetur, & ad restitutionem rerum furto subtractarum liquidatione reservata, & quod post latam sententiam,& ante illius realem executionem torqueretur in caput sociorum. Relator fuit Magnificus Franciscus Rius & Bruniquer,tunc Iudex Reg.Cur.Actuarius Famada; unicus in voto extitit Nobilis Hieronymus de Magarola in tertia Aula assidens, qui voluit reum subijci quæstionibus, & tormentis ut veritas ab eius ore haberetur, probatis quoad portum instrumenti manualis brevioris mensuræ in suo robore remanentibus.

15

De hoc casu,sed non de eodem 16
reo meminimus *decis.*31. *num.*39. *volum.*1. Pœna fuit inflicta ex traditis à Regent.Cortiada *decis.*107. *nu.* 39. de eaque latiùs disseremus hoc ipso volumine in compilatione practicali; probationes autem fuerunt adstructæ ex indicijs dubitaris unum indubitatum constituentibus, cum alijs adminiculis, & probationibus,in qua specie Supremum Senatum ad pœnam ordinariam devenire posse stabilivimus *decis.* 27. *à num.* 31. si delicta sint occulta,& difficilis indaginis, cuiusmodi memoratum erat: nùc audi,quæ concurrebant indicia.

Antecedentia.

Primum urgebat secreta allo- 17
quutio rei, cum alijs de eodē scelere imputatis die antecedenti ad facinus hora cauta, & etiam die sceleris multò manè,& vehemēs istud esse videbis in scala infra apponenda, sub titulo *Antecedentia*, verbo *secreta alloquutio.*

Præ-

18 Præerat etiam amicitia cum delinquentibus, & non leve indicium præstare talem amicitiam tenuit Larrea *alleg. Fiscal. 66. num.* 58. ex Baldo, Aretino, Cravetta, Grammatico, Marsilio, Gundino, Carrerio post Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 89. *num.* 123. Mascard. *de probat. concl.* 451. *num.* 9. Farinac. *lib.* 2. *conf. Crimin.* 164. *num.* 9. latiusque explicatur in scala sub titulo *Antecedentia*, verbo *Amicitia.*

19 Tertium erat periculosi itineris conductio; nam cum derobati fidei se commisissent rei, vti periti viæ faciendæ, neglexit illis tutum ostendere, vtpote frequentatum, & per desertum, & periculosum eos adire fecit: etenim indicium sumitur contra illum, qui cum sciret viam ex grassatoribus, & latronibus periculosam esse, per eam dirigit viatores. Gondinus, Vitalinus, Carrerius laudari per Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 89. *num.* 114. Larrea *dict. alleg.* 66. *num.* 50.

Cohærentia.

20 Additur artificiosa cautela rei, qui tempore patrati delicti effinxit delinquentes insequi, & cum eis moram fecit absconditus in loco cooperto, plura simulans, quæ illius dolum aperiebant, de quo indicio scripsimus *dec.* 35. *num.* 27. *vol.* 1.

Consequentia.

Subsequitur post socij mor- 21
tem, nec mæstitiam demonstrasse reum, nec aliquas adhibuisse diligentias ob delicti excandescentiam, & ita delicti particeps efficitur. Peguera *dec* 63. *in fine*, juncto indicio ex societate desumpto, de quo in scala indiciorum sub *tit. Consequentia*, verbo *Societas.*

Ponderabatur omissa denun- 22
ciatio pecuniæ derobatæ, quam postea revelavit: nam cum surripuisset manicam, & involvisset considerabili pecuniarum summa in ea relicta, circunstantias istas detegere omisit, imò celavit; de qua calliditate infra sub titulo *Consequentia*, verbo *Omissa denuntiatio.*

His adiungebatur procurata 23
transactio: nam pluries clamavit se paratum fore exhibere pecuniam surreptã si vitæ incolumitas ei promittebatur; oritur autem indicium furti contra eum, qui de furto transigit promittendo restituere rem furatam. Bonifac. *de furt.* §. 2. *nu.* 112. & eo sequuto Farinac. *etiam de furt. quæst.* 176. *num.* 88.

Aderat similiter confessio extrajudicialis plenè, & ita in sua specie probata; quam indicium præbere ad torturam constitui *dec* 30. *num.* 22. *vol.* 1.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

24 Mendacia in ſubſtantialibus cõplurima agnoſcebantur, ex quibus reſultare indicium ad torturam, præſertim concurrentibus adminiculis vidiſti *deciſ.* 27. *nu.* 52. *vol.* 1.

25 Accedebant adminicula, nimirum mala qualitas rei pro facinoroſo habito, tribus teſtibus parum concludentibus demonſtrata, ſuper hoc indicio recurre ad enucleata *deciſ.* 30. *num.* 15. *vol.* 1. & aliqua ſimiliter leviuſcula, quæ tot alijs coniunctis ſupra plenam probationem crimen patefaciebant ad ultimum ſupplicium deſuper expreſſum irrogandum.

26 Supradicto flagitio tribui id poteſt, quod de deteſtabilitate cõplicata, & ſcelerum complexu clamari ſolet *ſic in vno crimine plura ſcelera*, iuxta allegatos *deciſ.* 27. *nu.* 56. furti & homicidij reus, pravus hic homo notatur; en duo crimi-

27 na ſat gravia, ſed ampliùs viles, ac atroces expende circunſtãtias. Fidem fefellit humanam, ſicque rationis uſum ſprevit, ex traditis à Gonzales *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 27. Cuiac. *in cap.* 5. *de ſponſal.* & generaliter quantò ſit ſervanda fides Bovadill. *lib.* 3. *politicor. cap.* 13. maximè *à num.* 6. Marques *lib.* 2. *Gubern. cap.* 15. *fol.* 260. *&* *cap.* 23. *&* 24. Robert. *lib.* 2. *rer. iudic. cap.* 10. *fol.* 138. *&* *lib.* 4 *cap.* 14 *fol.* 111. Valenz. *conſ.* 2. *à num.* 51. Solorçano *tom.* 1. *de iur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 16. *à num.* 68. *&* *lib.* 3. *politic. cap.* 25. *fol.* 417. *verſy aunque*, & quod etiam hoſti non ſit frangenda Gregor. *l.* 2. *gloſ.* 5. *tit.* 16. *par.* 7. Molin. *tract.* 2. *de iuſtit. diſput.* 111.

Proditor manifeſtus rurſus fuit, 28
ex cumulatis à Gomez *lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 5. *&* *ſeqq.* Giurba *conſ.* 60. Capon. *tom.* 4. *diſcept.* 254. *&* 258. Seneca *lib.* 1. *de Ira cap.* 16. cuius turpitudinis tantus eſt horror, quod licet ea placeat diſpliceat proditor. Tacit. *lib.* 1. *annal.* ibi: *quippè proditores etiam his, quos anteponunt inimici ſunt.* Marques *lib.* 2. *de Gubernat. cap.* 25. *fol.* 315. videndus itidem Tacitus *lib.* 1. *hiſtor.* §. 11.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANTECEDENTIA DELICTVM.

SCALA, SEV SERIES indiciorum.

Insultatio.

Indubitatum.

Concubitus.

Indubitatum adulterij, sodomia.

Pernoctatio.

Adulterij, ac sacrilegij.

Associatio.

Animi deliberati indicium.

Convivia.

Pro adulterio, vel stupro.

Munera.

Pro adulterio, & stupro.

Ense evaginato contra fugientem, posteaque vulneratum. Conciol. *resolut.* 2. *num.* 7. verbo *Indicia*, Reg. Calderò *decis.* 41. *num.* 13. *p.* 1. quibus adde licet dubitantem Carol. Anton. de Luca *observ.* 372. *num.* 3. allegatum per Romaguera ad Conciol. *lib.* 4. *Rubr.* 16. *nu.* 7. 29

Soli cum sola, nudi cum nuda. Valenzuela Velaz. *cons.* 28. *à num.* 23. vidend. Marin. *dissert.* 3. *cap.* 5. Fermosin. *tom.* 2. *de probat. ad cap. litteris* 12. *de præsumpt. quæst.* 1. *nu.* 8.

Adolescentis in monialis cubiculo, ac super ipsius thronum cubatio. Valenzuel. *d. cons.* 28. *nu.* 22. Suelves *tom.* 2. *consil.* 37. *num.* 46. Mathæu de re criminal. *contro.* 11. *num.* 22. Sperel. *decis.* 36. *à num.* 18.

Perpendit etiam Farinac. *quæst.* 136. pernoctationem uxoris extra domũ viri sine causa, & sine illius consensu, nisi esset apud proprios parentes, & pernoctaret publicè.

Cum delinquentibus, etsi tantum duo sint. Ego *decis.* 30. *nu.* 18.

Seu epulationes in domo amasiæ. Iulivu. Chartar. *decis.* 43. *nu.* 12. Sanfel. *decis.* 337. *num.* 23. Reg. Calderò *decis.* 50. *nu.* 7. connecte huic, & sequentibus indicijs risum, & iocum, ingressum in eandem domum, nisi iusta existente causa.

Transmissa per amasium ad amasiam nuntiorum, reciproco amore, osculis in loco secreto, & generaliter ex quolibet impudico actu, ex loci solitudine, præcipuè horis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANTECEDENTIA.

Amplexus mutui.
Pro adulterio, & ſtupro.

Oſcula.
Pro adulterio.

Adulterium.
Præſumere facit conſenſum vxoris in necem viri ſi per adulterum occidatur.

Exploratio.
Indiciũ conſenſus vxoris ſequuta poſtea cade viri.

Aſcenſus.

Sterilitas.
Coniectura partus ſuppoſiti.

Ætas non proportionata ad partum.

Frequentatio.
Pro ſtupro, & alijs criminibus.

horis ad copulandum aptis, eoque magis in eadem Camera oſtio clauſo, de quibus latè Farin. *quæſt.* 136. *n.* 125. Calderò *deciſ.* 50. *num.* 8. adde Fermoſin. *ad cap. litt.* 12. *de præſumpt quæſt.* 1. *num.* 16.

Doctores proximè citati.

Amaſij cum amaſia. Farinac. *quæſt.* 136. *num.* 9. Buſilic. *deciſ.* 22. Reg. Calderò *deciſ.* 50. *num.* 11. addo Fermoſin. qui ſuprà *ad dict. cap. litteris* 12. *de præſumpt. quæſt.* 1. *num.* 16. 19.

Matheu *de re Criminal. contro.* 8. *num.* 4. *& controuerſ.* 23. *à num.* 23. Suelves *tom.* 2. *conſ.* 33. *num.* 40. Alvares Velaſco *de priuileg. miſerab. perſon par.* 1. *quæſt.* 20. Calderò *dec.* 45. *num.* 17.

Vxoris ſi diſquirat an amaſius necem viri exequatur. Calderò *deciſ.* 45. *num.* 14.

Ad domum commiſſi furti, ſi de iſto dominus ſtatim cõqueſtus fuit, & arca aperta, ac diruta reperitur. Calderò *deciſ.* 67. *num.* 29. *p.* 2.

Cum alio marito. Farin. *in praxi quæſt.* 150. *num.* 249. Calderò *deciſ.* 61. *num.* 21. *vol.* 2.

Calderò qui proximè *num.* 24.

Loci delicti, & quid ſi ſit domus lenæ, concurrantque oſcula, & amplexus, remanentibus amaſio, & amaſia per aliquid ſpatium. Farinac. *quæſt.* 136. *num.* 186. Suelves *tom.* 2. *conſ.* 39 *num.* 48. Calderò *deciſ.* 50. *num.* 14. ponderandus Giurba *conſ.* 13. *num.* 1. ubi quando

ANTECEDENTIA.

Societas.

Pro homicidio ad torturam.

Securitas.

Amorum delatio.

Coniectura animi deliberati, occidendi, si arma sint insolita, & quoties quis prater morē arma congregat, armatusque incedit.

Alia coniectura animi deliberati, etiam erit ex qualitate armorū nempè si ea sint insolita.

Armorum qualitas.

Coniectura animi deliberati.

Conversatio.

Traditur pro furti, & alijs delictis.

Indicium ad torturam iunctis adminiculis.

Associatio.

Indicium animi deliberati, nisi casu tales persona superuenerint.

Idem si quis multis coadunatus incedat.

Indicium tractatus, praesertim si sit inconsueti post facinus, & socij incedant armati.

Communicatio.

Per epistolas cum inimicis indiciū conspirationis.

do dicatur frequentari.

Contra socium non invento homicida. *l. 1. §. cum domino. ff. ad Syllanian.* Leo *decis.* 125. *num.* 14. Calderò *decis.* 41. *num.* 37.

Palliata, & malè sequutus effectus. Ego *decis.* 35 *num.* 26.

Farinac. *quæst.* 52. *post num.* 69. Cortiada *decis.* 98. *num.* 45.

Si visus sit acuere, vel experiētiam facere cum illis, si ante homicidium se exercebat in armis.

Cortiada *decis.* 98. *nu.* 45. Matthæu *controu.* 20. *num.* 21. Calderò *decis.* 38. *num.* 3. Ego *decis.* 12. *n.* 23.

Cum malis hominibus. Farin. *quæst.* 52. *post nu.* 85. *& quæst.* 176. *num.* 52. Giurba *cons.* 87. *num.* 15. veluti si solitus sit conversari reus cum homicidiarijs, & conversatio sit stricta, & continua. Ego *decis.* 30. *num* 24.

Et coadunatio cum alijs socijs ad patrandum delictum. Cortiad. *decis.* 98 *num.* 43. Ego *decis.* 30. *nu.* 18. & de associatione post delictū *num.* 23.

Per epistolas cū inimicis. Larrea *alleg.* 66. *num.* 46. Ego *decis.* 36. *num.* 28.

Coha-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANTECEDENTIA.

Cohabitatio.

Ponderatur pro homicidio, & alijs criminibus concurrente taciturnitate, vel mala fama.

Nihil operatur in furto contra domesticos, nisi sit adminiculatum, nec contra hominem bonæ famæ.

Vicinitas.

Pro omni delicto attenditur quoties aggressor nescitur.

Nihil operatur in furto nisi sit adminiculatum, nec contra hominem bonæ famæ.

Causa delicti.

Si sit gravis, & nemo alius eam habeat, sicque reus propensus illi causæ, vt libidinosus, sanguinolentus.

Causæ carentia.

In homicidio indicium mandati, ad torturam, si de certo occisore constet.

Præparatio.

Cuiuslibet delicti indicium, nec non animi deliberati.

Adulterium ex præparatorijs præsumitur.

Cum occiso. Farinac. *quæst.* 52. *post num.* 98. *& de furt. quæst.* 176. *num.* 57. Giurba *cons.* 43. *num.* 12. Reg. Calderò *decis.* 49. *n.* 50.

Contra dominum domus, & familiares. Vrgentius quando in domestici camera interfectus reperitur.

Cum Reo.

Domus propè locum occisi. Farinac. *quæst.* 52. *à nu.* 120. *& quæst.* 176. *num.* 56. Giurb. *cons.* 43. *nu.* 13. Reg. Calderò *decis.* 49. *num.* 11.

Vt si reperitur cadaver in via, & propè domũ alicuius, qui sit malæ famæ, vel inimicus interfecti. Farinac. *quæst.* 52. *post num.* 144. vide per me adducta *decis.* 27. *nu.* 32. *volum.* 1.

Odium.
Amor.
Vindicta.
Spes.
Dolori.
Amictia.
Ægritudo.
Violentia.

L. etsi percussor 6 *ff. Ad Syllanian.* Reg. Matthæu *conter.* 15. *nu.* 2. Conciol. *resolut.* 4. verbo *Mandatum.* Regens Calderò *decis.* 44. *num.* 59. Farinac. *quæst* 52. *nu.* 163. Giurba *cons.* 13. *à num.* 8. Cortiada *decis.* 98. *num.* 53. *& decis.* 93. *num.* 35. Ego *decis.* 35. *à num.* 16.

Armorum.
Pecuniæ.
Equorum.

Seu

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANTECEDENTIA.

Seu alterius rei ad delinquendum inferentis.

Simile: ut alienatio bonorum.

Transportatio ante crimen.

Armorum oneratio.

Præparatoria.

Farinac. *quæst.* 52. *post num.* 165. *& quæst.* 176. *num.* 91.

Mala ex malo, seu turpi nomine.

Ex pronomine.

Cottiada *decis.* 98 *num.* 42. Conciol. verbo *inimicitia*, *resol.* 1. Ego *decis.* 30 *á num.* 6. *& decis.* 12. *n.* 12. de inimicitia socij interfectoris cũ occiso.

Capitalis.

De inimicitia reconciliata de recenti. Calderò. *decis.* 38. *num.* 17.

Non capitalis.

Cum delinquentibus. Larreã *allegat.* 66. *num.* 58. Farinac. *quæst.* 43. *á num.* 171. ubi, quod ex dicto socij criminis, & stricta amicitia nominati cum nominato oritur indicium ad torturam.

Si sit cum conspiratis indicium conspirationis.

Ego *decis.* 30. *num.* 8. *& seqq. &* *num.* 11. de maiori efficacia, si minæ multiplicentur.

Physiognomia.

Facit præsumere delictum in genere, non in specie.

Inimicitia.

Indicium ad scelera quæcunque.

Ad animum deliberatum etiam nõ capitalis, si aggressio eveniat aliquo prius non dicto, nec expectato.

Indicium ad torturam, si capitalis sit absque alijs adminiculis in delictis occultis, & difficilis probationis, secus verò in criminibus diversi generis.

Amicitia.

Generaliter in delictis debet esse continua, & stricta.

Minæ.

Indicium ad torturam quãdo delictum fuit sequutum incontinẽti, secus si ex intervallo, debet etiã minans solitus esse minas exequi, vel aliud adminiculum concurrere.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANTECEDENTIA.

Visus pertransire.

Hoc indiciũ valet esse consequens coniectura animi deliberati. Vide in indicijs consequentib. verbo visus in loco delicti.

Et quod si finita rixa appareat aduersarius perambulãtis vulneratus, vel occisus, orgeat indicium contra eum qui admenabat, sitque indubitatum. Conciol. *resolut. criminal. verbo indicium resolut.* 2.

Visus in loco delicti.

Generaliter in omni crimine, & si quis visus fuerit in loco accinctus cum armis, quibus fuit exequutum, alijs coadditis adminiculis indicium ad torturam. Vide in indicijs consequentibus hoc eodem verbo.

Obviatio.

Potest esse facilè concomitans.

Commodum.

Pro furtis solet considerari.

Et deambulare in loco delicti. Farinac. *quæst.* 52. *post num.* 138. *& quæst.* 176. *de furtis num.* 62. Larrea *alleg.* 66. *nu.* 56. Cortiada *decis.* 98. *num.* 50. Giurba *cons.* 87. *num.* 17. Ego *decis.* 30. *num.* 12.

Indicium ad torturam iuncta inimicitia.

Vel mala fama.

Seu alijs adminiculis.

Huc pertinet transitus insolitus per viam, & locum ubi delictum commissum fuit.

Frequentatio loci delicti ante, vel post. vide hoc titulo *Antecedẽtia*, verbo *frequentatio.*

Proximitas ad locum delicti ubi conspiratio agebatur indiciũ præbet coniurationi.

Repertus in loco ubi erat occisus præsumitur interfeciſſe, si erat inimicus illius.

Vel propè cum armis. Conciol. verbo *indicium ad torturam res.* 15. Giurba *cons.* 13. *num.* 10. Ego *decis.* 30. *num.* 12. & de viso in loco vicino ad locum patrati maleficij *decis.* 27. *num.* 13.

Delicti neglecta. Farinac. *quæst.* 176. *num.* 87. Larrea *alleg.* 65. *à nu.* 32. *& num.* 41. Giurba *cons.* 85. *nu.* 2. declar. *num.* 21.

Si quis furtum (idem censc de alijs delictis) prohibere valuit, & non prohibuit.

Speratum ex delicto patrando. Farinac. *quæst.* 176. *num.* 89. Larrea *alleg.* 66. *num.* 59.

ANTECEDENTIA.

Verborum.

Antecedens indicium, concomitans, & consequens.

Iactatio.

Indicium animi deliberati.

Dummodo non constet praecessisse rixam paulo ante; hac autem declaratio in omnibus coniecturis animi deliberati attenditur.

Insidiæ.

Indicium, seu potius manifesta probatio animi deliberati.

Indicium ad alia delicta.

Custodia.

Vt in famulo, qui dominum clausum reliquit in cubiculo.

Interpositio.

Præsumptio simulationis.

Mutatio.

Coniectura animi deliberati.

Perquisitio.

Coniectura animi deliberati quãdo occisor perquirit scire iter occisi, vt possit securius inuenire, & occidere.

Mali præsumptiuum.

Vrget in subtractione instrumenti.

Si alicui beneficia eversо statu sperentur: indicium erit conspirationis.

Ex patrato, & commisso.

Prolatio. Cortiada *decis.* 98. *nu.* 37. Ego *decis.* 35. *nu.* 25 ubi de verbis *scelestе quis te docuit sudores meos vendere?*

Præstat indicium animi deliberati iuxta verborum qualitatẽ, & consonantiam.

De delicto patrando. Cortiada *decis.* 98. *num.* 38.

Si quis se iactaverit in sua manu esse occidere Caium, & deinde verè interficiatur.

Vel *oy haremos carne.*

Cortiada *decis.* 98. *num.* 41.

Si quis in insidiis ante delictum se ponat.

Aggressi delinquenti concredita. Cortiad. *decis.* 93 *num.* 35.

Personæ. Farinac. *quæst.* 162. *p.* 3. *à num.* 184.

Alij pro exclusiva coniectura tradunt.

Habitus aggressoris. Cortiada *decis.* 98. *num.* 47.

Itineris occisi, vel aggressi. Cortiada *decis.* 98. *num.* 48. Ego *decis.* 35 *num.* 23.

Iter nocturnum. Giurb. *cons.* 12. *num.* 5.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANTECEDENTIA.

Promissio.

Probatio assassinij.
Idem dic de promissione, quod quis alij gratus erit.

Receptio.

Vel alio colore præsūptio barataria.

Repertura.

Præsumptio quod extra regionem exportarentur.

Sterilitas.

Si retro acto tempore fuerit, vel maritus impotens, vel mulier valdè senex, indicium partus suppositi.

Taciturnitas.

Si diu taceat, vel non declaret mulier se prægnantem indicium partus suppositi.

Apostilla.

Falsitatis indicium.

Consequens vocari potest.

Cancellatio.

Indicium falsitatis.
Potest vocari consequens.

Interlineatio.

Indicium falsitatis.
Potest accomodari consequenti.

Auricularum.

Idem de bullato.

Consilium præstitum.

Indicium conspirationis.
Plus urget si geminetur.

Defensio.

Indicium conspirationis.

Incerta rei. Giurb. *cons.* 70 *n.* 25.

Mutui à subdito. Giurba *cons.* 72. *num.* 6.

Mercium in taberna littoris. Giurba *cons.* 16. *num.* 15.

Si tabernæ ubi inveniuntur littori adhæreat.

Fœminæ. Farinac. *quæst.* 150. *par.* 10. *num.* 249.

Post mortem viri de prægnantia. Farinac. *quæst.* 150. *par.* 10. *num.* 260.

Seu additio in instrumento. Farinac. *quæst.* 153. *par.* 1. *tot.*

Apposita in loco suspecto, seu parte substantiali, & scripta extranea manu, nec firmata à notario.

Scripturæ. Farinac. *quæst.* 153. *par.* 2. *per totam.*

Quando est talis, quod prius scriptum legi non potest.

Scripturæ. Farinac. *quæst.* 153. *par.* 3.

In loco substantiali, scilicet circa tempus, annum, & indictionē.

Abscisio. Farinac. *de furt. quæst.* 176. *num.* 94.

De admittendis suspectis malū. Larrea *alleg.* 66. *num.* 12. 41. 49.

Delinquentium. Larrea *allegat.* 66. *num.* 16.

Fa-

ANTECEDENTIA.

Factum.

Indicium conspirationis.

Præcedens in domo. Larrea *alleg.66.num.18.*

Præsumitur de scientia domini, & eius consensu gestum in delictis.

Vsus.

Potest esse consequens.

Verborum conspirantium. Larrea *alleg.66 num.20.*

Indicium conspirationis.

Si aliquis loquatur eodem sermone, quo seditiosi posteà utuntur.

Convicia.

Prolata contra aliquem. Larrea *alleg.66.nu.30.* effusè de hoc. Ego *decis.21.& 22.*

Conspirationis indicium.

Si sint contra Regem præsente inquisito indicium conspirationis.

Ingratitudo.

Si notetur in homine à Principe valdè honorato, & eius zelus erga Regium servitium frigescat. Larrea *alleg.66.num.54.* Ego *decis. 21.nu.35.*

Conspirationis indicium.

Fiducia.

Nimia rerum suarum. Larrea *alleg.66. num.57.* Ego *decis. 36. num.28.*

Idem dic si quis viderit aliquos irruere contra se, & socios, & nihil omninò agat nè lædatur præsumitur enim in eo præcedens tractatus.

Vt si quis timendo hostium incursus res suas sub tuto non ponat.

Conspirationis indicium.

Indicium quandoque præcedens, & interdum concomitans.

Idem dic si quando timentur latrones, desidiosus quis sit in rebus suis præservandis: præsumitur enim conscius, & particeps furti.

Scientia.

Delicti patrandi. Larrea *allegat. 66.num.63.& allegat.65.num.12. & passim.*

Huc refertur negligentia in obviando delicto si quis potuerit, de qua. Ego *decis.35.num.40.*

Vt si sciverit secreta eorum, quę magis in occulto conspirati patrarunt.

Præstat indicium conspirationis.

Idem

ANTECEDENTIAM.

Indicium vltra conſpirationem pariter viricidij.

Idē dic, ſi fuerit prætermiſſa revelatio. Boerius *deciſ.* 262. *num.* 9. Peguer. *deciſ.* 83. *nu.* 7. Calderò *deciſ.* 45. *num.* 8. 9.

Emiſſio.

Divitiarum ad hoſtes. Larrea *alleg.* 65. *num.* 50.

Inditium conſpirationis.

Armorum, equorum auri, & argenti.

Vociferatio.

Ara es hora fadrins, tiraldes, mataldes.

Animum deliberatum prodit.

Matthæu *de regim. Regn. Valen.*

Regens Calderò *deciſ.* 38. *n.* 28.

De tumultuoſis qualiter authorem ſeditionis probent Ego *deciſ.* 38. *num.* 31. *& paſſim.*

Divalitas.

In amore. Conciol. verbo *indicium ad torturam, reſ.* 12. Carena *de Offic ſanct. Inquiſit. p.* 3. *tit.* 10. *n.* 109.

Sufficiens ad torturam.

Si amor ſit reciprocus inter amaſios.

Si alter rivalis eum amotē ſciat.

Si rivalis ægrè ferat.

Etiam animi deliberati.

Etſi minans non ſit ſolitus minas exequi, ſi deinde ab ipſo homicidium ſit patratum.

Receptatio.

Indicium tractatus ſi ſcienter eveniat.

Delinquentis ante facinus. Conciol. *reſol. vnic.* verbo *tractatus nu.* 10.

Conſideratur etiam poſt delictum.

In domo eum abſcondendo. Calderò *deciſ.* 44. *nu.* 58. ex Guazzin. *defenſ.* 4. *cap.* 14 *num.* 16.

Receptio.

Conſpirationis indicium.

Inimici. Larrea *alleg.* 66. *num.* 23.

Strupi indicium.

Amaſij intra clauſuram, & cubiculum Monialis. Sperell. *deciſ.* 136. *à num.* 18. & ex eo Calderò *deciſ.* 9. *num.* 20. *par.* 1.

Secre-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANTECEDENTIA.

Secreta alloquutio.

Indiciũ tractatus, maximè si procedentes ex loco alloquutionis delictum commiserint.

Conciol. *resol. crim. vnic.* verbo *tractatus num.* 10.

Promandato cum in verosimili causa.

Huc pertinent confabulationes frequentes, & secretæ amasij cum amasio pro adulterio. Andreol. *cõtrou.* 336. *num.* 21. Bonden. *collect. legal.* 12. *num.* 29. Reg. Calderò *decis.* 50. *num.* 5. *&* *decis.* 46. *num.* 41. *par.* 2. *pag.* 604. *in addit.* etsi testes verba non audierint. Simile adducitur indicium à Farin. *quæst.* 136. *n.* 113. ex alloquutione viri, & mulieris loco, & horis ad copulam commodis.

Larrea *allegat.* 66. *num.* 46.

Secreta cum inimicis.

Conspirationis indicium.

Mala qualitas.

In furto potius attenditur.

Farinac. *quæst.* 89. *num.* 15. *quæst.* 153 *par.* 9 *&* *de furt. quæst.* 176. *nú.* 51. Cortiada *decis.* 98. *num.* 44. Ego *decis.* 30. *num.* 15. ubi quod sit fortior in eodem genere mali.

Indicium animi deliberati.

Falsitatis.

In solito delinquere, seu dolum committere.

Suspicio.

Conspirationis indicium.

Vehemens omnium Ministrorum. Larrea *allegat.* 66. *num.* 40.

Tractatus.

Coniectura animi deliberati.

Præcedens. Farinac. *quæst.* 89. *n.* 97. Cortiada *decis.* 98. *num.* 52.

Consilium.

Etiam coniectura animi deliberati.

Præcedens. Farinac. *quæst.* 89. *n.* 20. Cortiada *decis.* 98. *num.* 51.

Inobedientia.

Imperio magistratus. Farinac. *quæst.* 89. *num.* 126.

Obedientia.

Colorata. Larrea *decis.* 66. *n.* 51.

Si veritas sit contra iussiones Regias indicium conspirationis.

Si in re sit potius inobedientia.

Prohibitio.

Præcedens spreta. Farinac *quæst.* 89. *num.* 142.

De

ANTECEDENTIA.

Indicium conſpirationis.

De ſolvendo debitoribus degentium ſub extero dominio, vaſſallorumque proprij Regis, & aliquis nihilominus ſolvat, præſumitur doloſè exſolviſſe.

Mala natio.

Ferinac. *quæſt.* 176. *de furt. num.* 54.

Leviſſimum indicium.

Progenies mala.

Tradidi latè *deciſ.* 22. *num.* 61. addo Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 8. *deciſ. Granat. num.* 72.

Notitia domus.

Farinac. *quæſt.* 176. *num.* 61.

Nihil contra hominem bonæ famæ operatur.

In qua furtum fuit cómiſſum, & in qua inquiſitus eſt converſari ſolitus.

CONCOMITANTIA, SEV COHAERENTIA.

Aggreſſio.

Plurium nullis prolatis verbis. 30

Indicium tractatus.

Conciol. verbo *tractatus reſ. unica*

Vexilli delatio.

In tumultu. Ego *deciſ.* 37. *n.* 33. *&* 35.

Authorem ſeditionis probat.

Vociferationes tumultuoſæ.

Vt ſi quis proclamet in populo collecta multitudine ruina, ruina, vivat talis, aut moriatur talis. Ego *deciſ.* 37. *num.* 16. *& nu.* 44. de vociferantibus per verba *viſca la Vila*, vel ſimilia.

Authorem ſeditionis monſtrant.

Ceſſatio, ſeu deficientia rixæ.

Cortiada *deciſ.* 98. *num.* 40. Ego *deciſ.* 35. *num.* 28.

Indicium animi deliberati.

Deficientia verò cauſæ indicij mandati. Calderò *deciſ.* 44. *nu.* 28.

Rixa affectata.

Cortiada *qui ſupra.* Ego *deciſ.* 35 *num.* 29.

Indicium animi deliberati.

Rixa.

Si cortixans repertus fuit vulneratus. Calderò *ex alijs deciſ.* 41. *num.* 11.

Indicium indubitatum percuſſionis, ſeu vulneris.

Occiſio à tergo.

Nullis dictis verbis. Cortiada *deciſ.* 98. *num.* 41.

Animi deliberati.

Aſſi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

COHAERENTIA.

Assistentia.

Tractatus.

Præsentia.

Tractatus.

Facti qualitas

Actus gestio.

Falsitatis præsumptio.

Indicium simulationis.

Tempus.

Indicium animi deliberati.

Procedit cum circunstantijs cohærentibus, & præcedentibus.

Fallaciæ, & deceptiones.

Veluti si quis aliquem comitetur, & istè velit certam viam sequi, & socius aliam ei suadeat vbi fuerit occisus.

Vulneris.

Coniectura animi deliberati.

Cum armis in delicto. Conciol. verbo *tractatus resol. vnic. num.* 11. Giurba *cons.* 42. *num.* 11.

In delicto, seu loco vicino. Cõciol. verbo *tractatus resol. vnic. nu.* 11. Giurba *cons.* 42. *num.* 11.

Farinac. *quæst.* 89. *num.* 76.

Idem dic de facti acerbitate cõcurrente brevitate temporis ad delictum tendentis. Carol. Anton. de Rosa *in praxi crim. cap.* 8. *num.* 32. Calderò *decis.* 45. *num.* 13.

Cum personis suspectis, & reprobatis. Farinac. *quæst.* 89. *nu.* 101. & *quæst.* 153. *par.* 9. *num.* 146. & *quæst.* 162. *par.* 4. *num.* 187.

Idem dices de actu insolito, & insolitis cauthelis. Farinac. *qui supra.*

Si Officialis iustitię capere properet aliquem cum suis inimicis, & isti illum occidant.

Farinac. *quæst.* 89. *num.* 102. Cortiada *decis.* 98. *num.* 51. Ego *decis.* 27. *num.* 46.

Ex actu gesto tempore prohibito, ut si quis sit occisus de nocte.

Alij tenent, quod imò sit fortius animi deliberati indicium, si quis meridiè occidatur.

Io actu emissæ. Farin. *quæst.* 89. *num.* 104.

Qualitas utpotè si sit lethalis. Ego *decis.* 35. *num.* 32.

COHAERENTIA.

Artificiosa cautela.

Explicatur vt præcedens indicium.

Giurba *cons.* 54. *num.* 15. Farin. *quæst.* 162. *par.* 4. Matthæu *de re crim. contro.* 29. *num.* 32.

Simile insolitæ cautelæ in his in quibus aliàs est præsũptio fraudis.

Idẽ dic de pactis insolitis, & generaliter de eis. Ego. *decis.* 27. *n.* 4. Farinac. *quæst.* 89. *num.* 121.

Nimia diligentia, vel negligentia.

Dolus præsumitur in eo qui non facit quod facere debet, vel si facit quod facere non est obligatus.

Veluti nimia, & solita cautela insolitis clausulis, & ex actu generaliter insolito.

Suppositio.

Veluti si servus, qui nulla habet bona intervenias in venditione rei, quæ postea probetur domini: nam ex ea præsumitur scientia delicti.

Alicuius personæ si fiat in facto prohibito. Farinac. *quæst.* 89. *n.* 128.

Clandestinitas actus.

Præsumptio doli, & simulationis.

Farinac. *quæst.* 89. *num.* 130. & *quæst.* 162. *par.* 4. *num.* 205.

Si fiat in loco secreto, celatim, vel sine testibus, probata causa simulationis præsumitur simulatio. Farinac. *quæst.* 89. *num.* 144.

Æmulatio evidens.

Indicium doli.

Veluti si fiat actus, qui agenti non prodest, & alteri nocet. Cortiada *decis.* 98. *num.* 49. Farinac. *quæst.* 162. *par.* 4. *num.* 164. & 165. Ego *decis.* 35. *num.* 20.

Locus delicti.

Si sit nimis secretus, vel publicus indicium animi deliberati.

Calderò *decis.* 38. *nu.* 11. de scelere commisso in Ecclesia inde deliberato exponendo.

Quandoque simulationis.

In parte periculosa. Cortiada *decis.* 98. *num.* 54.

Percussio.

Coniectura animi deliberati.

Ex qua percussus etiam levi ictu solet mori, ut in capite, stomacho, aut simili.

Indefensio aggressi.

Veluti si vulneretur vinctus. Ego *decis.* 35. *num.* 31.

Im-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

COHAERENTIA.

Immunditia.
Præsumptio falsitatis, solet esse consequens.

Chartæ. Farinac. *quæst.* 153. *par.* 9. *num.* 185.

Quando scriptura reperitur in charta immunda, vel vituperata, & maculæ sunt in loco suspecto, & substantiali.

Præposteratio.
Præsumptio falsitatis.

Ordinis. Farinac. *quæst.* 153. *par.* 9. *num.* 190.

Si ordo scripturæ sit de necessitate actus.

Inæqualitas.
Præsumptio simulationis.

Pactorum. Farin. *quæst.* 162. *par.* 4. *num.* 177.

Si omnia respiciant favorem creditoris.

Modicitas.
Scientia in emptore quod res fuerit furtiva per modicitatē pretij præsumitur.
Præsumptio simulationis.

Pretij. Farinac. *quæst.* 163. *num.* 9.

Multitudo.
Coniectura animi deliberati.

Seu pluralitas vulnerum. Cortiada *decis.* 98. *num.* 55. Ego *decis.* 30. *num.* 33. vel declaratio volendi illa iterare.

Si abest omnis rixa, & occisus, seu aggressus est inimicus offensi.

Denegatio.
Animi deliberati indicium.

Confessionis Sacramentalis in articulo mortis. Cortiad. *dec.* 98. *num.* 56.

Præsertim si occisus illam exquirat, & ab homicida non permittatur.

Auditio.

Actuum ad delictum sonantium, Giurba *cons.* 37. *num.* 18.

Probat adulterium, si testis virum, & mulierem commiscentes senserit, eosque anhelantes audierit.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

COHAERENTIA.

Partus.

Si procuraverint quod non adessent alia mulieres, nec obstetrices, indicium partus suppositi.

Affectatus in loco solitario. Farinac. *q.* 150. *p.* 10. *à num.* 253. Calderò *decis.* 61. *num.* 26.

Cancellatio.

Conjectura falsitatis.

Scripturę. Farinac. *q.* 153. *p.* 2. *per totam.*

Si reperiatur in loco suspecto, vel substantiali, & talis sit quod prius scriptum legi non possit.

Interlineatio

Falsitatis.

Scripturę. Farinac. *q.* 153. *p.* 3. *per totam.*

Admonitis his de quibus in præcedenti indicio.

Abrasio.

Præsumptio falsitatis, & ignoto fonte contra notarium urget.

Scripturę. Farinac. *q.* 153. *p.* 4. *per totam.*

Sub iisdem admonitionibus præcedentium indiciorum. Farinac. *q.* 152. *p.* 6. *tota*, & *par.* 9. *num.* 155. & 166. & *sequent.*

Diversitas manus.

Præsumptio falsitatis.

Nisi speciales causæ ad id concurrant.

Idem dic de diversitate atramenti, vel styli, papyri, signi, & ex dissimilitudine quinternorum ligatorum in libro.

Et repugnantia scripturarum, Farinac. *q.* 153. *p.* 7.

In substantialibus.

Contrarietas.

Præsumptio falsitatis.

Idem quando Scriptura est diversa à protocollo, seu matrice. Farinac. *q.* 133. *p.* 9. *num* 151.

Falsa Grammatica

Præsumptio falsitatis.

In literis Apostolicis, Imperatoris, vel Regis. Farinac. *q.* 153. *p.* 9. *num.* 170.

Novitas Chartæ.

Falsitatis præsumptio.

Veluti si instrumentũ antiquũ reperiatur scriptum in charta recenti, quando constat quod tempore quo fuit confectum, illa char-

ta

COHAERENTIA.

ta non fabricabatur.

Admenatio.

In rixa etsi absque percussione, si adversarius sit percussus, aut vulneratus. Indubitatum. Conciol. *resolut. criminal.* verbo *Indicium resol. 2. num. 5.* & ex eo Regens Calderò *decis. 41. num. 19. par. 1.*

Notorietas falsitatis.

Scientia indicium contra habentes, seu expendentes monetam.

Barbosa *de potest. Episcop. par 3. alleg. 61. nu. 66.* Conciol. *resolut. criminal. 3.* verbo *falsa moneta num. 10. & resolut. 4. num. 8.* Calderò *decis. 41. num. 91. par. 1.*

CONSEQVENTIA.

Mendacium. Simulatio.

Pro indicio animi deliberati traditur, maximè alijs concurrentibus.

Farinac. *quæst. 52. à num. 2.* Conciol. *infra citandus.* 31

Ego *decis. 27. num. 45. & nu. 51* si sint in substantialibus.

Indicium ad torturam, præsertim concurrentibus adminiculis generaliter in omni crimine.

Variatio.

Idem dic quod de mendacio.

Farinac. *d. quæst. 52. à num. 18.* Iuliv. Chartar. *decis. 86. n. 38.* Conciol. *res. crim.* verbo *tractatus unic. res. num. 10.* Larrea *alleg. 66. nn. 37.*

Indicium conspirationis.

Si nova dicantur, quæ ante fuerunt tacita.

Vacillatio.

Farinac. *d. quæst. 52. à num. 46.* Larrea *alleg. 65. num. 79. & alleg. 66. num. 25. 29.* Suelves *cons. 29. nu. 11.*

Titubatio.

Ego *decis. 30. num. 18. & decis. 27. num. 47.*

Trepidatio.

Tre-

CONSEQVENTIA.

Tremor.

Timor. Si sit in adventando ad Principis præsentiam.

Indicium conspirationis.

Pallor.

Conducunt ad indicium variationis.

Excusatio non petita. Accusatio manifesta est. Mar. Giurba *cons.* 13. *nu.* 7. ibi: *Quia suspitione non caret, cum id dixerit quod à criminis præsūptione excusaret.* Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. p.* 3. *tit.* 8. *in decis. Granaten. n.* 16.

Fuga. E loco delicti pallidi, & gladio sanguinolento evaginato. Farinac. *d. quæst.* 52. *post num.* 50. Ego *decis.* 27. *num.* 40. præsertim si reus fugerit è domo unum tantum ostium habente.

Quando ibi apparet cadaver occisi.

Indicium indubitatum.

Levior est fuga, seu latitatio de qua dixi *decis.* 27. *num.* 40. ubi de fuga à loco propinquo.

De indiciis autem fugam inferentibus Gonzal. Teliez *sup. decre. lib.* 2. *tit.* 23. *de præsumpt. cap. nullus dubitat* 4 *num.* 2. 3.

Ex-fractio, sive recessus à domo solitæ habitationis, si ad eam quis non redeat. Ego *decis.* 27. *num.* 34. ubi de fuga in permotu.

Huius est classis Refugitatio ad Ecclesiam. Regens Calderò *decis.* 44. *nu.* 70. addo Reg. Matth. *de re cri. contr.* 22. *n.* 18 *& contr.* 20. *n.* 29.

Simile fuga socii: nam indiciū præbet contra consocium in facto individuo. Ego *decis.* 30. *num.* 21. ad torturam sufficit contra socium carceratum. Calderò *decis.* 43. *num.* 21. *& decis.* 45. *num.* 28.

Non dissimile fuga è loco delicti cum instrumento exonerato. Grammatic. *cons.* 5. Giurba *cons.* 13.

num.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

CONSEQVENTIA.

num. 17. Scialoya *in praxi fori iudicat. cap. 4. num. 18. in fine, & nu. 23. & seq.* Calderò *decis. 43. num. 17* eo magis locum habet, si nullus alius præter reum visus fuit.

De fuga attentata. Ciarlin. *contro. lib. 1. cap. 12. num. 32.* ubi idem esse, ac si effectum habuisset. Caball. *resolut. 288. num. 45.* Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. p. 3. cap. 10. num. 83.* Calderò *decis. 41. num. 51. & decis. 49. num. 17. & 18.*

Si quis visus sit exire cum gladio de domo evaginato, ubi aliquis erat occisus. Farinac. *quæst. 52. num. 50. & seqq.* Ayllon ad Gomez *tom. 3. cap. 13. num. 12.*

Indicium ad torturam.

Fuga quoque insultari immediate post delictum coniectura animi deliberati. Ego *decis. 35. n. 36.* Farinac. *quæst. 52 post num. 69.*

Arma.

Si gladius rei sit repertus iuxta cadaver occisi, præcipuè si penes inquisitum extat vagina vacua apta ad recipiendum gladium sic repertum.

Aut si vulnera occisi reperiantur ad mensuram gladii, quod tamen esset multum debile, aliis nō concurrentibus. Sesse *decis. 111. n. 33.* Calderò *decis. 44. n. 18.*

Armorum.

Celatio, & deiectio in puteum. Cortiada *decis. 93. num. 35.*

Huc pertinet repertura aggressoris armorum paulò post delictum, quæ detegantur explosa.

Denuntiatio.

Affectata ad Curiam. Farinac. *quæst. 52. post num. 93. & de furt. quæst.*

Indicium vehemens in crimine læsæ Maiestatis.

Taciturnitas.

Pro viricidio ad torturam.

Visus in loco delicti.

Antecedens, concomitans, & consequens potest hoc indicium haberi; vide in indiciis antecedentibus, verbo visus pertransire.

De hoc indicio, seu præsumptione iuris decis. 41.

Indicium ad torturam.

Sanguis

Præsumptio licet parum constans deflorationis.

quæst. 176. num. 86. Ayllon ad Gomez *tom. 3. cap. 13. num. 15.*

Si non incumbit onus denuntiandi.

Et etiam si instet, ut contra furem procedatur non vocatus.

Denuntiatio omissa. Farinac. *q. 52. post num. 93.* Larrea *allegat. 66. num. 7.*

Adversus eum cui incumbebat.

In detegendo facinus. Quesada Pilo *contro. 30. nu. 41. & contro. 14. num. 9.* Maiorana *in Oppopraxi crimin. cap. 8. num. 128.* Leo *decis. 125. num. 14.* Calderò *decis. 50. n. 25.*

Farinac. *quæst. 52. post num. 133. & quæst. 176. de furt. num. 68.* Ciarlin. *contro. lib. 1. cap. 12. num. 38.* qui de viso mane ubi patratum est delictum.

Sive propinque ante, vel post concurrente mala fama, & insolita armorum delatione.

Profluens à cadavere ante aspectum rei. Farinac. *quæst. 52. post nu. 154.* Sesse *decis. 111.* ubi de cadavere qui digito signaverit homicidam, *& ibidem* posse id provenire ex causa naturali, vel arte diabolica, aut per miraculum, sed dū de primis causis non constat, indicium facere hanc effusionem firmat Ayllon *ad Gomez tom. 3. cap. 13. num. 16.*

Compertus in linteaminibus. Sperellus *decis. 136. num. 18.* & ex eo Calderò *decis. 9. à num. 26.* Ego *decis. 27. num. 50.* ubi de inquisito haben-

habẽti in digito sanguinem exsiccatum. Paul. Zacch. *quæstion. medicoleg. lib. 5. tit. 8. q. 2. per tot.* Thesaur. *dec. 173.* Matt. Deltio *disquis. magi. lib. 1. cap. 3. q. 4. vers. Sexto cadauer, & lib. 5. sect. 4. n. 20. fol. mihi 689.*

Sanguis.

Pro homicidio indicium ad torturam.

In armis, & vestitu inquisiti, si sit recens. Leo *decis. 125. num. 21.* Calderò *decis. 41. n. 54.*

Acclamatio.

Contra fures, stupratores violentos, & alios.

Domesticorum tempore quo quis exivit è domo delicti. Farin. *quæst. 52. post nu. 157.* Giurba *cons. 37. n. 16.*

Forma pedis.

Indicium leve, nisi aliis iuuetur.

Simile: vociferatio in muliere, quæ vim passa dicitur.

Inventa in terra humida loci delicti correspondens formæ pedis accusari. Conciol. verbo *indicium ad tortur. res. 17.*

Res inquisiti.

Attenditur in furto, & quocunque maleficio.

Reperta in loco delicti. Farinac. *de furt. quæst. 176. num. 74.* Leo *decis. 125. num. 23.* qui de ense sanguine madefacto. Maioran. *in Oppopraxi crimin. lib. 2. cap. 8. num. 141.* qui de gladio penes occisũ, & vagina vacua penes inculpatum apta ad gladium. Adde Conciolum *resolut. crimin. 17. n. 4.* verbo *indicium*, ubi de casu, quo concurrunt adminicula.

Vt pileus, pallium, vel similia.

Paupertas.

Non operatur contra hominem bonæ famæ, & mercatorem verisimiliter habentem in usu monetã eiusdem qualitatis.

Non operatur contra hominẽ bonæ famæ.

Antecedens, & abundãtia subsequens. Farinac. *quæst. 176. nu. 80. & quæst. 162. par. 4. nu. 175.* Crus. *de indic. p. 1. cap. 43. n. 10.*

Indicium aliquando est paupertas, simulationis.

Si sit reus malæ vitæ, vel vicinus habens notam domum, hoc casu probat ad torturam, nisi de bona fama doceat.

Repertura.

In homine malæ famæ indicium ad torturam, si verò sit bonæ famæ notabilis sufficit allegare à quo habuerit, licet is sit ignotus, vel genericè, & absque nomine á testibus exprimatur, nisi contra hominem bonæ famæ urgeant indicia, & inverisimilitudines; quia tunc repertura indicium facit.

De quantitate magna indicium augente. Caldetò *decis.* 41. *nu.* 101.

Indicium ad torturam pro furto contra hominem malæ famæ si non nominat authorem certum (nec sufficit nominare, sed probare quoque requiritur) vel sit bonæ famæ, & in depositionibus variando bonam non reddat rationem, præcipuè si consimiles res non sit solitus emere.

Repertura.

Præsertim si pecunia, quæ exponditur est eiusdem formæ, ac erat furata.

Instrumentorum ad derobandum habilium. Farinac. *quæst.* 176. *num.* 84.

Rei furatæ. Farinac. *quæst.* 177. *à nu.* 1. Peguer. *tom.* 1. *decis.* 73. *n.* 2. Conciol. *resolut. crim.* 4. *nu.* 5. verbo *furtum.* Caldetò *decis.* 41. *n.* 70.

Partis rei furatę pro furto totius. Matthæu *de regim. Reg. Valen. c.* 8. §. 8 *num.* 14. 18. Caldetò *decis.* 67. *num.* 29. *par.* 2.

Alia est in persona, de qua supra, alia in domo, & non minus urget. Caldetò *qui supra.*

Monetæ falsæ, vel instrumentorum ad eam cudendum. Conciol. *resolut. criminal.* verbo *Moneta falsa n* 4. 11. Carol. Anton. de Rosa *in Praxi crimin. cap.* 8. *n.* 27. vers. *Hæc distinctio.* Caldetò *decis.* 10 *num.* 50. & *decis.* 41. *n.* 86. *p.* 1.

Simile est indiciũ retentio monetæ falsæ in magna quantitate:

nam

CONSEQVENTIA.

nam est doli præsumptio, & transfertur onus probandi contrarium in retinentem. Caball. *cas.* 199. *n.* 15. vers. *Etsi dicatur.* Calderò *decis.* 41. *n.* 95.

Occultatio.

Indicium pariter exurgit si res sit in abscondito.

Calderò *d. decis.* 41. *num.* 77.

Transactio.

Cum domino rei furatæ. Farin. *quæst.* 176. *n.* 88.

Cum Fisco. Cortiada *decis.* 21. *à n.* 179. *videndus.*

Habitus mutatio.

Potest esse indicium furti antecedens, & aliorum criminum.

Farinac. *de furtis q.* 176. *nu.* 76.

Sicuti si armatus alieno, vel incognito habitu succincto repertus fuerit.

Ignorantia.

Indicium conspirationis si probetur retulisse certa quædam, & deinde se ignorare dicat, & negat solum audisse cum sint res ponderosæ.

Affectata. Larrea *alleg.* 66. *num.* 64.

Veluti si quis ignorare affectet quæ à suo ore fuerunt audita, & dũ interrogatur ipse ab aliis scire, non ab aggressoribus.

Acclamatio.

Affectata post delictum. Cortiada *decis.* 93. *num.* 35.

Veluti si famulus acclamet homicidas ingressos fuisse domum, quę erat clausa, & solus reperiatur.

Pecuniæ.

Probatio assassinii.

Datio post delictum. Giurba *cons.* 70. *num.* 28.

Associatio.

Coniectura animi deliberati.

Delinquentis post delictum. Giurba *cons.* 42. *n.* 12.

Occultatio.

Si sciatur aliquam mulierem peperisse, cuius partus ignoratur, & alia inverisimiliter peperisse asseratur: indicium partus suppositi.

Partus alterius mulieris. Farinac. *quæst.* 150. *par.* 10. *n.* 254. *&* 256.

Idem dic de occultatione diutina partus post mortem viri, ut si distulerit declarare se esse prægnantem.

Sepultura occisi occulta indiciũ

contra intervenientem. Calderò *decis.* 50. *n.* 48. imò ex solo actu sepeliendi occisum indicium enasci concludit. Esse *decis.* 111. *n.* 34.

Præsumptio falsitatis, valet esse antecedens.

Protocolli. Farinac. *quæst.* 153. *par.* 8.

Simile si non reperiatur, & idē dic de matrice, si notarius erat solitus eam habere.

Pariformiter argue si se occultet reus. Ego *decis.* 30. *n.* 19.

Mors.

Testium. Farinac. *quæst.* 153. *p.* 9. *n.* 179. & 180.

Præsumptio falsitatis, potest esse antecedens.

Quando in instrumento de recenti stipulato instrumentarii testes mortui reperiuntur, vel quando ex dictis testibus unus est mortuus, & alter dicit non interfuisse.

Tarditas.

Regiſtrandi. Farinac. *quæst.* 153. *par.* 9. *n.* 181.

Præsumptio falsitatis.

Seu protocollandi instrumenta, similis tarditas producendi.

Fama in continenti orta.

Conciol. *resol. crim.* verbo *fama resol.* 1. Ego *decis.* 27. *n.* 51.

Sufficiens indicium ad torturam, si sit legitimè probata in delictis occultis, & difficilis probationis, pro legitimè probata habetur per septem testes, etiamsi non deponant cum requisitis, vel per sex concurrentibus adminiculis, aut minori numero si verisimilitudo concomitetur.

Huc refertur diffamatio, quando est contra unum solum. Farin. *quæst.* 52. *à num.* 148. Ciarlin. *contr. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 39. Novar. *de grauam tom.* 2. *post grauam.* 200. *n.* 95. Reg. Calderò *decis.* 43. *n.* 20.

Effectus.

Malè sequutus. Farin. *quæst.* 89. *num.* 100.

Vicinitas actuum.

Et brevitas temporis commissi criminis. Farinac. *quæst.* 89 *p.* 4. *à n.* 117. & *quæst.* 162. *par.* 4. *à nu.* 146. Giurba *cons.* 54. *n.* 50.

Simulationis indicium, & non medicè attendenda in criminibus.

Simi-

CONSEQVENTIA.

Simile multiplicatio plurium actuum separatorum.

Vicinitas etiam domus scientię indicium. Ego *decis.28.n.3.* ubi de variis scientiæ præsumptionibus.

Farinac. *quæst.89.n.145.* Cottiada *decis.93.n.35.*

Verisimilitudo.

A verisimili formantur argumēta indiciorum, ita vt etsi debiliores singulatim sint probationes, & iunctim arguant verisimilitudinem arctam, delictum probatum existimator.

Idem dic de famulo, qui visus fuit propè domini sui cubiculum, alii autem longè, & clausi, & dominus remansit occisus.

Inverisimilitudo.

Farinac. *quæst.153.par.9.à n.176.* & *quæst.162.p.4.n.155.*

Præsumptio falsitatis.

Falsitatem arguit, si deficiente spatio in charta, verba reperiuntur in fine, cum à principio potuissent latiori calamo scribi.

Indicium simulationis.

Simile si dicatur aliquem emisse non inspecta re empta.

Visus exire. Egressus.

De domo furti patrati cum fardello, seu aliqua re sub brachio, & sub pallio. Farin. *de furt. quæst.176. num.64.*

Idem erit contra eum, qui tempore commissi furti fuit visus introire, & exire.

Hoc indicium nil operatur contra hominem bonæ famæ.

Indicium indubitatum homicidii.

Si autem quis exeat à domo unum tantum aditum, & exitum habente, cum gladio evaginato, & sanguinolento, si in ea domo reperiatur occisus, vel vulneratus post illius exitum, vel si exeat ex alio loco, utpotè agro, vel vinea similes circunstantias habēte, grave oritur indicium. Dam-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

CONSEQVENTIA.

Damnum.

Vt si quis cum mendacio scribat se pati, quia ipsorum procurabat sublevamen: indicium conspirationis.

Confessio extraiudicialis.

Indicium ad torturam.

Confessio iudicialis corá Iudice incompetente.

Semiplenam probationem facit coram Iudice competenti.

Lætitia.

Pro ratihabitione.

Delacrymatio ab uxore prætermissa.

Pro viricidio, nisi aliter signa doloris dedisset.

Ratihabitio.

Pro mandato. Coniectura etiam animi deliberati.

Effectum causa alterius. Larrea *alleg. 66. n. 38.*

Giurba *cons. 87. n. 20.* Carena *de Offic. sanct. Inquisi. par. 3. tit. 10. n. 58.* Conciol. *resolut. crimin. 13. n. 2.* Ego *decis. 30 n. 22.*

Notabiliter Rodoer. ad Marin. *cap. 61. tot.* Sanfelic. *decis. 244. nu 5. in fine.* Guazzin. *defens. 32. cap 26. n. 10.* Iatè Ayllon. ad Gomez *tom. 3. cap. 12 n. 9.* ubi etiam de confessione nulla ex defectu solemnitatis: de geminata Ego *decis. 30. n. 20.* eam plusquam semiplenè probare, & sufficere ad acriter torquendum, non autem ad condemnandum.

De confessione extraiudiciali tacita, ut si quis dicat diabolus me tentavit, vel ut Genesis 4. *Omnis igitur qui invenerit me occidet me.* Calderò *decis. 40 n 22.*

Verbis, vel facto post delictum. Farinac. *in praxi quæst. 135. nu. 48.* Conciol. *cons. crimin. 7. à n. 46.* ubi de signis complacentiæ ad ratificationem inducendam.

Intrigliol. *decis. 40. & 41.* Suelv. *to. 2. cons 37 n. 60.* Vargas Machuca *decis. 50. n. 48. & 213.* Calderò *decis. 45 n. 27.* & de lacrymante *decis. 50. n. 21.*

Farinac. *in praxi q. 135. n. 48.* Calderò *decis. 49. n. 16.* ubi de indiciis ratihabitionis per benevolas demon-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

CONSEQVENTIA.

Epistola.

Pro stupro, seu sacrilegio.

Indicium conspirationis.

Foramina.

Canis.

Pro homicidio, furto, & aliis sceleribus.

mõstrationes erga delinquẽtes erõgatas, præsertim ubi utilitas erogãtis intercedit. Ego *decis.* 12. *n.* 10.

Responsoria amasii in cubiculo monialis reperta. Spereil. *decis.* 136 *n.* 18.

Epistolæ ab hostibus delatæ. Ego *decis.* 35. *n.* 28.

Reperta in tunica penes inquisitum correspondentia foraminibus subuculæ repertæ in cadavere occisi, quando sunt eiusdem mensuræ, & in eisdem locis. Leo *dec.* 125. *n.* 24.

Latrans contra aliquem eius domino occiso, indicium facere memini legisse apud Iosephum Riccium *de mdic.* at postea eius copia mihi non fuit; sed qui mira de canibus perlegere velint, adeãt Hieronymum Cortesin libro, seu tractatu de animalibus Hispano idiomate scripto 1 *par.* 07 *pag.* 107. ubi ex Plutarcho memorat, Regi Pyrrho cum suo exercitu transeunti occurrisse canem cadaver custodientem, & ullulantem, Regem q; mandasse ad suum palatium deferri, & inquiri super nece hominis per ipsum deplorati, & homicida non detecto præcepisse milites omnes ante aspectum Regium comparere, sub cuius pedibus adstabat canis, & cum advenissent interfectores, illicò canis in eos furibũdus irrupit, in terramque proiecit, quo insultu Rex admonitus illos capi iussit, & supervenientibus

bus aliis probationibus quæstionibus submissi facinus prodierunt cladis domini canis, ultimumque postea supplicium sustinuerunt. Vberrimè Pierius Valer. *lib.* 5. Beyerlinch *in Theatro vitæ humanæ* verbo *canis. pag.* 60. *colum.* 1. *& pag.* 61. *colum.* 2. Polyanthæa verbo *fidelitas colum.* 1109. itidem Theatrum vitæ humanæ, verbo *auxiliũ pag.* 739. *colum.* 2.

Transformatio.

Indiciũ practicabile contra eos, qui vasa argenti, aut auri statim post furtum in frustra diuidunt, decolorant, aut quid simile faciunt.

Rerum furatarum eas redigendo in aliam novam formam G. ãmat. *conf.* 13. in specie vestiũ, quas fures dederant sartori, ut in aliam figuram converteret.

Rubor faciei.

Indicium stupri ad torturam.

Cum crine soluto quando mulier exeat à camera in qua erat ingressa cum iuvene. Farinac. *quæst.* 136. *num.* 161.

Sobolis similitudo cum amasio.

Indicium remotum adulterii.

Don Ferdinand. Alphonsi. del Aguila ad Roxas *de incompatibilit. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 12. ex Mascard. Gail, Carranza, Barbosa.

EPI-

EPIGRAPHE.

De præsumptionibus, & speciatim de his quæ sunt iuris tantum, & de alijs, quæ iuris, & de iure appellantur, quinam effectus ex illis resultent, qualiter enerventur, & probationem contrariam excludant parte, seu Fisco contradicente, nedum in civilibus, sed etiam in criminalibus, & an ex vnica præsumptione iuris, & de iure ordinaria vltione delictum vindicetur, nova, & hactenus non compaginata, eo stylo, quo hic, ad causarum criminalium vsum investigatio, vbi de immemorialis probatione complurium cum iurium, & textuum structura.

NVCLEVS.

1 *Quæstio proponitur, an ex præsumptionibus possint sontes ordinaria pœna plecti, & eam longè ab illa distare, quæ circa indicta indubitata, vel dubitata vnum indubitatũ constituentia versatur.*

2 *Præsumptionis diffinitio.*

3 *Triplex præsumptio traditur, & quæ ab homine oritur diffinitur.*

4 *Iuris præsumptio exponitur.*

5 *Probationis relevatio deprehenditur.*

6 L. Chirographũ 24. ff. de solut. *præsumptionem solutionis præbens ex cancellato chirographo exornatur.*

7 *Discutitur*, l. qui duos, §. cum bello, & §. fin. ff. de reb. dub. *præsumens patrem ante filium puberem obiisse.*

8 *De duobus simul incendio, vel ruina confossis, & de matre, & filio, simul pereuntibus, quis prior decessisse præsumatur remissivè.*

9 *Bonus semel præsumitur talis semper, & etiam malus in eodem genere mali.*

10 *In Tribunali Sanctæ Inquisitionis accumulantur reo fidei alia crimina extra hæresim patrata ad roborandum contra eum probationem.*

11 *Præsumptio iuris onus probandi in adversarium transfert.*

12 *Completa præscriptione 30. vel 40 annorum mala fides purgatur, & bona fides præsumitur. Quando adest hominis provisio, seu dispositio præsumptio legis an cesset remissivè.*

13 *Duo testes quamvis habiles non sufficiunt quando ius resistit possessioni immemorialis: nam tertius requiritur ad purgandam præsumptionem in contrarium.*

14 *In omni probatione habente iuris præsumptionem contra se tres testes omni exceptione maiores exquiruntur.*

15 *Doctores contrariam tenentes opinionem non sunt sequendi.*

16 *Plenior, & durior exoptatur probatio quando de probando aliquo agitur habente præsumptionem iuris in contrarium.*

17 *Auctoribus adversaria sententiæ fit satis.*

18 *Duo testes de auditu ad probationem descendentiæ in antiquis etiam non sufficiunt.*

19 *Observantia comprobatur assertio num. 13. stabilita.*

20 *Senatus decisione rursus authorizatur.*

21 *Iuris, & de iure præsumptio diffinita.*

22 *Probationem in contrarium non admittit.*

23 *Ex allegatione tituli resultat confessio, per quam destruitur præsumptio iuris, & de iure ab immemoriali proveniens titulum præsumente, sic quæ ad editionem tituli confitens cogi valet.*

24 *Limita vt admittatur probatio contra præsumptionem iuris, & de iure per duos testes valdé legales, & probos, & quando admittantur probatio per indirectum.*
Scriptura deperdita testibus probatur adversus præsumptionem iuris, & de iure.

25 *Limita vlterius locum habere probationem contrariam adversus præsumptionem iuris, & de iure per notorium facti permanentis, & amplius quando obiecta probatio est violenta.*

26 *De præsumptionibus qui plenè peregerint.*

27 Cap. qui fidem de spõs alib. *præsumens matrimonium ex cõcubitu sponsi cum sponsa enucleatur.*

28 Ad Authenticam si quis ei, C. de adulter. l. cõsiliarios, Cod. de Assess. *præsumentes contra alloquentem vxorem alterius post trinam denuntiationem, & Officialem fugientem durante syndicatu elucubratio.*

29 Cap. de hoc de simonia *præsumens contra deficientem in purgatione enervatur.*

30 Cap. porrectum de confirmat. vtili, vel inut. *præsumptionem muniens contra simulantem aliquid in impetratione rescripti Apostolici enodatur.*

31 Cap. inter solicitudines de purga. can. *præsumens adversus deficientem in compurgatione elucidatur.*

32 *Copula carnalis plenè probata intelligitur, quando quis visus fuerit cum muliere iacens in lecto solus cum sola, & nudus cum nuda latebris, horisque opportunis electis.*

33 *Condemnationem ad pœnam ordinariam posse ex præsumptione iuris, & de iure irrogari, qui Doctores tenuerint.*

34 *Sardoi Senatus decisio ad eandem*

dem

dem sententiam confovendam adducitur.

L. excipiuntur 14. ff. ad S.C. Syllanianum *indagatur.*

Hanc eandem opinionem author indubitanter amplectitur, & fundamentum, ac modum iudicandi exponit.

35 *Monentur pro Fisco certantes, ut si pro eo adsit præsumptio iuris, & de iure probationi contrariæ contradicant, ea enim semel admissa noceret, & num. 36.*

37 *Restitutio in integrum admittitur adversus præsumptionem iuris, & de iure, sicut contra rem iudicatam, & qui de hac restitutione pertractent, tàm competenti maiori, quàm minori.*

38 *Condemnatus præsumptione iuris, & de iure non appellat.*

39 *Confessus, & convictus regulariter nullo modo appellat.*

40 *In eisdem casibus quibus probatio permittitur contra præsumptionem iuris, & de iure habet quoque locum appellatio.*

41 *Ad pœnam ordinariam non devenitur ex præsumptionibus iuris, ut non de iure, sed declara ut num. 47.*

42 *Habens præsumptionem iuris pro se obtinet in iudicio, adeò ut adversario incumbat onus probandi, tam in civilibus, quam in criminalibus.*

43 L. quotiens, §. qui dolo, ff. de probat. *præsumēs vulneratum ex vulnere decessisse illustrata.*

44 L. 1. §. Cum dominus, ff. ad S.C. Syllanian. *præsumens contra socium occisi commendatur.*

45 L. 1. § hoc autem 26 ff. ad S.C. Syllanian. *contra inventum in loco delicti ponderatur.*

46 *Pauper dum ingreditur officium, & postea dives effectus ex pecuniis administrationis ditatus præsumitur cum Senatu, & quomodo enervetur hæc præsumptio.*

47 *Plures præsumptiones iuris, licet non de iure talem possunt habere efficaciam, ut ex eis reus pœna ordinaria vindicetur.*

De præsumptionibus, quæ à lege derivantur, sicque vel iuris tantum, vel iuris, & de iure mens istius decisionis fuit pertractare.

48 *Præsumptiones hominis, & legis tantum per alias fortiores devincuntur.*

49 *Suspectus de hæresi si vocatus subterfugiat, & excommunicatione innodatus per annum sustinuerit, hæreticus præsumitur, & uti talis condemnatur.*

Cap. cum contumacia 7. de hæretic. in 6 *explicatum.*

50 *Hæreticus condemnatus in casu contumaciæ quandocumque ad Sanctum Tribunal accedens exauditur.*

51 *Ex sola contumacia, & bannimento torquetur bannitus.*

52 *Contumaces in aliquibus Regnis pro certo delictorum genere confessi reputantur.*

53 *Præsumptiones reorum ex verisimilitudine pro eis stante ad suam defensionem depromuntur, vbi quod propter eam probant, quæ aliàs non probarent.*

54 *Accusatus de crimine, qui eius conscientia permotus ne puniatur sibi mortem conscivit præsumptione iuris, & de iure pro cõvicto, & confesso habetur, & quam pœnam sustineat.*

55 *Authentica* damnatorum, C. de bonis prescriptorum *declarata.*

56 *Pœna mortis non punitur, sed extraordinariè, qui ex conscientia criminis se vulneravit, & quando præsumatur quis se occidisse, vel vulnerasse propter maleficium.*

57 *Qui mortem sibi consciverint, aut se aliis commiserint occidendos.*

Iurisconsultis expedit bonarum, seu humaniorum litterarum disciplina, easque ignorantes insipidi, & insipientes vocandi.

DECISIO XXXXI.

1 ANCEPS valdè, & plurimum controversa est disceptatio, an ex præsumptionibus possit quis pœna ordinaria delicti coerceri, quam non putes univocam esse cum relata *decis.* 27. *n.* 29. & passim primo in nostro volumine, & decisione præcedenti, vbi disquisivimus, an ex indiciis indubitatis, vel dubitatis unum indubitatum componentibus iunctis aliis adminiculis, & præsumptionibus, ordinaria pœna per Senatum Supremum valeat imponi, si scelus occultum, difficilisve probationis fuerit: nam solummodo sermo noster erit de eo, qui præsumptionibus gravatur; utrum huic pœna ordinaria irrogetur.

Priusquam conclusionem stabiliamus, præsumptionem diffiniri supponitur *probabilem coniecturam ex certo signo provenientem, quæ alio non edocto pro veritate habetur.* Bald. *in Rubr. C. de probat.* Alciat. *tract de præsumpt. in princ. 3. pa. incip.* veniamus *num.* 1. & depromitur ex Hugo Donel. *lib.* 25. *comm. cap.* 3. & ex *l.* 1. *num.* 2. *de probat.* Thomas Sanchez *in decalog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. *vers. Secundo*, plenè Farinac. *in praxi, quæst.* 36. *à nu.* 67. *cum plurib. seqq.* Fermosin. *ad Rubr. tit. de præsumptionib. num.* 6. qui tamen minus distinctè loquitur, cum indicium à præsumptione non secernat, & ad argumentum nostrum non leviter inter se distant, quemadmodum inferiùs dilucidabitur, sed tamen peculiarius discrimina assignat Fermos. *ad dictam Rubr. quæst.* 1. adde Andr. Vallens. in paratir. 2

tatit. *ad dict. tit. de præsumpt. num.* 1. *&* 2. Escobar *de purit. quæst.* 8. §. 1. *num.* 8.

3 Præsumptionum insuper triplex est genus, quædam enim hominis sunt, aliæ iuris, aliæ verò iuris, & de iure. Hominis præsumptio fertur *conceptus in mente hominis causatus ab aliqua coniectura*, & ideò talis cognominatur; quia nullo iure comprehensa, aut confirmata reperitur (hanc ab indicio puro nescirem distinguere) Valens. *in paratill. lib. 2. tit. 23. §. 2. num.* 1. sequitur nonnullis laudatis Fermosin. *ad text. in cap. afferte de præsumpt. quæst. 1. num.* 17.

4 Comperimus autem iuris præsumptionem *quãdo ius in re dubia aliquid præsumit, nihil vlterius constituendo, quod pro veritate habeatur*, ex tex. *in l. pactum. ff. de pact. l. Quintus Mutius ff. de donat. int. vir. & uxor. l.* 1. *Cod. ad exhibend. l. sine possessione, Cod. de probat.* Gandin. *tit. de probat. & indic. indubit. num.* 8. Menoch. *lib. 1. de præsumpt quæst.* 4. *post num.* 1. vers. *Res exemplis, clarior*, memoratam, & alias diffinitiones recenset Fermosin. *ad*

5 *dict. cap. afferte 1. de præsumpt. quæst.* 1. *à num.* 9. quapropter huiusce-modi præsumptio non censetur probatio, sed probationis relevatio, *l. Lucius* 72. vbi Bartol. *de condit. & demonstrat.* Aymon Cravett. *de antiq. temp. 1. par seu viso de fama, num.* 26. Hipolyt. *singul.* 451. incipit decrevi. Escobar *de purit. dict. quæst.* 8. §. 1. *num.* 11.

Exempla præsumptionis iuris 6
connumerat Fermosin. *ad cap.* 2. *de præsump. quæst.* 1. *num.* 11. primum deducendo ex text. *in l. chirographum* 24. *ff. de solut.* vbi præsumitur solutio ex cancellato chirographo, aliam præsumptionem delumit ex *l. qui duos*, §. *cum bello, & §. fin. ff. de reb. dub.* qua præsumitur patrem ante filium puberem decessisse, vbi uterque uno 7
casu, v. g. naufragio extinctus est, de quibus scripserunt Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt* 50. Alciat. *eodem tract. reg.* 1. *præsump.* 49. Pacian. *de probat lib.* 1. *cap.* 7. *ex num.* 10. *&* cap. 8. Cardinal. Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib.* 5. *tit.* 9. *à num* 6. *& lib.* 11 *tit.* 5. *num.* 6. *cum seqq.* Costa *in dict. l qui duos*, §. *Cum in bello*, verb. *Divus Adrianus*, & verbo *Patrem prius mortuum*, Hugo Donell. *in dict. §. cum in bello, & in l. si inter, ff. de reb. dub.* Font. *de pact nupt. tom.* 1 *claus.* 4 *glos.* 7. *part.* 2. *à num.* 38. Gomez Vaio *in prax lib.* 2 *cap.* 72. latissimè Ibañes de Faria *ad Conarr. lib.* 2. *cap.* 7. *tot.* ubi notabilia de duobus simul incendio, vel ruina pereuntibus, de matre autem, 8
& filio simul peremptis, quis prior spiritum emisisse præsumatur plenè Carol. Anton. de Luca ad Franch. *observ.* 454.

Similiter adolescens bonis moribus imbutus in senectute esse 9
probus præsumitur, & è cont à.

Val-

Vallenſ. inhætendo *cap. ex ſtudiis* 3. *cap. mandata* 6. *cap. in iuventute* 15. *de præſumpt.* Pariformiter ſemel malus ſemper malus præſumitur in eodē genere mali, laudati per me *deciſ.* 30. *nu.* 15. *vol.* 1. quibus addas Carena *de Offic. Sāct. Inquiſit. par.* 3. *poſt tit.* 8. *in deciſ. Granatenſ. num.* 18. qui appoſitè exornat praxim ab Inquiſitoribus admiſſam; nam tametſi non poſſint cognoſcere de criminibus, quæ manifeſtam hæreſim non ſapiunt, ſi tamen alia diverſæ qualitatis accedant, tunc Fiſci Præfectus iubet maleficia in eum accumulare, ne hæreſis crimina aggraventur, & ut apertiſſimè conſtet ſcelerata eius conſcientia, vitæque forma, & inde ſumatur indicium in eo quod ad rem fidei de qua agitur ſpectat. 10

Relevatur, ut prænonui, præſumptionem iuris pro ſe habēs ab onere probandi, & in adverſarium tranſit, *cap. vnic. §. porrò, vt Eccleſiaſt. benef. cap. vlt. §. Sanè de iure iur. l. ſi pactum* 9. *ff. de probat. l. generaliter* 24. *§ ſi petitum in fine, ff. de fideicommiſſ. libert.* Cyriac. *controv. forenſ. tom.* 3. *controv. verſ.* 523. *num.* 39. Maſcard. *concluſ.* 340. *nu.* 7. Caſtald. *in tract. de Imperat. queſt.* 51. *num.* 22. Argel. *de legit. contradict. quæſt.* 19. *art.* 1. *num.* 20. Valenzuela *conſil.* 178. *num.* 8. Faria ad Covarr. amplians, & limitans *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *toto.* 11

Non minus completa præſcriptione 30, vel 40 annorum mala fides purgatur, & bona fides præſumitur ut firmat Petrus Barboſa *in Rubr. de præſcrip* 30, *vel* 40. *annor. à num.* 97. proſequitur ſubtiliſſimus Ioannes Baptiſta Trobat Themidis Areopagus *de effect. immemorial quæſt.* 14. *art.* 13. *num.* 36. *& ſeqq.* ubi doctè declarat qualiter præſumptio legis ceſſet quando adeſt hominis proviſio, ſeu diſpoſitio. 12

Quinimò quando ius reſiſtit poſſeſſioni immemoriali duo teſtes quantumvis legitimi non ſufficiunt. Garcia *de expenſ. cap.* 9. *nu.* 13. *verſ. Item adverte*, ſed requiruntur tres teſtes, duo ſcilicet ad probandum immemorialem, & tertius ad purgandum præſumptionem in contrarium. Garcia *de nobil. queſt.* 2. §. 1. *num.* 38. Seſſe *de inhib. cap.* 5. §. 10. *num.* 18. *& deciſ.* 2. *num.* 10. verſ. *Vnde tom.* 1. Suelves *conſil.* 51 *num.* 4. *&* 5. *tom.* 1. Dom. Vicecancell. Creſpi *obſervat.* 14. *num.* 69. *&* 70. quod generaliter ſtatuitur in omni probatione habente iuris præſumptionem contra ſe, ut duo teſtes non ſufficiant, ſed requirantur tres omni exceptione maiores. Menoch. de præſumpt. *lb.* 1. *quæſt.* 31 *num.* 9. Garcia *de nobilit. gloſ.* 2. §. 1. *num.* 38. Seſſe *de inhibit. dict* §. 10. *num.* 18. Bovadilla *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 220. verſ. *Y aun mas.* 13 14

Et quamvis plures Doctores affir- 15

affi ment ad probandum contra iuris præsumptionem tres testes requiri, vel saltem duos excellentes, inter quos enarrantur Speculator, Iason ex alii citati per Mascardum, & Garcia locis superius excussis; at verò non sunt cõsectãdi contra Menochiũ, Bovadilla, &
16 reliquos allegatos; etenim exploratum traditur, quod ubi agitur de probando aliquo habente præsũptionem iuris in contrarium, requiritur plenior, efficacior, & durior probatio. Iason *in l. sciendum ff. de de verbor. oblig num.* 10. vers. *Confirmatur.* Decius *cons.* 174. *sub num.* 5. Mascard. *de probat. conclus.* 1222. *n.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 31. *num.* 8. *vers. erit.* Molina *de primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 33. *&* 34. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 63. *nu.* 239.

17 Insuper Doctores, quibus in partem adversariam propendentes moventur, videlicet Speculator *tom.* 2. *de probation.* §. 3. *sub num.* 23. quatenus satis esse vult duos testes excellentes, & Garcia *de nobilit.* §. 2. *glos.* 1. *num* 37. *in fin.* ibi: *nota quod si duo testes sunt multum probi, & tales quibus omninò fides adhibenda sit, probabũt nobilitatem,* in eo sensu alloquuntur, si cum sua probitate concurrat pluralitas actuum, ita ut quicquid eorum deficiat non probate concludant.

18 Præterea in antiquis ad probationem descendentiæ, quæ testibus de auditu probatur, duo testes non sufficiunt, sed tres omninò requirũtur, & alia adminicula. Crespi *obser.* 14. *n.* 69. *&* 70.

Demum in immemoriali ex 19
observantia subsequuta, quod duo testes non probent, quotidiana monstrant exemplaria, veluti attestatur Garcia *de expens. d. cap.* 9. *num* 13. vers. *Item advertе.* Esse *de inhibit. cap* 5. §. 10. *num.* 18. ubi exscribit ita practicari vidisse ipso existente Locumtenente iustitiæ Aragonum in firmis super hidalguia, seu infantia.

Præfinitamque opinionem am- 20
plexus fuit noster Regius Senatus in causa Syndici Dertusæ, contra Baiulum Regium eiusdem Civitatis, Regia sententia lata 6. Aprilis 1672. referente Nobili Iosepho de Balaguer tertiæ aulę Doctore. Actuario Oriol & Mercer; nam in prælibata causa Syndicus appellationem interposuit à præconiis publicatis per Baiulum, cum quibus particularibus dictæ Civitatis præcipiebatur, & aliis vicinorum locorum ne colligerent sal, vulgò vocatum *de ventura* in salinis termini illius Vniversitatis, & Syndicus immemorialem per duos testes probavit, & nihilominus declaratum fuit, quod quia sal est de regalibus, propter iuris resistentiã, necessarii erant tres testes, nec fuit habita ratio aliorum testium examinatorum super articulis oblatis per Syndicum in summarissimo, qui aliquid de immemoriali dixe-

tunt,

runt, quoniam non depoſuerunt de ea cum omnibus circunſtantiis.

21 Iuris, & de iure præſumptio extat, *cùm lex aut canon ita aliquid præſumit, vt ſuper tali præſumptione ius firmum ſtatuat, & eam pro veritate habeat.* Fermoſin. *in ſæpe citato cap. aſſerte 1. de præſumpt. quæſt. 1. num.* 13. & ante eum Alciat. *de præſump. in princ. 2. par. incipient. videndum num.* 3. Menoch. *cod. tract. lib. 1. quæſt. 13. num. 27. & quæſt. 8. num.* 1. Maſcard. *de probation lib. 2 quæſt.* 10. *num.* 48. *& concl.* 1228. *à num.* 2. Franciſ. Mantica *de coniectur. lib. 2. tit.* 3. *num.* 3.

22 Ex quibus Doctoribus pariter hauries huius præſumptionis proprium eſſe non admittere probationem in contrarium. Pacian. *lib. 1. de probation. cap.* 11. Merenda *contr. iur. lib. 1. cap.* 41. *&* 42. cum aliis cumulatis per Nicolaum Vincentium Scoppa *ad deciſ. Gratian. obſerv. 66. num.* 17. Carol. Anton. de Luca *ad Franch. obſervat.* 69. Pareja *de inſtrum. edit. tom. 2. tit. 9. ref. 2. num.* 17. qui firmat allegantem titulum ex tali, vel tali inſtrumento, ad editionem poſſe urgeri, nec ei ſuffragari immemorialis præſidium, quo titulus præſumitur, quandoquidem defendit firmiter per huiuſmodi confeſſionem omninò deſtrui præſumptionem iuris, & de iure, cum illi, & non huic ſit ſtandum, ubi agitur, vt in ea ſpecie, de facto, quod in poteſtate confitentis ſiſtit, declarat Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 61. & ſeqq.* qui *quæſt.* 64. admittit probationem per duos, vel tres teſtes legales, & valdè probos, *& quæſt.* 65. exponit quando admittatur probatio in contrarium per indirectum, *quæſt.* 66. ſcripturam deperditam teſtibus probari firmat contra præſumptionem iuris, & de iure, & quæ hoc caſu requirantur; confirmat eaſdem limitationes Riccius *part.* 5. *collectan.* 1565. addens ex Vivio *deciſ.* 61. contra præſumptionem iuris, & de iure per notorium, maximè facti permanentis, ubi ex proceſſu ſcaturiret, probationem in contrarium admitti, & rurſus limitat in caſu deciſ. Hartaman. 1. *de præſum.* ubi contra probationem iuris, & de iure probatio admittitur quando non eſt violenta.

De antehabitis generibus præſumptionum præter ſuprà allegatos ediſſeruerunt Guzman *de evictione quæſt. 4 num.* 88. Vela *diſſert.* 35. *num.* 59. Molina *de iuſtit. tract. 4. diſput.* 15. *num.* 10. & alii per ipſos congeſti.

Pandamus modò exempla præſumptionum iuris, & de iure: Alterum oritur ex concubitu ſponſi cum ſponſa, namque ex illo inſurgit præſumptio matrimonii. *Cap. Qui fidem de ſponſal. lib.* tale enim coniugium præſumptum ex iure urgebat, ſed fuit abrogatum per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 1.*

24 25 26 27

28 Istius est classis præsumptio, quæ enascitur contra illum, qui ter denunciatus ne alloqueretur uxorem alterius, postea reperitur in aliquo loco eam alloquens; ex ea enim præsumptione puniri valet pœna ordinaria, *Auth. si quis ei, Cod. de adulter.* Officialis si fugiat tempore Syndicatus habetur pro confesso, *l. Consiliarios, Cod. de Assessorib.*

29 Infamatus de simonia debet se purgare, & si in purgatione deficiat statim venit condemnandus, ac si verè delictum esset probatum, *Cap. de hoc de simonia.*

30 Simulans aliquid in impetratione rescripti Apostolici, vel si insolitum in eo quicquam legatur, præsumitur per falsitatem scriptum, & impetrans de falso punitur, *cap. porrectū de cōfirm. util. vel inutili*, ex ordinariis docuerunt Abbas, Innocentius, Zabarella, Bellamera, Ioannes Andreas, Imola, Anania, Ostiensis, Anchoranus, Butrius, Baldus, Decius *ad dict. cap.* Vivian. *in rational. 2. lib. iuris Can pag.* 364. remissivè Ximenes *in concordant. par. 1.* Anton. Augustin. *collectan. 3 sub tit. de rescind. vendit.* Buccaron. *de diff. inter iudic. civil & crimin. diff. 53. num. 8.*

31 Deficiens in compurgatione punitur tanquam verè convictus de delicto, quippe talis à iure præsumitur, *cap. inter solicitudines de purgat. Canon.* Anton. Gomez *var. tom. 3. cap. 12. n. 25. circa fin.*

Plenè probata intelligitur carnalis copula quando quis visus fuit cum muliere iacens in lecto, solus cum sola, & nudus cum nuda locis secretis, & latebris ad hoc commodis, horisque opportunis electis, etiamsi de puniendo criminaliter agatur. Aymon *cons.* 205. *num.* 5. *& consil.* 321. *in princ.* Menoch. *de arbitrar. cas.* 244. *num.* 8. *& de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 41. *num.* 12. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *num.* 45. Farinac. *in prax. crimin. par.* 5. *quæst.* 18. *nu.* 171. annuit Barbosa *ad l.* 2. *in princ. par.* 1. *num.* 8. *ff. solution. matrim.* licet contrarium tenuerint Bossius *in pract. crim. tit. de part. suppositi. post. num.* 31. Farinac. qui supra *dict. quæst.* 136. *num.* 18. *&* 19. *& cons.* 78. *num.* 22. *&* 25. Mascard. *de probat. concl.* 47 *num.* 5. vers. *Quæ tamen sententia, & concl.* 59. *num.* 10. *&* 20. 32

Posse ex præsumptione iuris, & de iure condemnationem in pœnam ordinariam inferri constabilierunt Anton. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 25. vers. *Quod tamen singulariter intelliges.* Tiraquell. *de pœn. temperand. caus.* 27. *num.* 10. Grammatic. *decis.* 42. *num.* 2. *&* 3. Bossius *in tit. de convict. nu.* 23. *&* 34. Iul. Clar. *in pract. § fin. quæst.* 20. vers. *fin.* incipient. *Item scias*, cum quibus, & aliis pertransit Farinac. *quæst.* 86. *num.* 52. adde Tusch. *lit. P. concl.* 635. *à num.* 20. nec dissentit Morla *in emp. iur. part.* 1. *tit.* 12. 33

UAB Biblioteca de Ciències Socials

num. 12. qui notat tales præsumptiones induci à lege, & ab ea puniri, & ita esse pœnas legales, pluribus congestis Ayllon *ad Gomez dict. cap. 12. num. 26.* & omnium consensu licere quibuscunque iudicibus, tàm supremis, quàm infimis pœnam ordinariam, & mortis irrogare cum penè infinitis firmant Grivell. *decis. Dolan. 93. num. 5.* Petrus Caball. *resol. crimin. 288. nu. 2. centur. 3.* Mar. Mut. *decis. 37 nu. 27.* sequitur Buccaron. *de different. inter iud. civil. ex crim. different. 133. num. 10.* qui coniecturas iuris, & de iure fatetur sufficere ad condemnandum criminaliter etiam pœna corporali, & capitali.

34 Irrefragabile his adiicitur propugnaculum ex subtilissimi Regentis Don Ioannis Dexart *decis. 39.* vbi docet præsumptionem iuris, & de iure sufficientem ad pœnam ordinariam infligendam resultare, marito cum uxore cubante in eodem lecto, & camera, in qua nullus alius aditus patebat præter ostium, quod ipse clauserat, mortua de manè consorte reperta per maleficium, & conclusum, decisumque testatur ipso auctore referente die 1. Septembris 1629. in causa Fisci Procuratoris contra Didacum Palaseto, Actuario Paulo Ribera Scriba in criminalibus per *text. in l. excipiuntur 14. ff ad S. C. Syllanian.* ibi: *Excipiuntur S. C. Syllaniano impuberes servi. Trobius autem Germanus legatus etiam de impubere sumi tussit supplicium, & tamen non sine ratione, nam is puer non multum à puberi ætate aberat, & ad pedes domini cubuerat cum occideretur, nec postea eadem eius prodiderat, ut enim opem ferre cum non potuisse constabat, ita silentium præstitisse postea certum erat, & ex his dumtaxat impuberibus Senatu Consulto parci credebat, qui tamen sub eodem tecto fuissent, qui verò ministri, vel participes cædis fuissent, & eius ætatis quanquam nondum puberes, vt rei intellectum capere possent, his non magis ex cæde domini, quam in nulla aliâ causa parci oportere*: vbi expende verba *ad pedes occisi*: nam per ea disponitur contra cubantem ad pedes occisi legem præsumere, quod sit minister, vel particeps cædis; vnde idem à fortiori militare in præexcesso marito Senatus Sardous merito diffinivit eum pœna ordinaria plectendo, ex desuper firmatis, & per *l. fin.* vbi Bald. & Salicet. *Cod. de probat.* Bartol. *in l. fur manifestus num. 3. ff. de furt.* Grammat. *decis. 142.* & Boerius *decis. 164.*

Hæsitandum igitur non est in hac indagine, hactenus à nostris non suscepta, quærant legem formalem, quæ præsumptionem inducat ad scelus, & super illo disponat, tunc namque pœna ordinaria flagitium puniendum rectus, ac eruditus iudex non ambigat.

gat. Non incongruum hic esset præsumptiones legales intexere circa scelerum probationem constitutas; at inde volumen nostrum plura alia exposceret, ac vniversum propemodum ius Pontificium, & Cæsareum exquireret, licet agnoscam proficuum futurum laborem.

35 Vnum non præteribo, stante pro Fisco præsumptione iuris, & de iure non esse admittendam contrariam probationem; imò ei semper contradici debere, ex largè supra firmatis, sed tantum illam obtinere, quæ ad investigationem, limitationem, & intellectum legis dirigatur, nimirum an legis dispositio casui occurrenti aptari, aut applicari valeat, non autem testium depositiones audiendas esse, quæ pro enervanda legis præsumptione adstrui patentur, ex his, quæ in simili specie percurrit, ac observat Pareja *de instrum. edit. tit. 7. resol. 8. á num. 40. tom. 2.* Recentes decisiones non est opus adducere cum plures præbuerim *decis. 26. num. 52. volum. 1.* Alioquin probatio adversus

36 præsumptionem iuris, & de iure parte non opponente admissa probat. Menoch. *dict. lib. 1. præsump. 68.* verum est quod patet locus restitutioni in integrum adversus præsumptionem iuris, & de iure.

37 Menoch. *dict. lib. 1. quæst. 70.* ex eo probans, quia admittitur restitutio adversus rem iudicatam, cum tamen contra eã omnes excludantur probationes, prout effusè peragit Fontanell. *decis. 259. cum seqq.* de restitutione in integrum adversus duas sententias conformes, *& decis. 268. cum seq.* & de restitutione maioris propter instrumenta noviter reperta, *decis. 174. cum seqq.*

Amplius animadvertatur, quod 38
à noviſſimis scriptoribus omissum dignoſco, condemnatum nimirum præsumptione iuris, & de iure appellare non posse. Bald. *in l. si hi qui num. 2.* per illum textum *Cod. ad leg. Iul. de adulter.* Alexand. *in addit. ad Bartol. in l. 1 litt. C. in fin. Cod. quor. appellat.* Marsil. *in l. 1. num. 157. Cod. de rapt. virgin.* & idem Marsil. *in rubr. Cod. de probat. num. 264.* necnõ *in singular. 116.* incipit *præsumptio iuris, & de iure.* Everard. *in contro-vers. legal. argumento à veriſimili num. 18.* Brunon. *de indic. & tortur. par. 1. quæst. 4. num. 16. in fin.* Carter. *in practic. criminal. in 1. tract. de appellation. §. quartus casus est, cap. 1. & seq.* Nicell. *in tract. de concurs. glos. concord. 6. fallent. 3. num. 21. fol. 121.* Farinac. *in pract. crimin. quæst. 101. cap. 2. à num. 124.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 76. per tot.* qui duas assignant ra- 39
tiones, vnam quia qui contra se habet huiusmodi præsumptionem dicitur confessus, & convictus, qui regulariter nullo modo appellat, pro ut probavi, *decis. 26. num. 10. vol. 1.* alia ratio ab eisdem Doctoribus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tribus adducitur; quoniam prælibata præsumptio iuris, & de iure non recipit probationem in contrarium, prouti statuitur supra
40 num. 22. unde à ratione cessante trahitur, quod in omnibus casibus, in quibus præsumptio iuri, & de iure permittit probationem in contrarium, in eisdem etiam casibus condemnatus per talem præsumptionem appellare poterit. Salgado *ex aliis de reg. protect. part.* 3. *cap.* 6. *num* 84. adde Sigismund. Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *lim.* 4. *num.* 8. qui dat concordantes.

41 Ex præsumptionibus attamen, quæ sunt iuris, sed non de iure, non posse ad pœnam ordinariam deveniri conformior est Doctorum opinio, pro ut supra citati unanimiter propugnant, quibus adiiciendi Zevallos alios referens *commun. contra commun. quæst.* 337. Giurba *consil.* 43 *num.* 22. Farinac. *consil.* 99. *num.* 30. *& consil.* 100. *nu.* 37. Noguerol. *allegat.* 12. *num.* 68. 81. *&* 180. cautè tamen legendi, qui in subiecta materia promiscuè de indiciis, etiam indubitatis, & præsumptionibus pertractant iuxta enucleata initio istiusce decisionis.

42 Cæterum hæc iuris præsumptio, licet non de iure non modicè etiam prodest, siquidem obtinet in iudicio, qui pro se eam habet. Garcia *de nobilit. glos.* 35 *num.* 8. *& glos.* 13. *num.* 5. Sanchez *in summa, lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. Escobar *de purit. part.* 1. *quæst.* 8. §. 1. *num.* 4. *&* §. 2. *num.* 3. qui omnes quod transferat onus probandi in adversarium, & licet Doctores isti in civilibus loquantur, ad iudicia quoque criminalia eadem disciplina proficiet: nam ponamus vulnus à tergo illatum, proditorium plane præsumitur, sicut, & alia plura maleficia, taliter quod donec reus contrarium constare faciat, satis Fisco erit consultum pro qualitate proditionis, ut evincunt decem, & septem scribentes allegati per doctissimum Regentem Don Michaëlem de Cortiada *decis.* 96. *nu.* 21. *tom.* 2. magno cum omnium, præsertimque meo mœrore, fama tamen immortali post hæc scripta, illique communicata ab hoc seculo erepto.

Ad hanc classem pertinet præ- 43
sumptio deprompta ex *l. quotiens, §. qui dolo, ff. de probat.* ubi in dubio præsumitur ex vulnere decessisse vulneratus eius morte sequuta, de qua re *volum.* 1. *decis.* 2. *num.* 142.

Contra socium itineris, qui 44
mortem socii non detulit, iuris instat præsumptio, *l.* 1. §. *cum dominus, ff. ad Senatus Consult. Syllanian.* ibi: *Cum dominus in itinere esset occisus, de his qui una cum eo fuerunt cum occideretur, vel cum vná fuissent profugerunt supplicium sumendum est,* ubi *num.* 8. Igneus inquit, socium itineris teneri ostendere quis socium interfecerit, alias con-

tra

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tra eum vehementem resultare præsumptionem, de qua Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 89.* & ex eo Regens Leo *decis. 125. n. 14.*

45 Excerpitur etiam iuris præsumptio contra inventum in loco delicti ex *l. 1. §. hoc autem 26 ff ad Senatus Consult. Syllanian.* ibi: *Hoc autem Senatus Consultum eos quidem, qui sub eodem tecto fuerunt omnimodò punit.* Leo *dict. decis. 125. num. 20.* de qua præsumptione antecedenti decisione reservavimus.

46 Insurgit non minus iuris præsumptio contra eum, qui erat pauper, & post administrationem ditatus remansit, ex pecuniis namque administrationis locupletatus præsumitur, *l. defensionis facultas,* ubi glossa verbo *exceptionum, Cod. de iure fisci, lib. 10.* Barbat. *consil. 39. colum. penult. lib. 4.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 85. num. 2.* Mastrill. *de magistrat. lib. 6. cap. 10. num. 13.* Ponte *de potestat. Proreg. tit. de elect. Official. §. 7.* Escobar *de ratiocin. cap. 42. num. 17.* Lossæus *de iure univers. cap. ult. num. 16.* Bursatt. *consil. 325. num. 66.* Pareja *de instrum. edit. tit. 5. resolut. 5. num. 22. cum seqq. tom. 2.* qui pluribus fundamentis probat præsumptionem istam enervari, si Officialis producat inventarium ante officii possessionem adeptum, ex quo appareat tunc temporis habuisse bona, ex quibus verisimiliter potuerit suum patrimonium augere. De hac autem præsumptione non modica ratio fuit habita in nostro Reg. Crimin. Concil. Regia Sententia lata de mense Martii 1659. referente Nobili Don Michaële de Pallarès, olim I. R. C. Act. Oriol. contra Ementerium N. qui fuit condemnatus ad suspensionem ab officiis Civitatis Balagarii per decēnium, & ad restitutionem reliqui administrationis per eum gestæ liquidatione reservata.

Patefactum ergo relinquitur 47
qualiter ex sola præsumptione iuris, & de iure pœna ordinaria imponatur, & quatenus ex præsumptionibus iuris solis ea nequeat applicari, quæ ita accipias, si nimis vrgentes non sint: nam talem possent habere efficaciam per quam aliud dicendum veniret, cum probationes sint iudici arbitrariæ, ex latè indagatis, *decis. 22. vol. 1.* Sanè non prætermittam ut cuncta in hac decisione statuta percipiantur, nempè omnem præsumptionem esse indicium specificè loquendo, sed non omne indicium esse præsumptionem iuris, & de iure, aut iuris tantum, aliud sentiendo de præsumptione hominis, quæ cum indicio coincidit; ratio est, quippe in prælibatis duabus præsumptionibus legum dispositiones expressæ desiderantur, non ita in posteriore, de qua agere noster præcipuus scopus in præsenti decisione non fuit, sed de his quo

UAB Biblioteca de Ciències Socials

à lege derivantur.

48 Anteaquam materiam istam absolvamus, non obliviscar respectu præsumptionum hominis, & legis dumtaxat tegulam non minus certam quam tritam servari, videlicet fortiores vincere debiliores. Ancharranus, Decius, Romanus adducti penes Alexandrum Ludovis. *decis.* 247. *num.* 20. Pareja *de instrument. edit. tit.* 1. *resolut.* 3. §. 2. *num.* 30. adde Gonzalez *in* §. *Proæmialis à num.* 167. Gomez *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 36. *in fin.* Molin. *de iustit. tract.* 4. *disput.* 15. *num.* 14. Garcia *de nobil. glos.* 4. *à num.* 12. *& glos.* 35. *à num.* 50. Hermosilla *in l.* 46. *glos.* 2. *num.* 5. *tit.* 5. *par.* 5. Salgado *de retent.* 2. *par. cap.* 34. *à num.* 191. Giurb. *consil.* 51 *nu.* 31. Castillo *lib.* 4. *controv. cap.* 23. *& seqq.*

49 Nunc pro negotiis Sancti Officii Inquisitionis, cuius obsequenti cultu sum amantissimus, ad argumenti enodationem disseramus, apertus est casus in eo, qui suspectus sit de hæresi, & vocatur vt de fide respondeat: etenim si parere subterfugiat, & hac de causa excommunicatione innodatus per annum pertinaciter sustinuerit, hæreticus tunc præsumitur, & uti talis condemnatur, *cap. cum contumacia* 7. *de hæretic. in* 6. Pegn. 3. *part. director. Inquis. Comment.* 49. Vers. *quod si is.* Scaccia *de iudic. cap.* 98. *num.* 30. Farinac. *de hæresi quæst.* 192. *num.* 14. *& seq.* Mar. Alter. *de cens. tom.* 1. *lib.* 2. *disput.* 8. *cap.* 3. vers. *quarta propositio.* Santarell. *de hæresi, cap.* 5. *dub.* 5. *conclus.* 1. *&* 2. & his citatis Carena *de Offic. Sanct. Inquisitio. par.* 2. *tit.* 8. §. 5. *à num.* 20. ubi declarat, iunge Motla *in empor. iur. par.* 1. *tit.* 12. *n.* 7.

At si hæreticus condemnatus in casu contumaciæ quandocunque ad Sanctum Tribunal venerit, audiendus est, & admittendus ad suam innocentiam probandam, Carena *de Offic. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. §. 17. *num.* 116. *& seq.* ubi quod quamvis concludenter probaverit suam intentionem, adhuc ex sola contumacia, & sententia contra eum iuris ordine servato lata, arbitrio iudicantium est torturæ supponendus; quia ipsius contumacia iuncta cum sententia sufficiens indicium præstat ad torturam; & extra casum fidei bannitos ob cõtumaciam à Senatu Mediolani torqueri ex sola contumacia, & baonimẽto testantur Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 64. vers. *Sed nunquid bãnitus.* Giurba *cons.* 13 *nu.* 23. *& seq.* qui ampliat in bannito sponte revertente ad iudicem. Mar. Mut. *decis. Reg. Sicilia* 80. *nu.* 8. Caball. *resolut. crimin. cent.* 2. *cas.* 110. *num.* 26. *& per tot.* 50 51

Palam etiam est statuta in aliquibus Regnis servari per quæ cõtumaces pro certo delictorum genere confessi reputantur, de quibus Cyriac. *tom.* 3. *contro.* 432. Gutierrez *pract. quæst. lib.* 1. *q.* 46. *cum* 52

qua-

quatuor sequentib. videndi ad hunc, & præcedentem numerum Scaccia de *iudic. cap.* 86. *à n.* 49. Zuff. *de legitimat. proceſſ. q.* 202. *nu.* 7. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 1020. *tot.* Altograd. *concluſ.* 98. *num.* 22. *& ſeqq. per tot.* Gratian. *diſcept forenſ. cap.* 119. *n.* 9. *& ſeqq. per tot.*

53 Poſſem præſumptiones, quæ in defenſionem reorum ex iuribus trahuntur, & Doctoribus hic producere, ſed quia lõgiſſimum eſſet ſuſcipere iter, de relinquo; ſufficiat dixiſſe leges ex veriſimilitudine præſumptiones metiri, de cuius efficacia pluries in primo volum. ſcripſi, & præcipuè *deciſ.* 26. *n.* 44. & ita quotieſcunque veriſimilia reus allegabit pro eo ſtabit præſumptio favorabilis, contraria verò ubi inveriſimilia deducet; adde à me allegatis in primo volumine. Queſada Pilo *diſſert.* 16. *num.* 25. Fontan. *deciſ.* 439. *nu.* 19. ubi quod veriſimilitudo operatur quod probent, quæ aliàs non probarent, *& num. ſequenti* plures effectus in materia veriſimilitudinis remiſſivè. Novar. *de granaminib. tom.* 2. *in fine alleg. à n.* 75. qui notat iudicẽ in indiciis debere confirmare animum ſuum cum veriſimilitudine, & ibidem multa de ea. Fermoſin. *ad cap.* 10. *de præſumpt. præſumpt.* 1. & de inveriſimilitudine præter relata *deciſ.* 1. *num.* 14. affabrè, & effusè Carena *de Offic ſanctæ Inquiſit.* 3. *p. poſt tit.* 8. *deciſi Granaten. n.* 42.

54 Prætermiſſa ſuperius præſumptio pro coronide ſubnectatur, de eo qui accuſatus de crimine, eius cõſcientia permotus, ne quid grauius patiatur ſibi ipſi necẽ cõſcicit, vel ſe ſe lethaliter vulnerat; nam is præſumptione iuris, & de iure confiteri videtur crimen, de quo accuſatus eſt, ideoque pœna ordinaria illius delicti, de quo accuſatur plectitur, per text. *in l. parricidij 8 ff de parricid. l. cum hic ſtatus* 33. *§ ſi maritus. ff de donat. int. vir. & vxor. l.* 3 *ff de bon. eor. qui ante ſenten. l.* 2. *C. eod.* iunge Solorzano *de parricidio lib.* 2. *cap.* 19. *à num.* 5. Valero *de differ. inter vtrũq. for. differ.* 2. *num.* 1. verbo *vita*, Sabell. *in ſumma*, verbo *homicidium num.* 18. docens quod homicida ſui ipſius ex conſcientia commiſſi criminis efficitur inteſtabilis, rumpit omne teſtamentum antea factum, ac patitur confiſcationem bonorũ quãdo pro delicto de quo imputabatur erat impoſita huiuſmodi pœna confiſcationis, quippè non ratione delicti in ſe ipſum commiſſi, quod morte ipſius remanet eodem tẽpore extinctum, ſed ratione delicti antecedentis, de quo ſibi mortem inferendo habetur pro confeſſo patitur dictam confiſcationis pœnam; ſecus autem ſi ex alia cauſa, ut ſi propter pudorem, vel tædium vitæ mors fuerit illata; nã hoc caſu nullam patitur pœnam, nec rumpit teſtamentum, ad quod plures dat concordantes Clar. §. *fin. quæſt.* 68. verſ. *Se ipſum.* Caball.

reſo-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

*resolut.crim.cas.*137.*per tot.*Farinac.
55 *quæst.*128. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin.resolut.*8.*per tot.*verbo *occisio*, ubi *num* 7. tenet, quod hodie pœna confiscationis non intrat contra occidentem se ipsum, stante *Authent. damnatorum C.de bon. præscript.*Peregrin. *de iur. Fisc. lib.*4. *tit.* 4. ubi quod debet probari per Fiscum sibi mortem intulisse ob timorẽ pœnæ. Danza *in pugn. Doctor.tom.*1 *de carcer.num.*36. Antunez *de donat. Reg. lib.*3. *cap.*41. *per tot.*ubi non esse locum confiscationi bonorum, si ille qui ex conscientia criminis se enecavit, reliquit ascendentes,vel descendentes intra tertium gradum, per dict. *Authent. Bona damnator, C. de bon. præscrip.* quæ intelligit Sabellus de confiscatione proveniente ex iure communi, secùs si imponatur ex iure municipali,& ita servasseRot. Florentiæ refert de anno 1666. in causa cuiusdam Birruarii,qui se ipsum ex conscientia necis confessatæ laqueo in carceribus suspendit, concordat Carena *de Offic. sancta Inquisit.par.*2. *tit.*17. §.22.*qui n.*83. notat ex Farinacio, eum, qui ex conscientia criminis se ipsum tantum vulneravit puniendum esse pœna extraordinaria solummodò, & non mortis,& *num.*85.ex Cantera advertit, quod si dubium est, an se occiderit,vel vulneraverit ex cõsciẽtia criminis, aut tædio vitæ, seu doloris impatiẽtia, vel etiã ex impatientia carceris,distinguendũ est; nam si carceratus se occidit postquam contra eum in iudicio facta est semiplena probatio, & ipse scit se incarceratum fuisse ob illud delictum, tunc præsumitur se occidisse ad favorem Fisci ex conscientia criminis,aliàs secùs. 56

De his qui mortem sibi variis modis consciverunt, aut se aliis commiserunt occidendos, casus narrat Ravisius Text. *in officin. fol.* 1. Poëtarum, & humaniorum litterarum locis venustè exornans, prout decet veros Iurisconsultos, iuxta elementarem iurisprudentiæ diffinitionem per Iustinianum traditam, alios namque (ut plerũque nunc sunt) insipidos voco, prout refellit Solorzano *de parricid. lib.* 2. *cap.*1. 57

EPIGRAPHE.

De æconomica politica potestate Principibus, & populis competenti, casibus, & modis, quibus exerceatur in personas, & bona Ecclesiasticorum, seu secularium, & quomodo Regium Criminale Concilium illa utatur pro salutis publicæ tutela, aliisque damnis præservandis. De sequestris beneficiorum vacantium à Domino Rege præscribēdis, & de his quæ apponuntur in bonis degentium apud hostes. Distinctio celeberrima expenditur inter modum procedendi hac tuitiva auctoritate in scriptis, & inter casum, quo nulla scriptura intercedit; ac de his quæ Regibus, & Iudicibus ex privata conscientia contra allegata, & probata decernere permittitur; legalis, Theologica, atque politica excursio, & hucusque non suscepta Provincia probationum materiam non deserens, & oppressis salubriora, aptioraque remedia suppetens.

NVCLEVS.

1 *Scopus decisionis.*

2 *Imperium Principis quadruplex, dispositivum ad leges ferendas, iudiciarium in declarando, gratiosum in concessione gratiarum consistens, & æconomicum in urbano Reipublica gubernio.*

3 *Dominus Rex in Cathalonia solum leges condit, dum Curias celebrat.*

4 *Pragmaticas statuere valet, dummodo generalibus constitutionibus non refragentur, & n. 5.*

6 *Militante causa publica utilitatis quæ Princeps possit.*

7 *Constitutiones nostræ leges pactionatæ appellantur.*

8 *Dominus Rex in Cathalonia absoluta potestate non utitur, ubi an sit solutus legibus, & de honestate per illum servanda.*

9 *Advocatos rationem status callere oportet.*

10 *Æconomica potestas domestica cognominatur ad instar competentis Patrifamilias.*

11 *Ecclesiasticos tumultuosos è Regno arcere potestas æconomica, politica, & tuitiva dictat.*

12 *Defensio subditorum idem suadet.*

13 *An liceat Ecclesiasticis præcipere ne à certa Regni urbe excedant, remissivè.*

14 *An Princeps possit super matrimoniis statuere, remissivè.*

15 *Quæ patres præcipere possint filiis circa nuptias, matrimonii li-*

bertate illæsa, remissiuè.

16 Circa admittendos in Clerum, & Monachatum, quæ, & qualia Princeps sancire possit.

17 Recens Regium diploma ad prædicta conducens adducitur.

18 Dominus Rex protector est Sacri Concilii Tridentini, cum trium aularum decisione.

19 Politica potestas ad bona etiam Ecclesiasticorum quandoque porrigitur, vtpotè si occupentur temporalitates.

20 Bona maius privilegium persona non habent, & quando in eis, quandoue in persona potestas politica exerceatur.

21 Saluberrima, & Catholica admonitio in vsu, & exercitio æconomicæ, & politicæ auctoritatis.

22 Potiuntur Principes nulla indigentes iurisdictione, seu eam in hac parte non exercentes, æconomica, & politica prouidentia. Quandoque hac potestate vtitur Princeps informatione in scriptis redacta, interdum absque ea, sed tantum extraiudiciali firma, uera, & matura notitia præmissa, & num. 37.

23 Cura annonæ ad Regem pertinet, & vide num. 38.

24 Regium criminale Concilium de prouidentia annonæ curam sustinet æconomica potestate, & per modum gubernii.

25 Status politicus debilitari vires hostis postulat.

26 Stante suspicione invasionis hostis & ablationis granorum ut suo subueniat exercitui, potest Princeps iubere vassallis, vt fructus suos ad loca securiora transuehant. Cum Senatus decisione.

27 Bona ablata vassallis ad ea ab inimicis præcauendum, bello finito restitui debent.

28 Sequestrum apponi potest in bonis degentiũ sub ditione Regis inimici, licet scelus non patrauerint, cum Senatu.

29 Æconomum quandoque eligit Princeps, & sequestrem nominat beneficii vacantis, vt eius fructus custodiantur, & futuro successori reseruentur. Cap. generali 3. de elect. in 6. Authentic. ut determinatus sit numerus Clericorum, §. fin. explicantur.

30 Abbatiæ de Regio Patronatu in Cathalonia sequestrantur, vbi decisio, & exemplaria.

31 Aurum, & argentum Ecclesiarũ quando Principi tollere fas sit, remissiuè.

32 Senatus decisiones pro æconomicæ potestatis exercitio ad tutelam salutis publicæ proditæ, & num. 33.

34 Assistentia in Regio Criminali Concilio non minus pro salutis publicæ præseruatione, quam ad gentes armatas propulsandas prouidetur.

35 Aliæ decisiones ad idem probandum congeruntur, & nonnullæ re-

remissivè num. 36.

37 *Illatio traditur ad roborandam distinctionem supra firmatam, nimirum œconomicam politicā potestatem interdum informatione in scriptis redacta niti, quandoque alia absque scriptura syncerè tamen quæsita.*

38 *Vniversitates de iure communi statuere valent.*

Cura victualium, vt Respublica affluat pane, ad Rectores Vniversitatis pertinet, politica providentia supremæ Principis authoritati subalterna, vbi de taxatione pretii.

39 *Populi regulariter iurisdictione carent.*

40 *Satus vera ratio, quæ divina legi subdit, & ibidem quod oppressus œconomica potestate, vel à Regio Cōcilio, vel à solo Principe exauditur, vbique tamen exorans, & de vi, & efficacia veritatis, quæ nusquam á Deo, & à Regibus desperata relinquitur.*

41 *A Cæsare ad Cæsarem melius informatum glorioſé supplicatur.*

42 *Studeat persequutionem passus vt modestus deprecetur, ne in modo labatur insons in substantia.*

43 *Vtis, & remediis iustitiæ aliquoties succurritur œconomica authoritate læsis.*

44 *Vniversitates œconomica vtentes potestate debent gravatos, seu se conquerentes iudiciaLiter, aut extra iudicii figuram audire.*

45 *Conscientia iudicis vltra corticem probationum attendi debet, ne absurdum sequatur.*

Text. in l. 3. §. cum qui, l. ob carmen, §. si testes, ff. de testib. l. 79. ff. de iudic. *enodantur.*

46 *Arbitrium regulatum spectandū, aliter nec supremus Senatus cōtra probata ex his quæ sibi privatim constāt, potest iudicare.*

47 *Limitatio in Principe superiorem nō recognoscente, qui (vbi ius municipale non resistit) potest ex privata cōscientia ius dicere, si tamen indè scandalum non oriatur.*

48 *Princeps extraiudiciali cognitione iniquitates evertit, vbi an ex privata conscientia valeat iubere, vt secretò occidatur machinans contra Rempublicam, vel innocentem, si aliter damnum nequeat evitari.*

DECISIO XXXXII.

DIssentaneum futurum non autumo, dum probationū intexendarum documenta præstamus, quę conscietiæ Iudicis credita fuerint, quęnam Principis, Vniversitatum, ac iudicantium œconomicæ politicæ po-

teſtati commiſſæ extiterint explanare. Provinciam aggredimur arduam, ac penè inacceſſibilẽ, ſummè tamen proficuam, ac parum tritam, & quam *volum. 1. deciſ. 37.* peragrandam ſpopondimus.

2 Dignitatis igitur ordinem inſequendo, à Principis ſuprema authoritate exordiamur, non modo in eo tridentem memoramur, ſed & quadruplex recognoſcimus imperium; diſpoſitivum in condẽdis iuribus, iudiciarium in declarandis negotiis iuſtitiç, gratioſum in gratiis concedendis, & œconomicum in urbano, & politiori Reipublicæ gubernio adſtibiliendo, ut peracutè docuit ſubtiliſſimus Regens D. Laurentius Matthæu *de Regimin. Regni Valent. cap. 2. §. 1. num. 60.*

3 In Cathalonia Dominus Rex leges ſolum in comitiis, ſeu Curia ſtatuit *Conſt. 1. tit. de Vſatjeſ. tot. tit. de celebrar corts*, & ex Regẽte Cortiada, & ab eo allegatis *deciſ. 35. n. 101.* Regens Calderò *deciſ. 34. nu. 7.* quibus addo cumulatiſſimè perpendẽtem Regentem Viloſa poſt tractatum de fugitivis *diſert. 6. §. 1. num. 29.* qui Concinnè explicuit Principem in Curiis ſe ipſo maiorem exiſtimari.

4 Quid autem ſentiendum veniat circa poteſtatem conſtituendi Pragmaticas; videas in expoſitoribus conſtit. *Revocant. tit. de dret del Fiſc.* Mieres *ſuper conſtit. hac noſtra coll. 6.* in antiquis, *fol. 145. num. 14.* & de aliis Regnis huiuſcæ Coronæ Calixt. Ramirez *de leg. Reg. §. 23. num. 43.* Molina *in repertorio for. Regn. Aragon.* verſ. *contra libertates Regni*, & verbo *litteræ Domini Reg.* verſ. 2. *&* 3. ſed exactim conſpiciendi idem Mieres *in conſtit. 10. Item ſtatuimus quod capitulum num. 2. collat. 4. fol. 99. alias 90. & vbi ſupra Conſtit. hac noſtra num. 12. coll. 6. volum. 1.* Michael Ferrer *3. p. obſervant. cap. 14.* verſ. *eſt tamen verum fol. 9.* vbi ita ait: *quia Dominus Rex in Cathalonia non poteſt legem generalem facere, niſi in Curiis generalibus, quod dictum cum grano ſalis intelligere debemus; Dominus enim Rex in Cathalonia pragmaticas ſanctiones ſolas facere poteſt, & in dies facere conſuevit dummodò non ſint contra conſuetudines generales*, ſic firmam ex Thoma Mieres, & Calicio *in Margarita Fiſci 8. verſ. 16.* proſequitur Vicecancel. Creſpì *obſervat. 1. num. 91.* & ſeqq.

Infringendo autem conſtitutiones pragmaticas edi non poſſe, 5
præter nuper laudatos vnivocè ſtatuerunt Font. *de pact. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 26.* Oliba. *de actionib. lib. 3. cap. 3. num. 48. cum ſeqq.* Michael Ferrer *3. par. obſervant. cap. 425. num. 7.* Cant. *var. par. 3. cap. 3. num. 54.* Regens Vinyes *in tract. Curiar. diſcurſ. 8. num. 71.* Franciſcus Ferrer *ad conſtitut. hac noſtra evident. 3. à num. 5.*

6 Militãte vero cauſa publicæ vtilitatis, quæ poteſtas competat diſquirit Cãc. *d. p. 3. cap. 3. n. 50.* & alii

con-

congesti per Vicecancellarium D. Christophorum Crespì de Valdaura *d. observat* 1. *à num.* 51.

7 Quibus concinnunt eleganter regulæ; nempè constitutiones nostras Omnes transire in contractũ, & leges pactionatas, & iuratas, veluti cum Mieres annotavit Font. *de pact. nupt. cl.* 7. *gl.* 3. *p.* 2. *num.* 61. & ante eum Marquiles *in vsat. c. quoniamper iniquum* vers. *Que secundum Iacobum fol.* 178. *p.* 2. *num* 36. quos referunt, & sequũtur per celebris Iurisconsultus Don Ludovicus à Valentià *in illustrat ad constit.* 7. *cap.* 3. *num.* 4. eruditissimus Senator Don Christopho. de Potau *in articulis iuris art.* 4. *num.* 567. Regens Don Laurentius Matheu, & sanz *in tractat. de celeb. corts cap.* 20. *n.* 2. Xammar *de Offic. iud. p.* 1. *q.* 18. *num.* 21. *& p.* 2. *q.* 7. *num.* 14.

8 Meritò autem hæc sancita reperiuntur; quando quidem Rex in Cathalonia non utitur absoluta potestate, sed tenetur omninò ad observantiam constitutionũ Principatus, salva eius Regia clementia, prout ex Mieres, Oliba, Cancer, Ramon, Fontanella observat Cortiada *decis.* 38. *num.* 43. quibus iunge firmata *volum.* 1. *decis.* 19. *n.* 16. ubi Principem, honestate postulante, legibus non solutum esse diximus, copiosissimè Galeota *lib.* 1. *contro.* 1. *à num.* 6. qui pulchrè de honestate servanda à Superioribus, & quod ubi maxima fortuna, ibi minima debet esse licentia; & ob id Principes nostros præcellentes Catholicos hac absoluta dominatione neutiquam gaudere velle, luculenter demonstrat videndus idem Capyc. Galeota *in addit pag.* 30.

Sed quia Fraquetta *in discurs.* 1. 9
post tractatum inscriptum *idea del estado fol.* 38. *pag.* 1. citatus per licentiatum Don Melchiorem de Cabrera Nuñes de Guzman *en la idea de vn Abogado perfeto in introductione num.* 7. Affirmat Advocatos teneri funditus rationem status callere, de quo nos *vol.* 1 *decis.* 24. *nu.* 18. pergamus idcircò ad œconomicam potestatẽ, status rationi satis affinem eviscerandam.

Sapientissimus Don Franciscus 10
Ramos del Manzano, Francorum Comes *in commentariis, & reloquationibus ad Legẽ Iuliam, & Papiam tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 47. potestatem hãc domesticam nuncupat, & ex inde vocari œconomicã deducit, quasi domus gubernatricem, per quã idem concedi probat Principi, quod Patrifamilias in domo sua absque vlla penitus iurisdictione datum experimur, & sicut in filios, & familiam exerceri solet; inficiari etenim nequit Regem Vassallorũ patrem acclamari, ut abunde demonstravimus *volum.* 1 *decis.* 21. *num.* 31. unde Omnem Domum Regio Imperio administrari, & patrum in liberos imperium esse Regium, seu Regii Imperii imaginem, & utrumque comparabile

scitè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſcitè oſtendit Ramos *qui ſupra d. cap.* 47. *num.* 2. eiſdem fundamentis fulcitur doctiſſimi Don Chriſtophori Creſpì de Valdaura *obſervat.* 3. quæ de uſu, & exercitio iſtius œconomicæ, & politicæ poteſtatis contexitur, noſtra autem deciſio probationes pro ea practicãda neceſſarias principaliter examinat: adde eruditiſſimum Regentem Don Petrum de Fraſſo infra laudandum *de Reg. patron. Indiar. cap.* 38. *tot.* qui à n. 3. cum Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 1. *á princ. & cap.* 2. *num.* 3. obſervat, Adamum habuiſſe poteſtatem œconomicã, non politicam, cum habuerit poteſtatem in filios, quãdiu emancipati non fuerunt, & habuerit diſcurſu temporis famulos, & completam familiam, & in ea plenam poteſtatem, quæ œconomica appellatur; eò quia gaudebat ſuperioritate, magnitudine, & præeminẽtia, ſeu præcedentia tanquam caput, & gubernator omnium; atvero politica poteſtas, quæ Adamo defuit, cum omnes homines liberi naſcerentur, amplius conceſſit Principibus, aliiſque illa pollentibus, videlicet effectus eos omnes (etiam vllo abſque iuriſdictionis uſu) ſine quibus dominantis Maieſtas exerceri civiliter nequit, & ab inferioris ſubiectione ſecerni, nec altera earum ordinatim conſervari poteſt, imò neque optimũ Reipublicæ regimen ſubſiſtere valet; per eleganter, & ubertim de ſcopo noſtro Don Ioannes Franciſcus à Montemaior de Cuenca *poſt excubationes deciſ. Reg. Cant. vulgò dicta Eſpañola Indiar. in propugnat. pro iuriſd. Reg. ad clerici ſeditioſi cauſam* §. 22. *num.* 13. *pag.* 215. *& feré per tot.*

Exemplo prædicto, ac imitatione Patris familias, licere tutantur memorati iuris præceptores, & per plures ab eis laudati, Principi poteſtate œconomica, politica, & tuitiva Eccleſiaſticos tumultuoſos, è Regno arcere, ſicuti fas eſt Patri familias domeſticum quemque familiæ ſuæ à domo ſua ſubmovere, idque etiam multò magis competere Patri erga liberos patriò iure eos à domo ablegando, prout iuribus, Ciceronis, Quintiliani, ac Senecæ teſtimoniis comprobant n. antecedẽti adducti, & præſertim Ramos *d. lib.* 3. *cap.* 47. quibus addas Pateja *de inſtrum. edit. tit.* 2. *reſol.* 2. *num.* 85. 11

Aliam etiam ſubiungunt rationem ſcriptores præmemorati; nẽpè cum Principi, veluti etiam Patri familias incumbat, ſubditos tãquam membra corporis, cuius caput eſt cor, atque anima protegere, ac defendere. Solorzano *in Polit. lib.* 3. *cap.* 32 *fol.* 484. verſ. *lo quinto* Garcia *de expenſis cap.* 21. *à num.* 30. Eſcobar *de purit. p.* 2. *q.* 5. *nu.* 17. ita etiã datũeſſe, non iuriſdictionali, ſed œconomica, & domeſtica auctoritate, ac quod magis, eſt iure defenſionis à Principe Reipu- 12

blicæ

blicæ debitæ iniurias, ut boni in tranquillitate vivant propulsando, uti segregatione contra Ecclesiasticos tumultuarios, neque ex ea lædi immunitatem, seu libertatem Ecclesiæ, nec incurri censuras, cũ nec sint, nec iubeant contra iustum usum naturalis defensionis, & politicæ, atque œconomicæ auctoritatis, sed contra illius excessus, & abusus iurisdictionales, *ex cap perpendimus* 23. vers. *& non propulsandò de sentent. excommunicat. cap. de liguribus* 43. *in fine* 23. *q.* 5. extraditis quoque à Suarez *admonit. Reg. Angliæ cap.* 34. *num.* 15. Sonsa *ad bullam cœnæ cap.* 16. *disput.* 81. Solorzano, Salgado, Salcedo Cutellò, ac aliis per Ramos conglomeratis *d. cap.* 47. *nu.* 10. *in fine.*

13 Inde exagitat problẽmaticè Dõ Franciscus Ramos *dict. lib.* 3. *cap.* 48. an sicut Ecclesiasticos abiicere à domicilio Regni, liceat etiam eisdem præcipere, ne è certa Regni urbe excedãt, & de materia edisserentes proponit Gaspar Roderic. 1. *de ann. reddit. cap.* 17. *num.* 55. *&* 59. Ioannem Garcia *de nobilitate. glos.* 9. *num.* 46.

14 Propterea etiam quærit *cap.* 41. 42. 49. 50. *&* 51. Don Franciscus Ramos, auctoritas politica in matrimoniis quando, & quatenus operetur, & an Principes possint superillis statuta condere, cavereque, ne absque Imperatoris assensu Regii sanguinis Principes nuptias contrahant; & quippe partem Principi comparavimus.

15 Si scire velis an filii sine patris cõsensu matrimonium contrahere valeant; & quæ patres præcipere queant matrimonii libertate illæsa, consule *cap.* 3. *qui matrimon acus poss. cap.* 27. *de sponsalibus cap.* 1. 6. *&* 11. *de desponsat impub. causa* 31. *q.* 2. *&* 3. *&* *causa* 32. *quæst.* 3. Anton Augustin. *p.* 2. *lib* 28. *tit.* 3. Tondut. *lib.* 3. *q.* 71. Gutierrez *lib.* 1. *Canonic. q.* 20. Robert. *lib.* 2. *rer. iudicat. cap.* 9. *&* *cap.* 17. *fol.* 188. *litt. b.* Canc. *lib.* 1. *cap.* 24. Cevallos *communium quæst.* 604. Barbos. *in l.* 1. *p.* 4. *num.* 31 *solut. matrim.* Ciriac. *cap.* 1. *&* 13. *de sponsalib.* Cyriac. *controv.* 343. Roderic. Suarez *in l.* 2. *tit. de los casamientos.* Diana *tom.* 9. *trac.* 2. *resolut.* 223. 224. 343. vbi de pœnis. Cassan. *in Catalog. glor. mundi p.* 20. *consideral.* 36 *num.* 12. Belarmin. *tom.* 2. *controv. lib.* 1. *de matrimon. cap.* 19. *&* 20. itidem Gutierrez *lib.* 2. *practic. q.* 2. *á num* 2. Escobar *de purit.* 1. *p. q.* 4. §. 7. *à nu.* 94. Narbon. *Annal anno* 30. *q.* 10. ubi de patre differente matrimonium. Iul. Capon. *tom.* 3. *discop.* 159.

16 De his quæ sancire possunt Principes circa admittendos in Clerũ, aut Monachatum Amaya. *l. quidam* 26. *C. de decurioribus lib.* 10. Franciscus Hullier *de sacror. elect.* 1. §. 3. pulchre que Ramos *d. lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 12. qui *num.* 13. propugnat vim directivam in Principe residere quo ad Ecclesiasticos ratione suæ legis politicæ, taliter

quod

quod obligatio sit non ex sola honestatis, & exempli ratione, sed ex vi, & potestate legis, & Regis, quëis quo ad politicam subiectionem Ecclesiastici debent, ut ex Paulo ad Roman. *cap.* 13. & Petro. 1. *Epist. cap.* 2. decerpitur, & proinde obligatio adest non modò ad conscientiam, sed etiam ad pœnam, cum directivæ vi in legibus quo ad eis subiectos necessario cõsequens sit coactiva, depromens ex Aristotele 10. Ethicor. ad Nicomach *cap.* 10. Angelic. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *in corp & ad* 2. & 2. 2. *q.* 67 *art.* 1. & *cap.* 2. *Epistol. ad Roman. lect.* 3.

17 Recentissimè noster incomparabilis Monarcha Carolus 2. (Phœnicis annos, Deo auspice, vivituras) Regio diplomate dato Matriti 8. Novembris 1691. notum fecit, rogavit, & iniunxit Episcopis huius Principatus ad resecandos abusus in ordinibus conferendis introductos contra Sacri Concilii Tridentini sanctiones, quatenus eas inviolabiliter observarent iuxta capitula ibidem referata, & singulis annis ad Regias manus mitterent Catalogum noviter ad sacros ordines promotorum, vbi notabilia sunt verba, ibi: *y en defensa de la causa publica por la autoridad que en mi reside, y poder del decreto protectorio, que tengo por la exempcion de los Canones del Sagrado Concilio pudiera valerme de los medios justos, y legitimos que en tales casos estàn recibidos, y practicados, en lo que reconociera se obra en su contrauencion, me ha parecido eligir el hazer notorio à todos los Prelados, &c.*

Protectorem esse suam Maie- 18
statem Concilii Tridentini defendit, ac probat Salgado *de supplicat. ad sanctiss. p.* 1. *c.* 1. *nu.* 67. & *de Reg. protect.* 1. *p. cap.* 2. *ànum.* 70. convincens ex confirmatione eiusdem Concilii Tridentini promulgata, quæ legitur post sessiones eiusdem Concilii, iurium, ac Doctorum auctoritates idem confirmantes pleniſſime suppetit Salgado, vt nihil addi possit, & definitum pluries in nostro Senatu reperimus, & præcipuè die 8. Novembris 1677. conclusione seq. *In facto supplicationis oblatæ per œconomum, seu procuratorem Communitatis Ecclesiæ Parrochialis B. Mariæ de Mari præsentis ciuitatis Barcinonæ, qui dicit emanatas fuisse literas citatorias, & inhibitorias à Curia Auditoris Cameræ Apostolicæ Romæ expeditas ad effectum citandi parochos, & Communitates Presbyterorum parochialium Ecclesiarum præsẽtis Principatus, instantibus Guardianis, Prioribus, & aliis superioribus conuentuum, & monasteriorum Sancti Frãciſci, Sancti Dominici, & aliorum Regularium præsentis Principatus super prætensione funerum expensarum, petitque idem œconomus quod mandetur Officialibus Regiis, quod non assistant præsentationi dictarum litterarum, seu monitorii prædicti, & quod litte-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

litterarum prædictarum apprehensio fiat: eo quia illa emanata fuére contra dispositionẽ Sacrosancti Concilii Tridentini cap. causa omnes 20. de reformatione sess. 24. vbi expressè cauetur, quod causa omnes in prima instantia coram ordinariis Ecclesiasticis debeant tractari, & terminari, & quia ex eius obseruantia interesse resultat vtilitati publicæ, & prodest Ecclesiasticis Vassallis suæ Maiestatis, & ex singulari regalia pertinet ad suam Maiestatem protectio dicti Sacrosancti Concilii Tridentini, & quod vltra prædicta pendet lis in Curia Ecclesiastica Barcinonæ super contentis in dictis litteris á Curia Romana emanatis. Attentis prædictis, & aliis, iunctis tribus aulis, fuit conclusum, quod mandetur Regijs Officialibus ne assistant præsentationi dictarũ litterarum, seu monitorii, imó assistant Œconomo, & aliis quorũ interfit pro apprehensione dictarum litterrarum, seu monitorii, & aliarũ forsan scripturarum circa prædicta emanatarum, & quod facta apprehensione dictarum scripturarum interponatur consultatio ad suam Regiam Maiestatẽ ad effectum supplicandi ad sanctissimum de prædictis

19 Politica quandoque potestas ad bona porrigitur, & ideo temporalitates Ecclesiasticorum occupat, & contra eas non habentes per alia iuris remedia, si turbant iurisdictionem Regiam ex proposito, & appensatè, & in casu non permisso illam appropriando, vel vsurpando depugnat Font. *decis.* 310. *num.* 23. qui loquitur de iudice Ecclesiastico denegante assistẽtiam iudici seculari suo in casu. Garcia *de nobilit. gl.* 9. *num.* 22. vbi docet, quod si Iudex Ecclesiasticus per litteras Regias monitus non desistat, rectè capitur, & captus mittitur extra Regni fines; quia impedit, & vsurpat Regiam iurisdictionem, hæcque fiunt mediante notione œconomica, vt explicat Peguera in *Practi. Crimin. cap.* 24. in quo per totũ tractat de processu, quãdo Cõmissarii Apostolici vocãtur ad Banchũ Regium, & in vers. *sed ponamus* notat in executionibus bannimenti contra iudices Ecclesiasticos procedi debere attentè, & cum magna circumspectione, ratione reddita, ibi: *nam potestas secularis in isto casu contra Ecclesiasticos non est contentiosa, ideo quod iure diuino exempti sunt sed est politica, vel œconomica*, desumens ex Carol. de Grassal. *lib.* 2. *Regal. Franciæ iure* 16. Gregor. *in l.* 57. *glos.* 2. *in fine tit.* 6. *pag.* 2. *Recopilat.* Azevedo *in l.* 4. *tit.* 1. *num.* 12. *lib.* 4. Bovadilla *in politica to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 62. Regens Corriada *decis.* 28 *num.* 24. ibi: *hæc est non coërtione contentiosa, sed coërtione politica, & œconomica.*

Congruum enim non foret, 20
quod magis priuilegiata essent bona, quam personæ Ecclesiasticorum respectu potestatis œconomicæ, & politicæ: vnum nota,

quod cum auctoritas hæc subsidiaria prorsus sit, ubi scilicet remedia ordinaria non suppetunt, non extenditur ad bona, si evitantur damna futura expulsa persona quando subdita est Iudici seculari; at si leges cognitionem in personã vetant, ad temporalitates usitatis modis dirigitur, reparatoque per illas præiudicio non est transeundum ad personæ evulsionem, sed ubi bona non adsunt, & punitio contra personam iure permittente deest, œconomicæ notioni est locus, ut per Doctores supra allegatos cernitur.

21 Ante oculos tamen perpetuò ea est tenenda, in qua omnes concordant admonitio; videlicet usũ œconomicæ politicæ potestatis, præsertim in Ecclesiasticis eliminandis parcissimè, maturè, ac non nisi defecta, & desperata Ecclesiastici magistratus correctione, & ex causa publicum bonum instante assumi, & exerceri debere, exemplo œconomicæ auctoritatis patris, qua temperatissimè pollet, ad instarque defensionis, quæ moderamen inculpatæ tutelæ prætergredi nequit, ut Christiano zelo annotat Ramos del Mançano *d. lib. 3. cap. 48. num. 10.* & non minus sancto spiritu, Vicecancellarius 22 D. Christophorus Crespi de Valdaura *obser. 3. n. 93.* præcaveri vult, ut non tantum, si agatur de vitæ discrimine (quo casu nulla cadere dubitatio potest) sed etiamsi de captura, exilio, vel temporanea detentione agatur, valdè prudenter, summa cum moderatione, & eximio iustitiæ zelo res geratur, ubi malo via ordinaria occurri nequit, omni abusu, & excessu sublatis, & non levibus extraiudicialibus informationibus (quæ non semel periculosæ emergunt) à suspectis personis ortum habentibus moveatur, sed summa cum syncritate, rectitudine, pioque proposito ad scandala, & damna futura (in quo principaliter differt œconomica potestas à iurisdictionali, cum hæc præterita coerceat, illa verò futura arceat) evitanda, venustè Matthæu *de Reg. Reg. Valen. cap. 2. §. 1. num. 78. & seq.* & ego in prædictis pondero notatu, & meditatu apprimè dignũ, peioris cõditionis non futuros Ecclesiasticos secularibus, cum contra hos causa cognita, & formato processu procedatur, illa verò his postpositis sola cõscientia Principis extraiudicialiter certiorata exerceatur, sicque maiori cura, & diffidentia, ne Principes ab æmulis Ecclesiastici seducantur, & ut secutius progrediatur est intuendum; evenit enim aliquando post auctoritatem Regiam cum iactura honoris Clerici impositam scelus æmulatorũ detectum, & acerrimè vindicatum (ut fieri par est veniente casu) luctuosè vidisse.

Patet ex hucusque discussis œconomica, & politica auctoritate, 22

seu

seu domestico imperio, & notione absque iurisdictione ulla potiri Principes, & Superiorem continere quandam providentiam magis ad vitanda maleficia, & Reipublicæ turbationem, quam pro punitione ad commissa flagitia ulciscenda. Sed regrediendo ad intētum pro istiùs rei exacta comprehensione superiora parumper nō iuvabunt, disce, & collige ex illis œconomica ista potestate quandoque ulla ubsque probatione in scriptis per Actuarium redacta Reges uti (conscientia tamen illorum per fidedignas, & protsus nō suspectas personas certificata) de qua specie Crespi, Ramos, & reliqui ab ipsis congesti; aliquoties verò ipsam ad acta, licet non iurisdictionali modo, sed per modū extraiudicialis defensionis redigere, ad sententiam usque perveniendo, prout accidit quando proceditur ad occupationem temporalitatū, ut præmonuit Cortiada *decis.* 28. & explicatius, quod violentia sit causa, quæ devoluit, & defert potestatem iudicialem Principi *decis.* 29. *n.* 115. qui num. sequenti infert, idcircò Principi seculari ad tollendam violentiam debere cōstare de appellatione, & quod sit in casu, quo locum habeat quo-ad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum.

23 Veniam nunc ad exscrutandū in criminalibus casus perplures dari, quibus quamuis probationes fiāt, atque provisiones expediantur, nihilominus in vim œconomicæ, & politicæ potestatis conduntur, & redeundo ad Regentē Don Laurentium Mathæu *de Regim Regn. Valent. d cap.* 2. §. 1. *à num.* 60. ad œconomicam Regis potestatem pertinere tradit Curam annonæ, ex Ponte *de potest. Proreg. tit.* 2 *de abundant. cibit. per tot.* Solorzano, ac Tacito adiectis, & ad idem genus retulit ex Seneca, & Ciceronе correctionem superflui sumptus in ornamento, & conviviis, ac supellectile, per quorum intemperantiam salus publica periclitatur.

Hæc omnia, quæ Regni vbertatem, salutem que publicam intuentur, Regio Criminali Concilio non spectare videbantur, cum enim ipsum solùm delicta compescat, ex traditis à Cortiada *decis.* 35. *num.* 3. & per me *tom.* 1. *decis.* 8. *num.* 86. deficiente qualitate criminis illi iurisdictionem tribuente, deesset quoque potestas de prædictis cognoscendi, sed non ita; Regio si quidem Criminali Concilio competit providentiæ dispositio pro his, quæ gubernium Reipublicæ respiciunt, eiusque status, salutisivè incolumitatem,--- præcavendo nociva, meliora necessitudinibus temporum exposcentibus præcipiendo, œconomica in his, ac politica dominatione in subsidium-----adhibita. 24

Propterea ex ratione status politici debilitandæ sunt vires Prin- 25

cipis inimici. Molfes. *in summa tract.* 12. *cap.* 3. *num.* 181. *vers. de debilitare.* Latè Don Petrus Gõzales Salcedo *de contrabando cap.* 7. *per tot. & præcipuè num* 33. Anton. Gamma *decis.* 384. *in princ.* & ferè per tot. Cæsar Carena *resol.* 1. *num.* 17. qui pariter advertit, dictante, & exposcente politica, licere naves, & alia comburere ob metum hostium, ne fiant opulentiores, ex D. Antonio Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 39. *per. tot.*

26 Inde paritèr fluit, quod ubi adest timor invasionis inimicorum, Dominus Rex potest iubere Vassallis, quod transportent triticum, avenam, & alia grana ad Villam, seu locum securiorem (idem dic de aliis fructibus, atque rebus) si suspicio probabilis similitèr adsit, hostem frumentum illud ablaturum, & ex eo se, & exercitum sustentaturum. Caren. *d. resol.* 1. *num.* 18. qui concordem in hoc articulo esse Doctorũ sententiam affirmat, & fuit in Regio Criminali Concilio resolutum 17. Augusti 1675. præcedente informatione de proxima invasione Francorũ, & evidenti periculo, ne ablatis granis, aliisque rebus suum exercitum opulentiorem redderent, concludendo, quod in loco tuto, & securo ab eisdem Francigenis, inimicis suæ Regiæ Maiestatis reconderentur frumenta, & alia grana, greges, & armenta, quæ in partibus Ampueritani inveniebantur, referente eximiis virtutis, doctrinæ, animique dotibus refertissimè decorato Egregio Ioanne Michaele de Taverner, & Rubì tunc Iudice Regiæ Curiæ, postea Civilis Aulę Senatore, nunc verò dignissimo Regio Cancellario, Scriba Riembau.

Admonet autem Carena *d. resolut.* 1. *num.* 19. nefas esse Ministris Regiis prædicta bona ex causa politica explicata abducta sibi, aut Regiæ Cameræ appropriare, verba transcribens perdoctissimi Layman *in summ. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 11. vers. *Dico tertio*, ibi: *Quamobrem fas est huiusmodi innocentibus auferre arma, equos, frumentum, pecunias, si probabilis suspicio est, quod alioquin iniusti hostes, talibus ad bellum sustinendum usuri sint, verum transacto bello quæcumque ab Ecclesiasticis, & Clericis abstracta sunt, eisdem restitui debent.* 27

Ex eisdem scriptoribus *nu.* 25. congestis accipitur, posse Principẽ sequestrũ apponere in bonis propiis personarum degentium subditione Regis inimici, quamuis ipsæ prorsùs delicti sint expertes, hoc enim casu non iurisdictione, sed politica utitur Princeps providentia, ne bona illa vadant ad inimicos, & ideò praxis est inconcussa in Regio Criminal Concilio, provisiones sequestri conficere illud apponendo in bonis fœminarum, & Ecclesiasticorum in dominiis Francorum degentium in- 28

gruen-

gruente bello, vel etiam in patrimoniis originariorum terrarum Regis inimici, ut innumera passim tibi occurrent exemplaria edita de annis 1656. 1673. 1684. 1689. ac sequentibus. Actuariis primum Oriol, & Mercer, postea Badia.

29 Demirarique non debes hæc ita servari, cum eadem dictante politica providentia Princeps temporalis reducat quandoque ad manus suas beneficia vacantia, & in eisdem eligat œconomum pro custodia fructuum, ne dissipentur, & surripiantur, sicque novitèr proviso restituantur, & conserventur, neve in apprehensione possessionis rixæ, scandala, & tumultus exoriantur, ex notabili *text. in cap. generali 3. de election. lib. 6.* sic intelligendo, ibi: *ab illarum usu sic prudenter abstineant, & suos Ministros in eis sollicitè faciant abstinere, quod ea, quæ non pertinet ad fructus, siue reditus vacationis tempore non usurpent, nec bona cætera, quorum se asserunt habere custodiam dilabi permittant, sed in bono statu conseruent*, per quem textum præclarè probatur, Regaliam Custodiæ bonorũ Ecclesiæ antiquitus observatam non prohiberi per Summum Pontificem, sed dumtaxat abusus damnari, & interdici, & Imperator in authent. *vt determinatus sit numerus Clericorum* (de qua *num.* 17. prædiximus) §. *fin. in fin.* pro bono, & utilitate Ecclesiæ dat formã œconomo, quomodo procedere debeat in administratione rerum Ecclesiæ. Concordãt Franciscus Marcus *quæst.* 352. *cum tribus seqq. lib.* 2. *& decis.* 44. *eod. libr.* Boss. *in tit. de Principe n.* 212. & servari in Gallia attestatur Rebuff. *tit. de regularibus ad Prælaturam non faciendis super glossa* verbo *in manibus nostris* in princip. & vers. *& hodie nimis*, & in vers. *seq.* exactè eandẽ praxim, & consuetudinem Franciæ memorat Thesaur. *decis.* 131. *per tot.* ubi eius additionator, & filius. Borrell. *de præstãt. Reg. Catholici cap.* 50. Grassis *de effectib. Clericat. effect.* 1. *num.* 397. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 8. *in fin. & num.* 10. Fontan. *de pact. nuptial. claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 10. *num.* 48. Post. *de manutenen. obseru.* 6. *num.* 28. hisque, & aliis relatis Salgad. *de suplicat. ad Sanctiss.* 1. *par. cap.* 10. *à num.* 20. *& cap.* 16. *num.* 87. *& seq. & part.* 2. *cap.* 24. *à num.* 41. Minano *in tract.* 2. *Pontif. iurisd. fundan.* 2. *quæst.* 7. §. 16. plena manu de Regalia suæ Maiestatis in Indiis competenti colligendi, servandique Cathedralium vacantium fructus ac reditus subtilitatis culmen, & utriusque orbis Phosphorus Don Petrus de Frasso post plura fæliciter, & dextere excelsa obtenta munera iam iã ad Supremũ Aragonum Concilium pro meritis accersitus *de Reg. Patron. Indiar. cap.* 16. *& seq.*

Ex his emanavit stylus, quod 30
Abbatiæ vacãtes, quæ sint de Regio Patronatu in Cathalonia per

Do-

Dominum Regem ſequeſtrantur propter patronatus Regii incolumitatem, ut cenſuit Senatus 13. Martii 1659. in aula Reverendi Cancellarii, in facto ſuplicationis oblatæ per fiſci procuratorẽ Patrimonialẽ reſpectu Abbatiæ Sancti Cucuphatis Vallen. & in libro itinerum fol. 15. Regiæ Cancellariæ ſub die 6. Iulii 1655. reperies litteras executoriales expeditas pro nominatione ſequeſtris Decanatus Vicen. 28. Octobris 1659. in libro Locumtenentiæ fol. 84. mãdatum ſequeſtri cuiuſdam Abbatiatus, ut proviſo Abbati bullarum impenſas ſolveret, 29. Iulii 1661. mandatum ſequeſtri Abbatiatus, ut Abbati proviſo traderet reliquũ fructuum, & emolumentorum etiam pro bullarum impenſis, & 8. Martii 1670. ſimiliter in libro Locumtenentiæ 6 fol. 120. nominationem ſequeſtris Abbatiatus, durante abſentia Abbatis Rivipulli.

31 Magis adhuc tenuerunt aliqui Doctores, æſtuante paritèr bello tempore neceſſitatis (maximæ, & extremæ nempè) poſſe Regem aurum, & argentum Eccleſiarum tollere, & eis, & Eccleſiaſticis perſonis tributa imponere, cum non minus illi, quam cæteri ab inimicorum incurſu defendantur. Molin. *diſput.* 468. verſ. *ſecunda concluſio* Bovadill. *in politic. lib.* 5. *cap.* 5. *nu.* 6. Hermoſill. *ad Lopes gloſſ.* 1. *l.* 15. *tit.* 5. *parte* 5. *num.* 14. *pag.* 484. ſed mei non eſt muneris punctum hoc diſcutere.

Prælibavimus num. 24. politicã notionẽ nedum in gubernii Regni, ſed etiam in ſalutis publicæ tutela (quam ſupremam Legem primæ Romanorum ſanctiones decantarunt, ut abundè prævidimus *deciſ.* 22. *num.* 53. *tom.* 1.) niti, & ut hæc exemplaribus cõſtipemus, nõ omittenda concluſio ſequens, qua die 28. Novembris 1667. in facto ſuplicationes oblatæ per Fiſci procuratorẽ R.C. die 25. prædictorũ, in, & cum qua ſupplicavit tolli, & removeri impedimenta, quæ in damnum, & præiudicium ſalutis publicæ præſentis civitatis Barcinonæ impediunt curſum aquarũ cloacæ magnæ, vulgo *clauaguera meſtra*, quæ diſcurrit per vicum den Ienſana, & per planum den Llull dictæ Civitatis, & Rechi comitalis, in qua dictæ aquæ impediuntur, facta relatione per Magnificum Ioſephum Ferrer I. R. C. meritis proceſſus attentis, & aliàs fuit concluſũ, quod ſine præiudicio iuriũ, & prætenſionũ partium quo ad intereſſe civile declaretur, quod tollantur, & removeantur dicta impedimenta, taliter quod aquæ dictæ cloacæ, & rechi poſſint liberè, & continuè diſcurrere uſque ad mare, & quod aliquis ex Regiis Algutziriis accederet ad omnia loca, quó opportuerit, & dicta impedimenta tolleret, & removeret, & quod ad id fierẽt, &c.

32

Si-

33 Similis 15. Septēbris 1671. me tunc I.R.C. referente in facto supplicationis oblatæ per Fisci procuratorem, & partem instantem super impedimentis cursus aquarum, quæ discurrebant per domus Ioannis Padrell Pharmacopulæ, & Ioannis Fabregas Aromatarii, Hieronymi Mestres, & aliorum, & egrediendo à domo dicti Mestres extendebatur per planum den Llull, usquequò intrabant cloacam magnam aquæ iam dictæ. Ambarum causarum Actuarius erat Bernardus Famada.

34

En casus assistentiæ concessæ absque armorum qualitate, sine qua non est assuetum provideri, prout in compilatione practicali videbis; ratio autem huius specialitatis est, quia non minus salutis publicæ causa, quam rumor armorum cognitionem aulæ criminali præbet.

35

Peræquè die 5. Martii 1687. fuit concluſum, quod fierent præconia prohibentia fornaces pro fabrica tectorum, & materialium domorum, vulgo *de cals, rajola, & teula* in terminis de Sarrià, & Esplugas per spatium trium mensium, nempè Aprilis, Maii, & Iunii, eo motivo, quia dicto tempore tales fabricæ erant nocivæ messibus, & fuit imposita contrafacientibus pœna amissionis fornacum, & quinquaginta librarum, quæ præconia soluerunt postea singulis trienniis repeti. Alia exemplaria applicabilia de tempore pestis coacervavi *decis. 20. tom. 1.*

36

Possem, si tempus superesset pleraque, & non inutilia adferre præconia circa politicum Reipublicæ gubernium constituta, sed quia multa conglomeravit Don Sebastianus de Cortiada *in tract. dela Iurisdiccion del Capitan General*, & alia adducā in cōpilatione practicali, non amplius inhis sistā.

37

Illatio ergo ex superioribus roborata relinquitur, distinctionem *num. 22.* traditam muniens, nimirum œconomicam politicam potestatem quandoque in scriptis redacta informatione, provisioneque secuta exercēri, & interdū extraiudiciali tantum præmissa, adiunge nunc multoties per Regiæ Cancellariæ diplomata diffundi, ut observavi *volū. 1. decis. 3. nu. 62.*

38

De Vniversitatum œconomica politica Auctoritate nunc pertractemus. Civitates etiam superiorem recognoscentes posse statuere de iure communi in concernētibus administrationem Reipublicæ, communis scribentium profitetur Schola, iuxta allegatos à Xāmar *de priuileg. Ciuit. Barcinonæ §. 12. num. 14.* & generaliter an possint populi statuta condere, & in quibus. Donell. *lib. 1. coment. cap. 6.* ubi Osuald. *lit. C.* Acuña *in cap. 2. distinct. 2.* Garcia *de Nobilitat. in inscript. l. Cordubæ num. 10. vers. sed neque.* Riccius *part. 4.* Collectan. 1011. Escalon. *lib. 1. Gazophilac. cap.*

cap. 30. *à num.* 3. Robert. *lib.* 2. *rer. iudicat. cap.* 1. Franchis *decis.* 31. ubi addentes. Suarez *lib.* 1. *de legibus cap.* 9. *à num.* 16. Vela *dissertat.* 3. *nu.* 33. *& dissert.* 6. *num.* 38. Cyriac. *contro.* 506. Antunez *lib.* 1. *de donat. par.* 2. *cap.* 10. Avendaño *de exequendo mandat. p.* 1. *cap.* 19. Hermosill. *l.* 15. *gloss.* 2. *num.* 16. *& seq. tit.* 5. *partit.* 5. qui etiam in eo conveniunt, quod de iure communi cura victualium, ut Respublica affluat pane, carnibus, & alia huius generis annona ad sustentationem singularium, ad Vniversitatem, & Rectores ipsius pertinet. Regens Don Ioannes Dexart *ad capitula Curiarum Regni Sardiniæ lib.* 8. *tit.* 5. *cap.* 1. *& seqq. plurimos* cumulãs eruditissimus noster Frãciscus Romaguera *in addit. ad Conciol. lib.* 1. *Rubr.* 30. *num.* 17. & passim in toto opere pro argumenti ornatu Xammar *cum multis d.* §. 12 *num.* 10. qui pretii taxationẽ, ut iusto, & non excessivo pretio vendantur, ad dominum civilis, & mixti Imperii pertinere decisum refert, ex Fontan. *tom.* 2. *decis.* 512 *num.* 8. *& seqq.* Ramon *cons.* 55. *per tot.* quæ tamen Supremæ Principis providentiæ in præcavẽdis damnis sterelitatis, & penuriæ annonæ nullatenùs derogant, ut ex eisdem Doctoribus supra laudatis patet.

39 Quæ omnia Civitates, & populi adstruunt absque ulla penitus iurisdictione, quia regulariter nullam habent. Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. Bovadill. *in politic. lib.* 3. *cap.* 8. *à num.* 103. sicque prædictis prærogativis in vim domesticæ, & œconomicæ dominationis perfruuntur, & quando per istam procedat, & quoties iurisdictione Regiis Privilegiis obtentæ, alma, & inclyta Civitas nostra Barcinonensis, tradit Xammar *d.* §. 12. *& passim in toto libro,* & exposui *dict. decis.* 20. *tom.* 1.

Descendamus ad remedia, quibus opitulari potest læsis in dispositis per modum gubernationis, pro qua discussione ad memoriam revocanda sunt firmata supra *num.* 8. Principem, salva sua Clementia, non uti absoluta potestate in Cathalonia, nampræter ibi tradita observabile erit in potẽtissimo Rege nostro nullam aliam esse rationem status, nisi eam quæ legi Dei, & Ecclesiæ, illiusque præceptis consona conspicitur, quæ etiam vera ratio status extolitur. Ramirez *de lege Regia* §. 10. *num.* 4. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 8. Riba deneyra *de Principe Christiano lib.* 1. *aduersus impium Machiauellum,* si ergo quidquam præcipiat, vel ab infidis, vel à malevolis machinationum conciliis informantium siniistræ intẽtionis exortum Principe inscio, qui innocens laborem patitur, duplex habet remedium (nunquam Deus, neque iustissimus Rex noster insontem absque solatio deserunt, &

præ-

præsentē habeat sententiam emblemate 36. Alciati sculptam de palma, quæ quò arctius premitur, eò pinguius fructus parat, de hoc plures plurima prodierunt) iuxta subiectam materiam: nam si prævia informatione, provisioneque subsequuta fuerit processum, adire poterit Regium Concilium humili porrecta supplicatione, sic quando propter Baronum abusus sequestrantur iurisdictiones, sine provisione tamen capturæ illorū, post sequestrum Barones verbo extraiudicialiter audiuntur, ut prænonuit Regens Calderò *decis.* 71. *num.* 22. *tom.* 2. & ante eum docuerunt ibidem citati *num.* 9. quos cōsectando memoror de meo tempore post appositum sequestrum per Regium Criminale Conciliū 3. Septembris 1670. in iurisdictionibus Cōmēdatoris de Ascò--, eo obsecrante fuisse verbo communicata capitula, quæ moverunt Senatum ad sequestrum, ipsum pluries informasse cum suis Advocatis, allegationesque dedisse pro sua iustificatione & tollēdo sequestro, quæ sic admitti necessitas exposcit, licet regulariter apud nos reus non audiatur in defensam, nisi sit constitutus in carceribus, ut aperuimus *decis.* 10. *num.* 24. *tom.* 1. quia cum in prædicto casu ad capturam non progrediatur Senatus, aut omninò audiendus non esset Baro (quod tanti Senatus clementia non patitur) aut extra carceres modo præhabito ipsius deffensionibus dandus erat locus.

41 Aliquoties supplicationibus extra Regium Concilium, vel Principi, si ab ipso effluxit mandatum, vel Proregi, si ab eo promanavit, bis, tèrque reverentèr expositis, solamen afflicti exorantes, ut iterū negotium examinari iubeat acquirunt, ut enarratur de illo, qui damnatus à Cœsare se appellare Cæsari præsenti dixit, cui cum Supremus esset interroganti iocosè ad quem appellaret, seriò gravatus respondit, ad te melius informatum, recitat Bovadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 15.

42 Præ omnibus autem studendū, ut precum, seu memorialium porrectio humilis sit, & rationabilis, ne in modo fiat culpabilis, qui in re absque ulla labe existit, ut plenè probavimus *tom.* 1. *decis.* 21. *num.* 43. ubi quæ subditis nimis gravaminibus oneratis liceant hisce casibus, obedientiæ limites non infringendo.

43 Nonnunquā læsis per istas provisiones per modum gubernii expeditas, si rei qualitas expostulat per viam iustitiæ succurritur, ut attigimus *decis.* 24. *num.* 18. & ibi allegatis iungimus Matthæu *de regim. Regn. Valent. d. cap.* 2. §. 2. *à nu.* 60.

44 Manuducimur ex superiùs diffinitis ad sublevamen gravatorum per Civitates, & populos in exercitio œconomicæ administrationis,

nam & oppressos audire, illisque subvenire extraiudicialiter, si opporteat veritate discooperta, & iudicialiter, si expediat, negari non debet; hi enim, qui longè inferiorē Principe potestatē habent, nō debēt minus circūspectè versari, audire, cōsolari, & gravamina auferre.

Supereſt, ut diſſeramus, quæ
45 Principi, quæve Iudici ex privata cōſcientia facere permittantur: nota ſunt Iuriſconſultorum reſponſa *in l. 3. §. eum qui, ff. de teſtibus*, ibi: *eū qui iudicat magis ſcire poſſe, quanta ſit teſtibus fides adhibenda, l. ob carmen, §. ſi teſtes ff de teſtibus*, ibi: *confirmabitque Iudex motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis, quæ rei aptiora & verò proximiora eſſe comperuerit*, & paulò ante: *negotii qualitas, ac Iudicis motus cum his concurrit ſequenda ſunt omninò teſtimonia*, & in *l. 79. ff. de iudic.* religioni iudicis quid iudicare debuerit, committitur; unde infert Hieronymus Baſilico *deciſ. 19. n. 22.* conſcientiā benè inſtructā iudicis ultra corticem probationum attēndendā eſſe, ne aliàs ſequatur, quod condemnet innocentem contra propriæ conſcientiæ legem, & rationem.

Quæ indubia ſunt, ſi de arbitrio
46 regulato à lege iudici circa probationes conceſſo intelligantur, prout longa manu explicavimus *tom. 1. deciſ. 21. & 22.* aliter enim certior, & ſequenda opinio eſt, ſupremum etiam Senatum non poſſe contra id, quod ex actis conſtat iuxta veritatem ſibi privatim notā iudicare. Gutierrez *de matrim. cap. 29. n. 21.* Morla *in Empor. iur. tit. 2. quæſt. 1. n. 30.* Paciān. *de probat. lib. 1. cap. 67. n. 9.* Cacheran. *deciſ. 1. n. 43.* Matiēzo *in dialog. Relator par. 3. cap. 42. nu. 2.* Azeved. *in l. 10. tit. 17. lib. 4. recopilat. n. 132.* quidquid in contrarium defendant Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſ. 98. num. 12.* Avendaño *reſponſ. 1. num. 11.* Burgos de Paz *in proœm. ll. Tauri n. 262.* & alii relati per Faria *ad Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 1. num. 17.* qui *n. 19.* limitat in Principe ſuperiorem recognoſcente; nam is poteſt con- 47
tra allegata, & probata (ubi ius municipale non reſiſtit) ſecundum quod ipſe privatim certò ſciverit ius dicere, communiens ex Paciano, Bartol. Bald. Cyn. Sanchez, Gutierrez, Matienço, Corduba, Morla, Oroſc. Maſcardo, Menochio, Avendaño, Cacherano; adiecto tamen, quod opportet, ut pateat de privata Principis ſcientia, ne ſcandalum oriatur, ſi contra allegata, & probata damnandus abſolvatur, aut è contra. Auguſtin. Barboſa *in collectan. ad cap. ſuper quæſt. §. quia verò n. 17. de offic. delegat.* Caietan. 1. 2 *quæſt. 67 artic. 2.* Soto *de iuſtit. lib. 5 quæſt. 4 art. 2.* & ita interpretandū eſſe vult Lugo *de iuſt. & iur. diſput. 37. ſect. 5.* dum docet optimum eſſe conſilium, ut Princeps non utatur ſua privata cognitione delicti ad puniendum eum, qui ex actis innocens

nocens resultat, nisi immanitate sceleris suadente; effusè de hac colluctatione. Fermosin. *ad cap. dilecti 6. de Iudic. quæst.* 10. *tom.* 1. ubi *num.* 3. firmat debere Reges iniquitates tollere per legitimos tramites ad informandum animum, extraiudiciali scilicet cognitione, & *num.* 6. cum Villalobos *in summa* 2. *par. tract.* 14. *difficult.* 4. tenet, quod si aliquis machinatur adversus Rempublicam, aut aliquem innocentē, & evitari nequit damnū nisi machinantem occidendo, tunc potest Princeps facere ut secretò occidatur privata sua conscientia permotus, idque si probari depravatus animus non possit; dūmodò tamē periculū adsit, quod si ad iudiciū vocaretur Respublica turbaretur, aut eveniret scandalum, siquidem hoc est defendere Rempublicam, & innocentem, proindeque huiusmodi interfectio cuicunque privato permittitur, sin autē valeat probari non sufficit scientia privata Principis, concordantes habes Lessium *lib.* 2. *de iust. & iur. c.* 29. Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 2. *p.* 7.

SEQVVNTVR MAGNI SEBVSIANI ANTONII FABRI IMITATIONE centuriam huius voluminis complentes Decisiones.

DECISIO XXXXIII.

DE POLITICA ÆCONOMICA POTESTATE TRIVM Aularum Regia Audientia Cathalonia.

ÆCONOMICÆ politicæ potestatis similiter ordine, ac necessitate dictante, atque exigente trium classiū Regiæ Audientiæ multifariæ conclusiones editæ antiquis, moderniſque temporibus observantur, nedum ad negotia institiæ tutiùs expedienda super stylo, seu intelligentia Constitutionis, vel observantiâ Regiæ Audientiæ, vel forma procedendi in certa causa dubitatione suborta, ne super eodem, vel simili facto contrariæ proferantur sententiæ in perniciem partium, cum durisvè earundem ambagibus, inque, & in tam iustè acclamatæ Senatus authoritatis noxam, sed etiam ad graves, & nonnunquam celerrimos gubernii casus fœliciùs æquè, & maturiùs terminandos. Ita Senatus in thesibus inferius memorandis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Tres aulæ Regiæ Audientiæ ciuilia, & criminalia negotia œconomica politica notione definiũt.*

2 *Vniformitas styli apprimè curanda, ne eo variato incertitudo obseruandi nocumentum partibus, hæsitationem Aduocatis, & cultus diminutionem Tribunalibus inferat, & num. 3.*

4 *Homines ad dissentiendum facilè propendunt, & idcircò oportet triplicem classem Reg. Audientiæ dubitationes super stylis dirimere.*

5 *Stylus Regiæ Audientiæ pro lege seruandus.*

6 *Lex, & stylus ratione, & temporum circunstantiis postulãtibus mutantur, & diuersimodè sanciuntur.*

7 *Qualiter stylus differat à consuetudine, & an ad illum plena requiratur probatio, vel sufficiat extraiudicialis informatio remissiuè.*

8 *An pendente causa supplicationis contrarii imperii à taxatione alimentorum, possit illius prouideri decretum executionis, conclusio trium aularum refertur remissiuè.*

9 *Alia supeo diuersis materiis prodita trium aularum deffinitiones recitantur.*

10 *Senatores suspecti à decisionibus trium Aularum, quæ super stylo, vel aliis punctis similibus facta propositione tacitis nominibus proferuntur, minimè remouentur.*

11 *Consulendum in arduis, & quando consilium á Rege sit petendũ, & qualiter petere obnoxius sequi debeat, & num. 12.*

13 *Monetæ æstimatio à Principe pẽdet, quem ledit qui eius monetã recusat, & de damnis, quæ euenerunt ex eius reprobatione.*

14 *Trium aularum definitio affertur super reprobatione monetæ appellatæ* testons.

15 *Populares actiones dicuntur quæ suum ius populo tuentur, & quomodo differant à priuatis.*

16 *Fiscus instantia legitima erit ad ea quæ popularibus actionibus exercentur.*

17 *Celeberrimæ Ciuitati Barcinonæ priuilegia concessa agnoscuntur ad argenti, auri, & æris monetã cudendam.*

18 *Rex semper sibi maiorem facultatem reseruare præsumitur quam alii concesserit.*

19 *Iurisdictio quando censeatur concessa priuatiuè.*

CONstitutiones nostræ sanctiẽtes Iudices causarum criminalium à negotiis ciuilibus arceri, & è contra ciuilium aularum Administros à criminalibus, quæ iura recen-

recenſentur *deciſ.4.n.86.volum.1.* non comprehendunt œconomicã politicam trium aulatum Regiæ Audientiæ notionem, quæ non ordine iudiciario nititur, ſed propoſito dubio triplicis claſſis congreſſui re circumſpectè, & cum ſolita maturitate, vigilique ſtudio perpenſa, ſive civilis, ſeu criminalis ſit omnium voto definitur, prout ſequentes monſtrabunt deciſiones *num.8.9.& 14.* recitandæ.

2 Accuratiſſima apprimè Conſiſtoria, Tribunalia, & Audientiæ eſſe debent in uniformitate ſtyli cuſtodienda, iuxta allegatos *deciſ. 10.num.70.volum.1.* quibus addo alios congerentem Nobilem Senatorem Don Bonaventuram de Triſtany *deciſ.27 á n.1.tom.1.* Fontanella infra citandum *deciſ. 296. nu. 1.*

3 Et ratio ab hiſce Doctoribus evidens traditur, quia damnoſũ valdè eſt partibus, omnibuſq; in foro verſantibus aliquando unum, interdũ alium ſequi ſtylum; indè enim fieret, ut neque Advocati quid cõſulendum ſcirent, neque clientes, quid utilius ſibi foret noſcerent, & ſi varietas in hocce admitteretur iudicantium haud minus decori non difficilè clientes detraherent.

4 Cum autem homines ad diſſentiendum proclives naturæ impulſu experiamur, ut exornavimus *deciſ.4.n.95.volum.1.* & proſequitur eruditè Solorzan. *in operib. poſthum. tract. ſobre el juzgar, y diſcurr. pag.399.* & ut eloquens ſcriptor lepidè, & diſcretè aiebat *ea eſt hominum in ſenſibus, ſeu votis varietas quæ in voluntibus*; placuit propterea congregatis aulis ſtyli materias peragi, ut ea quæ ſolent ſolertiá, ac diligentia res in illis examinari, unanimi ſtudio, & aſſenſu deciderentur, idque in poſterum à nemine violari fas eſſet; Stylumque, ac uſum, & practicam Regiæ Audi- 5
entiæ pro lege eſſe ſervandam, præter allegatos per egregium Senatorem Michaelem Ferrer *d. p. 3. cap.505.* tenuerunt à me laudati præcitato loco; & ſtylo non ſervato actum ſubverti firmavit Ripoll *ad pract. ciuil. Peguer. Rubr. 24. num.23.*

Veruntamen ſicut legum prolatio loco, temporique cõmenſuranda eſt, veluti probat Excellent. Vicecancellar. Creſpi *obſ.1.n.169.* & latè nos *d. deciſ. 4. num.26.* ita etiam ob temporũ viciſſitudines, vel novis excogitatis fundamentis 6
tationis pondere, quo ſemper movetur perductus, aut pervinctus Senatus ſtylos, & opiniones non ſemel mutavit, & meliores curavit amplecti: unde quoties ſtylo ponderoſa reſiſtit ratio neutiquam attendi debet. Salgado *de Reg. protec. p.3. cap. 9. num. 251.* & eſt tex. expreſſus in *l. ſed licet 12. off. de ff Præſid. l. nemo C. de ſentent. interlocu. omni. iudic.* ſequuntur Valenzuel. *conſ.69.n.214.* Larrea *deciſ.19.n.19* Don Petrus Queſada, & Pilo *diſſert.23.num.31.* & quod ſtylus Romanæ

manæ Curiæ perſepè varietur, notant Lap. *allegat.* 51. *num.* 2. Caſſador. *deciſ.* 7. *num.* 4. Rot. *p.* 17 *recent. deciſ.* 377. *num.* 7. & qualiter ſtylus differat à conſuetudine, quandove ſit plenè probandus, vel ſufficiat extraiudicialis informatio Pacian Iordan. *lucubrat. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 573. *fol.* 302. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 692. *& ſeqq.* Fontan. *dicta deciſ.* 296. *num.* 7.

7

8 Concluſionem noſtræ Regiæ Audientiæ iunctis tribus aulis conditam ſub die 8. Iunii 1638 refert Fontan. *deciſ.* 296 *num.* 11. in facto propoſitionis factæ per ſuã Excellẽtiam, an pendente cauſa ſupplicationis contrario imperio à proviſione præſtationis, & taxationis alimentorum iudicis officio lite pẽdente petitorum factæ in Regia Audientia, poſſit fieri executio dictæ proviſionis, & prodiit reſolutio fieri nequire decretum, niſi pars, quæ obtinuit præſtationem alimentorum eſſet adeo pauper, quod non haberet aliunde unde ſe alere poſſet, de quo articulo ſcripſi in additionibus ad praxim civilem Pegueræ *Rub.* 29 *num.* 73. ſufficiat comminiſci quæ *num.* 5. *dicta deciſ.* 296. expendit Fontanella partem exclamantem enarrans de mutatione ſtyli circa concedendã executionem dum pendet contrarium Imperium.

9 Aliam trium aularum reſolutionem ſuper dubio, an in Cathalonia ſur pro ſimplici furto condẽnatus poſſit appellare, ſeu ſupplicare, ad litteram inſerit Cortiada *deciſ.* 106. *nu.* 116. qua denegata ſupplicatio ſuit, plures invenies apud diligentiſſimum Senatorem Michaelem Ferrer in ſuis obſervantiis, adduxi ad litteram proditam deciſionem tribus aulis iunctis 20. Februarii 1654. ſuper dubio, an admitti ad compoſitionem per Regiam Curiam poſſint rei, qui crimina leſæ Maieſtatis commiſerunt in præſenti Cathaloniæ Principatu ultima Francorum inuaſione, quam ad aliud intentum pariter tranſcripſit Regens Calderò *deciſ.* 32. *à num.* 44. qui et primo, & ſecundo tomo ſedulus fuit in ſelectionibus trium aularum definitionibus iuxta ſuam indaginem excudendis, ut videre eſt *deciſ.* 4. *nu.* 64. *& deciſ.* 53 *à num.* 42. *& paſſim.*

Scias tamen, quod propoſitiones, quæ fiunt in Regia Audientia tribus aulis iunctis pro ſimilibus dubitationibus ſuper ſtylis, aut aliis ſimilibus pũctis in epigraphe adductis dirimendis in abſtracto, & tacitis partium nominibus exponuntur, ut advertunt Fontan. *d. deciſ.* 296 *num.* 4. ex Michaele Ferrer 3. *p. obſeruat. cap.* 505. Ramon *conſil.* 90. *num.* 9. qui amplius notat iam nunc non ſervari, quæ Ferrer ſcripſerat de removendis ab huiuſmodi definitionibus Senatoribus ſuſpectis, quinimò omnes indiſtinctè interveniunt antiqua derelicta praxi, & rationem aſſignat, quoniã ſi ta-

10

si tacentur partium nomina, & solum tractatur de aliquo stylo, seu intellectu constitutionis, vel observantia Regiæ Audientiæ, vel forma procedendi in aliqua causa in genere, non adest pars quæ possit recusationes proponere.

11 Gubernium negotia cernentia ad aulæ criminalis, ut præiici, decis. præcedenti cognitionem pertinent, atverò quia consulendum in arduis ut politici omnes attestatur, & largè disserit Vela *dissert.* 3. *à num.* 14. *&* 25. Torres *lib.* 8. *Phylosoph. Moral. cap.* 3. qui indagarunt, an Consiliarios Rex consulere, & sequi debeat, confert Salgado 1. *p. de supp. ad sanctiss. cap.* 3.

12 §. *unic. num.* 77. & de præcepto consilii petendi, & an sequendum consilium quod peti debet, plura apud Molin *lib.* 2. *de primogen. cap.* 13. *nu.* 4. Gonzal. in *reg. glos.* 46. Larrea *allegat.* 67. Diana *tom.* 6. *tractat* 9. *resol.* 20. *& seqq.* Escobar 2. *p. de puritat. q* 9. §. 4. *à num* 12. Menoch. *de arbitra q.* 23. Idcircò quando rerum qualitas postulat casus œconomicæ, politicæque sphæræ iunctis tribus aulis pertractantur.

13 Monetæ æstimationem à Principis voluntate pendere nemini ignotum proponitur, & firmat Robert. *lib.* 1. *rer. iudicat. cap.* 16. *& lib.* 4. *cap.* 18. *fol.* 126. *B.* & Principis monetam recusare eius authoritatem ledere probat. Larrea *decis.* 12. *num.* 39. sed quæ damna evenerint ex reprobatione, vel mutatione monetæ in diversis Regnis, habetur *in cap. quanto de iure iur.* Boter. *in relationi. orb.* 2. *p. pag.* 86. Ludovic. Babia 3. *p. de vit. Pontific. cap.* 67. Pineda *in Monarch. Ecclesiast. lib.* 29. *cap.* 16. §. 2. Bodin. *lib.* 6. *de Republ. cap.* 3. Ioannes Mariana *lib.* 14. *de reb. Hispan. cap.* 5. Zurita *in annal Aragon. lib.* 2. *cap.* 70. *& lib.* 7. *cap.* 60. Sandoval *in histor. Carol.* 5. *lib.* 5. *anno* 1520. §. 1. Molin. 2. *tom. de iust. & iur. disp.* 400. §. *cum hocita* Nicolaus Sandero *lib.* 1. *de orig. & progres. schismat. Angliæ pag.* 23. prosequitur Larrea *d decis.* 12. *passim, & à num.* 50. Qua propter attentè maiores nostri in exterminando usu monetæ argenti vulgariter appellatæ testons se gesserunt, rem dignam iudicantes non solius aulæ criminalis, sed trium examine, in quarum conventu opinionum dissidio, maiorisque partis assensu resolutio promanavit, quam hic apponere libuit. 14

Die 13. *Martii* 1597. *Barcinonæ in R. Concilio presidente sua Excellētia interfuerunt sequentes. Magnificus Franciscus Descamps Regens Cancel. & 12. Doct &c. In facto propositionis facta per Excellentissimum Dominum Locumt. Generalem, videlicet quod in hac Ciuitate Barcinonæ, & in aliis Ciuitatibus, & Villis præsentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum, &c. Expenduntur in magna quantitate testones argentei, vulgò nominati testōs exportats, causa lucrādi ab aliis partibus ad Principatum Cathaloniæ,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lonia, & Comitatus Rossilionis, & Ceritaniæ, exercendo in illis mercaturã, expendendo illos ad rationem trium regalium argenti pro quolibet testono, cum tamen valor illorum pro unoquoque sit duorum regalium argenti cum dimidio, in maximum damnum totius Principatus Cathaloniæ, & Comitatuũ & particularium, tam incolarum, quam extraneorum huc conuenientium: præsertim quia dicti testones argentei sic nũcupati in tabula cambii Ciuitatis Barcinonæ, & à Collectoribus iurium Generalis Cathaloniæ pro solutione iurium dicti Generalis non recipiantur, & propterea quod super prædictis pro bona administratione iustitiæ prouideri oporteat sua Excellentia deliberari mandat.

Don Ludouicus à Peguera est voti, quod per suam Excellentiam mandetur fieri publicum præconium, quo præcipiatur quibusuis personis cuiuscunque gradus, & conditionis sint, ne de hinc utantur eisdem testonibus dando, & recipiendo, nisi valore, & pondere cuiuscunque illorum iuxta pondus regalium argenti dicti Principatus. Idem Fort, Vbach, Mur, Ferrer, Benach. & Fontanet.

Sabater, quod prouisio faciendæ remittatur ad futuras Curias, vel fiat ad instantiam Fisci Procuratoris Patrimonialis, cum actio sit popularis, citato Syndico Ciuitatis Barcinonæ, & Bancheriis causa commissa alicui Doctori aulæ ciuilis, & procedatur per compareant partes. Idem Oliba, Dalmau, Regas. Astor, fiat præconiũ, quod testoni existentes in tabulis, & Banchis Ciuitatuum, &c. & Comitatuum non recipiantur neque expendantur nisi ad pondus, & pro debito, & iusto pondere argenti. Descamps, quod non fiat præconium nisi ad prædictam legitimam instantiam, & deficiente ipsa remittatur ad futuras Curias. Dominus Locumt. concludit cum voto de Peguera.

Nota votum tenentium, quod 15
prouisio facienda remitteretur ad futuras Curias, vel fieret ad instantiam Fisci Procuratoris Patrimonialis, cum actio sit popularis, citato Syndico Ciuitatis Barcinonæ, & Bancheriis, causa commissa alicui Doctori aulæ Ciuilis, & procederetur per compareant partes; populares namque actiones ut explicat Cuiac. *in commentariis ad lib. 8. Pauli ad edictum tom. 1.* eas dicimus, quæ suum ius populo tuentur, & expressit *Paulus in l. 1. ff. de popularibus actioni.* priuatæ enim ei soli, cuius interest conceduntur; populares verò, non quod priuatim alicuius, sed quod publicè interest persequuntur, proindeque cuiuis de populo parantur, utputa de albo corrupto, de sepulchro violato, & consimiles, & his casibus Fisci quoque actio est instantia deficiente. Vicecancellar. Don Christophor. Crespì *obs. 4. nu. 221.* quæ iuuantur ex his quæ firmauimus *decis. 1. num. 23.* probantes 16
Fiscum promotorem esse in omni

bus

bus illis, quæ ad iudicis officium referuntur, & præter ibi allegatos docuit Don Franciſcus de Alfaro *de offic. Fiſcal gloſ.* 10. *nu.* 3. ex Bernardo Diaz *in pract. crimin. cap.* 5. quare ſicuti negari nequit Reipublicæ intereſſe circa probæ uſum monetæ, ut per Doctores ſuperius allegatos convincitur, ita etiam inficiari nõ poteſt popularem actionem ad monetarum abuſus ſi civiliter agatur competere, eamque propriè per Fiſci Advocatum Patrimonialem exercendam eſſe.

17 Intereſſe autem Civitatis Barcinonæ conſideraunt illius ſenſus Conſiliarii propter Regia privilegia eidem almæ urbi impertita argenti, auri, & æris cudendi monetam, prout recitavit Oliba *de iure Fiſci cap.* 6. *nu.* 44. Berart. *in ſpec. viſitat. cap.* 22. *n.* 17. Xammar *de privileg. Ciuit. Barcin.* §. 10. *nu.* 57. ſed hæc ut in præcedenti deciſione animadverti nuſquã ſupremę Prin-

18 cipis providentiæ derogant, & generale eſt, quod Rex ſemper maiorem ſibi facultatem reſervare præſumitur, quam alii conceſſerit. Don Garcia Maſtrillis *de Magiſt. lib.* 3. *cap.* 2. *per tot.* ex aliis Fontan. *deciſ.* 293. *num.* 9. *par.* 1. adde Bovadil. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 214. Garcia *de nobilit. gloſ.* 55. *n.* 59. verſ. *Decimotertio*. Riccius *par.* 7. *collect.* 2577. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap.* 1. *n.* 5. *& ſeq.* Giurb. *conſ.* 59. *n.* 3. Salgad. *de ſupplicat. ad Sãctiſſ. par.* 2. *cap.* 33. *à n.* 31. Solorz. *lib.* 3. *Politico. cap.* 10. *fol.* 319. Vela *diſſert.* 44. *à n.* 42. Diana *tom.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 199. ubi quid ſi iuriſdictio Eccleſiæ fuerit conceſſa. Matthæu *de re crimin. contro.* 44. *à n.* 37. qui & in ſpecie iuriſdictionis, & in aliis caſibus loquuntur; & ſi videre cupias quando iuriſdictio conceſſa præſumatur privativè, adi Riccium *par.* 2. *collect.* 392. Salgado *de ſupplicat. ad Sanctiſ. p.* 2. *cap.* 17. *num.* 21. Parlador. *lib.* 1. *quotidi. cap.* 1. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 124. 19

DECISIO XXXXIV.

DE POLITICA ÆCONOMICA AVCTORITATE IN PACTIS admittendis practicanda, non tam probationibus, quam delicti qualitate inſpectis.

PACTORVM quoque praxis conſectaria, & peculiaris agnoſcitur Æconomicæ politicę poteſtatis; illius in uſu probationes non pensãtur, ſed pœna quam de crimine imputatus ſubiturus erat metitur: Et licet ad ultionem mortis quidam hanc in ſe ipſum facultatem protraxerint cùm pœnæ impoſitæ à lege pro eodem maleficio quis ſe

subiecerit; nostri verò Senatus humanitas tam acrem hactenus severitatem non recepit, admisit tamen in casu contraventionis mortis civilis pactiones, valdè distare istam à naturali secernens. Ita Regium criminale Concilium die 20. Novembris 1636. in facto supplicationis oblatæ per Fisci procuratorem Regiæ Curiæ adversus, & contra Franciscũ N. pauperem eleemosinæ, concludendo, quod relaxaretur à carceribus attento pacto per eum suscepto fustigationis publicæ, & per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & serviendi in Regiis triremibus suæ Maiestatis remigando in perpetuum.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Æconomicum politicum gubernium dictavit, ac introduxit voluntariis pactis reos relaxari.*

2 *Quando in ipsorũ admissione probationes mensurentur.*

3 *Membrorum suorum nemo est dominus, & num. 8.*

4 *Precedens regula pactorum admissionem nõ impedit, quia tunc magis diffamatio, qua laborat reus, & conscientia criminis eũ torquens, quam ipsemet in pacti susceptione operatur.* l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil. *interpretatur.*

5 *Publica utilitas huiusce modi relaxationes suadet, ne delicta inulta remanerent.*

6 *An ad pœnam capitis, seu alicuius membri abscisionẽ possit quis se obligare, negantes, & affirmantes referuntur Doctores, sed istos noster Senatus non fuit amplexus.*

7 *Indirectè quando liceat propriæ morti cooperari, remissiuè.*

8 *Iure communi Romanorum in proprium corpus sævire interdictũ non erat, & quæ iustæ ad hoc causæ existimabantur; at nunquam licet in foro interno.*

9 L. sed si damnum 7. §. si servus, ff. de peculio, *enodata.*

10 *Pacta de quibus agitur transactiones sunt, ideoque extante rationabili probatione licita reddunturs.*

11 *Sententia mortis lata contra reum si aggratietur, & in commutatione exprimat Princeps, quod contraueniente eo illa remaneat in suo robore, & valore, exequitur sententia contrauẽtione probata.*

12 *Mors ciuilis in pactis à Regio Cõcilio non abscitur casu exigente, & quod non æquiparetur naturali, nisi in casibus à iure expressis.*

13 *Ad Fiscum quæ bona sint transitoria.*

14 *Nõ exequitur Senatus pœnas quas sibi*

sibi ipsis imponunt rei suis delictis maiores, imò nec ipsas exaudit.

1 AD œconomicum politicum gubernium referri relaxationes eorum à carceribus, susceptis voluntariis bannimentis, & relegatione, firmat Crespi *obser.* 3. *n.* 13. citato Peguera *in praxi crimin. c.* 12.
2 *n.* 8. & quantumvis in ipsorum admissione probationes non mensurentur, adeò quod non semel absque semiplena exilia trium, vel quinque annorum expediantur; attamen si nimis levis diffamatio esset, rationi consentaneũ nõ foret ut aliquis stolidus, sui ipsius proditor efficeretur, nec eo etiã volente suæ credulitati Senatus assentitet,
3 ne axioma pervulgatum, & in rẽ veluti iudicatã transactũ violaretur, membrorum suorum neminẽ esse dominum, à Triboniano, Vlpianoque desumptum *in l. liber homo* 13 *ff ad leg. Aquil.* Aristotel. *lib.* 5. *Æthicor. cap.* 11. effusè Amescua *de potest. in se ipsum lib.* 1. *cap.* 1. *& per totum tractatum* ad multa inferens Riccius *par.* 3. *collect.* 578. Barbosa *in axiomat. iur. litt. M. n.* 24. Larrea *allegat. Fiscal.* 114. *n.* 5. ubi pulchras disputat quæstiones. Farin. *in praxi q.* 33. *nu.* 49. Valero *de different. int. vtrumque forum*, verbo *vita diff.* 2. vers. *Doctores vtriusque iur.* ubertim Sabellus *in summa verbo homicidium n.* 28. per pulchrè D. Didadus Ybañes de Faria *ad Couar. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 121. nõ paucos allegans.

Huic autẽ inviolabili præceptioni non contraveniunt huiusmodi pacta assumentes, quicquid in contrarium voluerit Amescua *de potest. in se ipsum lib.* 1. *c.* 14. quippe ut notat Peguera *in praxi criminal. cap.* 12. §. 5. *num.* 14. *in princ.* & vers. *Secundò prædicta in fine* tractãs de eo, qui legitimè interrogatus à iudice veritatem inficiari nequit, etiamsi ex sua confessione morte sit afficiendus, tunc non contra se ipsum venit, aut contra se ipsum arma administrat, & multò minus se ipsum occidit, imò ea quæ iudici ius tribuunt ad ipsum interrogandum sunt illa, quæ ipsum condemnant, & cõtra eum arma præbent, & quæ illum interficiunt, sic etiã probationes, quæ Senatui motivum præbent, conscientia interna quæ reum torquet, & impellit ad acceptationem pacti sunt causæ ipsum ad illius susceptionem præcisè urgentes, quamobrem nõ ipse contra se venit, sed sua diffamatio, & veritatis licet non apertè probata cognitio, qua propter nõ dubitat Farina *c. in praxi q.* 33. *num.* 49. ex communi schola carceratũ se obligare posse sub pœna confessi criminis, amissionis beneficii seu gratiæ, exilii subeundi, aut similiũ. 4

Effulget in his œconomicum politicum Senatus imperium publica suadente utilitate, cum eius intersit Provinciam malis hominibus purgari, ut quamplurimis 5

probavi *volum.* 1. *decis.* 1. *n.* 24. & nisi hæc praxis, seu verius necessitas publica introduxisset, inulti fontes, seu minus condignè puniti evaderent, & magna non amputatentur scandala, quæ per istas pactiones evitantur, tametsi sæpissimè cum eis mitiùs rei coerceantur quam si convicti sententiis cõtra eos prolatis plecterentur, sed minus inconveniens est benignius per pacta scelera vendicare, quam inulta omninò defectu probationum derelinquere; cum ex duobus malis minus eligi expediat, ut eruimus *decis.* 4 *n.* 24 *volum.* 1.

6 Maior cadit controversia, an ad pœnam capitis, seu alicuius mẽbri abscisionem possit se aliquis obligare. Negant Anton. Gomez *var. tom.* 3. *cap.* 9. *n* 8. *ad med.* vers. *confirmatur quia*, & est glosa *in cap. cum hominis*, verbo *supplicium* 23. *quæst.* 5. & laudatis Covarrub. Alberico, Llan. Roderic. Suarez, Bonacosa, Emanuele Suarez, Menochio, docuit Farinac. *in praxi q.* 33. *nu.* 49. Peguera *in praxi crimin cap.* 12. §. 5. *nu.* 14 *in princip.* & vers. *Secundo*. Affirmat Thoro *in compen. decision. par.* 3. *sect.* 2. vers. *pœna mortis pag.* 266. decisiones Neapolitanas enarrans; hanc tamen asperitatem Senatus noster adhuc non fuit amplexus, tametsi ignotum non sit, iuxta plurium placita, licere indirectè propriæ morti cooperari, quos numerat Diana *p.* 5. *tract.* 4 *resolut.* 31. & inter alios illum ca-
7 sum exponit, quod possit reus non fugere ex carcere quamvis certo sciat se morte plectendum, imò potest malefactor zelo iustitiæ, & exempli publici se offerre iudici puniendum. Petrus Navarr. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 73. condemnatus ad mortem per famem potest abstinere à cibo clanculum ablato docent Becan. *de iust. & iure in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 11. *de homicid. concl.* 2. Lessius *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 6 *n.* 26. Malder. *in* 2. 2. *tract.* 3. *c.* 1. *dub.* 19. Molfes *in summa tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 19. *nu.* 156. quicquid reluctetur Philipp. Fab. *de restitut. in* 4. *sentent. distinct.* 15. *q.* 3. *disput.* 52. *cap.* 1. *nu.* 46. videndi Baldell. *in Theolog. moral. lib.* 5. *disp.* 44. *à n.* 3. *usque ad* 7. Salas *de leg. disput.* 15. *sect.* 7. *à nu.* 85. Vasquez *par.* 2. *disput.* 173. *cap.* 3. *&* 4. alia disputabilia exempla scitu digna glomerat Diana *d. par.* 5. *tractat.* 4. *resolut.* 31. *& seqq.*

8 Scias tamen unicuique licitum fuisse in foro exteriori de iure cõmuni Romanorum in corpus suũ sævire, *l. omne §. qui se ff. de re milit. l. sed etsi damnum* 7. §. *si ipse servus. ff. de pecul.* Franciscus Marcus *decis.* 850. *nu.* 7. dummodò iusta adesset causa, nempè tædiũ vitæ, vel impatientia doloris, vel morbus, aut pudor ætis alieni, secùs si id admisserit ex conscientia criminis ad subterfugiendum pœnam illius, optimè Chartusianus Ioan. Valero *de different. inter utrumque forum*, verbo *vita diff.* 2. *n.* 1. qui vers. *in*

foro

foro aliud esse firmat in foro conscientiæ, cum eo attento nullo casu id permittatur, Doctoribus supra citatis hanc cõclusionem propugnans; & modo præexpresso est intelligendum verbum *naturaliter* in dicta *l. sed si damnum 7. §. si servus, ff. de pecul.* non ut aliqui interprætantur de re iusta, sancta, & absque peccato, ut ibidem Valero defendit. 9

Accedit & alia ratio, quia pacta ista transactiones sunt cum Fisco; huius autem contractus naturæ satisfit si adsit probabilis dubitatio, vel iuris, vel facti, largè Vrceol. *de transact. par. 1. q. 43. tot. & præsertim nu. 30.* quocirca stante rationabili probatione ad pactum admittendum licita transactio censebitur. 10

Mortis naturalis pactum nostro in Senatu nusquam amplexum vidi, aut legi; observavi tamen reum ad mortem per Regium Concilium damnatum Regia sententia lata 22. Februarii 1657. & postea aggratiatum commutatione pœnæ mortis ad pœnam serviendi intus Castrum de Gardeny per spatium octo annorum, ita ut illis durantibus à dicto Castro exire neutiquam posset, & quod non adimplendo commutationem remaneret sententia mortis in suo robore, & valore, & exequi posset ac si cõmutatio facta non fuisset; ob non adimpletum pactum fuisse captũ, & conclusum 15. Aprilis 1660. quod dicta sententia lata 23. Feb. 1657. exequeretur iuxta illius seriem, & thenorem, prout ornatissimè meminit Calderò *decis. 34. n. 9. p. 1.* firmans, ac defendens Protegem in Cathalonia posse in remissionibus delinquentium, pacta, & conditiones cum certa pœna adiicere; Quæ conclusio quotidianis posset exemplaribus corroborari. 11

Mortem autem civilem in pactis iuxta decisionem supra allatã Regium Concilium non respicit, siquidem inter eam, & naturalem magna versantur discrimina, non enim æquiparantur, nisi in casibus à iure expressis Gutier. *lib. 2. Canon. qq. 1. nu. 143. & seq.* Molina *de primog. lib. 1. cap. 13. n. 94.* Marta *vot. 77. n. 25.* Castillo *de vsufruct. cap. 63. n. 1. & cap. 66. n. 18.* Maresc. *lib. 1. resolut. 71. nu. 3.* Farinac. *quæst. 19. n. 13.* cum innumeris Giurba *cons. 55. n. 12.* indagando dispondi facultate in donatione reservata super bonis donatis, donatore non disponente, & bannito, an quantitas illa ad Fiscum spectet, bona in eius contumaciam sibi confiscari petentem, & ibidem quæ bona sint in Fiscum transitoria, & *cons. 56.* decisionem adducit contra quam insurrexerunt Mastril. *decis. 277. tom. 3.* Castillo *decis. 142.* videndi Muta *decis. 49.* Mar. Cutel. *de donat cõtemplatione matrim. fact. tract. 1. discurs. 2. par. 2 n. 13.* Bouillet *de succeff. ab intest. Theorem. 110. nu. 29.* in quibus non immoror cum plenè 12 13

plenè ſcripſerit M. Anton. Sabell. *in ſumma*, verbo *mors á n.* 1.

Atverò ſi quis ſe obligaret ad pœnam, quam ex diſpoſitione legis non erat ſubiturus, ſed aliam mitiorem, tunc pœna pactata, ac in obligationem conventa exequi non debet, ſed alia benignior. Tuſcus, Thoro, Farinac. Giurba, & alii citati per Cortiada *deciſ.* 85. *n.* 27. *par.* 2. qui licet *num.* 28. adducat tenentes exequi debere pœnam acriorem, ne bannimenta irriſoria fiant; non ambigit tamen ab illa abſque alia cauſa recedi poſſe; planè noſtrum Regium Criminale Concilium unquam non pœnas delicto de quo reus imputatur maiores in pactis imponi permiſit. Reliqua in ſequenti.

DECISIO XXXXV.

DE CARCERATO OB STVPRVM IN VIRGINEM commiſſum matrimonium poſtea cum illa extra carceres contrahente.

MATRIMONIA plena libertate contrahi, & abſque ullo metu eorum natura dictat, & canonicæ ſtatuerunt ſanctiones; verumtamen ipſarum illæſo contextu, imò viriliter cuſtodito carcerati contractus ſuſtinebitur, ſi pro ſtupto detruſus cum à ſe vitiata nubere paciſcatur, adhibita etiã pœna in caſu non ſequuti adimplementi; dummodò ineundi nuptias tempore vinculis, aut alio gravi metu non ſit comprehenſus, quibus ceſſantibus vi directiva, & à iure conceſſa cõnubium celebraſſe nemo inficiabitur, & voluntarium contractum, ſicut & pactum præcedens quiſque exiſtimabit. Ita Senatus in caſibus infra deſcribendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Pactiones quas ſuſcipiunt rei in carceribus detenti, poſſintne voluntariæ appellari?*

2 *Voluntas coacta imperfecta voluntas iudicatur, & ideò ei qui ex motu deliquit pœna temperatur, ſed vide num.* 44.

3 *Confeſſio in tortura facta extra tormentorum aſpectum eſt ratificanda vt noceat, & nu.* 28.

4 *Contractus celebrati per carceratum, in illius fauorem, qui eum carcerare fecit, non ſuſtinentur, ſed vide num.* 30.

5 Car-

5 *Carceratus, siue iustè, siue iniustè cõtrahens ad fauorẽ Iudicis, vel Officialis non remanet obligatus, & officialis prohibetur huiusmodi obligationem suscipere.*

6 *Laicus virginis stuprator, qui eã in vxorem ducere, vel dotare adstringitur, si carceratus nuptias ineat, illæ irritantur.*

7 *Importunarũ petitionum exuberantia contractus irritos reddit.*

8 *Voluntas non potest propriè compelli, aut cogi in suis actibus.*

9 *Metus non causat involuntariũ causalitate directa, sed indirecta, idemque actus potest esse voluntarius simpliciter, & involuntarius secundum quid.*

10 *Contractus metu gesti ipso iure subsistebant, sed tamen Prætoris beneficio fuerunt subversi, & ibidem Doctores contrarium sentientes, videque num. 14.*

Enucleatur l. si mulier, §. si metus, ff. de eo quod vi, metusve causa, l. si metu 85. ff. de acqu. hæredit. l. interpositas, C. de transt. l. dolo 5. C. de inutilib. stipulat.

11 *Inuitus quis non operatur nisi ex violentia, aut ignorantia.*

12 *Voluntas eo ipso quod elicit ac tũ vult, & propterea cogi nequit.*

13 *Metu gesta simpliciter, & absolutè sunt voluntaria, & aliquatenus tantum inuoluntaria.*

14 L. nihil 116. ff. de reg. iur. Cap. locum de sponsal. §. vassalli, tit. de pact. constant. in usibus feud. *expenduntur, sed vide nu.* 24. *ac seqq.*

15 *De substantia contractus est consensus.*

16 *In voluntate coacta datur consensus qualificatus, qui ad substantiam contractus sufficit.*

17 *Dolus qui inest in m[illegible] dumtaxat includit malam fidem, non verò est deceptorius, qui omnem consensum excludit.*

Ratio genuina ob quam metu gesta Prætor rescindit, est, quia non patitur æquitas, quod actus per metum extortus ei prosit, qui metum intulit.

18 *Voluntas coacta dicitur, non quia verè vis voluntati inferatur, sed quia actum nõ elicit ab horrore, & formidine independentem, non tamen libera vocatur, & vide num.* 44.

19 *Vis directiua licita quandoque est iudicantibus in casibus etiam, quibus est prohibita coactiua.*

20 *Vtraque vis directiua, & coactiua diffinita.*

21 *Pactum à Senatu approbatum, quo virginis stuprator bannimẽtum sibi imposuit à præsenti Ciuitate Barcinone, & eius Vicaria lata, donec matrimonium contraxerit cum virgine à se vitiata, pœna adiecta in casu violati pacti.*

22 *Matrimonia absque vllo penitus metu contrahi debent.*

23 *Precedentis assertionis ratio verax adducitur.*

24 Ca-

24 Cap. locum de Sponſalib. *legitimus intellectus.*

25 *Actus liberam voluntatem poſcentes, metu geſti ſunt nulli ipſo iure, qui verò ex libertate ſimpliciter, ſeu conſenſu fieri debent valent donec irritentur.*

26 *Reus qui eligit cum ſtuprata nubere à carceribus eſt dimittendus, ut liberè contrahat, & quæ praxis ſit ſeruanda cum Senatu.*

27 *Nullitatem matrimonij nequit prætendere, qui iuſtè pro ſtupro carceratus fuit, & compellitur à Iudice ſtupratam ducere in uxorem, dummodò vinculis liberatus ſit, & liberè recedere quò velit valeat.*

28 *Enervatur ratio propter quam confeſſio in tortura emiſſa extra tormentorum aſpectum ſit ratificanda.*

29 *Vis non infertur per iudicem in his, quæ leges ei facere iubent, aut permittunt, & metus illatus per viam iuſtitiæ iuſtus non eſt ad effectum annullandi actum.*

30 *Quando detruſio in carcerem fuit iniuſta, nulliter carceratus cum eo contrahit qui inſtauit, validè verò ſi iuſtè fuerit coniectus, ad interpretationem,* l. qui in carcerem, ff. Quod met. cauſ. *& num.* 31.

32 *De Principis rectitudine diffidere ad inſtar ſacrilegii eſſet, cum dicatur lex animata, caput Senatus, & de numero Conſiliariorũ.*

33 *Principũ dominatio nobilis ſeruitus appellatur, nec abſoluta utũtur poteſtate.*

34 *In negotiis iuſtitiæ Reges noſtri à Senatus ſententijs nequeũt recedere, & laudabile non minus erit, quod Adminiſtrorum ſequãtur conſilia aliis in caſibus,* conſtit. 1. tit. de la forma del votar, &c. conſtit. 7. tit. de elect. nombre, y examen dels Doctors de la Real Audiẽcia. cap. 12 cur. ann. 1599. *expoſitio remiſſiuè.*

35 *Senatus Regius in omnibus Principis perſonam repreſentat, & de corporis Senatus integritate.* Conſtit. Poc valdria 11. tit. de obſer. conſtit. *illuſtrata.*

36 *Non licet iudici aſtutia, fraude, ſeu ſimulatione erga reos uti.*

37 *Non ſunt ſuſpicanda in iudicibus blandimenta, cum pro ipſis, corũ factis, & bonitate præſumatur.*

38 *Maleficiorum inveſtigatio plerumque difficilis, & vita pactis voluntariis rei à longo carcere liberantur.*

39 *Præceptum negatiuum ſemper, & pro ſemper obligat, non verò affirmatiuum arctat pro ſemper, ideòque in iſto metus excuſat à peccatis, non in illo, & num.* 40.

41 *Coactio præciſa, & abſoluta excuſationem præbet à peccato, cõditionalis verò non indiſtinctè.*

42 *Quædam operationes prohibentur quia malæ iure naturali, & aliæ ſunt malæ, quia prohibitæ lege poſi-*

positiua, seu scripta, sine non, alia prohibentur lege humana; in prohibitis tamquam malis nullus metus à peccato excusat, benè verò in aliis si cadat in virum constantem.

43 *Mortis metu fidem abnegans mortaliter peccat.*

44 *Voluntarium duplex, vnum liberum, siue spontaneum, aliud coactum, & vtroque modo pacta nostra voluntaria firmantur.*

45 *Alii authores agentes quando metus reddat actum inuoluntarium cumulantur.*

1 INopportunum nunc non erit hæsitationem auferre harum pactionum conclusiones inspicientibus, dum eas voluntarias Senatus appellat, experimendo in quamplurimis prouideri reum relaxari, attento pacto relegationis, vel similium pœnarum voluntariè susceptorum nã imò involuntaria, & coacta pacta huiusmodi censeri debere, eaque neutiquam subsistere, non infimæ dictant rationes.

2 Primò, quia voluntas coacta imperfecta voluntas dignoscitur, ut firmant Giurb. *cons* 85. *num* 15. Salgado *de retent bull.* 2. *par cap.* 17. *à num.* 15. quos laudauimus *dec.* 36 *num.* 3. *volum.* 1. & propterea quoties metu quis deliquit, involuntariè scelus admisisse præsumitur, ideoque pœna illi temperatur, ut ex aliis probaui *decis.* 4. *num.* 114. addo Mastrill. *decis.* 246. *num.* 8. Fab. *lib.* 9. *Cod tit.* 15. *defin.* 3.

3 Secundo, si quis in tortura confessus fuerit crimen, confessionem extra tormentorum aspectum ratificare debet ut sibi noceat. Don Ludouicus à Paguera *in praxi crim. cap.* 12. §. 12. *à num.* 7. Chartar. *in pract. inter. reos lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 139. Citiac. *controuers.* 150. *num.* 91. *& seq.* Guazzin. *defens.* 30. *cap.* 35. *sub num.* 2. Carena *de offic. Sancta Inquisit. p.* 3. *tit.* 10. *nu.* 174. Vermigliol. *cons.* 80. *num* 4. & alii plures coniecti per Conciol. *resolut. crim.* 19. *verbo tortura*: aliter enim diceretur coactè, & metu avulsa, sicque non voluntaria, proindeque ei non obesset, neque ob ipsam posset condemnari. Cavalcan. *de Brach. Reg. p.* 3. *num.* 181. Guazzin. *defens.* 30. *cap.* 35. *num.* 2. *vers. & debet.* Farinac. *de reor. confessi. & commit. q.* 83. *num.* 70. addentes ad Farinac. *cons.* 16. *litt. G. lib.* 1. *& lit. H.* ubi declarant metum remotum à tortura confessionem non infringere, secus autem proximum.

4 Constat autem metum euidentem cadere in carceratũ qua propter communis est assertio, & Doctorum sententia, nequire carceratum in fauorem illius contrahere, qui carcerationem suam instauit, non alia de ratione nisi quia magis optatu se liberandi à carceris anguſtiis, quam animo contrahendi feciſſe intelligatur. Additionat. ad Sãfel. *decis.* 404. *observ.* 6. Farinac. *in prax. q.* 35. *n.* 1. Caval-

can. *decis.* 83. *num.* 1. adeò quod, nec Rex carceratus ex contractu celebrato in carcere obligetur. Tusch. *concl. iur. litt R. conclus.* 335. qui tradit casum Regis Cypri cum Ianuēsibus, & *lit. M. concl.* 221. & moventur ex textu in *l. qui in carcerem ff quod met. can.* Anton Gabriel *conclus.* 137. *per tot.* Olea plurib. cumulatis *de cess. iur. tit.* 8. *quæst.* 1. *num.* 8. Don Ferdinand. Alfons. del Aguila *ad Roxas de incompatibil. in introduct. num.* 30. aliis allegatis: quare Rota *p.* 10 *recent. decis.* 288. *per tot.* non reprobat cautelā ducendi carceratos extra carcerem, sed benè custoditos, quam tamen non amplector cū Sabello *in summa verbo carceratus, num.* 6. nisi essent in plena libertate positi, ut liberè possint abire quo velint; de hac cautela respectu carcerati consentientis sententiæ latæ per iudicem, eique proficuæ Bovadilla *in polit. lib.* 5 *cap.* 3. *num.* 97. minus igitur cum Fisco transactionem inire poterit sub cuius imperio carceratus detinetur.

5 Huic alia accedat ponderatio, quoniam carceratus sive iustè, sivè iniustè ad favorem iudicis, vel officialis contrahens, non remanet obligatus, imò officialis arcetur ab obligatione suscipiēda à subditis, etiam non carceratis, propter præsumptum terrorem, & metum. Rota *in nouiss. p.* 6. *decis.* 26. *num.* 12. *& seqq. ad* 28. Sabell. *in summa verbo carceratus nu.* 7. quibus addo Bovadilla *in politic. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 96. loquentē de sententia, cui reus consensit, nisi illa iusta esset; ergo eidem prohibitioni subiicitur Fisci procurator Reg Cur. qui ab Advocati Fiscalis sensu nequit recedere, apprimè cum iste votum habeat tam in civilibus quam in criminalibus causis apud nos. Xam. *de offic. iud.* 1. *p. quæst.* 16. *nu.* 68. Ripoll *de Regal. cap.* 51 *nu.* 69. Berart. *de visit. cap.* 27. *à num.* 27. Regens Cottiada *decis.* 23 *num.* 34.

Tertio, quia si laicus solutus 6
virginem stupraverit, ius canonicum ad eam dotandum, aut cum illa nubendum, sontem condemnat, compluries laudati per Regentem Cottiada *decis.* 89. *num.* 11. *p.* 2. *ex cap.* 1. *& 2. de adult.* adde Regentem Don Laurentiū Matheu, & Sans *de re crim. controu.* 51. *per tot.* Azor *institut. moral. p.* 3. *lib.* 5. *tit.* 5. *litt. A fol. mihi* 337. Sperell. *decis.* 6. *num.* 14. non tamen in carceribus celebrari matrimonium valet, quippe metu contractum diceretur, quod ipsius libertati repugnat; debet enim sponte contrahi, & si aliqua coactio, aut metus in ipso intervenit, subvertitur, prout inferius aperietur; idem igitur statuendum erit in aliis contractibus in carceribus cum Fisco initis, ut eos non voluntarios, sed per vim extortos dicamus, neque validos esse pronuntiamus.

Adde quæ de importunis petitionibus diximus *decis.* 37 *num* 7

UAB Biblioteca de Ciències Socials

26 *in fine*, ex Castillo *controv. lib.* 4. *cap.* 22. *à num.* 18. *cum seqq.* ubi tenet illarum exuberantiam contractus irritos efficere, inficiari autem nequit, nedum ex importunitate, sed etiam ex tædiosa detentione pactorum quandoque contractus emanare, qua propter nec voluntariè, neque validè concludi affirmandum veniret.

8 His tamen considerationibus nullatenus obsistentibus, affirmare omninò tenemur, huiuscemodi pacta, nec nullitatis vitio affici, neque voluntaria esse desinere; pro cuius conclusionis stabilitate præmittitur, voluntatem non posse propriè compelli, aut cogi in suis actibus, prout docuerunt D. Anselmus *lib. de liber. arbitr. cap.* 6. D. Thom. 1.2. *quæst.* 6. *art.* 5. *&* 8. D. Bonaventura *in* 2. *distinct.* 25. *in* 2. *p. distinct. art.* 1. *quæst.* 4. *&* 5. Rhicard. *ibi art.* 4. *quæst.* 1. *&* 2. Durand. ibi *quæst.* 4. *&* *in* 4. *dist.* 49. *q.* 1. Scotus *in* 2. *distinct.* 25. *in explicatione diffinitionis violenti*, & *in* 4. *distinct.* 49. *q.* 1. §. *ad quæsitum igitur.* Paludan. *in* 2. *distinct.* 25. *q.* 1. *art.* 1. *concluſ.* 2. Gabriel *in* 2. *distinct* 7. *quæst. unic. art.* 2. *in probatione tertia concluſionis, & distinctione* 25. *q. unic. art.* 3. *dub.* 1. *concluſ.* 3. Maior. *in* 2. *dist.* 25. *quæst.* 1. *concluſ.* 1. Mar. sil. *in* 2. *quæst.* 16. *art.* 5. *dub.* 1. *circa fin artic.* Sot. *in* 4. *distinct.* 49. *q.* 1. *art.* 1. Almain. *ibid. quæst.* 1. *art.* 1. *&* *in moral. tract.* 4. *cap.* 2. Caietan. 1. *p. q.* 82. *art.* 1. *post init.* Medina *in eodem artic. concl.* 5. Gregor. de Valent. *disp.* 2. *quæst.* 1. *punct.* 3. Lorca *disp.* 4. *memb.* 1. Martinez *dub.* 1. *post concluſ.* Vazquez *disput.* 26. *cap.* 1. Azor *lib.* 1. *summæ cap.* 9. Sales *disput.* 2. *sect.* 2. *&* 6. Cornejo *disput.* 2 *dub.* 3. Curiel. *dub.* 2. §. 3. exponunt pariter Salmăticenſes *in curſ. Theolog. tom.* 3. *tract.* 10. *de volunt. disput.* 5. *quæſt.* 6. *p.* 5. *art.* 6. quod cum dicitur metum causare involuntarium, non intelligitur de causalitate directa, sed de indirecta, & non implicare eundem actum esse voluntarium simpliciter, involuntarium verò secundum quid, optimè D. Emanuel Gonzalez Tellez *in commentar. ad decret. tom.* 1. *ca.* 1. *de his quæ vi, metuſve cauſa nu.* 15. ubi notat iure civili contractus metu gestos validos fuisse ipso iure reputatos, usque dum Prætoris edicto succursum foit. *L. ſi mulier §. ſi metu, ff. de eo quod vi, metuſve cauſa l. ſi metu* 85. *ff. de acq. hæred. l. interpoſitas C. de tranſact. l. dolo* 5. *Cod. de inutil ſtipul.* & advertit hanc quæstionē melius explicasse Theologos, quam Iurisperitos, quicquid in contrarium, scilicet metu gesta ipso iure nulla esse, & ab initio in valida tenuerint Bartol. *in l. metu* 9. §. *violenti, ff. de eo quod vi metuſve cauſa* Garcia *de ult. fin. illat.* 21. *num.* 387. Valenz. *conſ.* 74. *num.* 43. Petrus Gregor. *lib.* 21. *ſyntagm. cap.* 2. *num.* 3.

Fundamentum autem evidens huius conclusionis elucescit, quip-

pe, ut Aristoteles præcitatus aiebat; invitus nusquam quis operatur, nisi ex violentia, aut ignorantia, quocirca cum probaverimus violentiam voluntati non inferri, quamuis metus adsit, neque ignorantia interveniat, ut præsupponitur; consequens est ergo actum propter metũ causatum absolutè, & simpliciter voluntarium remanere.

12 Alia etiam ratio efficacissima à prædictis Doctoribus designatur, quia impossibile est voluntatem elicere actum, simulque compelli, cum eo ipso quod eliceat actum velit, ita ut etiam quãdo nolit obiectum, velle dicatur fugere, & quando velit prosequi, pariter velit, etenim velle est actus proprius illius potentiæ, unde sequitur haud posse voluntatem cogi, cum eliciendo actum, ut præhabetur, velit, vel nolendo obiectum, vel volendo, ideoque sicut incompatibilia comperimus eam actum simul elicere, & non elicere; ita etiam eandem incompatibilitatem includit illam eliciendo velle, & cogi.

13 Proinde quæ ex metu fiunt voluntaria sunt simpliciter, licet aliquatenus involuntaria perpendantur. Aristot. 3. *ethicor. cap.* 1. Nissen. *lib.* 5. *de homici. cap.* 1. Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 4. *disp.* 1. *num.* 3. Damascen. *lib.* 2. *de fid. cap.* 24. D. August. *epist.* 98. *ad Vicent.* D. Ansel. *opuscul. de liber. arbit. cap.* 3. Durand. *in* 4. *distinct.* 29 *quæst.* 2. *ad* 2. *cap.* 3. Viguer. *cap.* 3. §. 4. *vers.* 2. Navar. *lib.* 1. *conclus.* 40. *de tempo. rib. ordinan. num.* 1. Corduba. *lib.* 1. *quæst.* 29. Angest. *cap.* 6. *moral rex. alt.* Sayr. *tom.* 1. *thesau. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. D. Thom. 1. 2 *quæst.* 6. *art.* 6. ubi omnes eius interpretes. Caietanus, Conradus, Valentia, Medina, Vazquez, Suarez, Lorca, Alvares, Martines, Salas, Curiel, Cornejo, & Montesinos *disp.* 20. *q.* 8.

Præter Doctores deluper citatos 14
colluctationẽ præmissam, an contractus metu gesti validi sint, ex proposito disputat Cabrer *de met. cap.* 14. *toto, qui num.* 10. decem gravissimos viros affirmantes affert, & *num.* 18. negativum consectando placitum expendit ex utroque iure rexius, & præsertim ex civil. *l. nihil.* 116. *ff de reg. iur.* ibi: *Nihil consensui tam contrarium est, quam vis, atque metus*; ex canonico *cap. cum locum de spensalib.* ibi *cum locũ non habeat consensus ubi metus, vel coactio intercedit*, additur arctius ad nostrum institutum §. *vassalli tit de pac. constant. in usib. feud* ibi: *pactiones timore nostro, vel quæ per impressionem nuntiorum factæ censentur pro infectis habentur, nec pro eis aliquid exigatur*, adde Roxas *de incõpatib. in introduct. num.* 45.

Rationem principalem perpen- 15
dit Cabreros *d. cap.* 14. *nu.* 25. quia de substantia contractus est consẽsus. *L. obligationum substantia, ff de oblig. & act.* ubi autem metus adest

defice-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

deficere consensum probare intendit ex præcitata, *l. nihil 116. ff. de reg. iur.*

16 Atverò Gonzales Tellez *ad d. cap. relatum 1. de his quæ vi, metusve causa n. 29. circa finem*, rectè respondet in voluntate coacta dari consensum qualificatum, indeque licet metus adsit non deest substãtia contractus, quare ipso iure cõtractus valent, licet postea irritentur; undè subarguit adhuc contractus bonæ fidei meru celebratos ipso iure sustineri, solus nãq; dolus apertus dans causam contractui bonæ fidei illum nullum reddit, non verò dolus velatus, qui est in meru, nam tunc non inspicitur dolus, sed metus qui principaliter incutitur, ex firmatis per Robert. *lib. 3. animad. cap. 3.* Bachon. *de action.*

17 *disp. 6. thesi. 17.* dolus siquidem est in meru, sicut in omnibus delictis, prout usurpatur tanquam mala fides, non verò deceptorius, qui omnem consensum excludit, proindeque dolus, qui inest in metu non tollit voluntatem. Sarmiento *lib 6. select. cap. 6.* qua propter rationem ob quã metu gesta Prætor rescindit ex eo depromit, quippe quamtumvis voluntas coacta voluntas sit, sed quia cum illa voluntas non fuerit omninò spontanea, & libera, non patitur ratio, quod actus per iniuriam extortus prosit ei qui metum intulit, iuxta vulgatum axioma; ex sua quemque malitia commodum reportare non debere. Gonzales *in reg. 8 glos. 27. à nu. 25.* imò malitiis esse obviandum, nec eis indulgendum firmavimus *dec. 211. n. 53.* sequitur cum aliis Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 13. nu. 3. prope fin.*

Quamobrem quando voluntatem coactam dicimus, de ea intelligimus quæ à metu cadente in constantem virum immunis non agnoscitur, imò per vim compulsa, non quia verè vis voluntati inferatur, sed quoniam actum non elicit ab horrore, & formidine independentem, nam licet velle suũ quoad præstantiam potentiæ sit liberum, movetur tamen ex timore incusso, & hoc modo coactum nuncupatur, at revera spontaneum remanet, sicque scribentes, qui voluntatem coactam imperfectam tenuerunt accipiendi ita sunt, quod non habeat plenam libertatem, extrinsecam scilicet, & ab omni pavore, ac violentia semotum, ut prælibavimus *num. 16.* propriè autem, & iuridicè loquendo vera ea voluntas est licet modo prædicto, & iuxta communè loquendi usum non sit libera, imò nec propriè accipiendo vocem *libera* in eo sensu, quo opponitur aliqualiter coactæ. 18

Nostram nunc indagationem regredientes pandamus in nonnullis casibus inpermissa iudicantibus vi coactiva non prohiberi directivam, & propterea Clerici, & aliæ Ecclesiasticæ personæ legi politicę Principum uti directiva subiiciuntur, 19

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rat, ut præcitemus *decis. 42. num. 16. & decis. 39. num. 29. volum. 1.* ubi quod non sint exempti ab statutis Principum quatenus spectant ad pacem, & favorem Reipublicæ, at verò non utitur Princeps vi coactiva adversus eos iurisdictionem exercendo; cum respectu eorum incapacem iudicem laicum fatemur, ut eruimus *vol. 1. decis. 26. nu. 17.* addimus nunc pulchrè differentem Faria ad Covar. *in pract. qq. cap. 18. num. 41.*

20 Et ut noscas discriminatim utramque vim, scias vim directivã legis esse, quę ostendit quid faciendum, & quid vitandum præcipiẽdo, aut prohibendo, coactivam verò, quæ idem demonstrat per impositionem tamen pœnarum, earumque executionem. Petr. Cenedo *in collectan. ad ius canon. collec. 1. nu. 3.* D. Thom. *1.2 q. 92. art. 2.* ubi eius interprætes. Covarr. *in cap. alma mater, p. 1. §. 1. num. 5.*

21 Hinc prodeunt sententiæ contra virginis stupratores, quod dotent, aut nubant cum stupratis, & die 18. Iunii 1631. in facto Fisci Proc. R.C. contra Petrum N. facta relatione per Magnificum Iacobũ Mir tertiæ Aulæ Consiliarium pro Magnifico Guiamet I.R.C. absẽte, fuit in Reg. Crimin. Concil. conclusum, quod dictus Petrus relaxaretur, attento bãnimento per eum voluntariè susceptο à præsenti Ciuitate Barcinonæ, & eius Vicaria lata, donec cum effectu matrimonium cõtraxerit cum Matrona N. sub pœna serviendi militãdo cum solito stipendio in præsidio de la Araig. per quinquennium in casu contrafactionis.

Contrahi matrimonia debent 22
absque ullo penitus metu. Petr. Barbosa *in Rub. solut matrim. p. 4. n. 30.* Augustin. Barbol. *vot. 1 & 16.* Rice. *p. 3. collectã. 535 & p. 4. collect. 1122 & p. 5. collect. 1853.* Tondut. *lib. 1. q. 120.* Sanchez *lib. 4. de matr. disp. 1. & seqq. & disp. 12. & seqq.* Covarr. *de matrimon. c. 3. §. 4. & 5.* Iul. Capon. *tom. 2. discept. 98 & to. 3. discept. 159.* Cabreros *de metu lib. 2. cap. 19.* qui ea nititur ratione, quoniam consensus in eo liber, & voluntarius esse debet, nec aliqua violentia procuratus; vis enim, & coactio impediunt faciendum, & dirimunt contractum, *cap. cum locum, cap. veniens 2. cap. requisiuit de sponsalibus*, melius Gonzalez Tel- 23
lez *ad cap. relatum 1. de his quæ vi metusue caus. nu. 17.* qui rationem sequitur Angelici Thomæ *in addit. ad 3. p. q. 47. art. 3.* ubi consensum coactum matrimonium tollere concludit ex eo quod vinculum matrimonii est perpetuum, unde illud quod perpetuitati repugnat matrimonium dirimit, cũque metus cadens in constantem virum perpetuitatem contractus adimat, competit enim restitutio in integrum, propterea ergo hæc coactio matrimonium tollit.

Inde fluit ratio cur *in cap. cum lo-* 24
cum.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cũ locũ *De sponsalib.* leguntur verba: *cũ locũ nõ habeat cõsensus ubi metus, vel coactio intercedit*, quæ non ita sunt accipienda quasi in matrimonio consensus utcumque desideretur, requiritur enim consensus omninò liber, seu voluntas prorsus libera, idest ab omni terrore separata, sicque per illa verba denotatur locum non vindicare consensum metu extortum in matrimonio, quia etsi coactus voluit, non tamẽ omninò liberè, plenèque voluntariè, & sic cum huiusmodi voluntas libera in matrimonio exigatur cõtractus ob metum ipso iure diruitur.

25 Hæcque est differentia inter actus liberam voluntatem poscentes, & eos qui ex libertate simpliciter, seu consensu fieri debent; primi enim metu gesti ipso iure nulli sunt, quia intervenit deffectus pugnans cum ratione actus, qui exercetur; secundi valent donec irritentur, & sub hac distinctione Gonzalez Tellez sæpius citatus iura supra adducta expensa per authores propugnantes metu gesta ipso iure corruere interpretatur, & dissolvit, & ita non indigemus illis respondere.

26 Nihilominus etsi ius canonicum statuat laicum solutum virginem stuprantem, aut nubere teneri, aut dotare, nusquam tamen nisi vi directiva sontem inducit ut nuptias ineat, non verò illum cogit; quapropter quando matrimonium contrahere eligit reus, à carceribus liberatur, ut omninò liberè contractus celebretur, ex his quæ tradidimus *num.* 4. & ideò in causa Fisci Procuratoris R. C. contra Hyacinthum N. delatum de stupro commisso in personã Mariæ Grau, ista obtulit supplicationem narrando, quòd prædictus N. nubere cum ea volebat, & quod hac de causa contentabatur ipsum relaxari, in calce cuius supplicationis fuit provisũ, quod inseretur in processu, narravit idem reus alia supplicatione, petiitque à carceribus dimitti eadem die scilicet 17. Martii 1683. & referente nobili Francisco de Cancer I. R. C. scriba Badia fuit in Reg. Crimin. Concil. facta provisio, quod memoratus Hyacinthus relaxaretur attento obtulit nubere cum Maria Grau, & attento istius consensu.

Ex his disquirunt scribentes, an 27
si iustè quis pro stupro carceratus sit, & compellatur à iudice ducere in uxorem virginem à se vitiatam, possit prætendere matrimonii invaliditatem, & negativam opinionem tenent Enriquez *de matrim. lib.* 11. *cap.* 3. *nu.* 1. *& seq.* Ledesm. *de matrim. quæst.* 47. *art.* 3. *dub.* 1. *concluſ.* 3. adhæret Additionator ad Sanfelic. *decis.* 404. *vers. obseruandum est decimotertio*, sed tamen Sãchez nuper laudatus notat inutile omninò esse medium quo aliqui iudices Ecclesiastici utuntur, nolentes facultatem concedere inclu-

so in

so in carcerem propter stuprum, ut stupratam ducat donec à carceribus extrahatur, ut liberè contrahat, & ita solet extrahi, non liberè tamen dimissus eam vxorem ducit; quem usum frivolum vocat, ex eo quia solutus, & liber nondũ intelligitur is qui quamuis vinculis liberatus sit, adhuc tamen ita comprehensus est, ut non liberè recedere quò velit valeat.

28 Quibus examinatis non refragantur in contrarium adducta. Nõ primum de confessione in tortura emissa extra eius conspectum confirmanda, etenim cum torturæ remedium fallax sit, & periculosum; nam aliqui ex impotentia doloris potius volunt mentiri confitendo delicta non commissa, quam pati cruciatus. Chartar. *de pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 129.* Farinac. *de iudic. & tort. quæst. 48. num. 22. & de reo confesso, & convicto quæst. 84 num. 48.* Guazzin *defens. 30. cap. 35. num. 2.* propterea introduxit praxis, quod dicta cõfessio debeat per reũ ratificari, & confirmati, ut proximè adducti Doctores notant.

Neque tunch per violentiam
29 perquisita talis confessio potest argui, cum enim legibus præcipientibus tortura fuerit illata, vis nulla cadere potetit, ad tradita per Veracruz *in spec. 3. p. 20. vers. pro solutione n. 2.* punctim Don Anton Cabreros *de met. lib. 2. cap. 19. n. 9.* hincq̃ metus illatus per viã iustitię non dicitur iustus metus, ut actus eius causa factus possit revocari. glos. fin. *in l. qui in aliena. verbo non fieri. ff. de acq. hæredit.* Marchesan. *de cõmiss. p. 3. §. 2. fol. 32. nu. 20.* Rota *p. 10. recent. decis. 132.* Larrea *alleg. 35. nu. 39.* Vrceol. *de transact. quæst. 33. per tot.* in voluntate siquidem est rei, vel in tortura vincere, vel crimen fateri; qua propter non dicitur involuntariè confessio per torturam emanasse, & solum irritatur ea quæ in casibus à lege non permissis extorquetur *l. 1. §. Diuus Seuerus, ff de quæst.* Giovagnol *cons. 28. num. 30.* plenè Conciol. *resolut. crimin. 9. verbo tortura num. 13. & verbo confessio resol. 2.*

Insuper quæ de cõtractibus carce- 30
ratorum superius inteximus procul dubio sunt tenenda, si carceratio sit iniusta; prohibentur enim ad favorem illius contrahere, qui detrusionem instavit, adeo quod obligatio sit nulla propter metum qui ex dicta iniusta, vel nulla carceratione dicitur sufficienter probatus, ex textu aperto iam collegato in *l. qui in carcerem, ff. quod met. caus.* Marta *vot. Pis. 120. per tot.* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 2. quæst. 80. per tot.* Farinac. *quæst. 35. per tot.* ubertim Cabreros *de metu lib. 2. cap. 46. toto,* & præcipuè *nu. 23.*

Atverò secus affirmandum ve- 31
nit si contrahens iustè detineatur, nam tunc obligatio subsistit, & ad contractus observantiam obstringitur. Ranchin. *in addit. ad Guid Papa quæst. 153.* Baiard ad Clar. §. *fin.*

fin. quæst. 46. num. 20. fol. 407. col. 1. Marta *cons. 15. n. 14. cum seq.* Canc. *3. p. var. cap. 1. n. 19. & 40.* Gratian. *discept. forens. cap. 479. n. 30.* Petrus Pecch. *de iur. sisten. & man. iniect. cap. 29. per tot.*

32 Quæ tamen *nu. 5.* stabilivimus, videlicet non posse in carcere detentum obligari in favorem Iudicis, vel Officialis, sive iusta, sive iniusta sit detentio, non officiunt, neque quæstioni propositæ sunt adaptabilia, quandoquidem hic sermo non instituitur de contractibus initis in favorem privatum officialis, sed publicę vindictæ, quę delicta puniri præcipit, ut persæpè in nostro hoc opere confirmavimus, promissio fit Principi, Regiæque Curiæ; de Principis autem rectitudine diffidere ad instar sacrilegij esset, ad ornatè cumulata per Filesac. *tom. 2. tract. de Reg. Maiest. §. 7. 8. & 9.* undè sceptrum præstabile imperium Regum scribit Solorzan. *emblem. 10.* eo quia vera Dei imitatione, pietatis, sinceritatis, ac cæterarum virtutum firmũ, & securum regiminis fulcrum permanet, alioquin autem prorsus deperit; quare Principum dominatio nobilis servitus cognominatur à

33 Salgad. *de supplicat. ad sanctiss. p. 1. cap. 1. n. 27.* & his concinunt à nobis firmata *decis. 42. n. 8.* ubi nolle Reges nostros absoluta perfrui potestate, adde eundem articulum discutientes Covarr. *lib. 3. var. cap. 6. à n. 8.* ubi venustè Faria Castillo *de tertiis cap. 41. à princ.* Guzman *de evict. q. 52.* Salgado *par. 1. de retent. cap. 3. à n. 8.* Riccius *p. 2. collect. 407. & p. 5. collect. 2022. & p. 6. collect. 2428.* Cyriac. *contro. 59.* dicitur nãque Princeps lex animata, caput Senatus, & de numero Consiliariorum. Lucas de Penna *in l. contra publicum. n. 67. C. de re Milit. lib. 12.* & *in l. 1. n. 17. C. ne rustici ad vlla obseq.* & depromitur ex textu *in l. ius Senatorum Cod. de dignit. lib. 10. l. quisquis, C. Ad leg. Iul. Maiest.* Aff. *in cap. 1. vers. potestas n. 1. Quæ sint Regal.* Cassan. *in consuetud. Burgund. Rubr. 8. §. 3. vers. nunquid in addit. n. 24.* & *in Cathal. glor. mun. 5. p. consid. 14. vers. 31. & consid. 33.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 1. n. 3.* ubi plures.

Neque hic prætereundum, Prin- 34
cipem tunc tutò negotia terminare, atque decidere, quando Senatorum vota approbationem eius merentur, nedum in negotiis, rebusque iustitiæ, in quibus iura nostra per Reges ipsos, & Curiam condita illum non posse à maioris partis sensu recedere constituerunt, iuxta cõtextum *Constit. 1. Tit. de forma del votar, &c.* de qua Ferrer *1. p. observant. cap. 86. vers. pro intentione*, & vers. *sed sic est*, & de ea ac interpretatione Constit. *7. tit. de elect. nombre, y examen dels Doctors de la Real Audiencia, & cap. 12. Curiar. anni 1599.* perdoctè sapientissimus Regens D. Raphael de Vilosa *dissert. 3. tot. post tractatum de fugitivis.*

uis. Sed etiam in aliis casibus Administrorum suæ Maiestatis indagationi commissis, discretivè de ipsis loquendo, politicis scilicet, iustitiæ, & belli, ut illi pro unoquoque consulantur, ad quos maior spectat cognitio, & notitia proportionatè, & respectivè, prout optimè probat præcitatus Regens Vilosa, & extensius ante eum Solorzano *de iur. ind. tom. 1. lib. 3. cap. 2. à num. 2.* ex Barthol. Marco Mantua, Petro Gregorio, Simancas, Bovadilla, & aliis plerisque.

35 Huc pertinent *decis. 24. num. 15.* relata, ubi præiecimus Senatū Regium in omnibus Regis personam repræsentare, & de corporis Senatus integritate, summaque religione plura relati per Fontā. *decis. 6.* & notabiliter Constit. *Portualdria 11. tit. de obser. constit.* à iudicio contrafactionis fororum eximit cum conclusione Regiæ Audientiæ diffinita.

36 Quibus accedit verior, atque æquior Doctorum conclusio sentientium, iudici non licere astutia, fraude, calliditate, seu simulatione erga reos se gerere, prout sustinēt Imola *cons. 109.* incipiente *visa inquisitione* Decius *in l. ea est natura cauillationis, ff. de reg. iur. nu. 21.* vers. *adde tamen*, & ibidem Cagnol. *nu. 12. & seqq.* Farinac. cum multis *q. 31. num. 276. & seq. & in addit. ad cons. 83. litt. C.* Francisc. Personal. *de iudic. & tortur. n. 70.* Andræ. Fachin. *contro. iur. lib. 9. cap. 71.* Surd. *consil. 281. n. 13.* Simanc. *de Catholic. institut. tit. 13 n. 6.* Rojas *de hæret. p. 2. assert. 25. n. 264.* Francisc. Pegn. *in director. Inquis. p. 3. comment. 23. fol. 467. col. 1. vers. hoc semper est animaduertendum* Flamin. Chartar. *in practic. interrog. reor. lib. 2. cap. 2. n. 18. & seqq.* Sigismund. Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 86. n. 35.* statim post princip. prosequitur Gabriel Alvarez de Velasco *de iudice perfecto Rubr. 14. annot. 4. n. 16.* Nos ex aliis *decis. 27. n. 59.*

Dedecent hæc blandimenta, & 37
cautelæ captiosæ iudices, nec possibilitas huiusmodi cavillationum in illis excogitanda, cum pro ipsis, eorū facto, & bonitate præsumatur, prout probavimus *decis. 31. n. 18.* Magna cum circunspectione, ut assolet nostrum Regium Concilium in harum pactionum expeditione versatur iuxta personarum, criminisque qualitatem, & aliqualem probationum mensuram illarum conclusiones definiuntur, neque reus ad ipsarum susceptionem adstringitur, sed an velit tale pactum accipere ei fit notum, addito quod si recuset, ad processus instructionem iostandam, & confovendam Fisci Procurator progredietur, atque ita in eius arbitrio positum erit, vel pactum assumere, vel causæ exitum expectare, & cōsequenter voluntariè, & absque ullo metu suscipiuntur.

Nec erit prætereundum carce- 38
ratis ipsis conveniens esse hoc genus

nus relaxationum; nam cum maleficiorum non semel perdifficilis sit investigatio, ut exclamavimus *decis.* 15. *n.* 2. longa afficerentur interdum detentione, & detecto flagitio maiori pœna ea, cui per pactum assentiuntur, & experientia optima testis est nõ nunquam gravatos reos istis cũ pactis extitisse.

39 Pro coronide animadvertas indagari apud scribentes quæstionẽ satis nostro argumento cohærentem; an metus excuset à peccato, cum præsupposito sit exploratum, peccatum committi non posse absque voluntate. Covarr. *in clementin. si furiosus p.* 2. *n.* 1. *in fin.* complures penes Cabreros *de met. lib.* 2. *cap.* 43. *no.* 9. in quo per totum varias opiniones retulit, & ut summatim recensentur quidam renuerunt, quod si præceptum est negativum, ideſt prohibens aliquid fieri, tunc nõ excusat metus, quia præcepta naturalia negativa prohibent quod est ex se, & intrinsecè malum, quare hoc nusquam potest licere, nec à malitia excusari, istaque præcepta obligant semper, & pro semper; affirmativa verò cum non obligent pro semper, qualibet rationabili causa excusationem recipiunt, & per consequens metu, ita distinxerunt Scaccia de *commer.* §. 1. *quæst.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 19. *à num.* 67. vers. *secunda spetiei.* Bonacia. *de peccat. disput.* 2. *q.* 8. *punct.* 2. *proposit.* 1. *&* 2. Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 11. Velasco *de privileg. paup. p.* 1. *q.* 27. *n.* 4. Balboa *de iudic. no.* 106. *fol.* 129.

Rursus duplicem coactionem aliqui considerant, unam præcisã, 40
& absolutam, veluti si quis ligatus, & penitus renitens cogitur genua flectere idolis, vel ad aliud turpè factum compellatur, & per hãc vim factum committens non peccat Amescua *de potest. in se ipsi. cap.* 5. *nu.* 14. *&* 34. Valero *de different. inter utrumque for.* verbo *vita & honor differ.* 1. vers. *sexta conclusio* Carena, & alii mox citandi.

Alia vero est coactio non præ- 41
cisa, sed conditionalis, quæ per gravamen, metum, seu magnum damnum exercetur, & circa istam an operationes metu gestæ excusent à peccato, præmissæ, & sequẽtes distinctiones proponuntur.

Præterea alia adhibetur distin- 42
ctio exactius melioſque materiam resolvens, scilicet quod quædam operationes malæ prohibentur iure naturali, & istæ non sunt malæ quia prohibitæ, sed imò prohibitæ quia malæ, aliæ sunt prohibitæ lege positiva, sive scripta, sive non, & hæ noscuntur malæ quia prohibitæ, aliæ sunt prohibitæ lege humana, civili, canonica; in prohibitis primi generis, nimirum quia sunt malę nullus metus excusationem præbet, si verò solummodo maliciam contineant quia prohibitæ, metus cadens in constantem virum, qui sequitur necessario necessitate naturæ excusat, hinc que

distinctionem sequitur supra laudatus Cabreros *de met. lib. 2. cap. 43. num. 52.*

43 Ex his qui metu mortis fidem abnegat mortaliter peccat; quia facit actum prohibitũ suapte malitia, nam hoc casu ut noster Eymeric. *in director. Inquisit. p. 2. quæst. 41. de blasphem. num. 8. vers. nec excusatur* defendit, talis metus pro fidei defensione non est cadens in constantem virum, cum potius teneatur mori, quam fidei abnegatione fœdari, etenim tunc duplex metus comperitur, scilicet cogentis, & Dei, sicque in tali concursu metus Dei debet prevalere, quapropter placitum istud in rebus fidei communi Theologorum, & Iurisprudentum sensu amplectitur Mar. Salo *in l. 1. num. 8. vers. in hoc iure, ff. de leg.* Magoll. *cap. 8. §. 1. à num. 1. cum. seqq.* Velas *de privileg. pauper. 2. p. q. 65. num. 14.* adde Carena *de offic. Sanctæ Inquisit. p. 2. tit. 1. §. 1. à num. 78.* apud quem, & practicatos alia ad hunc articulum pertinentia adinvenies.

44 Stabilitum ergo relinquitur voluntaria, & libera pacta nostra esse nuncupanda; nam quamuis duplex voluntarium proferamus, alterum liberum, seu spontaneum, nempè quoties animus nullo movente cogitur ad aliquid faciendum, vel non faciendum, alterum verò coactum voluntarium nominetur, videlicet quando aliquis facit illud, quod si timor sibi non incuteretur nullatenus faceret, sed vult facere propter metũ illatũ, ut eruditè notat Cabreros *citat. d. lib. 2. cap. 43. num. 54.* pacta de quibus agimus non ex causa ullius illati metus proveniunt, sed imò summa cum maturitate, & pensatis circunstantiis hic, & in præcedenti decisione expensis admittuntur.

De pœna qualiter temperetur 45
propter metum infra peragetur, & si plenius videre velis quando metus reddat actum involuntarium secundum quid, & conditionatum, & includat necessitatem conditionatam ex suppositione vitandi maius malum, consule Baldel. *Theolog. moral. tom. 1. lib. 1. disp. 15. per tot.* Gabriel. Vasq. *in S. Thom. 1. 2. tom. 1. disp. 27. per tot. fol. 131. & seqq.* Zamoran. *in tract. de compensat. disput. 4. cap. 22. per tot.*

DECISIO XXXXVI.

VXORIS METVS PER MINAS A MARITO ILLATAS ad effectum rescindendi contractum qualiter probetur.

QVANDO de atrocioribus minis à marito illatis ut uxor instrumentum firmaret per testes constitetit, quamvis notarius, & alii testes de libera voluntate, & nullatenus coacta deposuerint metus probatio cõcluditur, eamque non modicè iuvat antecedens instrumento publico emissa protestatio, qua futurum terrorem prævidens, & providens mulier animum declaravit, ut ex tunc patefieret, casu quo contractum firmaret non id sponte eventurum, sed viri sævitiarũ timore, quapropter contractus irritatur, & quatenus de facto processit rescinditur, hæreditas relaxanda adiudicatur, cui ante concordiam spectabat, ipsiusque vigore possidens ad restituendum actrici unà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt condemnatur. Ita Senatus in causa Nobilis Mariæ de Sentmenat, de Requesens, & Boquet, uxoris Nobilis Michaelis de Sentmenat, & Requesens, contra Nobilem Angelam Pera, & de Tord, Regia sententia lata 20. Aprilis 1679. referente eruditissimo Magnifico Regio Senatore Ioanne de Colomer, Scriba Galceran.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Contractus ex metu iusto initi in praxi nulli declarantur, & quatenus de facto processerunt rescinduntur.*

2 *Testes affirmantes metum incussũ licet pauciores prævalent illum negantibus, & ratio.*

3 *Iuramentum contractum meticulosum non convalidat.*

4 *Res trãsit in quemcumque possessorem vitio metus affecta.*

5 *Metus purgatus non intelligitur quando metum passus recipit pretium rei venditæ, vel aliud sibi traditum vigore contractus meticulosi perseverante adhuc causa metus.*

6 *Protestatio intimari non debet, si faciendum esse metum protestanti timeatur.*

7 *Quæ conditiones copulativè requirantur, ut metus dicatur iustus,*

stus, faciatque rescindi contractum remissiuè.

8 *Qualiter metus probari debeat remissiuè.*

SVperiori decisione firmata de validitate contractuum metu iusto gestorum, ut ipso iure valeãt, donec rescindantur praxis Tribunalium, atque Senatuum non amplexatur, quinimò ciuiles iudices illos nullos declarant, & quatenus de facto processerũt annullant Cabreros *de metu lib. 1. cap. 14. nu. 16. & 26.* Graffis. *de excep. tit. 11. nu. 5. cum. seq.* Valenz. *cons. 74. num. 43.* Molin. *de iust. & iure tom. 2. trac. 2. disp. 326. in solut. ad 2.* Fontan. de pact. *clauſ. 7. gl. 2. p. 5. num. 19. cum seqq.* adde Christin. *decis. 114. per tot. volum. 2.* Petrus de Onnate *de contract. tom. 1. tract. 1. dis. 3. sect. 10.* qui pariter declarant quando metu gesta sint nulla, vel teneant, sed veniant rescindenda.

2 Metus autem probatus relinquitur per pauciorem numerum testium affirmantium, licet complures adsint deponentes de spontanea, & libera firma contractus, illi enim attestantur de actibus extrinsecis positivis, & metũ extrinsecè aperientibus, isti verò de secretis, occultis, & intrinsecis, qui apud omnes sunt incogniti, difficulterque, & solum per coniecturas dignoscuntur. Thezau. *qq. ciuil. lib. 1. q. 51. num. 30.* Cabreros *lib. 1. de metu cap. 9. num. 6.* Tondut. *quaſt. beneficiar. p. 3. cap. 154. num. 61.* latè Graffis *de excep. tit. 11. num. 51.* Covarr. in epitome *de ſponſalibus p. 2. cap. 3. §. 5. num. 10.* adiungendi Diaz *reg. 750.* per tot. Sperell. *deciſ. 5. num. 21. & 22.* qui pulchrè exponit quomodo hæc concluſio ſit intelligenda. Maſcard. *de probat. concluſ. 1054. cum duabus ſeqq.* Rot. *p. 6. recent. deciſ. 12. num. 25. & p. 14. deciſ. 164. num. 18.*

3 Neque iuramentum in contractu meticuloſo adhibitum eum convalidat, quoniam voluntatis defectum, quem metus ſupponit ſupplere nequit, imò iuramentum inefficax remanet. Vrſil. *ad Afflict. deciſ. 263. in notis* plenè Cabreros *de metu lib. 2. cap. 7. à num. 46. & præcipuè num. 49. cum ſeqq.*

4 Metumque paſſum contra tertium poſſeſſorem metus ignarum agere poſſe, & rem tranſire in quẽcumque poſſeſſorem vitio metus affectam deſumitur ex tex. expreſſo in *l. metum 9. §. animaduertendũ ff. quod metus cauſa*, ubertim Hermoſill. *ad Lopez gl. 1. l. 56. tit. 5. num. 43. cum. ſeqq. tom. 2. fol. 268.* Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 3. deffin. 7.* in not. Vrſil. *ad Afflict. deciſ. 263. in fin.* Fontan. *tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 5. num. 19. cum ſeqq.* Thezau. *lib. 1. qq. forenſ. d. quaſt. 51. num. 8. & 18.* Sperell. *deciſ. 75. num. 74.*

5 Non obſtare invaliditati memoratæ concordiæ viſum extitit nobilem Mariam filiam in illius executionem accepiſſe ab Angela

matre

matre turrim vocatam de Bodeponent ad hoc ut ipsius possessione, & retentione metus intelligatur purgatus, & concordia ratificata: nam de iure metus nō dicitur purgatus, & concordia ratificata quādo metum passus recipit pretium rei venditæ, vel aliud sibi traditum vigore concordiæ, vel alterius cōtractus meticulosi quoties perseverat causa metus, veluti dum vivit persona, quæ metum intulit, prout in casu vivebat maritus Domnæ Mariæ, qui metum irrogaverat, ex fusè indagatis per Thezau. qui supra *quæst. forens. lib. 1. q. 51. num. 19. & 20.* Gamma *decis. Portugal* 346. Fontan. *de pact. cl. 7. glos. 2. p. 7. num. 27. cum seqq.* Carena *resolut. 81. num. 33.* Montaner *ad Olib. de act. lib. 1. cap. 9. num. 10.* Rot. *decis. 705. num. 10. p. 2. recent. & decis. 579. num. 6. p. 1. & decis. 315 nu. 9.*

6 Maioribus neutiquam roboratur viribus obiectio, qua opponebatur protestationem per Nobilē Mariam matri suæ Nobili Angelæ ullatenus notificatā fuisse, quandoquidem similis protestatio, metus que ipse intimari, aut manifestari non debet, si faciendum esse metum protestanti timeatur. Canc. *var. p. 3. cap. 1. num. 107. & 108. & cap. 15. num. 244. vers. in ista materia* Olea *de cess. iur. tit. 8. q. 1. num. 14.* Barbosa *voto 88. num. 18. lib. 3.* Iranzo *de protest. cap. 27. nu. 13.* Fontan. *de pact. nup. claus. 7. gl. 2. p. 5. à num. 20.* Cabreros *de metu lib. 1. cap. 12. num 19.* Noguerol. *alleg. 29. à num. 209.* Visil. *ad Afflict. decis. 267. in notis in fin.* Sperel. *decis. 75. num. 56.* qui variè distinguit.

Quæ autem conditiones copulativè requirantur, ut metus dicatur iustus, & cadens in constantem virum, faciatque rescindi contractum, enuclearunt Zacchias *quæst. Medico legal. to. 2. decis. 58.* Sperell. *decis. 79 nu. 43.* Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 1. n. 10.* Fagundez *de iust. & contract. lib 1. cap 5. n. 11. & seqq.* Rot. *p. 14. recent. decis. 154.* Baldel. *Theolog. moral. tom. 1. lib. 1. disp. 17. & seqq.* 7

Et qualiter sit probandus metus edisserunt Tusch. *lit. M. conclus. 223 & seq. per tot.* Mascard. *de probat. volum. 2. conclus. 1054. & seq.* Ricc. *collectan. 154. & 3340.* Rot. *p. 14. recent. decis. 164. nu. 11. & seq.* ubi de metu annullante testamentum uxoris, fusè Ludovis. *dec. 326. & decis. 374 per tot.* Altogr. ad *cons. 24. nu. 5 lib. 2.* Sperell. *decis. 75.* iterum, & latius Ludovis. *decis. 16. nu. 25. & seq.* Altograd. *cons. 50. n. 263. & seqq. lib. 1.* Larrea *allegat. Fiscal. 35.* 8

DECI-

DECISIO XXXXVII.

METVM QVANDO EX CAVSA, ET CIRCVNSTANTIIS in genere probari ſufficiat.

CIrcunſtantiæ, ut in primo volumine crebertimè obſervavimus, & in criminalibus cauſis ſummè attendēdæ, & in civilibus litibus apprimè conſiderandæ, veluti in reſciſione contractuum virorum, qui per mulieres firmantur, iſtarum enim firmæ metu in genere tantum probato uti meticuloſæ aliquoties nullæ declarantur, & quatenus opus ſit reſcinduntur, & poſſeſſores hypotecaria actione cōventi quantitatem petitam ſolvere cogantur, ſi maritum aſperrimè in uxorem verſari conſtiterit, iſtam benignam, timidam, eique addictam, illum commodum reportaſſe, hanc nullum beneficium accepiſſe, illum nulla alia ratione potuiſſe moveri ad ſævitias, niſi ab aſſenſus renitentia, ſicque dolo imbutū ſe geſiſſe, hāc verò ruſticitate, & imbecillitate ſexus ductam. Ita Senatus in cauſa Ioannis, & Mariæ Sorobe coniugum contra Franciſcum Roig Villæ de Reus, & alios Reg. ſententia me referente lata 19. Ianuarii 1692. Act. Paulo Thoar.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Ad metum dignoſcēdum perſonæ qualitas attenditur.*

2 *Minor metus in muliere, quam in maſculo requiritur, & quid in ruſtico.*

3 *Ad reſcindendum contractū mulieris unà cum viro ſuo ſe obligantis an ſufficiat probatio ſæuitiarū in genere, videlicet quod in præteritum conſueuerit maritus in uxorem ſuam recuſantem contractibus aſſentiri ſæuire, vel deſideretur in ſpecie de minis, ac metu reſpectu illius actus de quo contenditur quæſtio eſt ardua, anxièque diſceptata.*

Prior ſententia metum in ſpecie expoſcens affertur cum Senatus deciſione.

4 *Rationes huius ſententiæ ſummatim coacceruatæ.*

5 *Contraria opinio adducitur metū in genere probatum ſufficere docens, quando alia cauſa dari nō poſſet*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

posset ob quam minæ, & malæ tractationes fuerint illatæ, secus si aliæ extent causæ.

6 *Sat esse constare de metu genericè tenuerunt alii*

7 *Alii materiam istam arbitrio iudicis committunt, qui spectatis circumstantiis an metus in genere sufficiat ad contractum rescindendum secernat.*

8 *Maritum asperum fuisse, solitumque uxorem renuentem suis obligationibus consentire perperam tractare, illamque nullum ex contractu contentioso commodū reportasse circūstantiæ sunt valdè pro eius rescissione urgentes.*

9 *Antinomia decisionum Senatus inter se dimicantium dissoluitur fœdere præallatæ circumstātiarū inspectionis, & quæ in casu hic exarato occurrerunt enumerantur.*

1 QValitas personæ metum passæ plurimum attendi debet ut metu actus celebratus existimetur Surd. *decis.* 194. *num.* 24. Alban. *cons.* 77. *num.* 2. Decius *in l. in omnibus sub num.* 2. vers. *& aduertendum de reg. iur* Sperell. *decis.* 108. *num.* 86.

2 Minor exinde metus in muliere, quam in masculo requiritur Grammat. *decis.* 103. *num.* 52. Boer. *decis.* 100. *num.* 2. idemque aiunt in rustico paupere, & idiota Vrceol. *de transact. quæst.* 33. *num.* 14. *& q.* 96. *num.* 26. *& seqq.* Marcus Anton. Sabell. *in summa* verbo *metus num.* 4. vers. *Quod metus æstimari, &c.* Sed vidēdus verbo *rusticus* ubi plures dat tenentes hodie cessare rusticorum privilegia, cum plerūque sint sagaces, fraudulenti, ac calliditate pleni.

Gravissima, ac acerrimè disputata est controversia, an ad rescindendum contractum mulieris unà cum viro suo se obligantis, ac consentientis sufficiat probatio in genere minarum, sævitiarum, & verberum, vel quod aliàs in præteritum assuevisset vir minari, minasque exequi, exacerbarique in mulierem in suis contractibus firmare ac obligationibus cōsentire recusātem, constare debere de metu in specie, videlicet de minis, ictibus, & verberibus respectu illius actus de quo contenditur, & neutiquam prodesse generalem probationem strenuè defendit eruditissimus Iosephus Ramon noster concivis *cōs.* 96. *num.* 20. vers. *verum* post Decium *cons.* 189. *num.* 17. *Afflict. decis.* 246. Gutierres *de iuram. confirm. cap.* 1. *num.* 16. Grassis *de except.* 11. *num.* 33. Franciscus Vivius *decis.* 507. *num.* 19. *lib.* 4. Mastrillis *decis.* 140. *num.* 16. Mier *de maiorat. p.* 1. *q.* 1. *num.* 382. Francisc. Stephan. *decis.* 5. Paris *cons.* 40. *num.* 20. *lib.* 4. Melchior Phebus *decis.* 26. *num.* 7. annectæ Carol. Tap. *decis.* 26. *num.* 23. *& seqq.* Altogrād. *cons.* 52. *nu.* 53. *& seqq.* Sperell. *decis.* 76. *nu.* 43. eximius Senator Don Ludovi-

3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cus de Peguera *ad cap. Item nè super laudemio verſ. 6. num. 313. & ſeqq.* authoritateque huiuſce Regii Senatus hanc opinionem probatam fuiſſe teſtatur Ramõ 9. Iunii 1608. in caſu per eum addu&to, ſimiliterque hoc ipſum amplexus fuit aſſertum Regia proviſione facta 18. Ianuarii 1684. referente Nobili Hieronymo de Magarola in cauſa Abbatiſſæ, & Conventus Sanctæ Claræ præſentis Civitatis Barcinonæ, & aliorum cõtra Helenam, & Petrum Albareda matiẽ, & filium, quæ in gradu ſupplicationis fuit confirmata referente Nobili Iacobo de Potau 6. Aprillis 1686.

4 Rationes huiuſce concluſionis ita conciſæ congeruntur, prima ſcilicet ab inconvenienti; quia cõtraria approbata opinione quilibet contractus, quem maritus feciſſet conſentiente uxore meticuloſus præſumeretur contra iuris explorata fundamenta. Secunda quia pericula anteriora contractum nõ infringunt, ſed præſentia. Tertia nam quoties concurrit multiplex cauſa probandum erit, ex qua actus fuerit in ſpecie factus. Quarta quia oppoſita non reiecta ſententia ſequeretur ſolum, præciſumque metum reverentialem idoneam eſſe cauſam reſcindendi contractũ contra crebriorem, ac veriorem ſcribentium calculum, ut innumeris allegatis firmavit Ramon qui ſupra *conſ. 96. num. 27.*

Contrarium tamen placitum 5
firmiter defendit doctiſſimus Fõt. *de pac. cl. 7. gl. 2. p. 5. num. 71.* & convincere videntur deciſiones ab eo *num. 56.* relatæ diſtinctione facta à dicto Fontanella num. 72. enucleata, nempè quod ſententia tenentium probationem metus in genere non ſufficere procedat quando poſſet dari alia cauſa, ob quam eſſent factæ minæ, malæ tractationes, & verbera, tenentem vero ſufficere genericam probationem obtinere quando aliæ extant cauſæ cui attribui poſſint, & ſub hac conciliatione approbavit Hermoſilla ad Lopez *l. 56. tit. 5. p. 5. num. 93. fol. 754.*

Abſolutè autem non eſſe neceſ- 6
ſariam probationem metus ſpecifici, ſed genericè ut ſuperius cõtinetur conſtare ſat eſſe concludit Acoſta *de privileg. credit. reg. 2. ampl. à num. 235. ad 242.* iuramento que confirmari contractum reſcindi tamen, ſi maritus ſit valdé ſeverus, & crudelis, ac conſuetus iniurias inferre ſibi non obtemperantibus docent, & explicant latiſſimè Covarru. *de ſponſal. 2. p. cap. 3. §. 6. num. 7. & ſeqq.* Gutierrez *de iuram. 2. p. cap. 1. num. 15. & in authent. Sacramenta puberum num. 94. & conſ. 16. num. 6.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 3. num. 9.* Cevallos *q. 727.* & *900.* Morla *in empor. rit. 8. q. 23.* Pichard *in §. Itẽ actio Inſtit. de action. num. 25.* Barboſ. *in collect. cap. 4. De his quæ vi, vel metu* &

in

in *cap. ex literis de sponsat. impub.* Farinac. *in fragment. verbo metus num.* 158. *& seqq.* fundamentum hi Doctores ex eo desumunt, quia probata consuetudine mariti desævientis in uxorem ob recusationem firmandi in eius contractibus præsumitur, quod memoria præcedentium verberum mulier consensit alienationi, seu obligationi, & sic existimatur durare causa metus, neque exigitur verè, & realiter pœnarum conflictus, sed sufficiens est ut intercedat probabilis illius illatio

7 Posterior sententia materiam istam arbitrio iudicis relinquit firmans, quandoque prodesse probationem minarum, sævitiarumque præcedentium, ut ex eis ad metum præsentem inferatur, ex causa videlicet, qualitate rerum, & personarum, & aliis circunstantiis occurrentibus, quamvis regulariter certior sit Ramonii conclusio, qui licet aliquas rationes à Fontanella allatas optimè impugnet, non tamen proximè consideratam diluit, ita Castillo *de aliment. cap.* 59. *num.* 45. vers. *caterum* complurimis glomeratis.

8 Placuerunt plane mihi ad circunstantias recurrendo memoratæ à Fontanella *de pact. nup. cl.* 7. *gl.* 2. *pag.* 5. *num.* 56. nimirum probatum extitisse, quod maritus fuisset conditionis austerioris, & severæ, & consueverat malè tractare dictam uxorem, si quando renuebat consentire contractibus per eius vitum factis, & firmatis, & quod uxor nullum reportaverat commodum ex contentioso, nec cessarat in exonerationem æris alieni, aut alicuius obligationis suæ; & quia remanebat pauper, & penitus indotata.

In casibus quibus Senatus metum in specie probari voluit, pro ut in relatis *num.* 4. circunstantiæ aggravantes non aderant ad metum convincendum, in nostro autem gravissimæ iungebantur, nempè asperi viri mores, sævique in uxorem recusantem eius in obligationibus firmare, è contra mulierem fuisse marito obsequentē monstrabatur, eius voluntati addictam, & valdè timidam, adeò quod nusquam viro contradicendi ausum habuerit, liquebat pariter ex alienationibus nullum reportasse lucrum, neque in eius beneficium cessisse, nullaque extabat causa sævitiarum præter præexpressam renuendi firmare tales contractus; merito ergo ex causa, & circunstantiis pensatis suffecisse metum in genere probatum visum fuit, ut contractus ab uxore firmati nulli definiti manerent, & quatenus de facto celebrati rescisione obliterarentur in casu propositæ decisionis. 9

DECISIO XXXXVIII.

DE PROBATIONE METVS, VT DELICTVM INCLVDAT punitione dignum in pluribus factis ad iurisdictionem politicam, & militarem pertinentibus.

METVM dolosè iniicere crimen includit meritò ulciscendum, sivè extorquendi pecunias causa, sive ob pacem à privato consequendam inferatur, sed si iusto metu quis etiam læsæ Maiestatis in primo capite flagitium patraverit, vindicta ordinaria non plectitur; Iustitia verò metus eo tunc comperitur, cùm coactè quis, non voluntariè deliquerit, vel ab initio, vel ex post, ita ut omnis excusatio relegetur, si vassalli affectus pro confirmando tyranno in sua iniqua possessione detegatur. Castellani arcis arctissimum ponderosum onus, & munus, difficillimè amisso præsidio vitam tuendi legum severitatibus custoditis locum præbet, sed non omnem omninò deffensionibus aditum excludit. Ita decisiones, & casus statim contexendi.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Metum iniicientes puniuntur, etiãsi non sequatur effectus, ubi de eorum pœna remissiuè.*

2 *Decisio Regii Senatus circa hoc crimen annotatur.*

3 *Remissio metu obtenta, nulla, & eam sic consequens vindicatur. Inferens minas pro habenda pace incurrit crimen læsæ Maiestatis.*

4 *In vim Regiæ Vsat.* Auctoritate, & rogatu *proceditur contra equites inferentes minas parti instare volenti cum Senatus decisione.*

5 *Committens iusto metu crimen etiã læsæ Maiestatis, excusandus, & varij casus de hoc enumerantur.*

6 *Quisnam metus excusat transfugam à pœna ordinaria. Transfuga, qui non est subditus, crimen læsæ maiestatis non incurrit. Consiliũ Rollandi à Valle recitatur.*

7 *Contra eum insurgit Menochius.*

8 *Decisio Senatus, qua trãsfuga, qui contra Regem propriũ pugnauit, fuit punitus pœna ordinaria, licet iussu Principis inimici bellasset.*

Trans-

9 *Transfugatio dolosa à principio, attenditur.*

10 *Nec metus subsequens excusat reũ voluntariè ad hostes transfugientem.*

11 *Malus animus ex paulo post trãsfugationem gestis, deprehensus.*

12 *Reus, licet tempore commissi flagitii non esset vassallus Domini nostri Regis, pœnam mortis non euadit.*

13 *Depugnans contra Regem, cuius origine est vassallus, etsi habitet sub Rege inimico, rebellionis commissit crimen.*

Sola origo in hoc casu facit subditum.

14 *Parendum non est in his, quæ tendunt ad tyrannũ in iniqua usurpatione firmandum, si necessaria obedientia non sit, & absque graui periculo ab illa se queat vassallus excusare, & num. 23.*

15 *Casus, & decisio Sperelli traditur.*

16 *Metus iustus non euadit à tota pœna, sed à quota, & exemplis illustratur.*

17 *Metus conditionalis qualitas excusat à pœna ordinaria.*

18 *Explicatur proximè dicta procedere in foro fori, & respectu pœnæ temporalis, non in foro poli.*

19 *Metus, cui potest obuiari, non est iustus.*

20 *Metus illatus ad contrahendum euitari potest iudicem adeundo, non autem si inferatur ad crimen patrandum.*

21 *Metum passus non tenetur discedere, ubi diœcesus non est tutus.*

22 *Subditus fugiens ad alium Principem ob securitatem propriæ personæ non dicitur proditor, nec cõmittit crimen læsæ Maiestatis.*

23 *Capta Ciuitate ab hostibus, præsumitur, ciues ob eorum metum actus ad illorum fauorem fecisse. Non parendum tyranno in his, quæ pertinent ad eum in iniqua possessione firmandum.*

Illatio ex prædictis.

24 *Commissio facta Consulibus alicuius villæ, ut illam submittant Regi inimico, est delictum læsæ Maiestatis, & punitur pœna ordinaria, etiam non sequuto effectu.*

25 *Non procedit in casu extremæ necessitatis.*

Quando Castellanus plectatur, si tradat castrum inimicis.

26 *Deficiente competenti defendentiũ numero, studendum est, ne gens bellica in sui Principis damnũ abiecta pereat.*

27 *Circa numerum defendentium spectari debet, utquies aliqua remaneat in arce occlusis.*

28 *Culpa Gubernatori tribui nequit, si non habet necessarium militum numerum ad faciendas eruptiones, vulgo* surtidas.

29 *An desperatio subuentionis ad arcis propugnationem, excusset remissiuè.*

30 *Ad capitulationes ineundum non expectandum ultimum instans, quo nihil supersit deffendendum.*

Vrbes

Vrbes ætate constitutæ, hora dissoluuntur, & momento fiunt cinis.

31 *Gubernator non debet esse ita temerarius, ut milites indefectibili cædi exponat, & num.* 32.

33 *Vota rationabilia principalium in arce militantium sunt sequenda à Gubernatore.*

34 *Pacta, & capitulationes, quæ sint honesta, & decorosa.*

35 *Res hæc iuxta circunstantias facti dimetienda.*

36 *Castra non sunt leui debellatione dimittenda.*

Contextura l. 6. tit. 18. part. 2. *transcribitur.*

37 *De pœnis Castellanorum remissiué.*

38 *Castellani præstant Sacramẽtum, & homagium.*

39 *Castra sic commendata vocantur homagia, vulgo* Omenage.

Verbum Omenage *unde originẽ trahit.*

40 *Communi Hispanorum usu, verbum* Omenage *quid denotet. Et homagio contrafaciens an incurrat pœnam periurii.*

41 *Promissio nobilium* en fe de quiẽ son, *an habeat vim iuramenti.*

42 *Præsumptio iuris urget contra Castellanum, quod sua culpa castrum amisit, & num.* 48.

43 *Castellano incumbit probare, absque culpa sua arcem traditam, & tenetur de leui, & leuissima.*

44 *In materiis militaribus quæcumque culpa, seu negligentia notabilis, nedum pœna corporali, sed & capitali est punienda.*

45 *Ante arcis traditionem omnia, quæ fieri possint, agenda sunt.*

46 *Ad intentum locus Adam. Cotzen transcribitur.*

47 *Pacta non sunt ineunda cum hostibus à Castellano usque ad extremæ ruinæ periculum.*

48 *Castellanum culpa sua castrum amisisse à iure præsumitur.*

49 *Castellani qui deperdito castro ad sui Principis exercitum deueniunt, digni sunt commiseratione, & quare.*

50 *Castellanorum honor censuræ pulisæ est expositus.*

51 *Admonitio ad Castellanos.*

52 *Quærendum quid sit, non quid videatur.*

In hac tamen materia quid videatur, plurimum inuigilandum.

53 *Licet plus sit, quod in veritate est, quam quod in opinione, tamen multoties publica opinio præualet veritati.*

54 *Virgilii sententia refertur.*

Mortuus in acie, in perpetuum per gloriam viuere intelligitur.

55 *Pulchra de positis in tali agone sententia.*

56 *Transfugæ benignius vindicati remissiuè.*

NOn solum in civilibus palestris exosi metu extorti contractus dignoscuntur, sed etiam in criminalibus iudiciis metũ iniciẽtes vindicantur, veluti si per fontes capiantur hominis instus habitata, vel intus eorum domus, vel inquolibet

libet alio loco, etiam in viis publicis, vel si mittatur alicui ambasciatæ, vel literæ ad petendum pecuniam, aut aliam rem cum minis de offendendo ipsorum personas, vel bona: nã punitionem meretur prædicta patrans etiamsi non sequatur effectus. Ancll. de Sarno *in prax. crim. tit. de probation. delict. in gener. num.* 56. *pag.* 16. Rovit. *pragm.* 12. *de exulib. num.* 3. Novar. *decis.* 39. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *sup. pragmat.* 8. *num.* 76. Angel. Scialoya *in prax. for. iudic. cap.* 10. *num.* 17. *usque ad n.* 20. Æliss. Danza *de pug. Doctor. tit. de recept. Campan. resol.* 28. & ibid. Orilia Vgol. *in de cens. p.* 2. *cap.* 18. §. 5. *num.* 7. Carpzon *pract. crim. p.* 1. *quæst.* 37. Raynal. *synt. rer. crim. cap.* 12. *per tot.* & ante eos Bartol. in *l. in eadem causa §. eadem lege, ff. ad l. Iul. dem publ.* qui pœnam irrogandam præscribunt.

2 De hoc crimine varia prodierunt in nostro Regio Criminali Consilio exemplaria, processum vide instructum de mense Octobris 1688. contra Ioannem N. referente Nobili Francisco de Rius, & Bruniquer tunc I. R. C. Actuario Famada, de quo casu ad alium scopum peculiarem condemus decisionem, sufficiat annotasse apud nos arbitrariè punitum istud scelus extitisse, attentis, ac examinatis circustantiis.

3 Prædictis adde remissionem metu extortam nullam remanere, sed imò eam sic cõsequentem puniri. Clar. *in §. fin. quæst.* 59. *num.* 2. *vers. sed in casu glosæ*, qui nedum tenet gratiam fuisse nullam, sed & quoque laqueo suspensum extorquentem. Masttill. *de indult. general. cap.* 24. *num.* 31. *&* 79. Acuña *in cap. de Iudæis* 5. *num.* 5. *distinct.* 25. Ludovic. *dec.* 18. Capiblanc. *de Baron. pragmat.* 6. *num.* 72. & his citatis Cabreros *de met. lib.* 2. *cap.* 30. *num* 90. quinimo inferentes minas pro habenda pace incurrere crimen lęsę Maiestatis in statu eccles. refert Baiard. *ad Clar. quæst.* 59. *num.* 51.

Vidi propter hæc aliquando procedi ex officio contra nostros equites non obstante notorio illorum privilegio pro delictis per eos commissis, quia probatum fuerat minas intulisse parti instare volenti, & sic iusto metu retractam instantiam non feciisse, tunc enim intrat Regalia Vsatici *Auctoritate, & rogatu tit. del dret del Fisc.* vigore cuius 14. Ianuarii 1672. referente Egregio Senatore Vincentio de Sabater fuit processum contra Sebastianum N. civem honoratum Barcinonæ, qui de mense Novembris 1681 minatus fuit nocere, & occidere Sperantiã Amigo, viduã Villæ de Reus; quia eum accusare volebat ob iniurias illi illatas. Actuario Riembau. 4

Finitimum est his inspicere qualiter propter metum in delictis pœna minuatur, quia sicut succur- 5

titur

ritur contractus infringendo paſſo, dignus etiam pietate erit, ſi ob formidinem in crimen probatur, & excuſationem mereri iuſto metu crimen læſæ Maieſtatis committentẽ firmiter propugnat Cabrer. *de metu lib.* 2. *cap.* 30. *à nu.* 25. pleriſque laudatis, & præcipuè Gigas *de crim. laſ. maieſtatis lib.* 3. *rubr. de rebellibus quæſt.* 4. *&* *lib.* 1. *rubr. qual. & quand. crim. laſ. maieſtat. committ. quæſt.* 67. *num.* 5. poſt Aymonem in loco per eum adducto, & poſt Ruinum, qui conſuluit pro Duce Graviniæ, qui ab inimicis Imperatoris, cuius erat feudatarius ſub præcepto pœnali compulſus cõtra terras Imperii pugnavit. Boſſius *in tit. de crimin. laſ. maieſt. nu.* 101. *poſt. med. verſ. ſed potius* ubi excuſat Moronum ſubditum Duci Mediolanẽſi, qui multum in damnum Cæſarii Exercitus machinavit propter dicti Ducis mãdatum. Foller. *in pract. crim. verbo Item quod commiſit crimen laſæ maieſtatis num.* 37. *fol.* 229. ubi de illo qui hoſtibus pecunias, & equos donavit metuens ab eis aliquod damnum recipere. Farinac. *q.* 113. *n.* 21. *&* 40. ubi de eo, qui aufugiens cauſa fuit hoſtium victoriæ non malo animo, ſed metu perterritus. Roland. *conſ.* 1. *num.* 104. *& ſeq.* qui de contrahente amicitiam cum hoſtibus Principis metu, & de iuſto metu vaſſalli effecti amici cum inimico domini ſui Barboſ. *in cap. caterum num.* 107. *extra de iudic.* Hypolit. de Marſil. *in l.* 1. *§. preterea num.* 10. *ff. de quæſtion* Martin. Saudenſ. *in cap.* 1. *quib. mod feud. amitt.* Afflict. *in cap.* 1. *§. item ſi fidelis eod. tit. quib. mod. feu. amitt. num.* 55. Decius *conſ.* 604. *num.* 8. Roſſental. *de feud. ca.* 10. *concl.* 12. *num.* 27. *&* *in Apoſtell. litt. HH.* de excuſando vaſſallo, qui iuſto metu partes inimici ſequutus fuerit Menoch. *conſ.* 102. *num.* 49. & de excuſatione ne bona ſua depopulẽtur, aut devaſtentur etſi hoſtes adiuverit metu iuſto excitatus Maſtrills *deciſ.* 284. *num.* 17. *&* 18. Baiard ad Clar. *in §. læſæ maieſtatis num.* 9. de eo qui iuſſu alicuius Principis, & coactus devaſtavit bona alterius Principis cui ſubditus eſt Farinac. *de crim. laſ. maieſtat. quæſt.* 117. *num.* 7. Cravetta *conſ.* 309. *verſ. ſexto.*

Auctores, & enumeratos caſus conglomeravit præcitatus Cabreros de metu *lib.* 2. *cap.* 30. *á nu.* 39. cæterum auctor iſte non explicat qualis debeat eſſe metus ut tranſfuga à pœna ordinaria excuſetur. Grammatic. *vot.* 10. conſuluit excuſandum à pœna ordinaria quẽdam Baronem, qui cum Ferdinando Gonzales Locumtenens, & Capitaneus Generalis Maieſtatũ Regis & Reginæ Hiſpaniæ cum ſuo exercitu recluſus, & obſeſſus fuiſſet in terra Baroli ab exercitu Gallorum ad hoſtes transfugit. Primo quia dictus Baro erat originarius Civitatis Neapolis, quæ per ſuos ſubditos ligium, homagium iurabat.

bat.

verat Regi Francorum, & sic ligatus erat Franciæ antequam iuramentum præstaret Regibus Hispaniæ, quam rationem latè percurrit à *num.* 12. *vers. pro parte*, à nu. autem 20. *ad* 35. discurrit super secunda, & tertia excusatione; scilicet quia dicto Baroni fuit nuntiatum, quod de proximo erat carcerandus, & quia bono animo se gesserat; Attamen Grāmaticus, nō movetur ex secunda, & tertia causa, sed solum ex prima *vers.* 31. *&* 32. nempè quia erat subditus Regis Gallorum, & à non subdito crimen lęsę maiestatis non committitur; & idem Grāmatic. *cons.* 13. *à num.* 19. magistraliter exponit qualis dicatur iustus metus, & talem esse tenet amissionis bonorum, honoris, seu mortis, ipsum vide; & *cons.* 31. *à nu.* 22. Rolland. à Valle *cōs.* 1. *vol.* 3. latè defendit quendā Comitem Scipionē feudo privari non potuisse propter crimen læsæ maiestatis commissum per Comites eius fratres occidendo militem assistentem Cæsareæ Maiestati, ita *à num.* 1. *ad* 80. *&* *à nu.* 80. *ad* 111. & similiter tutatur non obesse Comiti amicitiam contractam cum Rege Gallorum, & *à num.* 104. rationes affert, quia id fecit non voluntariè, sed ex iusta causa metus cum viderit se bannitū à toto dominio Genuēsi iniustè; omnia eius bona confiscata, & inimica quædam suæ magnæ authoritatis odio lethali, capitalique inimicitia eum prosequebatur, mortique tradidit illius fratres, bona paterna Comitis possidebat, & longas manus in tota Italia habebat, & alia pericula extimuit iustum metū incutientia.

Cæterum contra ponderatas rationes Rollandi insurgit Menoch. *cons.* 102. *vol.* 1. concludens contra Comitem crimen læsæ Maiestatis patrasse, eo quia cum esset vassallus Cæsaris sequutus fuit partes Gallorum, & pro illis contra Cæsarem arma tulit, & *à n.* 8. *vers. Re tamen*, suam firmat opinionem, & argumētis Rollandi satisfacit, *&* *num.* 49. obiectionem metus dissolvit, illum consule doctè, & copiosè percurrentem. 7

Per nostrum Regium Criminale Conciliū 13. Maii 1658. fuit pœna ordinaria punitus, reus de quo meminit Reg. Cortiada *decis.* 94. *n.* 51. *tom.* 2. articulo tamen nostro non discusso, nec tantillum attacto, propter læsæ Maiestatis in primo capite scælus ab eo admissum, nec excusationem meruit ex eo, quia tametsi postquam transfugit ad hostes contra Regem proprium pugnavit, hoc fuit quippe inimicus Princeps bellari iussit, quo casu pœnam temperari scripserunt Farinac. *in prax. q.* 117. *nu.* 7. Gigas *de crim. læs. Maiestatis l.* 1. *q.* 67. *n.* 5. Boffius *de eod. crim. n.* 101. 8

Nec etiam quod secundariò ex transfugatione offensa Principis resultavit quod non attenditur, sed an transfugatio dolosa fuerit à prin- 9

UAB Biblioteca de Ciències Socials

principio. Farinaci. *quæst.* 117 *nu.* 4.

10 Quia Doctores pro prima excusatione allegati etiam in casu nō convincunt, cum reus iste voluntariè ad hostes transfugerit, & ideò metus subsequens iustus non extat, ex firmatis per eosdem scriptores, nec tales causæ sunt ex discussis per Rolland. Farinac. & Menoch.

11 Et quatenus ad dolum apertus, & gravis in hoc fonte comperitur, quandoquidem malus animus ipsius ex paulò post transfugationū gestis deprehenditur, iuxta stabilita per nos *vol.* 1. *decis.* 36. *n.* 20. & passim.

12 Examinatum etiam quod prosequimur punctum fuit in casu recitato per Cortiada *d. decis.* 94. *n.* 51. definito 21. Iunii 1658. nam pœnam quoque ordinariam subiit reus, quin ei suffragaretur, quod tempore commissi flagitii non esset vassallus Domini nostri Regis, sed ad ditionem Franciæ multo ante domicilium transtulisset, & ex eo metu compulsum ad pugnandum accessisse.

13 Constabat enim illum è dominiis nostri Regis esse originarium, ibique per plures annos proprios lares confoviſſe, exploratum autē habetur, quod si quis habitet supponamus sub Rege Gallorum, & origine sit subditus nostri Regis Hispaniæ contra eum depugnando rebellionem commitat. Boss. *de crim. læs. Maiestat. nu.* 80. *cum seqq. iuncto n.* 93. ubi quærit an bannitus qui habetur pro peregrino forensi, & penitus extraneo, *l. tutelas in fin. ff. de cap. diminut.* crimen læsæ Maiestatis cōmittat, & affirmat quod Manfredus Pallavisinus, qui dum bannitus esset venit contra suum dominum, fuit in frustra divisus uti rebellis, quandoquidem sufficit, quod ante bannum sortiatur forum ratione domicilii, vel originis: quia adhuc remansit subditus in sui odium, & tandem *nu.* 95. 97. & 101. quæstionem ex professo peragit, & resolvit quod sufficit esse subditum ratione originis ut dicatur rebellis, si opus rebellionis cōmittat, & *n.* 101. quod sola origo facit ad hunc effectum subditum, elegans tex. *in clementina Pastoralis, §. quod si punitio vers. rursus de sēt. & re iudic.* Barbos. *in l. hæres absēs, §. proindè art. de foro origin. n.* 7.

Respectu metus voluntariè ad arma accipienda reum deveniſſe 14
perpendebatur, sicque vigere doctrinam Grott. *de iur. bell. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 15. *in fin.* ibi: *in his autem quæ ita necessaria non sunt, & pertinent ad rapinam in iniqua possessione firmādum si sine graui periculo potest non pareri, parendum non est*, confirmant Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 9. Lesius *de iust. & iur. lib.* 11. *cap.* 29. *dub.* 5. *num.* 73. Quintilian. *lib.* 11. *cap.* 1. Victor *de potest. Ciuit. nu.* 23. his adde quæ reseravimus *decis.* 29. *n.* 20. *vol.* 1.

Sperell. *decis.* 108. *tot. p.* 2. pertia- 15
ctat

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ctat casum, quo immanis mulier cuiusdã adolescentis amore saucia interfectis ex nequissima zelotypia ope sicariorum tribus mulieribus, ne puella in suis domibus cõmorans scelera proderet, illam pariter de medio tollere decrevit (heu insani amoris furor, heu heu impudicæ Zelotypiæ rabidus ardor quanta in hoc languentium vitioso morbo pectora mala infers quæ, & quot flagitia moliris!) quapropter N. famulæ suæ præcepit quatenus laqueum emeret, quo dixit se puellam interimere velle, famula in exequutionem mandati, laqueum dominæ tradidit, cum quo biduo ea præsente unus ex dictis meretricis sicariis puellam occidit, in carceres detrusa meretrix legitimè interrogata, omnia á se patrata crimina fassa meritas pœnas luit; famula non inficiabatur laqueum emisse, quò domina dixerat se velle puellam suffocare, id tamen ægre, & metu feciſſe ne renuendo suspicionem dedisset sceleris à se detegendi, & à meretrice ad hoc vitandum necari iuberetur, fatebatur pariter, quod cum omnes ad ignem simul adstarent confabulantes, sicarius dicto cum laqueo puellæ necem intulit, qua pœna, specie sic præsupposita digna esset famula gravissimis adscitis viris, longisque, ac diligentissimis colluctationibus fuit disputatum, & testatur Sperellus causa semel, atque iterum proposita ex iustissimis rationibus, quas nequire recensere notat, maiorem partem votantiũ pro pœna ordinaria subscripsisse, eodem Sperelli, & aliis duobus à mitiori sententia discedere reluctãtibus.

Pleraque erant, quæ pro excu- 16
sanda muliere allegabantur, & præcipuè metum iustum non evadere à tota pœna, benè verò á quota, ex Thesauro iun. *qq. for. lib.* 3. *q.* 46. *per tot.* ubi de uxore quæ ex metu viri sui fassa fuit unà cum eo occidisse hospitem in lecto iacentem Mastril. *dec.* 246. *à num* 8. qui agit de uxore, quæ confessa fuit se falsas cudisse monetas de mandato viri, & ob metum ei incussum, & fuit decisum eam qualitatem non esse scindendam ad effectum pœnę ordinariæ.

Et quod metus cõditionalis qua- 17
litas talis sit ut à pœna ordinaria excuset, præter Bartol. Bald. Scæpolã, Tiraquellum, Grammatic. laudatos per Sperellum *dict. decis.* 108. *num.* 46. adducebantur Bertazol. *cons.* 172. *n.* 10. *& seq. lib.* 1. Farinac. *de pœn. temperand. q.* 97. *num.* 14. punctimque de famulo exequente mandatum domini truculenti, & immitis erga eos, quibus mandare potest, afferebatur votum decisione roboratum Grammati. 38. quod Sperell. habuisse notat in suis codicibus, & citat nonnullos Doctores dicentes huiusmodi votum non vidisse; ubi famulus, qui fragmenta adamantis in cratera argentea apposue-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

posuerat ut dominam suam veneraret iussu viri severi, & potentis, & sic ob eius metum pœna extraordinaria triremiũ punitus fuit, sequitur Clar. §. *fin. q.* 60. *sub nu.* 16. *vers. hęc autem de plano.* Decian. *in tract. crimin. tom.* 2 *lib.* 9. *cap.* 37. *nu.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 354. *n.* 30. Caball. *resol. crim.* 289. *nu.* 8. *& seq. lib.* 2. itidem Bertazol. *cons.* 423. *n.* 10. *lib.* 2. & quod etsi periculum non sit præsens metus quamvis culpam non prorsus excludat eam minuat pulchrè, & egregiè Tiraquel. *de pœn. temperan. cas.* 36. *nu.* 4. *&* 5.

18 Simili modo eruditè Sperell. diluit obiectionẽ, quę opponebatur, nimirum quod metus à peccato non excuset, sicut & à pœna spirituali, ut superius dilucidavimus, & habetur *in cap sacris, de his, quæ vi metusve caus.* affirmando hæc procedere in foro poli, ut tenuerũt glos. & Doctores in memorato *cap. sacris*, secus autem erit in foro fori, & respectu pœnæ temporalis, Menoch. *de arbitr. cas.* 354. *n.* 18. *&* 22. Graff. *lib.* 2. *decis. cap.* 64. *n.* 13. *vers. Non autem hæc procedunt*, Farinac. *d. q.* 97. *n.* 13.

19 Perfacilè quoque dissolvebatur adversarium argumentum fistens in eo, quod deficeret conditio illa metus, nempè fuisse iustũ, ex quo mulier illa poterat alia ratione metui obviare, vel Iudicem adeundo, vel à meretricis domo recedendo ex tex. *in l. fin. in pr. ff. quod met caus.*

Respondebatur enim inter alia illum, & super eo interpretes loqui in terminis in quibus allegatur contractus metu initus, tunc enim cum agatur civili modo, & de libertate in contractu tuenda non difficile quis potest pręcaveri, multisque modis totum negotium terminari: At verò ubi agitur de facinore personæ acerbæ, & flagitiosę, & de crimine gravissimo detegẽdo, iura & scribentes non dicunt posse hoc in casu metum depelli iudicem adeundo, saltem ad effectum ut scelus committens pœna ordinaria puniatur. 20

Nec decessus à meretricis domo tutus famulæ erat, cum illa per suos sicarios facilè dictam famulã perquisiisset, & ne crimen panderetur ipsam enecari iussisset; Hæ, & aliæ complures considerationes in facto Sperelli metum iustum suadebant, & nihilominus, ut vidisti, maior pars iudicum pro pœna ordinaria stetit. 21

Prædictis omnibus adiunge respectu delinquentium propter metum proditorem non dici, nec cõmittere crimẽ læsæ Maiestatis subditum fugientem ad alium Principem ob securitatem propriæ personæ, Montan. *de regal. vers. bona amittit. nu.* 3. *fol.* 298. ubi latè quis dicatur rebellis, nisi alia accedant quæ dolum convincant, pro ut eruimus *d. decis.* 36. *nu.* 20. Sicut rebellis dici non potest qui ad hostes se contulit quando ipsi territoriũ 22

in

in quo ille erat incola occuparunt Boss. in *tit. de crim. laes. maiestat. nu.* 82. & quid quando in ea sunt bona, & timet illorum amissionem Baiard. ad Clar. §. *laesa Maiestatis n.* 9. de hac materia Menoch. *cons.* 102. *n.* 50. Grammatic. *dec.* 18. *n.* 4. Mastrills *dec.* 284. *nu.* 19. Cabreros *de metu lib.* 5. *ca.* 39. *à nu.* 30. 42. 48.

23 Capta autem Civitate ab hostibus præsumitur quod ob eorum metum cives actus ad illorum favorem fecerunt; quia ita conditio temporis ferebat. Cyriac. *contr.* 483. *per tot. lib.* 3. non tamen est parendum tyranno in his quæ pertinent ad eum in iniqua possessione firmandum. Grott. *de iur. belli & pact. lib.* 1. *cap.* 4. *n* 15. supra laudatus; ex quibus locis hauries sive capta sit Civitas, sive capi de proximo pericletetur, ea quidem, quæ ex necessitate fiunt excusare obtemperantes, non verò quæ nimis voluntatiè notantur.

24 Et licet commissio facta Consulibus alicuius Villæ, ut illam submittant Regi inimico, sit delictum læsæ maiestatis, & puniatur pœna ordinaria, etiam non sequuto effectu Gigas *de crim. laes. maiest. lib.* 1. *rub. quales, & á quibus q.* 30. *num.* 1. Farinac. *q.* 116 *nu.* 160. Thesaur. *q. for. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 6. *& lib.* 4. *q.* 68.

25 Attamen pactum pascitcendi cum inimicis, vel subiiciendi castri in casu extremæ necessitatis non est delictum. Farinac. *q.* 117. *nu.* 118. Carol. de Tapia *dec.* 13. & quando Castellanus plectatur, si tradat castrum inimicis Barbos. *vot.* 61. *lib.* 2. eruditissimè; iuxtaque plenissimè Solorzan. in *operib. posthum. in allegatione sobre hauer desemparado una flota de Indias* §. 4. *à num.* 57. *& per tot.* Quando inevitabilis apertè dignoscitur omnimoda, brevissimaque defensorum cùm amissione castri, ruina sufficere Castellano nervosè usque ad ultimos magnanimi, invicti simul, & prudentis pectoris spiritus pugnasse, & non requiri ad barbaram, imprudentè que militum effusionem devenire tenuit Petrus Bellin. *de re milit. pá.* 10. *tit.* 2. *nu.* 103. nam aliter gentem disperdere potius gentilica desperatio videtur, quam Christiana cõstantia; Excelentissimus, ac memetandæ magnitudinis pro suo clarissimo sanguine, & acumine D. Petrus ab Aragonia *de Geometr. milit. lib.* 3. *propos.* 26. la Fontaine *cap.* 8. *pag.* 213. Eques de Ville *lib.* 3. *p.* 2. *cap.* 24. Bovadill. *in politic. lib.* 4. *cap.* 3. *à nu.* 14. quandoquidem si nulla adest culpa castrum tradentis nihil ei est imputandum *l. milites & l. ultima. ff. de custod. reor.* Ayala *de iur. bell. lib.* 3. *cap.* 18. *nu.* 3. Don Franc. Barreda, & Don Ioannes Calderon *in addit. ad Pradilla pag.* 111. *n.* 30. Barbos. *qui sup. d. lib.* 2. *vot.* 61. *à num.* 1.

Attendi inter alias circunstantias debet an competenti defendẽtium numero præsidium munitũ reperiatur, quia hoc deficiente oppugnari 26

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pugnari facilius, magno præsertim exercitu, hostilique apparatu valet, & studendum erit ne gens bellica in sui Principis damnum abiecta pereat. Petrus Bellin. *de re milit. p.* 10. *tit.* 2. *nu.* 100. Ayala *de iure belli. lib.* 3. *cap.* 18. *nu.* 3. Barbos. *lib.* 2. *vot.* 61. *à nu.* 36. Panormit. *cons.* 3. *num.* 5. *lib.* 2. *in* 6. *quæst.* Imola *cons.* 34. *nu.* 3. Socin. Sen. *cons.* 39. *num.* 8. *vol.* 3. Decius *cons.* 690. *n.* 14. Grott. *resp.* 5. *in fin.* & *resp.* 51. *per tot lib.* 1.

27 Circa numerum id etiã spectari debet, an scilicet iuxta mœnia, & propugnacula defendẽda quies aliqua remaneat in arce occlusis; nam sine ea continuo defessi labore inutiles reddũtur. Manessen Mallet *lib.* 3. *de Marte cap.* 8. *de la defensa de Plaças* Eques de Ville *lib.* 3. *p.* 2. *cap.* 22. *pag. mihi.* 426. *vers. Le Gouverneur. &c.* ut agnovit Virgil. 2. Georgic.

Nec res hunc tenera possunt perferre laborem.

Si non tanta quies inter frigusque, calorem.

Iret, & exciperet cæli indulgentia terras.

28 Rursus inspiciendum venit an Castellanus necessarium militum numerum haberet ad faciendas eruptiones vulgò *surtidas* contra obsidentes, hoc namque non considerato culpa gubernanti tribui nequit. Eques de Ville *lib.* 3. *p.* 2. *pag.* 428. *in fin.* Mathias Degen. *in architect. milit. pag.* 541. *Pius om choisit.*

29 An autem desperatio subventionis gentium à proprio Principe mittendarum ad arcis propugnationẽ excusetne eam tradentem, disquirunt Ayala de iur. bell. *lib.* 3. *cap.* 18. *à num.* 3. Barbos. *lib.* 2. *vot.* 61. *nu.* 36. Roman. *cons.* 393. *cap. penult.* Bartol. *in tract. de tyrann. vers.* 6. & *seq.* Matthæus de Afflict. *ad cõstit. regni incipien. dubitationem per tex. in cap. ult. de feud. sine culpa non amitt.* Bali. *in cap.* 1. *in princ. eod. tit.* Anton. de Ville, *cargos de los governadores de Plaças cap.* 7.

Sentiunt etiam Doctores ad 30
capitulationes ineundum cum hostibus non esse expectandum ultimum instans, quo nihil supersit defendendum, tunc enim non audirentur obsessi. Mathias Dogen *in architect. milit. in fin. li.* 2. *pag.* 546. siquidem urbes cõstituit ætas, hora dissolvit, & momento fiunt cinis, ut aiebat Nata quæstion. *ca.* 27.

Quod Gubernator non debeat 31
rapi ardore nimio, ac prorsus temerario pugnandi milites indefectibili cædi exponendo, cum temeritatem sæpè dementia, & infelicitas comitentur docuerunt Bovadill. *in polit. lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 14. *ex Alana de re milit.* Petrus Gregor. *de republ. lib.* 11. *cap.* 4. *n.* 6. ex Tito Liv. *decad.* 2. 2. ibi: *temeritas præterquam stulta est etiam infelix*, Sicque expedit Castellanum suas vires perpendere priusquam præcipite submergatur ausu, ut prænotavit Cicero de Sen. ibi: *Et quidquid agas, agere pro viribus.* Ayala de iur. bell.

lib.

lib. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 18. nu. 3. ibi: *itaque qui necessitate coactus, quam ut Dii quidem, ut quodam loco ait Livius sperare possunt omni humana ope destituti arcem hosti tradidit eũ nullo supplicio dignum esse existimo, nam qui fecit quod potuit legem implevit, &c.*

32 Eandem sequuntur opinionem Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 18. pag. 2. verbo, por su culpa.* Barreda ex Ayala *in addit. ad l. pœnal. tit. de los inim. milit. num. 30. fol. 145.*

33 Principalium in arce militantiũ rationabilia sequatur vota Gubernator, la Fontayne *lib. de las obligacion. militar. cap. 8. pag. 213.* Barbos. *lib. 2. vot. 61. à num. 28. ad 30.*

34 Pacta, & capitulationes, quæ sint honestæ, & decorosæ describunt Manessen Mallet. *part. 3. pag. 268. vers. ceux qui se defendent* Manat *apoleg. lib. 5 pag. mihi 433.* ibi: *Dixit se malle unum militem ex hostiũ manibus eripere, quã universas hostiũ fortunas sibi vindicare,* & plerũque pacta magis ab arbitrio expugnantium, quam obsessorum pendere annotarunt Manessen Mallet *en los trabajos de Marte lib. 3. pag. 268. in princ.*

35 Enarratas propositiones Doctores stabiliunt, verum tamen res hæc multoties ex facto potius, quam ex iure venit dimetienda, nempè ex circunstantiis veluti *dec. 22. vol. 1.* longè exaravimus, & punctim animadvertit Solorzano *in præcitat. alleg. sobre hauer desamparado una flota de Indias* §. *4. num. 58.* ubi notat huic crimini præscriptam esse pœnam mortis, & confiscationis bonorum, cum maiori, vel minori asperitate, iuxta gradus, & circunstantias intervenientes.

Considerandę profectò rationes 36
præponderatæ, & aliæ quæ Castellanis favent, sed non, ob id, sub ipsarum fulcro, vel velamine sunt castra levi debellatione dimittenda cum Regis magna iactura, vassallorum à suo Principe ereptorũ gravissimo luctu, armorum ingenti dedecore, hostium captata gloria, defensorum summa ignominia, mœsta remanentium arcium, & urbium turbatione, & incipientis fortè invasionis ad maiores progressus inopinata anteaspe, & inexcogitata audacia excitata: meditentur Castellani, præsentem habeant Gubernatores contexturam 2. *par. tit. 18. l. 6.* quam transcripsit Solorzan. *in d. alleg. sobre hauer desamparado una flota de Indias n. 67.* ibi: *Esi acaccieſſe que lo cercaſſen, ò que lo cõbatieſſen, deuelo apurar faſta la muerte, è por tormentar, ò ferir, ò matar la muger, ò los hijos, ó otros homes qualeſquier q̃ amaſſe ni por ſer el preſo, ni ator mẽtado, ó ferida de muerte, amenazado de matar, ni por otra razon q̃ ſe padieſſe, de mal, ó de bien q̃ lo fizieſſen, ò le prometieſſẽ de fazer no deuer dar el Caſtillo, ni mandar que le dieſſen. Ca ſi lo fizieſſe caeria en pena de traicion, como quien trae Caſtillo de ſu ſeñor.* Aliasque leges Castellæ idem Solorzano

zano congessit æqualis rigiditatis, & de arctis Castellanorum obligationibus adest nō inconcinnus tractatus Doct. Antonii Alvarez editus de anno 1558. & præsertim
37 *tract. 2. par. 3. per tot.* insimulque de eorum pœnis consulendi Petr. Bellin. *de re milit. 9. part. tit. unic. n. 78.* Cotereus *lib. 3. cap. 2. &* 8. *Horod. lib. 6 rer. iudicat. tit. 6.* Petr. Gregor. *lib. 10. syntagm. iur. cap. 11.* Iustus Lipsius *lib. 5. de milit. Roman. dialog. 18.* Ayala *de iur. & off. bell. lib. 3. ca. 12. 15. &* 18. Bovadill. *in polit. lib. 4. cap. 1. &* 2. *Adam Conizen. lib. 10. politic. cap. 58.*

38 Strictissimum præstant Sacramentum, & homagium Castellani Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 18. p. 7. verbo fasta la muerte* ibi: *nota bene quod cum Castellanus ex debito fidelitatis, & homagii teneatur ad custodiam castri potius debet omnia mala pati, quam malo consentire, cap. ita ne 32. q. 5. cap. Iethartus 31. q. 1.* Veget. de re milit. *lib. 2. cap. 5.* ibi: *Iurant autē milites per Deum & Christum, & per Maiestatem Imperatoris cui tamquā corporali Deo fides, & deuotio præstanda est, se omnia strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, militiam nunquam deserturos, nec mortem recusaturos, pro Romana republica,* edisserunt Petrus Herod. *lib. 10. rer. iudicat. tit. 5. cap. 17.* Brisson. *de formul. pag. 380.* Robertus Valtur. *de re milit. lib. 6. cap. 4. &* 5. Iust. Lips. *de milit. Roman. lib. 1. cap. 6.* Connar. *lib. 9. commen. cap. 8. num. 5.* Bald. *cons. 248. num. 4. & cons. 267. lib. 1.* Alexand. *cons. 103. num. 11. vol. 1.* Thomas Mieres *ad nostr. constitut. Cathaloniæ collat. 4. cap. 27. nu. 31.* Ayala de iur. bell. *lib. 3. cap. 5.* Petr. Gregor. *de republ. lib. 11. cap. 6. in fin.* Petr. Caball. *res. crim. cas. 294. num. 31. & seqq.*

Exinde castra sic cōmendara vo- 39
cari solent homagia vulgo *Omenage*, quia in hic credebatur maior defensio, & fortitudo turris del Omenage, ea, quæ principalis est arcis appellatur, ubi solēniter instrumēto publico iurabat Castellanus, ut observat Don Sebastian. de Covarruv. *en el thesoro de la lengua castellana* verbo *Omenage*, & vox, seu dictio ista originem trahit à latino *homagium*, quod verbum descendit à græco *homagios*, quod latinè iuramentum sanctum significat, & in *l. 5. tit. 25. p. 4.* habetur *que Omenage tanto quiere dezir como home de otro*, quamobrem ab aliis nuncupatur *hominium*, & *homoligius*, ut notarunt Petrus Bellapertic. in tract. *de iuram. fidelit.* Ioann. de Sanct. Georg. *in tract de homagio.* Speculat. *de feud. §. nunc de homagio* Cæsar. *lib. 1. histor. illustrat. mirac. cap. 3.* Dorlean. *in not. ad Cornel. Tacit. lib. 3. pag. 373. n. 3.* And. Gail. *de arrest Imperat. cap. 7. num. 10.* Rosenthal. *de feud. cap. 6. concl. 86. n. 6. & seq.* Kalin. *de verbo iur. verbo homagiū, &* his citatis Solorzan. *in d. alleg. sobre hauer desemparado una flota de Indias à nu. 155. &* in tract. *de iur. Indiar.*

Indiar. lib. 2. cap. 22. nu. 30. qualiter verò homagium præstetur, & quomodo iuramentum fidelitatis, & quotuplex sit homagium aperui *decis. 19. n. 49. vol. 1.* ex Fontanella, & aliis, quibus addo Ramon *cons. 99.*

40 Communi verò Hispanorum usu, verbo *Omenage* fides, ac promissio denotatur, quam in Principis, aut alterius eius nomine recipientis personam præstant nobiles de aliquo faciendo, vel adimplendo, *l. 25. tit. 16. par. 3.* Hugo de Celso *in repetit. verbo omenage*, & tametsi Gregor. Lopez *in l. 26. tit. 11. verbo, & le faziere pleyto omenage*, resolvat vim non habere iuramẽti hanc promissionem, & ob illam non incurri pœnam periurii si cõtrarium fiat, uti etiam aliis relatis firmat Sanchez *de matrim. lib. 6. disput. 11. n. 9. & in summ. lib. 3. cap. 2. n. 33.* Sayrus *in clau. Reg. lib. 1. cap. 5. nu. 13.* sunt tamen textus, & Doctores affirmativam sententiam probantes, *cap. grandi vbi glos. verbo homagium de supplend. negligen. Prælator. lib. 6. l. si quis spõtaneos vbi Doctores, Cod. de decurionib. lib. 10.* Bald. *cons. 291. vol. 2.* Peralta *in l. vnum ex familia in prin. num. 23.* Padill. *in l. si quis maior num. 36. Cod. de transact.* August. Barbos. cum aliis *in collectan. ad cap. grauem 15. de excess. Prælator.* Suarez *de iuram. lib. 1. cap. 13. n. 25. & tom. 2. de religion. cap. 13.* addo Fagundez *in decalog. lib. 2. cap. 2. n. 27.* ubi in fine concludit considerandam circa hoc esse consuetudinem patriæ.

Imò promissionem nobilium, 41
en fe de quien son, vim habere iuramenti tuetur Mendoç; *de pact. lib. 1. cap. 6. q. 3. n. 9.* quem impugnant Suarez *d. cap. 13. n. 12.* Sanchez *d. cap. 2. n. 31. vers. decimotertio*, videndus Tiraquel. *de nobilit. cap. 31. num. 126.* Torrecilla *tractat. 3. disput. 1. sect. 1. n. 12.* Basseo *verbo Iuramentum 1.* Cortiada cum multis *decis. 167. num. 21.* Salmaticenses *in curs. Theolog. Moral. tract. 17. cap. 2. punct. 3.* annecte tamẽ Hodierna *ad Surdum decis. 234. n. 1.* qui ex Mynsinger. Gayl. & aliis notat, quod ex notoria Germaniæ consuetudine promissio facta sub fide Principatus, generositatis, vel nobilitatis quoad vinculum contractus pro iuramẽto vero, ac corporaliter prẽstito haberi.

Præsumptio iuris contra Ca- 42
stellanum urget, quod sua culpa Castrum amiserit. Oldrad. *cons. 92. incipien. Rex habebat Castrum*, Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de locat. §. 1. vers. quod si locaui*, Lucas de Penn. *in l. quicunque col. 3. Cod. el exactor. & executor. lib. 12.* Petr. Bellin. *in tract. de re milit. par. 10 tit. 2. n. 93. cũ seq.* Bald. *in addit. ad tit. qui feud. dar. poss.* Alvarez *in tract. de fortalit. fol. 16. 29. 41. & 42.* Castellani, namq; & Duces qui stipẽdia percipiunt pro custodia Castrorum, & arcium præcogitare tenentur fatalia damna, & violenta; præcipue quando

UAB Biblioteca de Ciències Socials

munera acceptarunt, & ſæpè (ut contingit) petierunt tempore quo prævidere facilè potuerunt futurã obſidionem, ſeu bellicum conflictum. Roman. *conſ.* 395. *n.* 1. *&* 2. *&* *in l ſi mora n.* 41 *ff. ſol. matrim. l. nauta* 5 *ff naut. Caupon.* Stracca *de mercatur. tit. de naut.* 2. *par. n.* 4.

43 Vndè Caſtellano incumbit probare abſque culpa ſua arcem traditam fuiſſe ex firmatis ſupra *deciſ.* 41. *n.* 11. adeo ut teneatur de levi, & leviſſima Accurſ. *in l. cum ita, §. ſpecies verſ. hæredis, ff de leg.* 2. *l. ſi quis domum. § Imperator. ff locat. l. ſi quis ex argentariis, §. prohibet ff. de edend l. fin. § fin. ff de cuſt. reor.* Grego. Lopez *in l.* 15 *glo ſ* 7. *tit.* 8. *p.* 5. Martin. Laudenſ. *de Caſtell. q.* 5. Boer. *in tract. de cuſt. clau. ex num.* 14. *ad* 25. Stracca *tract. de mercat. tit. de naub.* 3. *p. n.* 26. Reg. Valenzuel. *in ſua politic. diſc. Status, & belli* 2. *p. conſ.* 1. *n.* 51. *&* 52. his verbis: *Nec exaudiendus eſt Gubernator Ciuitatis in calamitate, & deſolatione eius dum propter incuriam, & negligentiam illius, & conſilii inopiam illam deſtrui permiſſit*, expreſſim Oldrad. *conſ.* 92. Stracca *de mercatur. tit. de naut.* 2. *p. n.* 4. Paulus de Caſtro 2. *p. conſ.* 271. legibus Caſtellæ glomeratis Alvarez qui ſupra *fol.* 40.

44 In hiſce materiis militaribus ſpecialiter pro regula generali traditur, quamcumque culpam, ſeu negligentiam notabilem puniri debere, nedũ pœna corporali, ſed, & capitali etiam, *l. milites* 12. *& l. fin ff. de cuſt. reor.* Boer. *deciſ.* 217. *n.* 1. *verſ. licet Farinac. in prax. q.* 31. *n.* 5. Ferdinand. Pizar. *in diſcurſ. milit. & legal. n.* 62. *&* 74. Petr. Bellin. *in tra. de bell. p.* 8. *tit. vnic. nu.* 3. Ayala *de iur. bell. lib.* 3. *cap.* 9. punctim Petrus Herod. *lib.* 2 *rer. iudicat. tit.* 10. *c.* 1.

Incumbit defenſoribus ante arcis traditionem, ut omnia ea agãt, quæ intra poſſibilitatis ſphærã cõprehendi valent. Petr. Bellin. *de re milit. p.* 8. *tit. vnic. n.* 66. Humada *in l.* 6. *tit.* 18. *par.* 2 *glo ſ.* 6. & aureis verbis expreſſit Carol. Scriban. *in polit. Chriſtian* 2. *par. cap.* 24. *pag.* 380. ibi: *vitabit ignes, & præcipitia ſi poteſt, non poteſt, interritus calcabit, & cum in illum locum deductus fuerit vt ſolis pedibus ſalus paranda ſit ante ſolum Machabæi generoſo exemplo ſignabit ſanguine, quam fuga.* 45

Pulchrè ad intentum Adam Coatzen *d. l.* 10. *cap.* 43. §. 8. ibi: *Qui infirmior eſt terreat, qui fortior ſecurum reddat pars victoriæ eſt hoſtem terreri, qui metuit dimidius vivit. ſuſpicio periculi tã prodeſt victoriæ quam ipſũ periculũ, leo rotarũ ſtrepitu territur fugit hoſtis ſi lanià timoris obieceris.* 46

Ad extrema igitur ruinæ periculum debet devenire Caſtellanus ut pacta ineat cum hoſtibus Boerius, Alvarez, & Gregorius. Lopez toties citati. Bovadill. *in politic. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. *&* 9. Azevedo *ad l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 8. *recopilat. n.* 239. 47

Apud Doctores præallegatos omnes caſus obſidionum peractos invenies, plures à Solorzano mutuavi, 48

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tuavi, nec erubesco cum ab eximio Iuris cõsulto accepta conciso, quo potuerim, stylo non nullis additis in compendium redegerim, pro variis casuum figuris fortassis profutura, sequutus Macrob. *lib.* 1. *status vol. cap.* 1. ibi: *ut etiam si quid appareat unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum noscatur, appareat*, & quia idem Solorzano eam excitat, ornatque quæstionem, num pro Republica, an pro Principe certæ se quis morti possit tradere, eam cumulatissimè examinatam videas penes Balthazarem Gomez de Amescua *de potest. in seipsum lib.* 2. *cap.* 1. *&* 2.

49 Commiseratione mehercle sũt digni Castellani, qui deperdito castro, seu arce ad sui Principis exercitum deveniunt, nam non semel Capitaneum Generalem illicò exprobatorem habent, qui ne suæ desidiæ tribuatur arcem periisse ob omissam cohortum subventionem ruinã Gubernatori, seu Castellano imputant, & quod deflebilius est veritas ad Principem aliquoties nõ devenit iuxta illud Oven *lib.* 2. *epigram.* 132.

Dum non vult alter timet alter dicere verum,
Regibus. O miserum Regis in orbe statum!

50 Censuræ publicæ expositus Castellanorum honor plura per ora vagatur, & cum populus non tam à veritatis cognitione, quam ex rerum eventu, & effectu moveatur, non ratò in devictum proclamat; namque, ut inquit Halicarnasseus *facillimum est cuique verbis bella administrare.*

Curent Castellani ne quid suis 51
scribant Superioribus, quod in eos redargui, & retorqueri possit, studeant ordines in scriptis habere (licet non facilè hisce in casibus cõparentur) ut prænonuimus dec. 11. *n.* 8. *vol.* 1. quia, ut conquærebatur Tacitus *in vita Iulii Agricolæ, iniquissima hac bellorum conditio est, prospera omnes sibi vendicant, adversa uni imputantur.*

Quamuis enim Tullius *academic.* 52
quæst. lib. 4. *num.* 80. fatemet *quærendum quid sit, & non quid videatur*, in hac materia quid videatur plurimum est indagandum, cum enim tam severa iura contra se habeant Gubernatores, totque sævientes Doctorum sententias (quantumvis ego mitiorem ex circunstantiis amplecterer) nemo tutus existimabitur in hoc conflictu, humaniorẽ sequutus fuit Senatus apud Regent. Tapia *dec.* 13. Sic in nostro exercitu servatum aliquando vidi, interdum verò acriorem approbari, nõnunquam amissa arce redeuntem Castellanum vidimus aura populari captata nullã Gubernantiũ molestiã passum, imò statim ad altiorem evectum gradum, quasi premium merentem, nescio qua sorte: & multoties publica opinio præ- 53
valet veritati, veluti quo ad actus validitatem, docuit Solorzano *li.* 3.

politic. cap. 5. fol. 276. vers. y en & nonnullis in casibus plus est, quod opinio adiicit, quam quod natura iuber, Seneca *de consol. ad Marc. ca.* 7. tametsi conclusio certa habeatur, quod plus sit, quod in veritate est, quam quod in opinione, Castill. *lib. 5. contr. cap.* 102.

54 Nusquam verior Virgiliana sententia quam inhisce eventibus.

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Si quis enim in acie perit in perpetuum per gloriâ vivere intelligitur, infausta fælicitas, fortunata adversitas! quam nostro hoc exardescēte bello gloriosè non minus quam luctuosè experti fuimus perempti perenni superstite fama, & decorata familia, & meritò extollit Iustinian. *in §. filii vers. & constat Institut. de excusat. tutor.* Costa *in l. qui duo §. cum in bello verbo perisset, ff. de reb. dub.* Parlador. *in sesquicent. diff.* 18. §. 1 *nu.* 2. Ayala *de cin. bell. lib.* 3. *cap.* 10. Gregor. Avac. *de priuil. milit. cap* 4.

De positis in tali agone, & discrimine fas esset dicere quæ magnus vates ad aliud præpositum acutè concinebat, ut viventes videantur digni morte, morientes digni vita videantur. 55

Sed de his plura, quam decreveram intexui, concludam in daginē istam de merū animadvertendo quod etiam si ordinaria ultione in relatis casibus videas transfugas punitos, benignius tamen vindicatos habes *decis. 24. à num. 2. vol.* 1. 56

DECISIO XXXXIX.

DE PROBATIONIBVS REQVISITIS VT AD PÆnam ciuiliter, vel criminaliter agatur.

CONDEMNATVS ad præstandum patientiam ut litterarum executorialium evadat expensas de eius voluntate parendi sententiæ, seu prouisioni iudicialiter doceat, at non Fiscus probandi effractionem pacti voluntarii ut pœnam promissam cōsequatur onus sustinebit, sed illam exiget sola negatione implementi etiam contra fideiussorem factum alienum promittentem, præsertim si principalem pro debitis Fiscalibus, & Regalibus iuramento adiecto se constituerit, itaut cum effectu adimplendæ promissionis animus patefiat. Sic Senatus in conclusionibus inferiùs referandis.

AN-

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Si quis condemnatus ad præstandum patientiam dumtaxat extra vllam traditionem, seu factū aliud extractionem litterarum executorialium non euadit nisi se promptum parere iudicato in iudicio declaret.*

2 *Ad excusandum expensas executionis, & requiritur quod condemnatus se offerat obedire, & quod nominet certam diem ad parendū cum effectu, vbi decisio Senatus, & num. 3.*

4 *Fiscus agens ad pœnam à reo susceptam in casu non impleti peccati voluntarii non tenetur probare eius contrauentionem.*

5 *Pacta hæc securius custodiuntur si reus promittat reportare certificatoriam authenticam adimplementi intra proportionatum tempus pœna adiecta sitid non exequatur cum Senatu, & n. 6.*

7 *Ad factum an quis possit præcisè compelli remissiuè, vbi quod quando obligatio facti incipit à promissione, & promittens casu quo non adimpleat se obligat ad soluendū stipulatori pœnam, tam factum, quam pœna sunt in obligatione post moram, sed nequit obligatus ad vtrumque compelli.*

8 *Limita extante clausula ratomanente pacto, vel adhibito iuramento nam vtroque casu, & factum, & pœna, aut interesse peti potest.*

9 *Factum alienum promittens ad quid obligetur remissiuè.*

10 *Tenet promissio si quis promittat dare, seu facere sub pœna, nec ab hac excusatur promittens etsi omnem adhibuerit diligentiam, maximè si promisit cum effectu.*

11 *Quæ præsertim procedunt si difficultas adfuit ab initio, & potuit præuideri.*

12 *In solo conatu non verificatur effectus.*

13 *Cyriacus* controv. 677. *refertur, & Aduocati longissimas scribentes allegationes execrabiles proclamantur.*

14 *Cyriaci sententiam non admitti à nostro Senatu, & quando appareret voluisse aliquem se præcisè obligare, & non ad solas diligentias, & n. 15. cum Senatu.*

16 *Executio à Senatu prouisa contra obligatos ad factum alienum sub pœna.*

LIcet quis solum sit condemnatus ad præstandum patientiam, & nullatenus ad tradendum, seu faciendum, sicque de obedientia partis condemnatę ex eius taciturnitate constare videatur quin extractio executorialium necessaria sit, potest tamen pars quæ obtinuit 1

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tinuit ad hoc ut exequātur in ſententia contenta, ſive proviſione litteras, ſeu cartella executorialia extrahere, & tunc expenſas recuperat à parte ſuccumbente, niſi doceamus ſupplicatione, ſeu deductione, qua parere declaratis, ſeu proviſis is qui tenebatur, obtulerit Peguera *in prax. ciuil. Rubr. 29. nu. 10.*

2 *& 14 verſ. exemplum habemus*, ubi notat duo requiri ad excuſandum expenſas executionis, primò quod condemnatus ſe offerat obedire, deinde quod nominet certam diē ad parendum cum effectu, idem Peguera *deciſ. 188. tom. 1.* Sic in ſpecia, qua quis in conſequentiam manutentionis fuit condemnatus ad præſtandum patientiā pro uſu ſervitutis fuit proviſum per Egregium olim Senatorem Ioſephum de Aleny 16. Septembris 1680. in cauſa Syndici Vniverſitatis de Prat dip. contra Syndicum Vniverſitatis de Monroig, Auct. Vila.

3 Similis in caſu quo quis fuit cōdemnatus ad præſtandum patientiam pro conſtructione operum referente Nobili Ioſepho de Paſtor, & Mora 1. Iulii 1689. partes Saturninus Amat, & Antonius Vernodas, agricolæ Bitulomę cum Ioanne Granes piſcatore eiuſdem Villæ revocando proviſionem factam in Curia Regentis Vicariam Barcinonæ 20. Decēb. 1688. Scriba Huguet.

4 In criminalibus etiam quando ſub pacto voluntario bannimenti, aut alio ſimili reus extitit condemnatus pœna in caſu contraventionis adiecta, Fiſcus ad pœnam agens non tenetur probare contraventionem, ſeu violationem pacti, ſufficit enim ei negare promiſſionem fuiſſe adimpletam; nam in vim huius negationis onus probandi adimplementum in eum qui promiſit transfertur, prout firmat nobilis Senator Don Bonaventura de Triſtany *deciſ. 21.* cum Senatu, & poſt eum Nobilis Regens de Calderò *deciſ. 59. nu. 24.* ex Conciolo *reſolut. criminal. 2. verbo exilium n. 3.* ubi alii, adde Ayllon ad Gomez *tom. 3. cap. 8. num. 2.*

Vt autem ſecurius pacta ſerventur, ac controverſiæ diſputationesque tollantur, antiquis noſtriſque temporibus praxis inolevit, quod in huiuſmodi pactionibus onus ſuſcipiat reus reportandi certificatoriam authenticam adimplementi intra proportionatum tempus, pœna adhibita, ſi id non exequatur; ita fuit obſervatum me Iudice R. C. uti Senatore tertiæ aulæ ſubſtituente Reg. proviſione facta 3. Novembris 1684. in facto Fiſci P. R. C. contra Ioannem N. qui fuit relaxatus admiſſo pacto bannimēti à præſenti Civitate, & eius Vicaria lata per quinquennium, & quod de ſex in ſex menſes teneretur reportare certificatoriā authenticam adimplementi præexpreſſi pacti ſub pœna in caſu contraventionis exilii per duplicatum tēpus.

5

Simi-

6 Simile pactum non spretum Regia provisione facta 6. Martii 1680 adprecante Ioanne N. aliás Tortuga, scilicet bannimenti à præsenti Principatu, & Comitatu per quinquennium, addito quod teneretur infra mensem reportare certificatoriam quod exiisset à Principatu, & teneretur pariter repetere de sex ad sex menses usque ad omnimodum complementum sub pœna fustigationis, & duplicati exilii, Relator erat Nob. de Tristany, tunc Iud. Reg. Cur. Scriba Famada. Similis provisio 7. Martii eiusdem anno 1680. referente Nobili Iacobo de Potau tunc I. R. C. contra Sebastian. N. aliàs Bata, Scriba Badia. Similis die 15. eiusdem mẽsis Martii contra Franciscum N. pœna expressa fustigationis, & duplicati exilii; similis nuper expresso die contra Annam Mariam N. ambarum invenitur Scriba Riembau.

7 Aliquando pœnam pecuniariam in casu violationis pacti sibi reus imponit, & tunc percelebris illa colluctatio accidit, quando quis præcise possit compelli ad factum promissum implendum, de qua Arisminn. Tepua *variar. sentent. tit.* 523. Costa *de fact. scient. & ignora. inspect.* 33. *per tot.* Fontanella *decis.* 252. *& seq.* plures penes Olea *de cess. iur tit.* 5. *q.* 8. *num.* 24. qui disquirunt numquid condemnatus ad factum solvendo interesse liberetur, ut perdoctè casus distinguit Carleval. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3 *disput.* 3. *& nu.* 24. docet quid quando obligatio facti incipit à promissione, & in confirmationem prioris obligationis adiicitur stipulatio pœnalis, verbigratia cũ quis se obligat ad faciendum aliquid, aut ad scribendum librum, vel ad ædificandum domum, & casu quo non faciat promissa se obligat ad solvendum stipulatori pœnam certam, aut interesse certum, aut incertum sine ulla liquidatione, eò tunc, tam factum, quã pœna sunt in obligatione post mortem, sed sed nequit post eam obligatus cõpelli simul ad utrumque, nempè, factum, & pœnam, videndi Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 5. *cas.* 498. *ex num.* 19. Carleval proximè citatus, qui varias distinctiones percurrit.

Limitationes duas proponit 8
Carleval regulæ nupertimè constitutæ, alteram nimirum, si adsit clausula rato manente pacto, & alteram si contractui adiiciatur iuramentum, tam enim in uno, quam in alio casu utrumque post morã peti potest, & factum promissum sub prima stipulatione antecedenti, & pœna, aut interesse conventũ, etsi talis conventio emanasset in stipulatione subsequenti.

Quandoque ad uberiorem se- 9
curitatem observantiæ pacti fideiussores coniunguntur, & posset disceptari celebertima illa quæstio nempè factum alienum promittens ad quid obligetur, de qua

Tusch.

Tuſch. *litt. F concluſ. 25. per tot.* Mãtic. *de tacit. lib. 14. tit. 35. n. 43. & ſeq.* Gregor. *deciſ. 241. n. 1. vbi addition. n. 8.* Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. inſpect. 21. per tot.* Franch. *deciſ. 624.* Rota *p. 13. recent. deciſ. 116. n. 1. deciſ. 129. nu. 13. & deciſ. 479. nu. 9. & ſeqq.* ac alii ſtatim laudandi.

10 Relictis autem pluribus caſibus, quos diſcriminatim deſcribũt Doctores quando quis promittit dare, ſeu facere ſub pœna iſta promiſſio tenet, & non reſolvitur in promiſſionem iurandi, ſed ſuſtinetur propter pœnam, adeò quod promittens ſe facturum, & curaturum factum alienum non excuſetur, etſi omnem abhibuerit diligentiam, Iaſon *in l ſtipulatio iſta, & l. Titia ff. de verb. obligat.* ubi Aretin. etiam, Covarruvias, & alii relati per Cyriac. *controuerſ. 677. nu. 52.* & licet hæc opinio plurimos habeat magnæque authoritatis contradictores; attamen ſi promiſſerit quis ſe facturum, & curaturum cum effectu tũc nulla prodeſt excuſatio, quamuis omnem omninò conatum interpoſuerit, ut contrariis reſpondendo defendit Mantica *de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 35. per tot.* Canc. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 4. nu. 152.* Vincent. de Franch. *deciſ. 624.* contra Afflict. *deciſ. 295.* atteſtans contra eum ſæpius deciſum fuiſſe, & idem refert à Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſſ. fol. 307. num. 11. & ſeq.* & his, aliiſque cumulatis Hodierna ad Surdum *deciſ. 234. num. 6.*

Quæ firmiſſima exiſtimes ut 11
mox citatus Hodierna ſtabiliit quãdo difficultas dependet ex facto alterius, fuitque ab initio, & potuit prævideri, tunc enim ſibi eſt imputandum; cum potuerit ſibi proſpicere, & non proſpexerit.

Ratio autem quæ à præcitatis 12
Doctoribus perhibetur ea eſt; ſcilicet quod in ſolo conatu non verificetur effectus, quæ ſententia indubitanter procedit quando quis factum alienum cum effectu promiſerit adhibito iuramento taliter quod vult teneri ex nunc prout ex tunc. Pancirol. *conſ. 45.* Oſaſch. *conſ. 76.* Covarruv. *in cap. quamuis pactũ 2. p. § 5. de pact. in 6.* Morot. *conſ. 92.* Coſta *de re integ. diſtinct. 27. nu. 8.* Ioſeph. Ludovic. *commun. concluſ. 14. nu. 23. & ſeq.* Viv. *commun. opin. lib. 1. opin. 255.*

Cyriacus præallegata controv. 13
677. ad partes indagationem iſtam examinat ægrè ferens operam impendere in allegationibus prolixis, cum una contineret centum, & triginta cartas impreſſas, & alia decẽ, ac octo manuſcriptas, ò dirum Advocatorum avaritiæ genus, qui longis allegationibus ex maiori parte extra punitum exaratis, & clientibus eripiunt inmaniter pecunias, & iudicantium conſumunt inaniter tempus! litesque dirimi, ac expediri conantes magis, magiſque illaqueãt, & longiores reddunt; dignum ſane remedio malum, fatiſque execrabile, ac puniendum ſcelus

com-

compendiariè tamen Cyriacus ipsas referendo respondet, non cumulatè ut ait, sed sufficienter ut sperat, & ad similitudinem boni militis, ut se iactat, evacuato suo sagittamento utitur sagittis adversariorum suam intentionem, prout arbitratur, cum aliquibus argumẽtis contrariis, replicationibusque adversus ea factis confirmando affirmat, quod in simplici promissione iurata etiam sub pœna communis ferè omnium est sentẽtia, quod adhibita possibili diligentia promissor ad aliquid aliud non teneatur, nec obligetur ad solutionem pœnæ, asseritque quod facilius esset extorquere clavã á manu Herculis, quam obtinere contra dictam communem sententiam.

14 Sed rationes ab ipso ponderatæ non convellunt conclusionem à nobis constitutam, scilicet quod quoties aliquis promisit se facturum, & curaturum cum effectu, & adhibitum fuerit iuramentum, difficultasque potuit ab initio prævideri, tunc facto non adimpleto pœna incurratur, etiamsi ex parte promissoris possibilis diligentia exequuta probetur, profectò extante obligatione in favorem Fisci, scilicet pro debitis fiscalibus, & regalibus, & eius respectu se constituẽtibus fideiussoribus correos debendi insolidum pœnam committi facto non sequuto dubitatione prorsus caret, ex firmatis *decis.* 4. *n.* 142. exploratũque habetur, quod quando apparet voluisse aliquem se præcise obligare, & non ad solas diligentias non excusetur. Rota apud Rubeum *p.* 14. *decis.* 41. *n.* 3. & *p.* 18. *decis.* 471. *n.* 16.

Propterea Regia provisione facta in Reg. Criminali Concilio 6. Martii 1680. fuit relaxatus Sebastianus N. studens Villæ Bergæ pacto admisso exilii à Civitate, & Vicaria lata Barcinonæ per triennĩ, iniuncto ei quod intus sex menses teneretur transmittere certificatoriam sui egressus à Principatu, & eam reportare, ac repetere de sex in sex menses, usque ad complementum temporis, sub pœna solvendi Nob. Regenti Regiá Thesaurariam 300 ℔, pro quibus teneretur idoneè cavere, Actuario Maurici. Similis 20. Aprilis 1680. contra Petrum N. aliàs Tremuntana, in actis Riembau. Similis die 24. eiusdem mensis Aprilis contra Antonium N. Actuario Badia. 15

Et quatenus ad executionẽ pœnæ die 21. Feb. 1591. in facto supplicationis oblatæ per Fisci Procur. R. C. eodem die in effectu supplicantem executionem fieri contra personas, & bona Honuphrii Francisci N. principalis, Honuphrii N. Illerdæ domiciliati, Pauli N. patris dicti principalis, Michaelis N. mercatoris Dertusæ, Iacobi N. negotiatoris Civitatis Barcin. Petri Raymundi N. Francisci N. Honuphrii N. Balthasaris N. Don Francisci de N. Don Blasii de N. Don Iacobi 16

de N. fideiussorum, & cuiuslibet eorum insolidum, ex quo dictus Honuphrius Franciscus N. intus sex menses prout promiserat non se posuerat intus fortalitium de Oran, & intra idem tempus non reportaverat certificatoriam authenticam quomodo se reposuisset intus dictum fortalitium de Oran pro quatuor mille libris Barcinonensibus, & pro expensis iustè factis, & de cætero faciendis referente Magnifico Senatore Fort Iud. R.C. attento non constabat prædictum Honuphrium Franciscum N. intra dictos sex menses à die 6. mensis Februarii anni 1588. computandos se contulisse ad dictum fortalitium de Oran, nec reportasse certificatoriam authenticā qualiter se reposuerat intus præhabitum fortalitium, fuit concluſum, quod pro nunc fieret executio cōtra personas, & bona omnium supranominatorum (excepto Honuphrio N. de cuius mandato hactenus non constabat) & cuiuslibet eorum in solidum pro prænarratis 4000 ℔, monetæ Barcinonæ, & pro expensis iustè factis, & faciendis iuxta rigorem clausularum in instrumento conventionis, & promissionis prædictæ appositarum firmato 6. Feb. 1588. de quo fidem fecerat Sebastianus Costa Regius mandati scriba, iuris ordine in exequendo servato, & ita quod uno solvente cæteri liberarentur.

DECISIO L.

SEMIPLENA PROBATIO AN AD CONDEMNANDVM IN pœnam extraordinariam sufficiat.

A TOTO ad partē dispare militante ratione arguere nefas erit, & ita si plura indicia dubitata unum indubitatum constituentia ad condemnandum pœna ordinaria arctent, non ideò unum indubitatum sufficiet, sic si duo testes ad ultionem ordinariam adstringant unum ad pœnam extraordinariam non proficiet, sed ad torturam tantum, sicque semiplena nuda uti extremum proximum ad eam nequit uniri cum fine, seu alio extremo; nempè pœnæ impositione medio non dato ulterioris ultra semiplenam probationis, per semiplenam quis interrogatur, reus constituitur, sed ut aliqualiter puniatur maior desideratur comprobatio. Ita Senatus in facto Fis. Proc. R.C. contra Petrum N. Villæ Sancti Hypoliti de Voltegrà Diœcesis Vicen. delatum, & inculpatum de homicidio per eum proditoriè perpetrato 29. Septemb. 1669.

hora

hora quarta post meridiem ictu pugionis in personam Marci Amillat in Villa de Matarò habitatoris, qui Regia sententia me tunc Iud. R. C. referente lata 13. Maii 1671. fuit condemnatus ad servitium Regiar. triremium remigando per quinquennium, Actu. Famada, & alia hic allata eiusdem Senatus firmant, & confirmant oracula.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Dubium propositum.*

2 *Per duos testes contestes plenè scelus ad pœnam ordinariam irrogandam probatur.*

3 *Ad perdendam immunitatem Ecclesiæ plena probatio delicti, & qualitatis illius non requiritur, sed sufficit semiplena.*

4 *Nuda semiplena probatio absque adminiculis, aut aliis argumentis ad pœnam extraordinariã nullatenus est efficax. Probatur ex tex.* in cap. veniens 10. de testib. *Vsat.* & testes priusquam tit. de testim. *Mieres, & Farinacio.*

5 *Probatur secundò auctoritate doctissimi Regentis Don Laurentii Matthæu, & Sanz.*

6 *Obiectio ex eodem loco Don Laurenti Matthæu suborta, explosa num. 7.*

8 *Ob pluralitatem delictorum arbitralis pœna vsque ad capitalem extendi potest.*

9 *Tortura non est pœna legalis cum non connumeretur inter corporales, sicut nec inter incorporales.*

10 *Argumentum à sufficienti partiũ enumeratione validum.*

11 *Tortura est medium respectu pœnæ, & dicitur modus probandi.*

12 *Illatio ex proximè tradita propositione.*

13 *Reus quamuis semiplena probatione grauatus, si propter dignitatem, vel ætatem torqueri non possit in pœnam extraordinariam condemnari nequit.*

14 *Obiectio circa propositionem nuper adductam euulsa.*

15 *Semiplena probatio ad reum interrogandum desideratur, & quã nostrum Regium Concilium deposcat, multò autem maior ad pœnam extraordinariam requiritur, quando publicari debeat processus, vel manuleuta reus tradi.*

16 *De toto ad partem data diuersitate rationis argumentum non valet.*

17 *Testis vnus de visu omni exceptione maior cum indiciis in sua specie perfectè probatis sufficit in criminalibus ad condemnandum in pœnam ordinariam, sed non ita si cum teste de visu vnicum tantũ concurrat indicium.*

18 *Testis de visu vera probatio, seu de veritate facti dicitur, præsumptiua verò quæ per indicia elicitur.*

19 *In delictis occultis, & difficilis probationis Senatus Supremus cum pluribus indiciis dubitatis vnum indubitatum constituentibus ad pœnam ordinariam, adiuuantibus aliis adminiculis, & probationibus deuenire potest.*

20 *Ex vnico indicio indubitato, etiã iunctis aliis adminiculis, & probationibus pœna ordinaria non imponitur.*

21 *De extremo ad extremum nisi per medium transiri non potest, & ratio affertur numero præcedenti traditorum, vide num. 22.*

23 *Solus inquisitionis titulus satis non est vt delati criminis quis reus dicatur, & redarguuntur, qui ex eo, vel ob odium carcerati pœnas exasperant.*
Odio sunt habenda peccata, non homines.

24 *Quando accusatus dicatur inter reos constitutus, quæue indicia sufficiant ad transmittendam inquisitionem.*

25 *Reus constituitur per indicia sufficientia ad torturam.*

26 *Si vnum delictum sit plenè probatum, aliud semiplenè de vtroque fit specifica mentio in conclusione Regii Concilii, at non pro vtroque punitur, sed aliud crimen semiplenè tantum detectum alterius pœnam adauget.*

27 *Delicta quæ semiplena probatione carent non exprimuntur in Regii Concilii conclusionibus, sed clausula apponitur, & de aliis criminibus, & delictis, de quibus diffamatus extitit.*
Confessus, vel conuictus potest interrogari in tortura de aliis delictis de quibus diffamatus extitit, sed quomodo.

28 *In quæstionibus emergentibus ad causam principalem intidenter, seu secundariò non requiritur plena causæ cognitio, sed sufficit semiplena.*
In iudiciis criminalibus principaliter de pœna, publicaque vindicta pertractatur.

29 *Ad qualitatem probandam leniores sufficiunt probationes & sic efficax est semiplena, non autem ad condemnandum.*

30 *Senatus in hac re iudicium.*

CVm instarer in hac causa ad processus publicationem pro pœna arbitraria imponenda, nequibat enim morte reus iuxta facti circunstantias puniri, dubitari accidit, an punitione aliqua affici delinquens valeret solo teste de visu, & ita tantummodò semiplena existente probatione. 1

Re ad superficiem perspecta affirmativè respondendum suadebatur, primò quia indisputabile præsupponitur plenè scelere probato ordinariã pœnam irrogari, æquèvè exploratum fatemur per duos testes legitimè contestes facious quodcumque pandi ad effectum etiam ultionis ordinariæ iuxta Farinacium, Tuschũ, Zuffum, Giurba, 2

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ba, Clarum, & innumeros collaudatos per Conciolum *resol. 9. verbo Testium miscellanea* confirmantem ex vulgato dicto *in ore duorū, vel trium stat omne verbum*, Deuteron. *cap.* 19. & Matthæi *cap.* 18. nec non Ioannis *cap.* 8. igitur si duo testes sufficiunt pro pœna ordinaria infligenda, unico tantum dato extraordinaria applicanda venit.

3 Secundò nam ad perdendam immunitatem Ecclesiæ non requiritur plena, & concludens probatio delicti cōmissi, & qualitatis illius, sed sufficit semiplena per indicia, probationes, & coniecturas ad torturam sufficientia, prout cumulatissimis authoritatibus, & rationibus probat Regens Cortiada *decis.* 21. *à n.* 75. *tom.* 1. quibus addo Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *animaduers.* 596. Cardinal. de Luca *in miscellan. Eccles. discurs.* 2. *n.* 5.

4 His tamen dubitandi rationibus in nihilo obnubilantibus hæsitandum non erit in contraria amplexanda sententia, firmando nudam semiplenam probationē adminiculis, aut aliis argumentis non coadiutam ad pœnam extraordinariam nullatenus efficacem esse, quam conclusionē imprimis probo ex text. in *cap. veniens* 10. *de testibus*, ibi: *nec vnius testimonium ad condemnationem sufficiat alicuius*, cui consonat text. in Vsaric. *& testes priusquam tit. de testim.* ibi: *vnius autem testimonium quantumcumque splendida, & idonea videatur esse persona nullatenus admittatur*, ex hisque textibus ita tenuit Mieres *in Cur. Reg. Ferdinan. collat.* 9. *c.* 36. *nu.* 50. & rursus probatur ex Farinac. *de indic. quæst.* 47. *à n.* 82. & præcipuè *n.* 84. ibi: *& sola fama iunctis aliquibus adminiculis, etiam sine teste de visu sufficit ad torquendum, vt supra probaui n.* 17. *& seqq. quare non recedas à proposita limitatione, declara tamen vt procedat dummodò adminicula sint vrgentia, & delicto proxima, & vt sufficiant ad condemnandum in pœnam extraordinariam, & maximè capitalem in quam nunquam vidi aliquem condemnari ex vno teste de visu iunctis adminiculis, &c.* duo ergo tenet Farinacius, alterum quod fama cum aliquibus adminiculis sufficiat ad torquendum, etiam sine teste de visu, & alterum quod sufficiens nō sit ad condemnandum adhuc arbitrariè, sive extra ordinem, tametsi cum fama iungatur testis de visu, nisi alia indicia cumulentur, ex quibus deduci posset plusquam semiplena probatio, prout pariter declarat Volpin. in Succo ad Farinac. *d. quæst.* 47 *à n.* 11. quicquid sit de quæstione (cuius indagatio ad nostram hic non pertinet) an testis de visu, adminicula, & indicia famam roborantia plenam debeant constituere probationem: nam solum nunc inquirimus an minus pro tortura requiratur, quam pro pœnæ extraordinariæ irrogatione, & undequaque remanet probatum

non

non ſemper poſſe iſtam inferri quando torturæ eſt locus, ſiquidē ut hæc inferatur nuſquam ſemiplena deeſt probatio: ergo ſi aliquando, ut in relato caſu famæ sūmè nō coadiuvatæ accidit tortura infertur, & pœnæ extraordinariæ non eſt locus ſequitur intentum demonſtratum ſemiplenam probationem nudam, adminiculiſque, ſeu indiciis coadiuvantibus deſtitutam ad pœnam extraordinariam non ſufficere.

Annecte Thomam Mieres *vbi ſuprà in Cur. Reg. Ferdin. collat. 9. cap. 36. n. 58.* ſub his verbis, *aut habetur ſemiplena probatio, puta quia adeſt vnus teſtis de viſu, & decerta ſcientia de crimine illo deponens, & tunc proceditur vlterius quia ex illo ſolo teſte habetur indicium ſufficiens ad torturam, &c.* Et infra, *& ex tortura quandoque habetur propria confeſſio, per quam deuenitur ad condemnationem, C de confeſ. l. vna, aut forte habentur multa indicia, ſiue præſūptiones, & argumenta minuta, quorum quodlibet per ſe non foret ſufficiens ad quæſtionandum, ſed ſimul iuncta vrgent, ita quod ex illis mouetur animus iudicis ad opinandum, vt quaſi videatur ſola confeſſio deeſſe, & iſto caſu poteſt procedi ad torturā; & quandoque etiam ad condemnationem, ſi ſint talia quæ mouere debeant animū iudicantis ad fixè credendum rem ſic eſſe, vt contrarium credere nequeat.*

5 Mirificè autem noſtram concluſionem communiit eruditiſſimus Regens Don Laurētius Matthæu, & Sanz *de re crim. contro. 36. n. 56. & ſeqq.* ubi cum ageretur de probatione criminum in Eccleſiis patratorum extante ſola ſemiplena probatione, ac indicio ad torturam, tale indicium non ſufficiens ad condemnandum Regia aula criminum agnovit, & comprobat Regens Matthæu plurimis, quos congerit Doctoribus, quare reus pro enarratis delictis quæſtionibus fuit ſuppoſitus: evidens eſt ergo ex ſola, nudaque ſemiplena probatione pœnam ullam adhuc extraordinariam infligi nequire.

Neque obiiciatur aulam Regiā 6
non ideò ad torturam condemnaſſe reum quia nulla etiam arbitraria pœna illum coercere potuiſſet, cū poſtquam in tortura vicit extraordinariè fuerit animadverſus; ſed dumtaxat, ut eum in tormētis forſan confeſſum poſſet ordinaria ultione vindicare.

Fateor Regium illum Senatum 7
potuiſſe pœnam huic reo indicere, quam poſt tormenta ſubiit, ſed non maiorem cum ratione criminis ſemiplenè tantum probati nulla cadere valeret ex defectu probationis, quæ ultra ſemiplenam ad id deſideratur, cum alioquin explora- 8
tum ſit ob pluralitatem delictorum arbitralem pœnam extendi poſſe uſque ad capitalem, ut rectè defendit idem Regens Matthæu *de re crimin. contro. 24. tota*; igitur quantumvis pœna pro duobus crimini-

minibus post torturam inflicta potuisset ante ipsam Regius ille Senatus reum afficere, non tamen triplici crimini correspectiva iuxta nuper expensam Farinacii doctrinam, proindeque præiacta conclusio solidissima relinquitur.

2 Apertior verò, & elucidior splẽdescet si rationibus eam convalidemus, manifestæ autem se offerunt, sit prima; quia tortura non est pœna, sed probationis genus; quãvis enim eius cruciatus, & anxietates plurimùm extollantur, id erit propter acerbitatem, quam iste modus probandi delicta continet, sed tamen neque connumeratur inter pœnas corporales, neque inter incorporales, ut apud omnes scribentes liquet, at constat pœnã quamcumque, vel debere esse corporalem, vel incorporalem, Farinac. *in prax. quæst. 19.* consequẽs est igitur torturã in sensu legali sumptam non esse pœnam, sed probationem ad eam irrogandam, cum valeat argumentum à sufficienti
10 partium enumeratione. Everard. *in loc. legal. loco 96. nu. 1. & 2.* Anton. Pichard. *ad Rubr. & princip. tit. Instit. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc n. 5.* Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 492.* Vela *dissert. 4. n. 52.* undè Bald. *in rubr. C. de pœn. Iudic. qui malè iudicar.* scripsit non reperiri in iure cautum, quod tortura imponatur pro finali pœna delicti; licet Clar. §. *fin. q. 70 nu 3.* annotet plerumque imponi ab statutis pœnam torturæ, sive ictuum funis, sequitur Farinac. *d q. 19. n. 30.* sed tamen talis tortura non est ea de qua loquimur scilicet ad eruendam veritatem.

Vndè tortura appellatur mediũ 11
respectu pœnæ; quæ finis dicitur processus criminalis, vocaturque modus probandi, ut ea probatione facta ad pœnam deveniri possit, Gomez *var. resolut. tom. 3. cap. 13. n. 2.* Clar. *in practic. §. fin. q. 64. Vers. propterea debet*, & plures laudati per Conciol. *resolut. criminal. 11. n. 2. & seqq. verbo tortura*, qui concludunt torturam inferri non posse in delictis levibus, in quibus venit imponenda pœna pecuniaria, vel exilii, præcipuè infra quinquennium, ne modus probandi delictum habeat plus acerbitatis, & pœnæ, quam ipsa pœna principalis; & ne medium sit acrius quam finis, adde cumulatos per Sabellum *in summa verbo tortura n. 5.*

Ergo cum tortura pœna non sit, 12
sed ulterior probatio, ut pœna infligatur, manifestum redditur per eam probationem, qua tortura infertur, scilicet semiplenam pœnam corporalem nempè, aut incorporalem irrogari non posse.

Secundò quia si reus quamvis 13
semiplena probatione imputatus propter dignitatem, vel ætatem torqueri non possit in pœnam extraordinariã condemnari non valet, sed est dimittendus sub fideiussione, aut simpliciter donec appa-

reat

UAB Biblioteca de Ciències Socials

reat ex probationibus forte emerſuris ipſum eſſe innocentem, aut culpabilem, prouti tuetur Cyriac. *controuerſ.* 106.*n.*18. Caball. *reſolut. crimin. caſ.*288.*n.*19. Farinac. *q.*41. *in fin.* Guazzin. *defenſ.* 30. *cap.*18.*n.* 6. Conciol. *verbo tortura reſolut.* 8. Sabellus *in ſumma verbo. tortura,n.* 7.*verſ.& quando* igitur ex ſola ſemiplena probatione, ob quã torturæ locus fit non locum ſibi vendicat pœna extraordinaria.

14 Quin obſit ſi oppugnes ponderando non paucos eſſe Doctores, qui affirmarunt in caſu prædicto,ſi reus torqueri nõ poſſit propter privilegium eius perſonæ à lege cõceſſum intrare pœnam extraordinariam, quoniam huiuſmodi opinamentum ſuſtineri poſſet exiſtente pluſquam ſemiplena probatione, non autem ſola ſemiplena præſuppoſita nullo prorſuscoadiuvamine concurrente.

15 Tertiò namque ad interrogandum iuſtè reum ſemiplena requiritur probatio iuxta ſententiã Suarez de Paz *in praxi.*5.*p.cap.*3.§.4.*n.* 12.licet alii non ita ſtrictè loquantur, benè verò ad publicationem inquiſitionis, quæ ſemiplenã probationem præcisè poſtulat,qua deficiente,vel ſi crimen probatũ pœnam corporalem non mereatur reus manuleutæ traditur, aut relaxatur *Conſt.*3.*&.*5.*tit.de Accuſacions &c.* & noſtrum Regium criminale Concilium minori probatione, non tamen nimis levi, & prudenter regulanda ad hunc finem interrogandi reum contentetur; nemo autem unquã excogitavit eam ſolam probationẽ ad condemnandum in pœnam extraordinariam ſufficere; quæ ad interrogandum valida, & iuſta iudicatur.

Adverſantes iam iam exarmemus obiectiones,primam non obſcurè diluam: nam argumentum de toto ad partem non valet data diverſitate rationis:Iacob.Balducc. *ad Ioſepho Ramon tom.* 2.*deciſ.*46.*n.* 62. Everard. *in argum.legal.loco de toto ad partem n.*7. unde non ſequitur duo teſtes de viſu ſufficiunt ad condemnandum pœna ordinaria; igitur unicus teſtis ad extraordinariè puniendum efficax erit, ſicut nec duo teſtes, qui non ſunt omni exceptione maiores æquivalent uni maiori omni exceptione.Canc. *var.p.*2.*cap.*8.*n.*31.Queſada,& Pilo *diſſertat.*16.*n.*114. 16

Et in ſpecie teſtis de viſu res præclarius illuceſcit: nam abſque contradictore apud nos,pluresque alios exteros tranſit aſſertio, quod teſtisunus de viſu omni exceptione maior cũ indiciis in ſua ſpecie perfectè probatis ſufficit in criminalibus ad condemnationem in pœdam ordinariam, prout Peguera, Leon,PetroBarboſa,& aliis cumulatis docet Regens Cortiada *deciſ.* 93.*n.* 38. at nec in eo, nec alio invenies cum teſte de viſu, & alio indicio (dempta præſumptione iuris, & de iure, quæ abſque teſte de 17

viſu

visu propter præfinita *decis.* 41. sufficit) ad pœnam ordinariam deveniri, & nihilominus perveniendum esset, si argumentum procederet, pleraque enim sunt indicia, quæ semiplenam constituunt probationem, ut *decis.* 40. vidisti quare extantibus duabus semiplenis plenam conflari indubium videretur.

18 Sed tamen non ita se res habet, & ratio est, quia cum testis de visu dicatur vera probatio, ex quo sensu corporeo immediatè percipitur, velut ex Francisco Sarmiento *select lib. 1. cap. 1. nu. 9.* desumpsimus *decis. 17. n. 73.* Egregius præceptor, & primarius Senator Don Ludovicus à Peguera *decis. 17. n. 40. Vers. pro tamen*, ubi testem de visu testē de veritate facti appellat, præsumptiva verò dicatur quæ ex indiciis decerpitur, idcircò non sufficit ad condemnandum pœna ordinaria unum indicium iunctum cum teste de visu, quod absque eo ad torturam sat esset, imò talia solent esse indicia hoc casu, ut nuper citatus Peguera advertit quæ videātur excedere efficaciam unius testis de visu.

19 En quomodo semiplena quæ ad torturam proficit, ad condemnandum minoris est efficaciæ; sic etiam in Supremo Senatu quando delictum est occultum, & difficilis probationis ad condemnandum in pœnam ordinariam adesse sufficit plura indicia dubitata, ex quibus unum indubitatum constituatur coadiuvantibus aliis adminiculis, & probationibus, ut dicta *decis.* 27. *n.* 29. firmavimus.

20 Non tamen quia ex pluribus dubitatis componentibus unum indubitatum iunctis aliis adminiculis, & probationibus condemnatur reus in pœnam ordinariam licet indè arguere ex unico indubitato, etiam iunctis aliis adminiculis, & probationibus esse pœnam ordinariam imponendam, nec ullus ex scribentibus, quos viderim, id asseveravit.

21 Non admittuntur itaque, nec quicquam probant huiusmodi ratiocinationes, sicque efficacia, quā habent duo testes de visu ad pœnam ordinariam divisibilis non est, adeò quod unusquisque ex eis ad extraordinariam sufficiat, quam enim vim habent simul iuncti, ea in uno solo non dignoscitur adhuc ad extraordinariè puniendum, ex superius stabilitis; sed ad ulteriorē probationem, nempè torturam;

22 etenim quod est extremum immediatum ad medium, nequit esse medium proximū ad finem, alioquin fieret transitus de extremo ad extremum per medium non transeundo contra inris principia, Roxas *de incompatib. p. 1. cap. 4. à nn. 67.* qui regula hæc quando sit limitanda ostendit, Salgado *de retent. p. 2. cap. 17. n. 72. vers. tum etiam lo segō*, Surdus *cons. 8. à n. 7. & cons. 136. n. 34.* Anton. Monach. *decis. 62. n. 18.*

Cardinal. Tusch. *tom.* 3. *litt E. concl.* 684. Castillc *contro. lib.* 5. *p.* 2. *nu.* 14. *col.* 2. *circa fin.* Valenzuel. *conf.* 177. *à n.* 64. *& seqq.* Gomez *ad leges Tauri* 9. *n.* 60. *vers Secundo*, Garcia *de nobilit. glos.* 6. *n.* 10.

23 Solus inquisitionis titulus satis non est ut delati criminis reus quis dicatur, sicut pluribus ornat Giurba *conf.* 57. *n.* 24. Amendol. *ad Franchis decis.* 8. *n.* 4. ex Caball. *conf.* 76. error, seu potius ingens facinus esset ob solum criminis titulum causas desidere; prout audivi de quodam tyranno iudice, qui ambitione obcæcatus, nedum extitulo delicti, sed ex cognomine imputati in quê iacula, non zelo iustitiæ, sed vindictæ ardore proiiciebantur pœnam exacerbare intendebat Proh dolor exanimem reperire Iudicem! O bone Deus, qui hæc in impeccabili filio tuo ineffabiliter sustulisti, & in aliquibus postea notæ virtutis, & rectitudinis servis inserutabiliter toleraſti obliviscuntur ambitiosi isti viri, seu verius rabidę ferę odio haberi debere peccata, non homines, qui ad imaginem Dei creati sunt ex Leone Papa *in cap. odio habeantur* 2. *distinct.* 86. Augustin. *in cap. peccator* 35. 23. *q.* 4. ibi: *quia peccator est corripe, quia homo est miserere & cap. quamobrem* 68. *distinct.* 1. de horum hominum detestabilitate excipsimus *decis.* 4. *à n.* 87. & quãdo accusatus dicatur inter reos constitutus, quæve indicia sufficiãt ad transmittendam inquisitionem *decis.* 28. *à num.* 16.

Amplius addit Giurba citato 25
conf. 57. *n.* 25. reum constitui per indicia sufficientia ad torturam, solũ ergo per illa nomen rei imputatus assequitur, & nihil aliud patitur præter torturam ad eruendam ab eius ore veritatem.

Nota tamen singularem apud 26
nos practicatam differentiam; nãque si unum delictũ sit plenè probatum aliud semiplenè de utroque fit specifica mentio in conclusione Regii Concilii, quoniam utriusque agnoscitur reus, non autẽ pro utroque punitur, ut animadverti ex Regẽte Matthæu *n.* 5. sed aliud crimen semiplenè tantum detectum sceleris plenè probati pœnam aggravat, siquidẽ ex eo malæ qualitatis reus efficitur, & acrius plectẽdus ex firmatis *decis.* 30. *nu.* 15. *volum.* 1. & in hoc ipso *decis.* 40. *num.* 25.

Cæterum si unum maleficium 27
sit plenè probatum, reliqua verò semiplena non contineant probationem exprimitur in conclusione id de quo adest probatio, quæ verò semiplena carent rõ utique, sed dicitur, *& de aliis criminibus, & delictis, de quibus diffamatus extitit*, & tunc socius qui post latam sententiam mortis condemnatur in caput sociorum torquetur nedum pro complicibus, sed etiam pro aliis criminibus, & delictis, pro quibus diffamatus extitit. Regens Calderò *decis.* 14. *n.* 67 *& seq.* rationem

nem assignans quia confessus, vel convictus potest interrogari in tortura super aliis delictis pro quibus erant indicia, vel de quibus diffamatus invenitur, atverò hęc intelligas iuxta Doctores ab eo allegatos, & praxim nostri Regii Concilii, si semiplena probatio non adsit, extet tamen sufficiens ad interrogandum iudicantis religione maturè in hisce interposita.

28 Demum non facessunt quæ de immunitate ecclesiæ in medium iactantur ad eam scilicet depercendam semiplenā sufficere probationem, eosdem que DD. *nu.* 3. laudatos idem tenere quo ad forū, quia licet Regens Cortiada in præallegata *decis.* 21. *à nu.* 75. non respondeat argumentis contrariis; labefactantur tamen per rationes : b eo allegatas, quarum altera ea est, quippe in quæstionibus emergentibus ad causam principalem, incidenter, secundariò, & per modum causæ non requiritur plena causæ cognitio, sed sufficit semiplena, Baldus *in l. ius alimentorum ff. vbi pupil. educ. debeat*, Gratian. *discept. forens. cap.* 596. *n.* 25. Merlin. *contro. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 13. & satis est illa, ex qua resultant indicia ad torturam, Gamma *decis.* 179. *n.* 2. Guazzin. *defens.* 1. *c.* 31. *n* 9. Giurba *cons.* 100. *n.* 28. Narbona *l.* 20. *gl.* 19. *n.* 18. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat.* in iudiciis autem criminalibus principaliter de pœna, publicaque vindicta pertractatur, ut sæpènumerò in toto nostro opere investigavimus, incidenter verò articulus immunitatis, vel fori discutitur; nihil mirum ergo ad hunc semiplenam probationem sufficere, sed non ad pœnæ adhuc extraordinariæ impositionem.

29 His connecte alias rationes à Regente Cortiada, & cæteris præallegatis scriptoribus perpensas, nempè qualitatem tribuentem iurisdictionem sufficere semiplenè probari, ad eamque leviores probationes produci, quæ secus se habent ad condemnandum: nam in hisce probationes efficaciores ea, quæ ad torturam requiritur deposcuntur, ut desuper demonstravimus.

Vnde rectè, tutòque nostrum Regium criminale Concilium in proposito casu antequam ad pœnam extraordinariam definiendā deveniret indicium scelus antecedens cum teste de visu coniungi voluit.

DECISIO LI.

DE PROBATIONIBVS EIVSDEM, SEV DIVERSÆ SPECIEI coniungendis, vel non ad condemnandum.

EIVSDEM generis probationes esse, eas interdum non multiplices, sed easdem quasi reddit, & ita probationē plenam non constituere dubitatione caret. Diversi generis si probationes sint (quidquid teneres in criminalibus) in civilibus tamen causis ad plenam demonstrationem compaginandam, etsi imperfectæ ex se sint, dummodò ipsarum defectus perfectionem ex duobus testibus contestibus susceptam contineat optimè glomerantur. In primo casu quando per probationes eiusdem generis novum indicium non exoritur, sed idem dumtaxat augetur ad condemnandum probatio non exurgit, veluti si eadem scriptura privata, & per testes de nota manu recognoscatur, & per peritos cum alia scriptura indubitata rei comparetur, quæ tamen limitabis, si his semiplenis eiusdem speciei alia accedant adminicula, & probationes, quia tunc condemnationi locus fit. Ita pro casu huius limirationis Senatus in causa Ioannis Francisci Prat, & de Sen-Iulià domicelli contra Hieronymum Bosch Villæ Sancti Fœlicis de Pallarols Diœcesi. Geruudæ, Regia sententia lata referente conspicuæ perspicaciæ Senatore Magnifico Iosepho Gelcen 3. Aprilis 1693. Actuario Rossinès.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Compositio non fit cum reo, si ex processu non appareat quid substantiale criminis, & non adsint saltem indicia ad torturam, & quid Regius observet Senatus.*

2 *Fisco licet transgire, si trãsactio ei utilis sit consulto tamen Principe. Transactioni locus non est nisi extet probabilis dubitatio, vel iuris, vel facti.*

3 *Absque peccato non adest materia necessaria ad confessionem sacramentalem, & absolutionem.*

4 *Quibus casibus facienda est confessio de peccato veniali sicut de mortali ad expositionem*, cap. omnes utriusque sexus de pœnit. & remiss.

5 *An qui solum meminit se peccasse mortaliter, nescit tamen speciem peccati possit tantum illud in genere confiteri.*

Nul-

6 *Nulla contra reum existente probatione nequit ille sub manulenta relaxari ad expositionem*, Const. 3. & 5. tit. de accusacions, &c.

7 *Cautionem fideiussoriam præstare onerosum ad interpretationem*, tot. tit. ff. Qui satisd. cogant. Princ. tit. instit. de satisdat. tut.

8 *Quæstio indagatur an duæ semiplenæ eiusdem generis prosint ad condemnandum? & numquid si adsint testes de nota manu, & periti scripturam comparantes reus qui illam in causa ciuili negauit possit in criminali accusari de falso?*

9 *Confessio extraiudicialis geminata ad condemnandum non est sufficiens, sed ad acriter torquendum.*

10 *Duæ confessiones extraiudiciales non multiplicant indiciũ, sed sunt idem indicium cum maiori fortitudine, & efficacia.*
De facie vera, & picta, homine in se, vel in speculo, corpore, & vmbra typo, & ectypo.

11 *Prorex est ipsum corpus Regis, Rex repræsentatus, alter, & ego, Alter nos.*

12 *Quilibet testis de visu semiplenam præbet probationem ab alio teste indepndentem, & tales testes nullo modo sunt vnum, probantque per diuersa media, & vide num. 20.*

13 *Testes de nota manu, & periti comparantes quasi idem omnino sunt, & sic indicium non multiplicant.*

14 *Harmonia ex multis consonantis, non ex vna coalescit.*

15 *Non potest vti falsarius puniri qui negauit á se scriptum chirographum, licet id affirment testes de nota manu, & periti comparantes.*
Illationes, ac argumenta ad confirmationem decisionis præcedentis.

16 *Testes de nota manu, & periti comparantes neutiquam probant supra semiplenam non extantibus adminiculis, secus autem illis concurrentibus.*

17 *Recognitio facta per peritos comparantes à iudice electos, & vti tales deponentes vrgentior ea est, quæ fit per testes de nota manu.*

18 *Tarda reprobatio scripturæ præsumptionem pro ea præstat.*

19 *Scriptura priuata etiam non datá aliquaeius verificatione, si non sit impugnata plenè probat, & requiritur expressa reprobatio, tacitaque non sufficit.*

20 *Doctores disputantes an imperfectæ probationes coniungantur hoc punctum disquirunt principaliter in his, quæ sunt diuersi generis, & non tendunt ad veritatem facti, & quare.*
Vnusquisque ex testibus de visu proprie loquendo, si integer comperitur non est imperfecta probatio, tametsi talis dici posset respectu completæ, & integralis.

21 *Iuxta plurium sententiam, sed minus veram in causis criminalibus non vniuntur imperfectæ probatio-*

bationes diuersi generis, secus in ciuilibus si in suo genere sint concludenter probatæ, & non aliter, quāuis aliqui etiam in isto casu quod iungantur velint.

22 *Probationes dicuntur imperfectæ, vel quia perfectam probationem ex se non formant, vel quia in suo genere non sunt rectè probatæ, scilicet per duos testes.*

23 *Declarantur Doctores circa materiam articuli præcedentis.*

24 *Aliorum scribentium authoritate eadem consolidatur conclusio, & num.* 25.

26 *Contrariæ sententiæ conciliatæ.*

1 VT superiore decisione discussa nitidius eliminētur nō inconsequens erit nonnulla in hac superaddere argumenta, quibus & in illa stabilita firma relinquantur, ac novæ quæstiones, & utiliter, & clarè perimantur, firmentur, primum proponatur scilicet quod nō debeat fieri compositio cum reo, si ex processu non appareat quid substantiale criminis, & non adsint saltem indicia ad torturam, Capiblanc. *de auctorit. Baron. prag. 6. num.* 10. post Paridem, & Carlerium Guazzin. *defens. reor.* 34. *cap.* 1. *nu.* 2. Scialoya *de for. compet. cap.* 50. *num.* 12.

2 Et meritò quia compositiones genus sunt transactionis cum Fisco, licet enim ei transigere, si transactio utilis sit prout ex Reverter. *decis.* 306. Valeron *de transaction. tit.* 4. *quæst.* 5. *n.* 59. *cum seqq.* signanter *n.* 68. affirmat Regens Calderò *decis.* 33. *nu.* 33. & in additionibus obtervat ex Don Francisco Ramos del Mançano *ad leg. Iul. & Pap. lib.* 1. *cap.* 8. *nu fin.* consulendum esse Principem, & est tritum tiāsactioni locum non esse nisi adsit probabilis dubitatio, vel iuris, vel facti, ut præmisimus *dec.* 44. *n.* 10. & nequit reperiri huiusmodi circunstantia probatione æquivalente nō extante.

Hinc omnes Theologi, & Ca- 3
nonistæ conveniuni absque peccato non adesse materiam necessariā ad confessionem Sacramentalem, & absolutionem, *can.* 7. *sess.* 14. *de pœnit. in Concil. Trid.* ubi quod peccata venialia sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ, non necessaria, sed sufficiens, Salmaticenses *tract.* 6. *de Sacram. Pœnit cap.* 4. *punct.* 2. *n.* 19. Canonistæ *ad cap omnes utriusque sexus de pœnit. & remission.* & ibi 4
Barbosa *n.* 4. cum ab eo congestis norans duos dari casus, in quibus de veniali, sicut de mortali facienda est confessio Sacramentalis, alter quando de aliquo veniali dubitatur an sit mortale, & alter quādo quis tantopere afficitur ad aliquod peccatum veniale ut timeat se per illud inducendum ad mortale nisi confitendo refrenet fortiter talem affectum: nam consentiret alioquin in mortali consensu saltem interpretativo, adeò ut con- 5
trovertatur inter eos an qui solum

me-

meminit peccasse mortaliter nescit tamen speciem peccati possit tantum illud in genere confiteri non se accusando de aliquo peccato particulari. Negativam sententiam docent Abulensis, Sotus, & Medina citati per Villalobos *in summa tom. 1. tract. 9. difficult. 34. n.* 3. affirmativam verò tenent Coninch *de Sacram. disput. 7. dub. 10. n. 97.* Layman *in Theolog moral. lib. 5. tract. 6. cap. 12. n. 7.* Villalobos ubi proximè Diana *p. 3. tract. 4. resol. 66.* proindeque cum reum à delicto absolvat compositio, seu remissio, nisi probatio sufficiens criminis præcedat compositio neutiquam comperiri, aut iniungi valet.

6 Propterea non semel consultus ab Excelentiss. Dominis Proregibus an possent aliqui carcerati, contra quos nullæ probationes fuerant factæ sub manuleuta dimitti respondi non licere illis manuleutæ onus imponere; nam tametsi præcedenti decisione *n.* 15, ex Const. 3 *&* 5. *tit. de accusacions, &c.* præhibavarimus defeciente semiplena probatione, vel ubi pœna corporis irrogari non potest sub manuleuta reũ esse relaxandum, hoc tamen ita intelligi debet ut semiplena probatio, vel quæ ab ea non valdè discedat danda sit quando manuleutã
7 reus præstare cogatur, est enim nõ parum onerosum fideiussoriã cautionem perhibere, *tot. tit. vbi interpretes ff Qui satisdare cogan. Princip. tit. instit de satisdat.* tut. Peregrin. *de fideicom. art. 40. n. 14.* plutibus laudatis, ubi ex Molina notat de consuetudine non practicari satisdationem de qua *in tit. ff. vt legat. seu fideicom. nom cau.* si fideicõmissum sit de bonis stabilibus, ideoque evidenter gravaretur qui nullo contra eum præeunte processu præstandę cautioni obnoxius fieret.

Transeamus nunc ad quæstionem an duæ semiplenæ eiusdem generis sufficiant ad condemnandum? & numquid si adsint testes notam manum habentes scribentis, & insimul etiam fiat comparatio litterarum ex aliis scripturis indubitatis depromenda illius, à quo scriptura facta dicitur condemnatus in causa civili propter talem comparationem litterarum possit criminalites accusari de falso quia negaverit scripsisse, & pro scribente habitus fuerit, & condemnatus? primam partem istius controversiæ enodavi, *decis. 7. nu. 73. & seqq. vol. 1.* ubi firmavi regulam illam, videlicet duas semiplenas probationes in omni negotio sufficere ad condemnandum procedere in duabus semiplenis probationibus diversæ prorsus speciei, & formæ, veluti si probationes diversæ, ac in se non perfectæ tendant ad eandẽ conclusionem finalem, & habeant consonantias colligatas ad invicẽ, tunc omnimoda harmonia dicitur compacta, ut plenè dicatur constare de crimine, si autem eæ consonantiæ, seu indicia non multiplicen-

centur, sed unius generis sint, probationesque eiusdē qualitatis considerentur tenui non componi integrale complementum, propterea quæque statui ex testibus de nota manu, & comparatione litterarum plenam non promanare probationem.

9 Notabilia sunt sane verba illa, *si autem eæ consonantiæ, seu indicia non multiplicentur, sed unius generis sint, probationesque eiusdem qualitatis considerentur* quemadmodum accidit in confessione extraiudiciali, hæc quidem legitimè per duos testes contestes de loco, & tempore probata indicium facit ad torturam, atque ita semiplenam constituit probationem, ut animadvertimus *decis.* 40. *in indiciis consequentibus pag.* 38. sed si unam confessionem probes per testes contestes de eodem loco, & tempore, & rursus aliam confessionem per alios duos testes similiter contestes de loco, & tempore non ideò per has duas semiplenas probationes plenam habebis, sed ut in dicta *decis.* 40. observavimus huiusmodi semiplena confessio geminata plusquam semiplenè probat, & sufficit ad acriter torquendum, non verò ad condemnandum, tametsi Anton. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 14. *defin.* 25. voluerit quod in civilibus hæcce confessio extraiudicialis geminata quamvis absente parte facta plenè probet etiam ad obligandū.

10 Istius conclusionis non imcomperta est ratio, siquidem duæ confessiones extraiudiciales non multiplicant indicium, cum sint unius generis, & eiusdem qualitatis, imò idem indicium cum maiori, vel minori fortitudine, & efficacia, sicut facies picta, & facies naturalis, & vera duo sanè vultus sunt, & idem, duo si ad corticem attendamus, & extrinsecam figuram, unus si finem, & substantiam contemplemur, non duo erunt vultus in homine, quia plures de eo depingantur imagines, corpus in speculo, vel umbra repræsentatum unū esse non desinit, quia multis in speculis simultanea divibratione cernatur, hoc equidem est idem per diversa media consequi typum, ectypum, hominem, & illius symbolum, corpus, ac umbram, hucq; 11
referas venuste ex scripta à Regente D. Raphaele de Vilosa *post tract. de fugit. dissert.* 6. §. 4. ubi postquam complurimis argumentis probare conatur Proregem in Regnis Coronæ Aragonum esse ipsum corpus Regis, vel alterum Regem repræsentatum, tandem *nu.* 35. refert emblemata eius, qui ad repræsentationem hanc significandam eandem pinxit, in solio figuram sub lemmate *alter, & idem,* prout antea Solorzan. protulerat *de iur. Indiar. lib.* 4. *cap.* 9 *n* 12 undè *Alter nos* Proreges nostri appellantur.

Cum ergo duæ confessionis ex- 12
traiudiciales nō addant indicium, sed ipsum augeant nentiquam plenam

nam probationem constituunt, secus autem contingit in duobus testibus de visu, quorum quilibet semiplenam præbet probationem, sicque ex illis semiplenis plena cõponitur, ut num. 20. elucidabitur: nam illi testes verè sunt duo, & omnino diversi, & nullo modo unum, ita ut in illis verificari nullatenus possit inscriptio illa alter, & idem; quoniam personæ sunt diversæ, media quibus veritatem factumque declarant distincta pariter agnoscuntur, cum visus unius non sit potentia alterius, & tantũmodò conveniũt in obiecto quod explicant, nempè facinore, seu delicto; ideòque tenervnt Doctores, quod quilibet testis de visu formet indicium distinctum, & diversum ab alio teste, & semiplenam probationem ab alio omnino independentem, discretam, ac diversã, ut præiecimus *decis.* 40. ubi tamen monuimus discretivè loquendo testes de visu non esse indicium cum sint evidentes probationes, & non argumenta: undè rectè loquitur Caball. *cas.* 251. *nu.* 9. ibi: *quia si loqueretur non de testibus modo quo supra deponentibus recognitione scripturæ, sed de eius veritate, quia illi interfuissent, & scribere vidissent quæstionem indubitabilem decidissent.*

13 Diversimodè se res habet in testibus de nota manu, & peritis deponentibus per comparationem litteratum, testes enim de nota manu nihil aliud deponunt, ut *decis.* 7. vidimus quam exponere se vidisse scribere pluries ponamus Titium, sicque perspexisse multas eius scripturas, & illam, quæ eis ostenditur eadem manu esse scriptam, at periti qui comparationem litterarum faciunt in substantia solum dicunt scripturam contentiosam, & aliam pro comparatione ministratam eiusdem scribentis esse, ut ornatissimè docuerunt Vicecancell. Crespi *obser.* 27. Bonden. *vol.* 2. *collect.* 19. ferè per tot. Luca *ad Gratian cap.* 235. *n.* 16. *cum seqq.* Anton. Gob. *consult.* 35. *&* 36. Romaguera *ad Conciol. sup. stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 32. *n.* 46. Cardin. de Luca *lib.* 15. *par.* 1. *in Theatr. verit. de iudic discurs.* 29. *nu.* 41. Quid aliud hoc est quam idem dicere peritos comparantes, & testes de nota manu deponentes? & non quidem per omnino diversa media, sed valdè similia ut prælibasti, non per duas probationes in sua genere independentèr perfectas, & aptas ad duplicem semiplenã constituendam, sed componendum eandem semiplenam magis, aut minus arctam, & fortem, non ad indicia multiplicandum, sed ad idẽ indicium augendum: consequens est ergo per huiusmodi semiplenas non posse plenam compaginari probationem.

Ea propter observavimus *decis.* 14
22 *n.* 77. harmoniam ex multis cõsonantiis non ex eadem coalescere, undè nisi plures illæ sint, varii-

que toni armoniaca compoſitio non formabitur, ut ibi latè diſſervimus; ita niſi omnimodam, & independentem varietatem inter ſe contineant probationis, è multiplicenturque indicia probatio non valet integrari.

15 Ex his concludit Caball. citato *caſu* 251. ex illis duabus probationibus, nempè teſtium atteſtantiũ habuiſſe notam manum, & vidiſſe reum ſæpiùs ſcribere, & inſimul per comparationem litterarum factam ex aliis ſcripturis indubitatis eiuſdem rei non poſſe eum condemnari in cauſa criminali uti falſarium quia negaverit in civili; nã inquit tales probationes dumtaxat ſufficiunt ad torturam, & non ad condemnandum: undè manifeſtè cernis certum eſſe aſſumptũ deciſionis præcedentis, videlicet nudam ſemiplenam probationem efficacem eſſe ad torturam, non autem ad condemnandum adhuc in pœnam extraordinariam, ad idemque iuvat alia aſſertio *nu.* 1. adducta, nempè ad compoſitionẽ ex aliquorum placito non poſſe abſque ſemiplena probatione deveniri, & nemo inficiabitur minus ad tranſigendum, ſeu compoſitionem ineundum requiri quam ad condemnandum.

16 Prædicta autem de probatione per teſtes de nota manu, & comparatione litterarum ſupra ſemiplenam non proficiente intelligas non extantibus aliis adminiculis, ſeu indiciis coadiuvantibus, illis namque concurrentibus ad condemnandum tales probationes ſufficient, prout eruimus *deciſ.* 2. *num.* 104. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *cl.* 6. *gloſ.* 3. *par.* 7. *à n.* 20. *& ſeq.* Cyriac. *controu.* 272. *nu.* 5. Rot. apud Ludoviſ. *deciſ.* 389. *n.* 2. Conciol. *ad ſtatut. Eugub. Rubr.* 23. *num.* 16. & ibi Romag. *nu.* 47. Queſada Pilo *d. diſſert.* 11. *n.* 27. itidem nos *deciſ.* 7. *n.* 66.

17 Negati autem nequit quod verificatio, ſeu recognitio ſcripturæ facta per peritos comparãtes à iudice electos, & nominatos, & non deponentes ut teſtes licet eiuſdem ſpeciei ſit ac probatio teſtium de nota manu eſt tamen quodãmodo urgentior, & fortior, ut habetur *d. deciſ.* 7. *à n.* 8. *præſertim n.* 86. quibus addas perplures allegatos per Regentem Calderò *tom.* 2. *in addition. ad deciſ.* 8. *n.* 18. *pag.* 559. & iũctis adminiculis ſufficit ad condẽnandum, Queſada Pilo *d. diſſer.* 11. *num.* 27.

18 Adminicula quæ in caſu noſtrę deciſionis concurrebant erant tarda reprobatio ſcripturæ privatæ, putà poteſt denuntiationem proceſſus, & aſſignationem ad ſententiam, etenim ex hac retardatione oritur præſumptio pro dicta ſcriptura privata, Queſada Pilo ubi ſuprà *n.* 25. aliaque coniungebantur adiuvamina, quæ veritatem chirographi evincebant.

19 Adeò vehemens præſumptio cenſetur reprobationis ſcripturæ tar-

tarditas ut etiam non data aliqua illius verificatione, si contra eam nihil opponatur ex adverso plenam fidem faciat, cum tunc per adversarium censeatur approbata, & contineat veritatem Barbosa,& Fermosin. *ad cap. 2. de fide instrum.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 1. resolut. 3. §. 5. n. 20.* Canc. *par. 1. var. cap. 19. n. 15.* Regens Cortiada *dec. 176. n. 38 & seqq.* qui notat Cancerium *par. 2. var. cap. 14. n. 116.* fuisse sententiæ quod si pars nō opponat expressè, sed tacitè ipso facto, veluti petendo absolvi á petitis partis, vel quod conclusa per partem fieri non deberent, tunc talē scripturam privatam non censeri per adversarium approbatam, sed ipse Regens Cortiada cum Leo *decis. 24. n. 65. 66. & 67.* contrariam sequitur opinionem.

20 Paradoxus iuxtà, ac problemmaticus nunc videbor affirmans Doctores investigantes an imperfectæ probationes coniungantur hoc punctum disputare principaliter in his, quæ sunt diversi generis,& non tendunt directè ad veritatem facti,aliter enim intelligendo neque testes de visu probarent, nam unusquisque ex eis imperfecta est probatio, non quidem propriè loquendo cum quicumque ex illis perfectus ex se sit ad veritatē facti tendēs, sed eo modo quo imperfecta dicitur pars respectu totius, & ita cum hæ probationes sint eiusdem generis, & quælibet ex eis sit in suo genere perfecta,nēpè quia nullus ex testibus aliquam patiatur exceptionem benè coniunguntur, atverò si una probatio sit ex teste de visu, & alia alterius generis utpotè confessio extraiudicialis,vel similis tunc quæstio,& controversia intrat inter Doctores an iungi possint. Quidā affirmant, negant alii etiam in civilibus,si verò istæ probationes diversi generis in sua specie non sint perfectè probatæ communior opinio est coacervari non posse, etiam in causis civilibus.

Vndè differentia inter causas 21
civiles, & criminales solum stat in hoc quod in istis iuxta pluriū sententiam,sed minus veram non uniuntur probationes imperfectæ diversi generis,etsi quælibet ex eis in suo genere completa sit; atverò in civilibus uniuntur ad plenam probationem constituendam, si verò probationes imperfectæ, seu incōpletæ diversi generis in sua specie non sint perfectè probatæ etiam in civilibus nullatenus iungi possunt ad plenam probationem componendam amplexa receptiori scribentium conclusione, licet nonnulli contrarium teneant.

Quæ melius percipies cum Pe- 22
guera *decis. 17. nu. 42.* ubi inquit in criminalibus dupliciter dici posse probationes imperfectas, vel quia perfectam probationem ex se non formāt,vel quia in suo genere perfectæ non sunt, id est rectè proba-

tæ, veluti confessio extraiudicialis dicitur imperfecta probatio duabus de causis, altera quia non est completa probatio, altera si suo in genere non sit probata, nempè per duos testes.

23 Iuxta prædicta intelligendi veniunt, Vela *dissert.* 38. *n.* 24. Menoc. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 41. Quesada Pilo *dissert.* 16. *n.* 7. Ciarlin. *contro tom.* 2. *cap.* 174. *n.* 8. dum tenent generale esse in causa civili, saltem non multũ ardua imperfectas probationes etiam diversę speciei perfectè in suo genere probatas, puta duas semiplenas, imò duas, vel plures præsumptiones ad idem tendentes, si iuridicæ sint, & efficaces coniungi ad plenam probationem efficiendam, Buccaron. *de different. inter iud. ciuil. & crim. diffin.* 55. *n.* 3. docẽs quod imperfectæ probationes diversi generis non coniungũtur in criminalibus ad plenam probationem, secus in civilibus, & in materia nobilitatis sequitur Regẽs Leo *decis.* 6. *n.* 3. *tom.* 3.

24 Nec considerata distinctione superius stabilita officiet Gratian. *to.* 2. *discept.* 336. *n.* 10. firmans quod si unus testis deponat de veritate, & substantia contractus, & societatis, ut quia illi contractui interfuit, alter testis deponat de fama, alter de alio adminiculo, seu indicio isti tres non coniunguntur ad plenam probationem; quia solum coniunguntur plura indicia ad plenè probandum quando unũquodque indicium est sufficienter probatum per duos testes, Quesada Pilo *d. dissert.* 11. *à n.* 114. Canc. *var. p.* 2. *cap.* 8. *n.* 30. Alexand. à quo omnes hauriunt *cons.* 13. *nu.* 18. *&* 19. *lib.* 1. qui Doctores magis pro nobis pugnant quam nostra oppugnent, cum de civilibus sermonem instituant.

His adstipulantur quæ de con- 25
iecturis maioratus firmat, Carena *resol.* 29. *nu.* 15. ubi agit de simplici fideicommisso, & concludit illud non induci, etsi considerentur cõiecturæ coniunctim, & nõ seorsim ex regula quæ nõ probant singula iuncta iuvant: quia talis conclusio habet locum si quælibet ex istis coniecturis esset in suo genere perfecta, nam ubi singulæ coniecturæ in genere suo non sunt perfectæ nec unitæ prosunt, videndus Maldonado *ad Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 42. apud quem, & alios supra allegatos adversantem defendentes sententiam Authores reperies.

Plane contrariæ sententiæ asse- 26
clæ suam nequeunt assertionem tutò defendere quando coniecturæ sunt imperfectæ, tum suapte inefficacia, tum defectu probationis, quæ duobus non constet testibus, nisi de rebus agatur, quæ singularium testium probationem admittant, ut tradidimus *dec.* 27. *n.* 18. & passim.

(§§)

DE

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO LII.

DE CLAVIS COMITIS VSV.

CLAVIS Comitis usum utilem, & necessarium iustitiæ authoritati quotidie experimur, qui enim mulctis obedire Tribunalium, seu Senatus præceptionibus recusãt, omnino cogendi veniunt, ut pareant, ne elusoria reddatur iudicantis maiestas, nedum in criminalibus causis, sed etiam in civilibus, ut sequentes definierunt decisiones.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Pœna se habet vt genus respectu mulctæ, cum ista pecuniariam tantum comprehendat arbitrariè imponendam, illa vtramque pecuniariam, & corporalem à lege indictam.*

2 *Mulcta post sententiam variari potest, non pœna.*

3 *Fisco instrumenta si sibi necessaria sunt traduntur, aut absque amotione à loco, vbi existunt, si videbitur per illum examinantur cum Senatu.*

4 *Quando Fiscus renuentes edere, seu tradere instrumenta non vult mulctis cõpellere per processum clavis Comitis cogit.*
Per clauem Comitis potestas illius significatur.

5 *Comes Barcinonæ Princeps noster supremus est in Cathalonia.*

6 *Stylus Tribunalis officii Magistri Rationalis circa clauem Comitis, & de eius ratione n. 7.*

8 *Prouisio clauis Comitis in dicto Tribunali facta.*

9 *Arma regulariter sumi non debent de domo rei, nec is actori ea suggerere tenetur, & de limitationibus huius regulæ, & nu. 10. ac 11. ad interpr. leg. 1. & ult. Cod. Edend. cap. 1. de probat. leg. 2. ff. de Eden. l. 2. §. Divus Adrian. ff. de iur. Fisci.*

12 *Declaratio trium aularum Reg. Aud. in hac materia notabilis.*

13 *Alia prouisio Regii congressus repræsaliarum ad eundem scopum.*

14 *Regia Audientia ciuilis circa clavem Comitis praxis.*

INobedientes mulctis plecti ostẽdimus *decis.* 29. nunc ibi adductis addimus Diana *par.* 10. *tract.* 8. *resolut.* 1. *& seqq.* tenentem pœnam propriè dici eam, quæ à lege statuitur, mulctam, illam quæ ab homine arbitrariè irrogatur, concorda- 1

daverat Ripoll *de Regal.cap.*34. agens de regalia imponendi,& exequendi pœnas,ac mulctas,nixus *l. aliud fraus,§.inter mulctã.ff.de Verb. signif.* & mulcta accipitur tantum pro pœna pecuniaria, pœna verò pro pecuniaria,& corporali Sixtin. *de Regal.lib* 1.*cap.*8.*à nu.*4. & ex eo Ripoll *d c.*34.*à n.*3.

2 Rursus mulcta post sententiam variari,& moderari,seu minui potest, non utique pœna Bovadilla (qui passim de mulctis agit)*in Politic.lib.*4.*cap.*5.*n.*68.*& lib.*2.*cap.*16.*nu.* 143. advertit Baronibus licere mulctam indicere pro defendenda sua iurisdictione tantummodò,sed non nisi intra tres solidos, at quomodo arbitrium in mulctis imponendis sit regulandum præter referata *decis.*29. percurrit Novar.*de grauamin. vassall. tom.* 1. *grauam.* 49.*& seqq.*

3 Sed ultra mulctam quando Fisco sunt necessaria aliqua instrumẽta ipsamet apprehenduntur,seu libri ubi ea existunt, ac ad Fiscale Tribunal trahuntur, aut ex mera, non levique gratia aliquando si in posse Vniversitatum extant retinentur, in illarumque archivis per Fiscum examinatur, ut practicatũ meminimus conclusione facta 8. Aprilis 1682.in facto dubii propositi per Nobilem Michaelem de Calderò, tunc Fisci Advocatum R.C.an Magnificus Advocatus Fiscalis, & Vincentius Sabater Iudex R. C. Relator causæ possent ire ad domum Civitatis Barcinonæ ad effectum instruendi,& fortificandi processum contra Iacobum N. & Iosephũ N. mercatores cives Barcinonæ, accusatos de fraudibus, & delictis commissis in regimine librorum manualium, & aliorum Banchi eiusdem civitatis, in quibus sunt data,& accepta depositorum diversorum creditorum,super quo dubio; Attento libri prænarrati erant manuales, erantque complures, & currentes depositorum diversorum creditorum,& frequẽtiùs, ac quotidie erant ex eis extrahendæ partitæ per Officiales qui ipsos regunt, & propter illorum magnitudinem, & numerum non facile exportari poterant de loco publico, in quo extabant, attenta celeritate, quam præfatum negotium exigebat,& attento Syndicus Civitatis pars instans, & formalis supplicavit ea de causa quod dicti Magnificus Advocatus Fiscalis, & Relator se conferãt ad domos præsentis Civitatis pro instruẽdo processu, & etiam quia dictus Syndicus se obtulerat extrahere facere partitas necessarias fuit in R.Crim. Concilio concorditer determinatum quod possent ad finem fortificandi, & instruendi dictum processum se conferre dicti Magnifici Senatores ad domum dictæ Civitatis.

Si verò scripturas habentes recusent eas tradere, aut suo casu ostendere, & nolit Fiscus postquam 4

edi

edi præcepit mulctis tenitentes cõpellere per processum clavis Comitis, vulgo *de clau de Comte* compelluntur, sic appellatum quia clavis Comitis nihil aliud est quam manus, seu potestas Comitis: clavium namque traditione dominii, possessionis, potestatis, authoritatisque translatio denotatur in actium deditione, Regnorum subiectione, aliisvè casibus frequentioribus Alciat. *in tit. C. de prætorib. & honor prætor. lib. 12. §. Item si quis merces Inst. de rer. diuis. leg. clauibus, ff de contrahend. empt.* Gratian. *discept. forens. cap. 310. n. 17. cap. 503. n. 1. & 2.* Postius *de manuten. obs. 22. nu. 5.* & passim Covarr. *lib. 3. variar. cap. 16. n. 11. & in l. 45. Tauri à n. 60.* Cyria. *contro 419.*

5 Hęc igitur executio iustitiæ fieri dicitur clave Comitis, videlicet manu, & potestate Comitis, qui Princeps noster Supremus est in Cathalonia superiorem nõ recognoscens; ut affabrè explicat Xammar *de priuileg. Ciuitat. Barcin. §. 6. n. 11.* ubi alii, hinc apud Romanos clavigationes vocabantur cùm indicebantur pro rebus repetendis quasi feciali clavi agi decernerent, qui de manu Regia plura non iucunda legere cupiat consulat Gabrielem Pereyra de Castro *de manu Reg prælud. 1. nu. 4.* & per totum tractatum ubi satagit, ac ad saturitatem pertractat.

6 Ideò quando Vniversitates omittunt, aut renuunt edere in officio Magistri Rationalis arrendamenta, ac certificatorias collectarum, & impositionum suarum stylus invaluit, quod librorum apprehensio fiat administrationum, & ad Tribunal dicti Officii adsportantur, vel ex indulgentia non modica in posse Vniversitatum relinquuntur ipsis deprecantibus, per libros disquirunt illius Tribunalis Officiales quid ex impositionibus domino Regi debeatur. Ita pro exactione iuris quinti sæpiùs reperitur observatum, iureque optimo ex doctrina Escobar *de ratiocin. c. 1. nu. 19.* terminanter Canc. *var. p. 3. cap. 3. n. 454.* ibi: *confers ad prædicta* 7
quod cum per redditionem rationum ad solutionem quinti deueniamus, & num. 460. ibi: *cũ absque aliqua redditione rationis possit doceri quid pro quinto veniat soluendum ostendendo instrumenta arrendamentorum impositionum, vt fermè fit in hac patria.*

Si autem resistant Vniversitates, seu alii privati edere, & suo casu ostendere libros, aut instrumenta per clavem Comitis proceditur, sic provisum fuit per Magnificũ Ioãnem Paulum Xammar Bauliæ generalis Cathaloniæ, & Magistri Rationalis tunc Assessorem 7. Iunii 1634. his verbis: *quod archini præfatæ Ciuitatis instante Fisci procuratore Regii patrimonii, si reperiuntur clausi, manu Regia, & vt vulgo dicitur, claue Comitis aperiantur, vt per coadiutores nominatos Officii Magi-*

stri

ſtri Rationalis fiat inſpectio dictorum inſtrumentorum, & librorum, & computatio dictarum impoſitionum, & ad id aſſignat diem Veneris 16. currentis hora ſecunda poſt meridiem cum dierum, & horarum continuatione, & pro his fiant, & expediantur mandata, & prouiſiones opportunæ iuxta ſtylum.

9 Neque demirandum id erit in Regia poteſtate, cum ex ſibi tributa à Principibus, ac diuturna obſervantia firmata clavi etiam Comitis utatur quandoq; Civitas Barcinonæ contra Confratrias perperam renuentes, meritò autem Fiſco ſibi edi, aut oſtendi libros petenti clavis Comitis vis impertitur: namque licet regulariter non poſſint ſumi arma de domo rei, nec reus actori ſuggerere arma teneatur, *l. 1. vbi Alciat. l. vlt. Cod. de Edendo*, ubi Doctores *cap. 1. de probat.* ubi Cononiſtæ, cæterum hæc regula multis in caſibus limitatur, primus eſt ſi agatur de intereſſe pecuniario Fiſci, quia tunc reus poteſt compelli ad edendum inſtrumenta, *l. 2. ff. de Edend. l. 2. §. Divus Adrian. ff. de iur. Fiſci*, Alciat. ubi ſupra Gail. *lib. 1. obſer. 21. n. 10. & 106. num. 11.*

10 Secundò limitatur ſi ſolum tractetur de liquidanda quantitate quam reus debet, is enim in evidenti dolo eſſe videtur, qui cùm debet, inſtrumenta, & rationes ut conſtet quantũ ſit proferre recuſet *l. prædiis 91. §. Titio, ff. de leg. 2. l. At Titius 48. ff. de action. empt. l. vlt. C. de Edend. & ibi Bartol. Panormitan. in cap. 1. de prob. n. 11.* Zazius *in l. 1. §. Editiones n. 27 ff. de Edend.*

Tertia extat limitatio in adminiſtratore, is namque obnoxius eſt libros dare adminiſtrationis uti communes, *l. quædam 9. ff. de Eden. l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rationibus diſtrahend.* Picus *in l. 1. n. 16. Cod. de Edend.* Alias limitationes ad rem criminalem conducibiles perduxi *deciſ. 31. n. 12.* 11

Notatu ad intentum digna eſt declaratio iunctis tribus aulis Reg. Audientiæ facta 3. Auguſti 1638. qua fuit deciſum Magnificos Ioſephum Maſsò, & Raphaelem Puig Regii Concilii Doctores, Petrum Ferrer Fiſci Advocatum Nobilem Geraldum de Guardiola, Locumtenentem Magiſtri Rationalis Cathaloniæ, & Michaelem Ioannem de Monrodon, Regium Algutzirium ordinarium, ac alios Regios Officiales non contrafeciſſe conſtitutionibus Cathaloniæ, privilegiis, uſibus, nec ſtylis Generalis Cathaloniæ, & conſequenter procedimenta facta per Deputatos intimata die 2. currentis, quibus declararunt quod erant Iudices competentes illius negotii (contrafactionis ſcilicet) cum aliis indè ſequutis tamquam nulla, & nulliter facta revocanda eſſe, & à regeſtris domus Deputationis delenda, & pro nullis, caſſis, & irritis habenda, prout per dictum Michaelem Ioannẽ 12

de

de Monrodon, & alios litis consortes fuerat supplicatum.

13 Quibus iungas provisione antea condita per Doct. Iosephum Queralt Assessorem Capitanię generalis scilicet 22. Iulii 1638. facto verbo in Tribunali Capitaniæ generalis, & repræsaliarum fuisse provisum (recepta antecedenter informatione super supplicatione oblata) quod ad effectum supplicatum unus ex Regiis Algutziriis aperiret, seu aperire faceret apothecas, seu botigias, vulgò Magatzems singularium, & Generalis intus villam de Matarò clave Comitis, si opportuerit, & inibi scrutinium faceret, & memorialia, raupas, ac omnia alia, quæ reperiret in illis respectivè sub inventario describeret, & peritis adhibitis recognosceret, & quæ inveniret adversus prohibitionem Regiam repræsaliarum iuxta præconia Regia adversus vassallos Regis Franciæ publicata apprehenderet, & sub fida custodia poneret donec aliter esset provisum.

Aliam provisionem in causa 14
criminali editam tradidi *decis.* 20. *n.* 36. peræquè Regia Aud. Civilis clavis Comitis provisiones non rarò præstat, ut fuit observatum me referente provisione facto verbo facta 2. Martii 1694. in causa retroclami contra Franciscũ Bosch, & Roca mercatorem ad aperiendũ ianuas domus illius, quę clausæ extabãt, & nullus respõdebat Officialibus exequi volentibus, ad cuius materię ornatũ videndus Cortiada *decis.* 120. *n.* 32. *p.* 2. scriba Troch.

DECISIO LIII.

EXTANTIBVS PROBATIONIBVS DELICTORVM, QVÆ duas pœnas exposcunt qualiter condigna ex pecuniaria, & corporali constitui, efformariquo ad sontem plectendum possit.

IMMODERATAS pœnas infligere iudices nequeunt, sed condignas, istas tamen ex pecuniariis, & corporalibus coalescere nec incivile, nec infrequens videbitur, quapropter tunc non duplex, sed una pœna propriè dici debet quasi ex duabus partibus integrata. Sic duo iudices idem scelus coercent, congruo tamen supplicio non ab utroque irrogato, sed supplente alio quod deest pœnæ ratione habita iam impositæ. Ita Senatus in factis latius hac decisione descriptis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Duplici pœna nemo eſt puniendus.*
2 *Si plures pœnæ pro vno delicto diuerſis Pragmaticis imponantur, vna tantum reus puniri valet.*
3 *Iudicis tunc eſt electio.*
4 *Limitatio 1. ſi vna pœna ſit iuris ciuilis, alia Canonici, quia tunc utraque applicatur, & vide n. 27.*
5 *Limita 2. ſi una proueniat ex diſpoſitione hominis, alia verò à lege*
6 *Intellige ſi utraque pœna condigna ſit delicto, tunc enim una ſola debetur.*
7 *Si una pœna ſit criminalis, alia pecuniaria utraque infligitur, nō uerò ſi amba ſint criminales, ſed declara ut in ſeqq.*
8 *Quicumque magiſtratus ſiue ordinarius, ſiue delegatus poteſt pœnali iudicio punire turbantes ſuam iuriſdictionē, pœna ſcilicet excōmunicationis, & multa, aut alia pœna extraordinaria iudicis arbitrio.*
9 *Doctores contrarium tenentes confutantur, & eorum opinionem ſuſtineri nequire quoad delegatum Principis conuincitur*
Cap. 1. de Offic. Iud. deleg. enodatum.
10 *Facultate multandi conceſſa non venit poteſtas confiſcandi.*
11 *Confiſcatio de regalibus eſt ſi principaliter irrogetur, nō ſi ſecundariò.*
12 *Quando pœna Fiſco applicatur criminalis cauſa dicitur.*
13 *Concilium Tridentinum de reformat. ſeſſ. 24. cap. 8. concubinarias obduratas exilio à territorio, & aliis pœnis punit.*
14 *Multa puniri poſſunt concubinarii, aliis pœnis non inflictis non violato Concilio Tridentino, aliiſque pœnis ſubſunt ſi pertinaciter perſeuerent cum plurium Senatuū deciſionibus.*
15 *Inſpiciendum id apprimè eſt an pœna licet ex corporali, & pecuniaria componatur congrua ſit reſpectu delicti; nā condigna eſt exequenda, ſicut quando diuerſæ ab ſtatutis indicuntur.*
16 *Reus ad diuerſas pœnas condemnatus omnes ſubire debet ſi inter ſe compatiantur.*
17 *Pœna ſolum tollit aliam inter diuerſos iudices quando delictum eſt ſufficienter punitum.*
18 *Caſus quo reus non gaudebat immunitate Eccleſię reſpectu iudicis Eccleſiaſtici, bene veró quo ad ſecularem.*
19 *Si quis in fraudem poſt commiſſū delictum ad Clericatum promoueatur, an foro Eccleſiaſtico gaudeat quinam Doctores pertractent.*
20 *Communis reſolutio eſt ſubiici iudici ſeculari quoad bona, non quoad perſonam, ſed hæc concluſio non procedit ſi tantum ſit aſſumptus reus ad ordines minores.*

Præ-

21 *Praterea non gaudet priuilegio fori quãdo quis in fraudem obtinet beneficium Ecclesiasticum, sed puniri debet per iudicem secularem cum tribus decisionibus, & nu.* 22. 23. 24.

25 *Dicitur reus assumere ordines, minores, vel beneficiũ Ecclesiasticũ in fraudẽ quando post delictũ commissum, & ante susceptos ordines, vel beneficium Ecclesiasticum, fuit accusatus, vel denuntiatus, vel infamatus de delicto.*

26 *Reus & iudici seculari, & Ecclesiastico pro diuersis criminibus obnoxius per quem ex illis sit ab Ecclesia extrahendus remissiuè.*

27 *In criminibus mixti fori punitus à iudice Ecclesiastico pœna spirituali, & fori Ecclesiastici potest etiam puniri à iudicce laico, si pœna ab illo inflicta non sit congrua, secus si fuerit condigna.*

28 *Pœna debet esse delicto consentanea.*

29 *Pecuniaria pœna excessiuæ non permittendæ, sicut nec compositiones cum Senatu, & nu.* 30.

31 *Senatus compellere potest Barones quod moderatam exigant compositionem iuxta qualitatem delicti, personarum, ac bonorum.*

32 *Confiscationis diffinitio.*

33 *Confiscatio, & ad fiscum applicatio idem significant, ubi de pœna fiscali, seu camerę, sed vide nu.* 36.

34 *Aueria diffinita.*

35 Constit. fin. tit. de bens dels condemnats *enodata.*

36 *Exorbitantes pœnæ, mulctæ & cõpositiones à iure interdictæ, sed non loquitur de illis* Const. fin. *nec sub nomine confiscationis propriè veniunt.*

37 *In persona, & bonis nemo puniendus venit scilicet illa confiscando extra casus. dictæ* Constitut. fin.

38 *Decisiones quibus rei & pœnis pecuniariis, & corporalibus animaduersi fuerunt absque excessu tamen, & non incongruè, sed condignè.*

DVplici pœna nemo est puniendus, ut ex Acuña, Gomez, Aylló, Giurba, Caballo, Diana, Menochio firmavimus *decis.* 14. *nu.* 19. & *decis.* 28. *num.* 20. quæ ita intelligi debent, ut inverisimile sit crimen unum duplicem pœnam causare tribus in casibus, primus erit si vindictã publicam utraque pœna concernat Bertazol. *crimin. cons.* 64. *nu.* 2. Pic. *cons.* 2. *num.* 25. Paz. *l. styl.* 63. *num.* 47. cum aliis cumulatis per Giurba *dict. cons.* 25. *num.* 16. 1

Quare quando plures pœnæ pro uno delicto diversis Pragmaticis ad vindictã publicã imponuntur, nõ potest reus nisi una puniri. Menoch. *recuper. possess. remed.* 9 *n.* 374. & 399. Farinac. *q.* 4. *nu.* 11. *q.* 111. *num.* 81. & *cons.* 5. *nu.* 53. Macerat. *lib.* 3. *resolut.* 45. *num* 9 & si eidem sceleri variæ leges pœnam designent omnibus legibus delinquens tenetur, sed non quoad executionẽ 2

Rota *decis.* 812. *num.* 24. *&* 25. Caball. *resolut. crimin. cas.* 2. *num.* 8.

3 Hocque in casu iudicis est electio *l. quoties ff. de action. & oblig.* Alciat. *reg.* 2. *præsumpt.* 28. *nu.* 3. Bardell. *cons.* 53. *n.* 12. Caball. *d. cas.* 2. *n.* 7. Ricc. *decis* 159. *nu.* 12. Menoch. *de arbitrar. quæst.* 85. *& quæst.* 94. *&* 97. videndus Cevallos *commun. q.* 626.

4 Nisi altera iuris civilis sit, altera iuris canonici ad text. in *cap. felicis § per hoc de pœn. in* 6. quem textū in atroci delicto procedere dixit ibi gloss. & latius Paz *in praxi tom.* 2. *prælud.* 2. *num* 49. Canc. 3. *p. resolut. cap.* 19. *num.* 61. Decian. *lib.* 5. *crim. cap.* 44. *num.* 44. Salcedo *ad Diaz in prax. cap.* 87. *de sacrileg.* Covarr. *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 10. *num.* 6. nam eo casu utraque pœna reus plectitur, ut Doctores isti docuerunt, & multis aliis citaris Faria ad Covarr. ubi proximè videndus Cyriacus *controuers.* 506. ubi an statuti pœna faciat cessare à iure communi indictam.

5 Vel nisi una proveniat ex dispositione hominis, altera à lege indicta sit Bartol. & Bald. *l.* 3. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Macabu *cons.* 93. *num.* 149.

6 Secundus erit casus (& hic omnes cōplectitur) si utriusque legis, seu Pragmaticæ pœna condigna sit delicto, & ambæ ad vindictam tendant *l. Prætor edixit, §. si dicatur, ff. de iniur.* Font. *de pact. nupt. cl.* 4. *gl.* 15. *nu.* 101. *&* 105. quem laudavimus præ citata *decis.* 28. *num* 20. Pappon. *cons.* 43. *num.* 12. Thesaur. *decis.* 18. *nu.* 3. tunc enim una sola debetur.

Tertius casus accidit si alia pœna criminalis, alia pecuniaria sit; nā tunc ambæ veniunt infligendæ; nō verò si utraque criminalis esset *l. qui ultimo, ff. de pœn.* Giurba *d. cons.* 25. *nu.* 22. quæ tamen conclusio explicatione indiget: etenim quicūque magistratus, sive ordinarius, sive delegatus potest pœnali iudicio punire turbantes suam iurisdictionem, etiam ex officio, & in nō subditos, & exemptos, ac penitus extraneos otendo gladio spirituali, & materiali, illo scilicet per pœnā excommunicationis, isto verò per pœnam pecuniariam, seu mulctā, vel aliam pœnam extraordinariā iudicis arbitrio, prout ex Novario, Larrea, Cevallos, Iulivo Chartario firmat Regens Cortiada *decis.* 27. *à num.* 8. *ad* 13. *p.* 1. & *decis.* 177. *n.* 5. *&* 6. adde Barbos. *in cap.* 1. *de offic. iudic. deleg.* cum ordinariis Cardinal. de Luca *de for. compe. discurs.* 29. *num.* 4. Fermosin. *allegat fiscal. p.* 2. *alleg.* 1. *num.* 74. post Bovadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num* 143.

7

8

Quicquid in contrarium tenuerit Abbas antiquus *in cap.* 1. *nu.* 2. *verbo ecclesiastica de offic. iud. deleg.* volens quod nec delegatus possit mulctare, pœnamque pecuniariam imponere, sed tantum carcerare, aut vinculis, & flagellis verberare,

9

berare, et quod ita intelligenda sunt verba illa *districtione ecclesiastica* posita in *d. cap.* 1. quem refert Farinac. *quæst.* 114. *num.* 29. quia hæc sententia sustineri posset respectu delegati inferiorem magistratum non habentis; non autem quoad delegatum Principis, quia cum in causa delegata maior sit quocumque iudice ordinario, ut alibi plenius differemus, ideò nihil mirum si & ipse sicut ordinarii iudices mulctandi potestatem habet, ut per hunc contextum doctè declarat Farinac. *quæst.* 18. *n.* 49. aliis congestis, reiecto Decio oppositum sentiente, & ita respectu huiusmodi delegati Principis non procedit limitatio enarrata per Farinac. *d. quæst.* 114. *nu.* 29. ex aliis autumantibus delegatum posse mulctas indicere contra partes litigantes, at non contra alios contra quos existimant pœnam solum excommunicationis imponere valere: nãtalis Principis delegatus, ut præhabetur, utroque gladio contra quoscumque eius iurisdictionem impedientes, aut turbantes uti potest.

Verum est quod ex potestate
10 mulctandi non censetur indulta facultas confiscandi, nisi crimen super quo delegatus procedit confiscationem mereatur, ut benè exponit Farinac. *d quæst.* 114. *nu.* 30. prosequitur Peregrin. *de iur. Fisci lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 25. *& seq.* ubi hoc
11 ius confiscandi regale esse, & sic soli Principi competere quando bona confiscantur principaliter, si autem confiscentur in consequentiam, ut contingit in eo qui deportatur, vel in metallum damnatur, tunc is confiscare potest qui in metallum damnat concinit Franciscus Iosephus de Angelis à Scãno (qui plura, & observabilia de delegatis congessit) *tract. de Official Baron. cap.* 28. *num.* 4. ubi etiam observat ex Genuens. *in prax. cap.* 39. *num.* 7. delegatũ suam iurisdictionem exequi non posse iudice ordinario loci irrequisito.

Vides ergo quomodo indiscri- 12
minatim certa non sit regula quod si utraque pœna criminalis sit non possit irrogari, imò tametsi pœna pecuniaria Fisco sit applicanda, quo casu indubiè criminalis causa reputatur ex traditis à Regẽte Cortiada *decis.* 35. *num.* 90. cum Ripoll ad Peguera, Chartario, Xammar, & aliis, potest etiam coniungi pœna corporalis, ut patet in crimine concubinatus; statuit enim Concilium Tridentinum *de reformat. sess.* 24. *cap.* 8. concubinarios cuiuscumque sint conditionis excomunicatione esse feriendos, si ter moniti à turpi non abstineant conversatione, & mulieres concubinæ si prævia monitione adhuc in obdurata persistant turpitudine extra territorium, & diœcesim trudendas esse, aliis pœnis in suo robore permanentibus. 13

Investigat Diana *p.* 10. *tract.* 8. 14
resolut. 1. *& seqq.* an possit Episcopus

pus extante dicto *cap.* 8. punire cõcubinarios mulcta, seu pœna pecuniaria, non impositis aliis pœnis, & resolvit affirmativè contra Regentem Franciscum de Vico *in Pragmat. Regni Sardin. tom.* 2. *tit.* 7. *cap.* 6. *n.* 9. & contra Aloysium Riccium *in prax. tom.* 1. *resol.* 319. *n.* 3. sequutus Gabriel. Pereyra *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 16. Thomam Velasco *tom.* 1. *allegat.* 34. *nu.* 11. *& seqq.* Ioseph. Vela *de potest. Episcop. circa inquirenda par.* 1. *n.* 64. eam assignantes rationem, quia Concilium solum posuit illum ordinem quoad excommunicationem ferendã pro contumacia in illo crimine, & per hoc non abstulit alias pœnas contra adulteros, & concubinarios inflictas, & testantur memorati Doctores ita fuisse decisum in Hispalensi, Granatẽsi, & Portugalliæ Senatibus; unde invenimus mulctam exerceri contra concubinarios, at si illi in scelere persistant aliis etiã criminalibus pœnis subiiciuntur, nec dubitandum erit illam pecuniariam criminalem esse, cum publicam cernat vindictam ut ubertim ibidem Diana defendit.

15 Inspicitur igitur an conglomeratis pœnis pecuniaria & corporali una ex illis constituatur condigna, & proportionata delicto, tũc enim congrua compacta executioni demandatur per exarata supra *num.* 6. quibus consonant quæ in controversia an pœna imposita ab statuto tollat pœnam impositam à iure intexuit Conciolus *resolut. criminal.* 1. *verbo pœna*, & præcipuè *n.* 7. ubi quod quando pœnæ impositæ à statuto novo, vel lege nova sunt diversæ pro eodẽ delicto imponi debet pœna, quæ est magis cõgrua, ex firmatis à Guazzin. *defens.* 33. *cap.* 20. *per tot.*

Hîs pariter concatenatur optimè dissertatio an reus ad diversas pœnas condemnatus omnes subire debeat si compatibiles sunt, & affirmativè docent Caball. *cas.* 158. *nu.* 22. Clar. *§. fin. quæst.* 99. *n.* 9. videndi plures laudati per Faria *ad Covarruv. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 110. 16

Similiter prædictis conveniunt quæ stabilivimus *decis.* 1. *num.* 86. dum eruimus pœnam tunc intelligi tollere aliam quando per eam delictum est sufficienter punitum, veluti si iudex originis non cõdignè puniit reum, poterit enim tunc iudex delicti debitam pœnam imponere, & utrique parere reus tenetur si compatibiles sint ex proximè enodatis. 17

Iuxta quæ in casu Michaelis Ferrer 3. *p. observ. c.* 265. de mense Iunii 1563. cum ageretur de causa immunitatis Michaelis Soler extracti ab Ecclesia de Hospitaleto fuit declaratum prædictum Soler condemnatũ ad opus metalli per Subdelegatũ Brevis Apostolici quoad pœnas, & pœnitentias impositas per illum contentioni locum non fuisse, nec esse, sed quoad delicta commissa de quibus non fuit con- 18

demna-

demnatus per dictum iudicem secularem extrahentem immunitate Ecclesiæ gaudere. Ita decisum consultoribus Iofre, Quintana, Torroella, Claret, ex eaque definitione uti compertū inferes eundē reum pro diversis delictis pœnas exequi, seu subire debere ab utroque iudice competenti affligoatas, si incompatibiles non sint, prout quotidiana praxis monstrat eundē sontem, & plecti pro delictis ordinariæ cognitionis per Regium Cōcilium, & pro criminibus contra fidem patratis per Sanctum Tribunal Inquisitionis, & utrique Iudici parere teneri quoad possit incontroversum fatemur.

19 Casus autem præexpressus Michaëlis Ferrer erat de clerico in fraudem effecto, videlicet de eo qui post commissum delictū fraudis causa, & se eximendi à foro iudicis secularis fit clericus, vel monachus, de qua quæstione consulendi Anton Gomez *tom. 3. var. cap. 10. num. 5.* Farinac. *in prax. crim. quæst. 8 ex nu. 104.* Marta *de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 121.* Mastrills *decis. 294.* Cenedus ad decret. *collectan. 23. ex nu. 1.* Cavalcan. *decis. 10. lib. 5.* Canc. *var p. 2. cap. 2. ex nu. 133.* Borrell. *de Reg. Chan. præstant. cap. 71. ex num. 276.* Alvarus Velasco *consult. 48.* Franch. *decis. 209. 384. 395. & 417.* ubi eius recentissimus additionator Carol. Anton. de Luca pulcherrimas controversias exagitat. Caball. resolut. criminal. *cent. 2. casu 106.* & aliis adducti per Carleval. de iudic. *tit. 1. disput. 2. num. 447.* quibus adde Regent. Sanfelic. *decis. 2.* Thoro *verbo remissio petita per Clericum effectum* Giurba *cons. 15. num. 34.* Barbos. *in tract. de iur. eccles. tit. de privileg. clericor. nu. 89.*

Et quamvis communis resolutio sit Clericum, aut Monachum in fraudem promotum subditum manere foro seculari quoad bona, non quoad personam, & sic quod ille sit iudex causæ, nō autem personæ, hæc tamen conclusio non procedit si Clericus effectus in fraudem post commissum delictū assumptus est ad ordines minores tantum; nam eo tunc non gaudet privilegio fori, tam respectu personæ, quam bonorū. Carol. de Graff. *de effect. clericat. effect. 1. à nu. 1071.* præcipuè *n. 1075.* Cutell. *de immun. Eccles. lib 1. q. 27. n. fin.* Mat hæus *de regim. Reg Valent. tom 2. cap 7. §. 1. n. 123. in fin.* Scialoya *de for. compet. cap 7. nu. 71.* & alii innumeri quos ipsi allegant, & complures quos refert Regens Cortiada *decis. 11. nu. 27 p. 1.* 20

Idemque erit quando in fraudem post commissum delictum quis obtinet beneficium Ecclesiasticum, non gaudet namque privilegio fori, sed puniri debet per iudicem secularem, non loquor quando obtinet beneficium postquam est in carceribus, qui est casus minus dubitabilis de quo Senator 21

Mi-

Michael Ferrer 3. *p. obſeruant. cap.* 209. Canc. var. *p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 152. Font. *deciſ.* 312. *num.* 25. *p.* 2. ſed loquor quando quis in fraudem poſt commiſſum delictam obtinet beneficium Eccleſiaſticum; nã non gaudet privilegio fori, ſed puniri debet per iudicem ſecularem Novar. *in pragmat.* 5. *num.* 23. *& ſeq.* quem citat Scialoya *de for. cõpet. cap.* 7. *num.* 84. ibi: *quod ſi Clericus in minoribus conſtitutus, qui non defert habitum, & tonſuram, & non ſeruit in diuinis, qui vigore Concilii Tridentini non gaudet foro Eccleſiaſtico, ſi ipſe delinquat, & poſt delictum obtineat beneficium nõ gaudet foro Eccleſiaſtico ſecundum Novar.* addo Thom. Delbene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 26. *num.* 1. & ſic fuit deciſum in Cathalonia.

22 Primò per Magarola tertium Conſultoribus Bonet, Magarola, & Ferrer 11. Feb. 1620. cõtra Salvatorem N. obtinentem beneficiũ ſub invocatione Sancti Michaëlis in Eccleſia Parrochiali Sãctæ Eulaliæ de Navès impetitum de aliquibus delictis antequam dictum beneficium obtinuiſſet.

23 Secundò per Cancellarium Eril 27. Septembris 1638. ſuper reſtitutione perſonæ Ioſephi N. in quatuor ordinibus conſtituti obtinentis Capellaniam in Eccleſia Parochiali Villæ Granullariorũ ei collati poſt diem, quo commiſit delictum, de quo impetitus detinebatur in carceribus Regiis Villæ Granullariorum.

Tertiò per Cancellariũ Puigmari 24
eõſultoribus Magarola, Roca, Carreras, & Aguilo 30 Iulii 1627. cõtra Michaëlem N.

Dicitur autem quis aſſumere or- 25
dines minores, vel beneficium eccleſiaſticum in fraudem quando poſt delictum commiſſum, & ante ſuſceptos ordines, vel beneficium eccleſiaſticum fuit accuſatus, vel denuntiatus, vel infamatus de delicto, ita omnes, qui materiam tractant.

Si autem rationem inquiras cur 26
in prælibato caſu per Michaëlem Ferrer diſcuſſo 3. p. cap. 265. reum extraxerit iudex ſecularis ab Eccleſia, adeas ſequentem deciſionem.

Hæc annotabis quando pro 27
diverſis criminibus per iudices, ad quos eorum cognitio pertinet quis puniendus venit, & non aliud tenebis quando iudices illi de eodem ſcelere cognoſcunt, exemplũ habemus in criminibus mixti fori: nam punitus à iudice Eccleſiaſtico pœna ſpirituali, & fori Eccleſiaſtici poteſt etiam puniri à iudice laico pœna fori ſecularis, & legis civilis, ut benè cum Afflictis, Gutierres, Anton. Fabro, Grivello. Galeota, Fontanella, & aliis concludit Regens Calderò *deciſ.* 48. *num.* 27. *p.* 1. alios dat concordantes Faria ad Covarr. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. *in fin.* quæ intelligas ut non habeant locum

locum quando iudex Ecclesiasticus poterat in delicto competentè, & condignam pœnam imponere; quia tunc punitus, vel absolutus per iudicem Ecclesiasticum, qui prævenit non potest amplius molestari per iudicem laicum, ut doctè ex Conciolo, & Valenzuela Velazquez stabilivit idem Calderò *decis.* 74. *num.* 15. *p.* 2. quem laudavimus aliis additis *decis.* 23. *num.* 4.

28 Quare totus conatus omnimodumque studium in eo sistere debet ut ex concreto pœnarum pecuniariæ, & corporalis ea integretur, & componatur pœna, quæ crudelis non sit respectu delicti, ipsoque maior, & gravior, sed imò illi correspectiva, condigna, congrua, & proportionata, ex vulgata regula dictante pœnam debere esse delicto consentaneam *l. sancimus C. de pœn. l. respiciendum ff. eod. cap. non afferamus* 21. 24. *quæst.* 11. Farnes. *de republ. lib.* 2. *panegyr.* 5. *cap.* 8. Henric. Docet. *de regal. cap.* 3. *n.* 110. Carena de Offic. Sanctę Inquisit. *p.* 3. *tit.* 8. *decis. Granatens. n.* 63. Matthęu *de re crim. controuers.* 36. *nu.* 4. cum aliis á nobis indagatis *decis.* 12. *num.* 46.

29 Imò sola pœna pecuniaria talis esse potest quæ iniusta videatur uti nimia, & excessiva respectu delicti, quapropter *decis.* 29. *num.* 1. ex Novario observavimus cõquęri iustè vassallos si pœna, seu mulcta maior apponatur in sententia contumaciali ea, quæ delinquenti esset irroganda si præsens reperiretur, & ex eodem Novario decisione præcedenti *num.* 2. perspeximus quomodo arbitrium in mulctis imponendis sit regulandum, idē- 30
que moderamen in compositionibus est attendendum, ad cuius rei demonstrationem non incongruũ audias casum, interpositus fuit recursus ad Reg. Criminale Concilium pro parte Francisci N. agricolę loci de Corbera capti in carceribus illius loci de mense Septembris 1670. pertimens reus declaraturum Regium Concilium recursui locum non esse, transegit cum domino loci prædicti in quadraginta sex nummis aureis, seu duplis auri, & cum prædictus reus noluisset causæ recursus renuntiare noluit Reg. Concilium annuere renuntiationi, quamobrem referente Nob. Iosepho de Balaguer tertiæ Aulæ Senatore pro Nobili Hieronymo de Magarola, tunc I. R. C. absente 17. Octobris dicti anni 1670. fuit conclusum locum esse prælibato recursui, & quod memoratus Franciscus traderetur idoneæ manuleutæ de se representando intus Regios carceres Barcinonæ ad pœnam 300 ℔, & interim quãdocumque fuerit requisitus. Actuario Badia.

Moti fuerunt Domini ex doctri- 35
na Riccij *in prax fori Eccles. resol.* 123. *to.* 4. Gizzarel. *decis.* 55. Rovit. *ad Pragmat. Regn. rub. de composit. n.* 11. & Novarii *de gravamin vas-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſall. grauam. tom. 1. 11. 12. 13. ubi reſolvit vaſſallos gravari per compoſitiones immoderatas, & exceſſivas, Senatumque poſſe compellere Baronem quod moderatam exigat compoſitionem iuxta qualitatem delicti, perſonarum, ac bonorum, crimen autem de quo inveniebatur reus imputatus erat defraudationis decimarum, ſeu potius non integræ illarum ſolutionis.

32 Et non ſemel diſputatum audimus, an in caſibus quibus confiſcationi non eſt locus imponi valeat pœna pecuniaria quantitatis ingentis, pro opinione negante ponderatur diffinitio confiſcationis tradita per Aretin. *de iudic.* 3. *colum. in hunc modum vniuerſalis auctio bonorum, vel alicuius quotæ* allegat text. *in l. recuſare, §. ſi Fiſco, ff. Ad S.C. Trebell. l.* 1. *Cod. de fideiuſſor.* cum ibi notatis, plene Sabell. *in ſūma verbo confiſcatio, & præcipuè n.* 1. *Verſ. plura de confiſcatione*, ubi quod confiſcatio comprehendat omnia bona ubique exiſtentia.

33 Secundò, quia tantum eſt dicere confiſcatio quantum ad Fiſcum applicatio. Bartholom. Caſſan. *in conſuetud. Burgund. Rubr.* 2. *de confiſc. nu.* 1. *in fin.* & ita quando applicantur bona confiſcatio bonorum vocatur, at ſi applicatur certa pecuniaria quantitas appellari ſolet cōfiſcatio, ſeu pœna fiſcalis, *l. fin Cod. de bon. proſcrip. l.* 1. *ff. de bon. damnat.* Bartol. & alii *in l. fin ff. ſolut. matrim.* Palat. Rub. *in Rub. de donat. int. vir. & ux.* §. 62. *nu.* 11. Avendaño *in cap. Prætor.* 2 *p. nu.* 1. Segur. *p.* 1. *director. cap.* 14. *n.* 18. *& p.* 2. *cap.* 11. *nu.* 14. Bovad. in Polit. *lib.* 2 *cap* 16. *à num.* 112. Solorzan. *tom.* 1. *de iur. Indiar. lib.* 5. *cap. unic à num.* 83. & *lib.* 6. *Politic. cap.* 11. Eſcal. *lib.* 2. *gazophyl.* 2. *p. cap.* 13. Avendaño *de exeq. mand. p.* 2. *cap.* 24. & de averi aquæ eſt quinta pars pœnę pecu- 34
niariæ, vel bonorum quæ Fiſco applicantur, ut latè expoſuit eruditiſſimus Vicecancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv.* 120. *num.* 5.

Tertiò quippè *Conſt. fin. tit. de* 35
bens dels condemnats diſponitur pro quolibet delicto reo capto nequire inventariari, aut capi bona illius, exceptis criminibus lęſę Maieſtatis Divinæ, vel humanæ, in quibus locum habere ſtatuitur cō-fiſcationes, & inventaria, licet reus ſit captus, in aliis verò criminibus indiſtinctè vel fonte capto, vel nō cōfiſcationes interdicūtur, ſub verbo autem confiſcatio nedum illa videtur comprehendi quæ in bonis fit, ſed etiam quæ per pœnas fiſcales exercetur, argum. text. in *cap. ſolita de maioria & obed.* & in *l. ſeruitus, ff. de ſeruitut urban. prædior.* cum aliis multis notatis ibi per communiter ſcribentes.

Indubium perpenditur exorbi- 36
tantes pœnas eſſe omninò exoſas, omnique iure prohibitas, attamen ſi quodammodò videantur ſapere,

non

non tamen de illis loquitur nuper recitata Constit. fin. nec per eam mulctæ excluduntur, compositiones delictorum condignæ, alieque pœnæ pecuniariæ consentaneæ, observantia, & ratione præclarè sic evincentibus, & confiscationis nomen de quo in rationibus dubitandi fit mentio non propriè accipitur, nec ea est confiscatio de qua in *Constit. fin. tit. de bens dels condem.* agitur, ut præallegati Doctores excutiunt.

37 Ex quibus luce donatur noster primarius, & doctissimus Senator D. Ludovicus à Paguera *in prax. crimin. cap.* 14. *pag.* 430. *Vers. scias etiam* animadvertens quod nemo in persona, & bonis puniendus veniat, ut intelligatur iuxta mentem antehabitæ *Const. fin.* scilicet quod reo capto ipsius bona non inventarientur ad semovendam cõfiscationem, non verò ad iustas, & legitimas pœnas tollendas.

38 Idcirco id inspici, & contemplari potissimum oportet ut iustæ, & non excessivæ pœnæ imponantur: nam si dissentaneę non applicentur, quamvis una sit corporalis, & alia pecuniaria rectè concurrere possunt cum tunc ex duabus una congrua cõpaginetur, ut fuit observatum in Reg. Concil conclusione facta referente Berart 25. Octobris 1631. qua fuit definitũ quod Iosephus N. relaxeretur à carceribus attento bannimento per eum voluntariè susceptο à Cathalonia, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ per biennium, & pacto per eum similiter voluntariè susceptο serviendi Reg. Curiæ, & solvendi Regenti Reg. Thesaurariam 400 ℔ francas sub pœna solvendi 300 ℔ eidem Regiæ Curiæ, & duplicati bannimenti si dicta pacta, aut eorum alterum non servaverit. Similis 28. Martii 1671. qua fuit concluſum in Regia visita, quod Franciscus N. Villæ de Hostalrich relaxeretur à Regiis carceribus, in quibus detinebatur, attento pacto per eum voluntariè susceptο bannimenti à præsenti Civitate Barcinonæ, & eius Vicaria lata per quinquẽnium sub pœna in casu contrafactionis serviendi Regiæ Curiæ, & solvendi Regenti Regiam Thesaurariam 300 ℔ pro quibus teneretur idoneè cavere, & duplicati bannimenti. Actuario Riembau. Similis me referente, actuario Famada. 20. Maii 1672. qua extitit concluſum, quod Andræas Gibernau relaxaretur, attento pacto per eum voluntariè susceptο relegationis in Insulam de Iviſſa per septennium sub pœna in casu contrafactionis serviendi in Regiis triremibus remigando per idem tempus, & attento pacto serviendi Regiæ Curiæ, & solvendi nobili Regenti Regiam Thesaurariam 330 ℔.

(§§)

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO LIV.

DE EXTRACTIONE CLERICORVM AB ECCLESIA, & per quem fit iudicem facienda.

IVDICEM laicum iuvare, defendere, imò famulari eccleſiaſtico pro ſua exercenda iuriſdictione ſancta, glorioſa, & præeminens auctoritas eſt Catholici Principis, ac per eiuſmodi auxilium non derogatur ſummæ eccleſiæ poteſtati, imò ea extollitur, quamobrem caſibus poſtulantibus per ſecularia Tribunalia clerici ab eccleſia extrahuntur, ſed ſi extractionem per illa fieri incongruum videatur eccleſiaſtici iudices ſubditos ſuos ab altari avellunt. Ita deciſiones infra ſubiiciendæ.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Ex obſeruantia huius Principatus ſi declaratur quod extractus ab eccleſia gaudet illius immunitate euadit abſolutus ab omnibus delictis.*

2 *Limita ſi reus duo commiſerit crimina, unum plectendum per iudicem ſecularem, aliud per eccleſiaſticum.*

3 *De conſuetudine Cathaloniæ, & aliorum Regnorum clerici pro criminibus non exceptis ad eccleſiam confugientes non gaudent eius immunitate.*

4 *Clerici atrocia crimina committentes extrahi poſſunt ab eccleſia per iudices laicos, qui eos iudici Brevis Apoſtolici conſignare tenentur.*

5 *In delictis exceptis extractio clerici ab eccleſia fit per iudicem ſecularē*

6 *Dominus Rex, eiuſque Reg. Concilium in Cathalonia cum ſono emiſſo quoſcūque malefactores capit, ſed clericos intra 24. horas iudici eccleſiaſtico tradere tenetur.*

7 *In vim dictæ Regaliæ ſoni emiſſi quicumque delinquentes ab Eccleſia extrahuntur, ſed declara ut n. 9*

8 *Regalia predicta communicata eſt Vicariis Regijs, & aliquando Baiulis, & quid practicetur in Ciuitate Tarraconæ.*

9 *Non extrahuntur rei ab eccleſia niſi quando delictum eſt exceptū, & data ſemiplena probatione ad interpretationem cit. & Conſtit.* de ſometent in primo, & ſecund. volum. Conſtit.

Quan-

10 *Quando delictum est exceptum extractio clerici de delicto atroci imputati fit per iudicem secularem cum decisione.*

11 *Alia decisio qua fuit declaratum Presbyterum Ecclesia immunitate non perfrui.*

12 *Apellatio an potuerit ab hac declaratione interponi remissiuè.*

13 *Reus non consultò, sed rixa subitanea in Ecclesia delinquens, etsi grauiter gaudet illius immunitate*

14 *Si vellet iudex ecclesiasticus clericum delinquentem ab ecclesia extrahere non vocato iudice laico rectè posset.*

15 *Iudex laicus extrahens clericum ab Ecclesia nihil aliud facit quam auxilium impertiri iudici ecclesiastico.*

16 *Iudici delegato licet auxilium huiusmodi implorare, etsi in litteris id ei non permittatur.*

17 *Miles delinquens, & ad ecclesiã confugiens per iudicem paganum ordinarium ab illa cum sono emisso extrahitur.*

18 *Posset iudex laicus si vellet, aut instaretur in vim Breuis Gregorii 13. clericum inquisitum de delicto non excepto ab ecclesia extrahere, sed iustius erit extractionem fieri per ecclesiasticum cum decisionibus, & num. 19.*

1 PRæcedenti decisione *num.* 26. spopõdimus hic peragere per quem iudicem sit ab Ecclesia extrahendus reus qui & unum crimẽ commisit ab ecclesiastico puniendum, & aliud à laico vindicandum veluti si effectus clericus in fraudẽ deliquerit ante promotionem ad clericatum, & post ipsum susceptum, pro hoc namque scelere iudici subest ecclesiastico, pro illo seculari, *ut num.* 29. prædictæ decisionis libavimus, & antequam argumentum adimpleamus repeti oportet regulam stabiliram decis. 26. *nu.* 2. ubi prænotavimus quod ex obseruantia nostri Principatus quotiescumque declaratur, quod extractus ab ecclesia gaudet illius immunitate evadit immunis, & absolutus ab omnibus delictis, adeò quod si postea capiatur nequit pro eis puniti, nec de illis inquiri potest, nec ratio haberi.

2 Circa quam regulam, & obseruantiam animadvertas eam non procedere si unum crimen sit plectendum per iudicem secularem, aliud per ecclesiasticum; quia tunc nihil prodest quod obtinuerit reus extractus ab Ecclesia in causa immunitatis, ut hac de ratione iudicem ecclesiasticum subterfugiat, quemadmodum evenit in specie Michaëlis Ferrer 3. *p. obseruant. cap.* 265. de qua antecedenti decis meminimus *num.* 18.

3 Etenim licet maximò disceptatum sit inter scribentes, an clericus delinquens, & ad ecclesiam confugiens gaudeat illius immunitate, de qua quæstione Regens Cortiada *decis.* 34. *num.* 30. *p.* 1. & latius

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tius *decis.* 91. *tota, & præcipuè num.* 13. *p.* 2. tamen ibi ex pluribus concludit, quod tametsi aliud sit de iure, atverò de consuetudine receptum dignoscitur, ut clerici pro criminibus non exceptis ad ecclesiam confugientes non gaudeant eius immunitate, sed inde à iudicibus ecclesiasticis extrahantur inviti, & condignè puniantur, de qua consuetudine præter auctores quos allegat pro aliis Regnis attestantur quoad Cathaloniam Michael Ferrer *p.* 3. *observantiar. citato cap.* 265. referens casum decisum de anno 1536. & idem Cortiada dicta *decis.* 91. *num.* 13.

4 Nunc ad difficultatem propositam Gregorius 13. (ut ibidem Cortiada observat) suo Brevi dato Romæ 2. Octobris 1571. statuit, quod clerici in minoribus ordinibus cõstituti etiam habentes aliquod tenue beneficium committentes latrocinia, & alia atrocia crimina, seu fautores, & receptatores latronum, aliorumque facinorosorum hominum non gaudeant inmunitate ecclesiæ, imò ab ea per iudices seculares extrahi possint, qui eos Iudici Brevis Apostolici consignare teneantur ut illos debitis pœnis puniat.

5 Dissonum videtur clericos delinquentes subiectos iudici ecclesiastico pro criminibus per illos commissis per iudicem secularem ab Ecclesia extrahi, maximè cum supra *num.* 3. firmaverimus eos a iudicibus ecclesiasticis invitos extrahi, & postea puniri, ne autẽ in his absona consideres distingui expedit, aut enim delictum quod imputatur clerico est de exceptis, & tunc extrahitur per iudicem secularem ab ecclesia, & supposita qualitate atrocitatis, quam memoratum Breve Gregorii 13. exprimit remittitur iudici Brevis Apostplici.

Aut tale facinus non est de ex- 6
ceptis, sed ex illis pro quibus immunitas ecclesiastica suffragatur, & eo casu non extrahit reum ab ecclesia iudex secularis, sed ecclesiasticus, & ratio est evidens quoniam tametsi in Cathalonia Domino nostro Regi, eiusque Regio Concilio competat regalia soni amissi prout late explicat Fontan. *de pact. cl.* 4. *gl.* 11. *à nu.* 41. Canc. *var. p.* 3. *cap.* 5. *tot.* post Oliba *in usatic. alium namque de iure fisc. à num.* 42. in vim cuius regaliæ valeat sua Maiestas, seu sui Officiales quoscumque delinquentes capere sonum insequendo etiam clericos, dummodò clericos sic captos solum per viginti quatuor horas detineant, & postea iudici ecclesiastico tradãt, veluti qualiter hæc sint intelligenda elucidat Regens Calderò *decis.* 12. *nu.* 81. *p.* 1. & habetur tot. tit. *de sometent Sacrament. in p.* 1. *& secundò volumin. Constit.*

Possitque Dominus Rex, & sui 7
Officiales intrare quascumque ecclesias, monasteria, & loca sacra, & illic malefactores capere, & ad car-

ceres

cores adducere absque metu excõmunicationis, ex antiquissima observantia, Pontificisque concessionibus, ut præcitati Doctores constabilierunt.

8 Et eadem Regalia, & potestas communicata sit Vicariis Regiis Fontan. *decis.* 316. imò & Baiulis Regiis, si sint soli in loco, idẽ Fõta. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 11. *num.* 52. & in Civitate Tarraconæ absente Vicario exercet regaliam soni emissi Locumtenens regaliarum, ut ex Fontanella hic citato, & Cancer *var.* 3. *cap.* 5. *nu.* 39. memorat Calderò *decis.* 82. *à num.* 19. ubi addit propter absentiam utriusque, nimirum Vicarii Regii, & Locumtenentis regaliarum exercere dictam regaliam Consulem in ordine secundum illius Civitatis, & eo absente Cõsulem in ordine tertiũ.

9 Cæterum prælibatæ constitutiones sub titulo *de sometent* collocatæ, & ea quæ exaravimus de facultate extrahendi malefactores ab ecclesia cũ sono emisso sic deprehendi debent, & non aliter, quando delictum est exceptũ, & adhuc data contra reum ad minus semiplena probatione, ut convincitur *decis.* 50. *num.* 3. his autem deficientibus iudex secularis nec laicum, nec clericum ab Ecclesia extrahit.

10 Qua propter cum tali casu extractio non possit fieri per iudicem secularem, extrahitur clericus delinquens per ecclesiasticum, & hac distinctione amplexa vidi processum instructum in Tribunali Iudicis Subdelegati Brevis Apostolici contra Isidrum N. presbyterũ, & beneficiatum in Ecclesia Parochiali Sancti Nicolai Villæ Pulchripodii Angulariæ Celson. Diœcesi. delatum, & inculpatum de nece iactu instrumenti manualis paruæ mensuræ, vulgò *pistola* perpetrata in maximum populi scandalum die, seu festo Sancti Iacobi 25. Iulii 1660. hora quinta post meridiem post celebrationem vesperarum intus dictam Ecclesiam Parochialem Sancti Nicolai (ecce quomodo Ecclesiæ immunitatis ratione delicti non gaudebat) coram Capella Sancti Michaëlis constructa in dicta Ecclesia in personã Francici Alsina presbyteri Capellani maioris eiusdem Ecclesiæ existentis cum vestimentis de cor nũcupatis *sobrepellis, y mussa*, & de aliis criminibus, & delictis in inquisitione contentis, qui reus sententia in præfato Tribunali lata 4. Februarii 1661. fuit condemnatus, quod deponeretur, & verbaliter degraderetur forma à sacris canonibus statuta, & dicta degradatione verbali præmissa ad servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum. Actuario Iosepho Ferrer.

Postea cum petiisset reus declarari ipsum tamquam violenter extractũ die 25. Iulii 1660. per Ioannem Fabregas Baiulum Villæ de Bellpuig ab Ecclesia Monasterii Divi Bartholomæi fratrũ minorũ 11

dictæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dictæ Villæ gaudere immunitate ecclesiastica, & consequenter restituendum fore dictæ Ecclesiæ, & ita non esse locum sententiæ latæ contra ipsum, provisione facta 19. Septembris 1662. in Tribunali Brevis Apostolici per Ioannem Sabater de Iurisprudentia optimè meritum, Assessoremque eiusdem Tribunalis fuit declaratum locum non fuisse, nec esse immunitati allegatæ, sed quod procederetur ad ulteriora in executione prædictæ sententiæ in rem iudicatam transactæ, eo motivo quia clericus, & præcipuè presbyter immunitate ecclesiastica non gaudet.

12 Interposuit nihilominus, reus appellationem ab hac provisione, sed nihil ei profuit uti sequēs monstrabit decisio; nunc autem probatum relinquimus fieri extractionē clerici, seu presbyteri ab Ecclesia cum sono emisso per iudicem secularem quando delictum est de exceptis, quale erat prænarratum, vel existimabatur huius generis tempore extractionis, tum quia commissum in Ecclesia, tum quia animo deliberato patratum.

13 Verum est quod in defensionibus plura probavit reus quæ animum deliberatum excludebant, imò rixosum casum declarabant, & tunc quamvis in Ecclesia flagitium eveniat immunitas suffragatur, ut doctè probat Regens Cortiada *decis.* 114. & 115 *p.* 2. sanè vita huius presbyteri ad illū devenit statū, quod duo Consultores cum perimendum voverint, alii duo triremium supplicio animadvertendum, & huic sensui adhæsit Assessor, sicque condemnatus fuit prout retuli.

14 Quamvis autem quando propter delictum immunitas Ecclesiæ sonti non opitulatur iudex secularis illum ab Ecclesia extrahit, nihil vetaret etiam in hoc casu, si vellet iudex ecclesiasticus iudicans non indigere manu forti iudicis secularis clericum sibi subditum absque hac solemnitate, seu auxilio ab Ecclesia avellere.

15 Nec aliquatenus inter se incōpatibilia videantur reum subditū esse iudicio ecclesiastico, & per secularem ab Ecclesia extrahi; nam hoc tantum fit animo auxilium impertiendi iudici ecclesiastico, cui promptum ad eum effectum, reverentem, & liberalem se exhibet laicus. Covarr. *pract. cap.* 10 *nu.* 1. Bovadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 130. 185. & *cap.* 18. *num.* 248. Ricc. *p.* 5. *collect.* 1090. & 2084. Anguian. *lib.* 3. *de legib. contr.* 31. Vela *in cap.* 1. *de Offic. ordin. p.* 2. *num.* 63. Pareja *tit.* 2. *de edit. resolut.* 8. *à nu.* 5. Miñano *tract.* 2. *Pontific. iurisdict. q.* 6. §. 4. *sect.* 8. & *seq.* adde Molin. *de invocat. brach. secular.* Canc. *p.* 3. *cap.* 19. Fontan. *tom.* 2. *decis.* 252. *usque ad* 255. cum aliis laudatis per Ripoll *in praxi Rubr.* 20. *de invocat. Brach. secul.*

16 Adeò ut etiam iudici delegato liceat

liceat eiusmodi auxilium invocare, etsi in litteris id non permittatur Navarr. *in cap. cum contingat remed.* 1. *à num.* 1. *de rescript.* Villalob. *rar. commun. opin. litt. I n.* 162. Aviles *in cap.* 20. *Prætor. verbo usurpan. num.* 27. Mart. *de iurisdict. p.* 1. *cap.* 50. *num.* 25. Rodolphin. *tract. de brach. secul. num.* 30. Menoch. *de retin. possession. remed.* 3. *num.* 360.

17 Idem accidit quoties miles est ab Ecclesia extrahendus, ut puniatur: nam Regium Criminale Concilium per processum soni emissi illum extrahit quotidiana sic attestante praxi, ut plenè in compilatione practicali disseremus.

18 Prædicta observantur, ut prænonuimus, quando clericus, seu presbyter est imputatus de crimine, cuius ratione Ecclesiæ immunitate non protegitur, at si illius ratione ea privandus non veniret, quantumvis in vim Brevis enarrati supra *num.* 4. Gregorii 13. posset etiam iudex laicus extractionem rei ab Ecclesia facere nihilominus iustius, & securius est eam per iudicem ecclesiasticum exequi absque ulla solemnitate, cum ipse cõtra suum subditum in Ecclesia nulla egeat, & ita fuit servatum cõtra Maginum N. clericum in minoribus de Iorba, de quo Cortiada *decis.* 34. *num.* 32. & in casu domus Deputationis contra Franciscum N. presbyterum Villæ de Tivissa recitatum per Ripoll *in additionib. ad Peguer. in praxi crimin. cap.* 26. *fol.* 532. *num* 3. & deinde per Cortiada *decis.* 91. *num.* 13. *in fin. p.* 2.

Iuxta quam distinctionem de 19
mense Aprilis 1694. cum die 18. illius mensis fuisset interfectus quidam miles equestris instrumẽto manuali igneo in loco de Viñols Campi, & Archiepiscoparus Tarraconę, inquisitusque esset Iosephus N. clericus, & beneficiatus Ecclesię Metropolitanæ Tarraconæ, confugisserque ad Ecclesiam, ubi in compedibus, & cum custodibus detinebatur, & resultabat ex processu instructo non esse scelus de exceptis, fuit dubitatum, an extractio facienda esset per iudicem secularem, an verò per ecclesiasticum, & negotio communicato extraiudicialiter Regio criminali Cõcilio, maturèque cõsiderato visum fuit extrahendum esse reum per Iudicem Brevis Apostolici, & ita prævia declaratione casus atrocis fuit executum per illius Commissarium. Scriba Golorons.

(§§) (§§) (§§) (§§) (§§)
(§§) (§§) (§§)
(§§)

DECISIO LV.

AN A SENTENTIA LATA SVPER ARTICVLO NVMQVID reus gaudeat immunitate Ecclesiæ detur appellatio, & de genuina ratione.

APPELLATIONES plerumque prohibitę obſervantur quando frivolæ, & calumnioſæ præſumuntur, hæcque præſumptio vel ex magna confidentia in iudice, cui cauſa committitur ortum habet, vel ex ſuſpicione partis ſuccũbentis proficiſcitur, vel ex his de cauſis ſimultaneè conſideratis enaſcitur, ſed illæ omnes unum habent ſcopum, ne ſcilicet criminalia negotia nimis protrahantur. Ita deciſiones inferiùs ſubnectendæ.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *A declaratione facta ſuper articulo an reus gaudeat, vel non immunitate Eccleſiæ neutiquam eſt licita appellatio.*

2 *Limita niſi reus, actor, ſeu fiſcus habeant ſufficiens fundamentum ad appellandum, nam tunc eis permittitur.*

3 *Ratio ob quam in relato caſu immunitatis interdicitur appellatio ab* Sperello *traditur, ne ob emergentem articulum immunitatis nimis differatur cauſa principalis.*

4 *A* Gambacurta *ratio aſſignata affertur, quia probabiliter præſumitur calumniosè interpoſita appellatio animo euitandi, ſeu differendi ſupplicium.*

5 *Ab* Sperelli *impugnatione* Gambacurta *vindicatus.*

6 *Pro Aduocato Fiſcali ſtat præſumptio.*

7 *Aduocatus, & procurator Fiſcalis an aſſiſtere poſſint in examine teſtium.*

8 Sperelli, & Gambacurtæ *ratio quam parum inter ſe diſtent oſtenditur, & num. 9.*
Viſura calumnioſè petita reiicitur cum deciſione.

10 *Alia ratio ab auctore excogitata, quia ad iudicem eccleſiaſticũ ſpectat ſuper immunitate declarare* Cap. inter alias de immunit. Eccleſ. Cap. 1. de homicid. extra, & in 6. l. 2. & ſeq. C. de hiſ. qui ad Eccleſ. confug. exornata.

11 *Perſonis eccleſiaſticis ſummoperè incumbit illibatam tueri Eccleſiæ immunitatem.*

12 *Ecclesia non est scelerum protectrix, nec eius interest sontibus opitulari.*

13 *In dubio pro sententia præsumitur.*

14 *Cancellarius in Cathalonia iudicat sola facti veritate inspecta, & ita appellatio ab eius sententia interposita reputatur inutilis, frivola, & spernenda.*

15 *Casus huius decisionis definitus exponitur & num. 16.*

1 PRomissis antecedenti decisione satisfaciendo disquirendum se offert, an à provisione, qua declaratum fuit per iudicem subdelegatum Brevis Apostolici reũ non gaudere immunitate Ecclesiæ potuerit iste appellare, in quo articulo indubia est conclusio negativa, tam respectu Fisci, quam rei, itaut inquisitus qui succubuit consignandus sit Curiæ seculari ex dispositione expressa Bullæ Gregorianæ Gambacurta *de immunit. Eccles. lib. 6. cap. 17. n. 2.* Farinac. *de immunit. Eccles. nu. 371. & cons. 168. num. 67. lib. 2.* Bonacin. *de legib. dis. 3. q. 7. punct. 7. num. 21.* Capiblanc. *de Baronib. prag. 8. nu. 261.* Peregrin. *de immunit. Eccles. cap. 16. num. 33.* Guazzin. *defens. 31. cap. 1. n. 11. Vers. sed postquam* Diana *p. 4. tract. 1. resolut. 97. Vers. an vero, & in summa p. 1. verbo appellatio nu. 2. & verbo immunitas Ecclesiarum num. 20. in princ.* Riccius *in prax. var. resolut. 450. num. 4.* & his relatis Reg. Cortiada *decis. 25. nu. 6.* ubi de materia per totam decisionem, adde Sperell *decis. 65. per tot.* Pacific. Iordan. *lucubrat. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num. 304. fol. 544.* Ciarlin. *controv. 10. nu. 154. & controv. 116. n. 63.*

Quæ intelligas nisi reus, actor, seu fiscus habeat satis sufficiens, & rationabile fundamentum appellandi, quo casu tam actor, quam reus, & etiam Fiscus potest à sententia iudicis ecclesiastici pronũtiante quod reus gaudeat, vel non immunitate Ecclesiæ, appellare, prouti declararũt Thomas del Bene *de immunitat. Eccles. tom. 2. cap. 16 dubit. 41. sect. 3. in fin.* Gambacurta, Ciarlin. & Cortiada prælegati, sequitur Sabell. *in summa verbo appellatio num. 43. & verbo immunitas num. 12. Vers. à qua quidem declaratione.*

Ratio autem quare huiusmodi 2
appellatio est interdicta ex eo deducitur, quia conctandum est in pœnis, ut probavimus *decis. 29. n. 11.* & habetur Ecclesiast. 8. ibi: *quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filii hominũ perpetrant mala* quare ne per eiuscemodi emergentem articulum nimiùm differatur principalis causa prudentissimè appellationẽ prohibere voluit Gregoriana Constitutio super immunitate Ecclesiæ, ita, & doctè equidem Sperel. *decis. 65. num. 5. Vers. Quarto* ubi impugnat aliam rationem à Gambacurta loco præcitato traditam.

Pace tamẽ sapientissimi Sperelli 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſpernenda non eſt graviſſimi Gā-
bacurtæ doctrina, inquit iſte pro-
babiliter timeri poſſe reum calum
nioſè appellare ad evitandum, vel
ſaltem prorogandum, aut mitigā-
dum ultimum ſupplicium.

5 Et quamuis inde redarguat Spe-
rellus Gambacurtam quaſi videa-
tur concedere in levioribus caſibus
appellationem contra mentem, &
contexturā eiuſdem Bullæ Grego-
rianæ, ex eo tamen reprehenſibilis
non eſſet tam præclarus Doctor,
ſicuti nec retorqueri valet adverſus
Sperellum eum ad coadiuvandū
rationem à ſe allatam de prohibē-
da Fiſco appellatione ut ſervetur
in iudiciis æqualitas ſubiungere,
quod cum eſſet magis dubium an
reus poſſet appellare ſtante regula
generali pro illo ſatisfuit appella-
tionem ipſi negare ut Fiſco prohi-
bita quoque diceretur.

6 Etenim frequentius cernimus
reos gravia ſupplicia timentes ta-
les appellationes interponere ani-
mo protelandi, & proctaſtinandi,
& ſat turpe eſſet ſi (ut Sperellus nar
rat) calumnioſæ appellationes, &
cavillationes ex parte Fiſci orien-
tur, cum præſumi debeat quod Ad-
vocati Fiſcales nō excedent à præſ-
cripto ſui officii, ut ex Maſtrills
deciſ. 214. docuit Fontanella deciſ.
30. *n.* 11. alios dedimus *deciſ.* 1. *n.* 50.

7 Verum eſt quod idem Fontane-
lla proximè citata deciſ. *num.* 23.
notat ex Thoro *in compend. deciſ.*
verbo procurator fiſcalis pag. 428. in
Regiis Tribunalibus Neapolitanis
non tolerari abuſum circa aſſiſtē-
tiam Advocati, vel Procuratoris
Fiſcalis in receptione, & examine
teſtium contra reos, ſed Carena
de officio Sāctæ Inquiſit. *p.* 1. *tit.* 9.
§. 6. *num.* 34. recitat plures eſſe Cu-
rias, apud quas practicatur Advo-
catum Fiſcalem intervenire in for-
matione proceſſus, examine te-
ſtium, tortura rei, & aliis actibus
iudicialibus, ſed tamen ſuſpectos
in his reputant Advocatum, &
procuratorem fiſcalem, ideòque
utrumque à prædictis arcent Affli-
ctis, & Capycius citati per Thoro,
qui in mea impreſſione edita Nea
poli de anno 1647. noſtrum Fon-
tanella commemorat, & ab eo
allegari eundem Thoro obſervat.

Sed ad intentum redeundo de- 8
mus Sperello genuinam rationem
Conſtitutionis Gregorianæ à ſe ex-
cogitatam fuiſſe in deneganda ap-
pellatione, ſcilicet ne propter arti-
culum emergentem immunitatis
nimis cauſa principalis protraha-
tur, hæc ſanè eadem eſt quam Gā-
bacurta propoſuit (quicquid ſit an
benè illa iuvetur pro ſua opinione
conante Fiſcum appellare poſſe)
nimirum interdictam fuiſſe appel-
lationem, quia ſuſpicari poſſet ip-
ſam calumniosè quęri ad proro-
gandum, vel evitandum pœnam,
ſeu illam mitigandum, quæ ratio-
nes quam parum inter ſe differant
nemo eſt qui non videat.

Arguo fortius ex his quæ præ- 9
cimus

cimus supra *num.* 2. tenentes licitã esse appellationem in causa immunitatis quoties actor, reus, seu Fiscus habet sufficiẽs fundamentum, & hoc nihil aliud est quam dicere quando calumniosè non petitur, ut volebat Gambacurta, & meritò, nam legalis est modus, stylusque loquendi calumnioſè, ac malitioſè peti remedium aliquod, quamuis alioquin iustum, si appareat illud implorari animo iudicium prolongandi, tuncque reiici, prout de restitutione in integrum deneganda, & visura non concedenda firmavimus *decis.* 27. *à num.* 65. & ibi traditis adde fuisse similiter declaratum visura repulsa per doctissimum, ac undequaque percelebrẽ virum, dignissimumque Cancellarium D. Michaelem Ioannem de [illegible]verner, & Rubi, Archidiaconũ maiorem, & Canonicum Ecclesiæ Metropolitanæ Tarraconæ 14. Maii 1692. in causa inter P. F. R. Campi Tarraconç ex una, & Gabrielem N. & F. P. C. Eccles. Archiepiscopalis ex alia partibus super immunitate ecclesiastica allegata in personam dicti Gabrielis N. Consultoribus de Anglasell, & me, in actis Mas.

10 Quapropter evidens fit parum distare rationem Gambacurtæ ab approbata per Speciellum; sed ego aliam addo, quam meliorem omnibus aliis dicerem nisi mea esset, depromitur autem ex eo, quia ad iudicem ecclesiacicum spectat super immunitate declarare. *cap. inter alias de immunit. Eccles. cap.* 1. *de homicid. extra, & in* 6. *cap. id constituimus* 17. *q.* 4. *cap. si iudex laicus de sentẽtia excomm. in* 6. *leg.* 2. *& seq. C. de his qui ad Eccles. confug. l.* 10. *C. de Episcop. & cleric. Authent. si quis Cod. Ad leg. Iul. de adult.*, & probat complurimis de more cumulatis Cortiada *decis.* 2. *num* 39. & usque ad *decis.* 8. percurrit practicam nostri Principatus Cathaloniæ, aliorumque Regnorum Coronæ Aragonum ubi, & apud nos persona ecclesiastica in dignitate constituta uti præcellentior ratione status contentiones super immunitate dirimit.

Cum autem personis ecclesiasti- 11
cis maximoperè iniungatur sedulitas in illibata tuenda Ecclesiæ immunitate, gloss. in *cap. conuertor* 23. *q.* 8. ubi Bellamer. *num.* 2. Sperell. *tom.* 1. *decis.* 183. Suarez *de relig. lib.* 3. *cap.* 13. Delbene *de immunit. cap.* 16. *num.* 2. *dub.* 39. ubi adducit Palaum, Farinac. Lezana, & alios, non est præsumendum quid contra immunitatem quam potissimum attendere debent tales iudices pronuntiasse.

Nec ad reum protegendum il- 12
lius favore quicquam minus iustè protulisse existimandum erit, cum sciant Ecclesiam non esse scelerũ protectricem, ut animadvertimus *decis.* 12. *in principio, & num.* 89. ex Cardinali de Luca *p.* 4. *lib.* 14. *Miscellanear. Eccles. disc.* 2. *per*

tot. quò loci peracutissimè, ut assolet, admonuit quod substantia, seu cõpetentia in genere in nulla quæstione sit, sed in cõtroversia de casibus exceptis tractetur solum de favore privati criminosi, quem non respexerunt, imò despexerunt sacri canones.

13 Et licet nimis generalis prædicta ratio videatur ex quo exploratũ auditur in dubio pro sentẽtia præsumi Covarr. *in cap.* 8. §. 1. *à num.* 7. *de matrimon.* Gutier. *lib.* 1. *pract. quæst.* 35. Alciat. *regul.* 8. *præsumpt.* 9. Guzmã *de evict. quæst.* 15. *à num.* 99. Vela *differt.* 48. *n.* 5. Cyriac. *controv.* 89. & 186. Barbosa *voto* 126. *nu.* 135. Escobat *p.* 2. *de purit. quæst.* 4. *art.* 1. *num.* 17. & maior præsumptio sit, si à maiori iudice detur Franch. *decis.* 61. *num.* 20. Pacian Iordan. *lucubrat. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 81. & *seqq. fol.* 513. & *nu.* 311. & *seqq. fol.* 529. Gratian. discept forens. *cap.* 765. *num.* 64. & *decis.* 197 *per tot.* Ricc. *collectan.* 3912. qui etiam investigant an stante antiquitate tẽporis præsumatur pro sententia sine actis.

14 Atverò in re tam gravi, & ponderosa magis urget præsumptio ut credamus summè circumspectè se gessisse iudicantem nihil neque Ecclesiæ, nec causæ publicæ detrahendo, & propterea datum est huiusmodi iudici, nempè Admodũ Reverendo Cancellario in Cathalonia ob eximiam confidentiam de eo habitam quod iudicet sola facti veritate inspecta, sine strepitu & figura iudicii relictis apicibus iuris, & non observatis solemnitatibus iudiciorum, ut tradidit Cortiada *decis.* 24. *à nu.* 11. & *decis.* 25. *num.* 75. & eo tunc non conceditur appellatio, imò reputatur inutilis, frivola, & spernẽda, veluti ibidem Regens Cortiada ex Iasone, Marãta, Lancelloto, Scaccia, Cornazan, Barbosa, Carocio, Sanchez, & Ramon concludit.

Ex his interposita appellatione 15
à provisione facta 19. Septembris 1662. qua declaratum extiterat locum non fuisse, nec esse immunitati Ecclesiæ allegatæ per Isidrũ N. sed quod procederetur in executione sententiæ principalis in tẽ iudicatam transactæ, ut prænarravimus *decis. præcedenti num.* 11. sub die 29. Septembris 1662. tunc appellatum, & Nobilis Iosephus Corts V.I.D. Canonicus Sedis Barcinonæ, Archidiaconus parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de mari, Iudexque Subdelegatus Brevis Apostolici respondit, quod à declaratione facta per iudicem Ecclesiasticum super immunitate Ecclesiæ, scilicet an ea reus gaudeat, vel non nequit appellari, & quod ea de causa non deferebat appellationi.

Deinde ex parte Doctoris Antonii Sala, & Codina, Canonici ecclesiæ Sedis Vicen, Vicarii Generalis, & Officialis Sede Episcopali vacante, instante dicto Isidro N. fuerunt expeditę litterę citatoriæ, 16

& in-

& inhibitoriæ, ac præsentatæ Iudici Brevis Apostolici, sed instante Fisci procuratore illius Tribunalis fuit ei rescriptum alliis litteris sub die 13. Novembris 1662. emanatis antedictæ inhibitioni locum non esse, ex quo memoratus Isidrus multò ante presentationem dictarum litterarum traditus fuerat brachio seculari eo motivo, quia à declaratione à qua non erat permissa appellatio, & pars ante dictam provisionem exaudita fuerat, quibus litteris responsivis expeditis, ac præsentatis acquievit Vicarius Generalis Vicen.

DECISIO LVI.

DE SEQVESTRO APPONENDO IN FRVCTIBVS BENEficiorum per iudicem ecclesiasticum pro exactione mulctarum.

OBSTINATAM contumacium pertinaciam diversis pœnis iura coercent, sicut appellationem à lege, pœnisque ab illa impositis reiiciunt, & pro mulctarum inviolabili exactione sequestrum fructuum in beneficiis ecclesiasticis apponi non prohibent pro modo culpæ, & iuxta limites contumaciæ animadvertendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Factum decisionis usque ad num.* 5. *Mandari potest ut quis intus carceres se coniiciat sub mulcta.*

6 *Mulctam infligere iudici ecclesiastico esse permißum quinam Doctores pertractent.*

7 *Praxis Regni Neapolitani quoad describenda bona contumacis indicta mulcta usque ad tertiam partem bonorum offertur.*

8 *A mulcta potest appellari, non à pœna, quæ per legem præscribitur, sed benè á declaratione incursus in eam pœnam.*

9 *Ius neminem grauat, & ubi nullum à notorio adest grauamen reiicitur appellatio cruce Sancta Eulalia.*

10 *A declaratoria iudicis eo in casu datur appellatio ratione facti, sed certo modo interposita, aliter enim repellitur.*

11 *Non admittitur appellatio ab eo quod fit secundum iuris dispositionem, & canonica decreta.*

12 *In Catbalonia non admittenda appellatio ab impositione mulctarum, nec in Tribunali Brevis Apo-*

Apostolici unquam visa.

13 *Inobedientium contumacia varie coercetur, & signanter mulcta.*

14 *Mulcta, & litis damnum tantũ sibi locum vendicant in vero contumace.*

15 *Punitur quandoque rei sequestratione, aliaque pœnæ subiiciuntur.* Cap. quoniam frequenter fin. §. in aliis ut lit. non contest. text. in Cap prout de dolo, & cõtum. l. consentaneum C. quomodo, & quando iudex &c. l. 2. C. ubi in rem actio *enucleantur & nu.* 16.

17 *Pœnæ predictæ applicantur non omnes, sed quæ expediant arbitrio iudicantis, & hoc casu iudicis est electio cum alternatinè à lege irrogentur, & ad iudicem dirigantur.*

18 *Contumax puniendus venit pro modo culpæ, & iuxta limites suæ contumaciæ.*

19 *Alia exemplaria impositionum sequestrorum super fructibus beneficiorum pro mulcta inflicta producuntur.*

20 *Mulctarum exactioni non obstat quod pœnæ contumaciæ sublatæ sint in Cathalonia.*

21 *Tribunalia ecclesiastica quoad hæc nostris cõstitutionibus non subsunt, nec seruant priuilegium instantiæ partis.*

22 *Disputatur competentia, an Auditor generalis cognoscat de militibus qui resistunt officialibus iustitiæ ordinariis in suæ iurisdictionis exercitio.*

23 *Priuatiua iurisdictio in Auditore generali residet cognoscẽdi de quibuscumque delictis per milites patratis.*

24 *Quicumque iudex incompetens cõpetens fit respectu cuiuslibet rei, si ei fiat resistentia in exercitio officii.*

25 *Falsum laicus, seu miles deponens coram iudice laico pagano ab ipso punitur, & de differentia inter iudicem incompetentem, ac incapacẽ.*

26 *Ratio quæ in hoc casu iudici incõpetenti iurisdictionem tribuit, non minus militat in casu resistentiæ.*

27 *Præuentio realis, quæ est per capturam rei reliquis præcellentior.*

28 *Decretum in hac competentia editum profertur, & quam dubitabile sit à iure deuiasse.*

29 *Ratione delicti laici pluribus in casibus possunt à iudice ecclesiastico capi, & puniri.*

30 *Carcerationem Episcoporum in laicos non recepit praxis in Cathalonia.*

31 *Difficillimum erit denegare iudici ecclesiastico contra laicos ei resistentes illos capiendi iurisdictionem.*

32 *Censuris, & pœnis spiritualibus laicos per iudicem ecclesiasticum puniri nemo negat.*

IN eadem causa anteriorum decisionum contigit, quod Iosephus N. presbyter, & beneficiatus Ecclesiæ parochialis Sancti Nicolai Villæ de Bellpuig uti consocius in cæde prænarrata, & propter alia scelera enormia, debita præcedente declaratione fuit iussus capi, & 1

cum

cum eius captura diligenter procurata effectum non habuerit, supplicatione oblata per Fisci procuratorem Brevis Apostolici 4. Septembris 1660. fuit petitum mandari præexpresso Iosepho quatenus intra brevem terminum præfigendum compareret in Tribunali sub gravibus pœnis, prout ita fuit iniunctum ad pœnam mille librarum monetæ argenteæ termino præfixo sex dierum provisione facta per Magnificum Ioannē Baptistam Roca & Iulià, tunc illius Tribunalis Assessorem, postea Regium Consiliarium.

2 Elapso termino assignato post præsentationem litterarum, accusataque contumacia per Fisci procuratorē provisione facta per prænominatum Assessorem 16. Septembris 1660. fuit provisum quod pro eo tunc, & sine præiudicio aliarum pœnarum, & censurarū fieret executio contra antehabitum Iosephum pro pœna mille librarum monetæ argenteæ incursa, & pro eius executione omnia bona illius, fructusque, ac redditus beneficii quod obtinebat per personam nominandam per Iudicem subdelegatum Brevis Apostolici sequestrarentur donec prædicta quantitas fuisset exacta, & quod ad id expedirentur litteræ mandando in ipsis etiam, quod intra dies sex cōpareret idem Iosephus sub pœna privationis Beneficiorum, quę obtinebat.

Deinceps promotus extitit Iosephus ad Parochi munus Ecclesiæ de S. Iscle huius Diœcesi Barcinon. adeptusque fuit illius possessionē, quapropter iterum instante Fisco, & providente Assessore expeditū extitit mandatum de comparendo sub pœna similiter 1000ll, monetæ argenteæ, & accusata contumacia, sub die 10. Augusti 1669. fuit provisa executio contra relatū Iosephū pro dicta pœna 1000ll argentearum incursa, addito quod pro illius executione sequestrarentur fructus, & redditus nuper mentionatæ Ecclesiæ Parochialis, & cuiuscumque alterius beneficii Ecclesiastici possessi per dictum reū, qui fructus colligerentur à sequestratore nominando iterato præcepto comparendi intra dies sex, sub pœna privationis dictę Rectoriæ, & Beneficiorum. 3

Tandem Iosephus assequuta 4
pace partis instantis supplicatione oblata 27. Septembris 1668. longos à se labores passos, eiusque innocentiam referens obtulit servire Tribunali quinquaginta duplis auri, & ulterius non ingredi Decanatum Villæ Tarregæ, & Baroniam de Bellpuig, & insequendo conclusionem in ea Curia factam fuit provisum, quod fieret illi remissio more solito sub pœna in casu contrafactionis dicti pacti tercentum librarum monetæ argenteæ.

Indagationi antā prędicta præbēt 5
an in hoc casu, observata sicut in a-

liis infra exscribendis iure nitãtur, & quidem iusta suadente causa iuberi posse ut quis intus carceres se ponat sub mulcta probavimus *decis. 29. num. 2.*

6 Quod autẽ mulcta pecuniaria sit Iudici Ecclesiastico permissa præter à nobis latè, superque firmata annotavit non paucis laudibus dignus ob sua præclara opera Gerun. Franciscus Romagueta *in Synodal lib. 3. tit. 1. cap. 3. n. 11.* ex Thoma de Rosa *de residen. Episcopor. cap. 4. sect. vlt. à nu. 58 ad 76.* Cæsar Panimolle *decis. 13. num. 21.* Tranchedin. *consult. 15. num. 19.* ac ex Delbene, Specello, Chartario, Fagnano, Solorzano, & aliis Oliva *de foro Eccles. p. 2. q. 9. nu. 1. & seqq. ac per tot.* Capon. *controu. 72. per tot.* & maximè *à num. 3.*

7 Pro praxi verò adducta optima est doctrina Matthæi de Afflict. *ad constitut. Neapol. lib. 1. de pœn. contum. Rubr. 98. num. 12.* ubi advertit, quod eo ipso quod contumax est condemnatus ad tertiã partem bonorum mobilium, sive pro causa civili, sive pro criminali statim poterit in ipsa tertia parte fieri executio pro Fisco, & sic ne Fiscus decipiatur debẽt omnia bona per commissarium Fisci describi, & annotari.

8 Ad ulteriora pergens Matth. de Afflictis ubi proximè *num. 13.* admonet quod pœna, quę applicatur vigore Constitutionis ibi per eum recitatæ non est propriè mulcta, sed impropriè; nam verè dicitur pœna; & rationem reddit quia si esset mulcta posset ab ea appellari; *l. aliud est fraus, §. inter mulctam, l. si qua pœna 242. ff. de verbor. signific.* & tamẽ à pœna per Constitutionem inflicta permissa non est appellatio, cũ sit pœna imposita á lege, à qua nõ potest appellari, ut in *d. l. si qua pœna* notat glos. *in cap. cupientes, §. insuper verbo priuatos de elect. in 6.* Bartol *in l. fin. ff. de appellat. recipien.* Abbas *in c. ex lit. 2. colũ. de Constitut. & in spec. de iur. calũn. 2, § fin. in prin.* & notatur *in cap. quia nos de appellat.*; fatetur autem Afflictis ibidem quod à declaratione iudicis pronuntiantis aliquem incidisse in dictam pœnam tertiæ partis potest appellari, ut firmat glossa in dicto verbo privatos, & Abbas *in cap. parochianos de sentent. excommunicat.*

De hoc puncto egregie Sigismundus Scaccia *de appellat. q. 17. limitat. 23. num. 2.* rationem assignans quia ius neminem gravat ubi autem nullum est gravamen appellatio reiicitur Scaccia *de appellat. q. 5.* Ruginel. *eod. tract. §. 2. cap. 1.* latè Sabell. *in summa diuers. tractat., §. appellatio num. 5. in fin.* Salgado *de Reg. protect. p. 3. cap. 6. à num. 47.* Cauc. *de inuocat. brach. secul. cap. 19. à num. 53.* & cruce Sanctæ Eulaliæ lineatur, de qua me, Vicecancellario Crespi, Fontanella, & aliis citatis Regens Calderò *decis. 51. num. 7.* Ita cum Senatu tradidi ad praxim Peguerę *rubr. 16. num. 62.* á simpli-

9 ci de-

ci decretatione, utpote commissionis causæ, si forte non esset commissa alteri, vel remittatur, quando scilicet à notorio nullum infert gravamen non licere supplicare. Peræquè á commissione facta Reg. Senat. ob occupationes alterius non licet supplicare tanquam à nullo gravamine, cum distributio causarum ad Præsidentem spectet, & etiam cognitio occupationum Senatorũ: Sic de mense Ianuarii 1667 iunctis tribus aulis fuit conclusum in causa inter admodum Illustrem Ducem Cardonæ, & Sugurbi ex una, ac Syndicum illius Villæ partibus ex alia. Actuario Preve.

10 Et licet limitent communiter Doctores quoad partem sententię, quæ est iuris, secus quoad partem sententiæ, quæ respicit factum processum, & declarationem iudicis super illo facto, & processu: nam ab illa declaratoria iudicis datur appellatio Roman. Franch. Felin. Nitell. & Capyc. citati per eundem Scaccia *d. q.* 17. *limit.* 23 *num.* 3. at vero advertit doctè Scaccia ibidẽ, quod condemnatus non rectè appellaret si diceret *appello ab ista pœna*, sed debet dicere *appello quia non sum culpabilis, vel quia non fuit probatum me incidisse in pœnam*; tam autem de regula excludente appellationem à lege, seu pœna legis, quam de limitatione illius plenè multis cumulatis Barbosa *ad cap. pervenit* 13. *de appellat. à num.* 4. Fermosin. *ad text in cap. consuluit* 29. *eodem*, & etiam *in cap.* 3. *q.* 3. *à num.* 26. Farinac. *in prax. q.* 101. *limit.* 12. *num.* 65.

Abundè tamen Salgado, & utilissimè ad plures eventuum figuras *de Reg. protect. p.* 3. *cap.* 6. *per totum* & præcipuè *nu.* 5. probat appellationem non esse admittendã ab eo, quod fit secundum iuris dispositionem, & canonica decreta ex Marant. *de ord. iudic.* 6. *p. tit. de appellat. num* 345. Ioann. Gutier. *cons.* 10. *num.* 21. *& aliis.* 11

Vnũ nota in Cathalonia ab impositione mulctarũ nequire appellari cum in ea recepta sit praxis, & consuetudo non admittendi appellationem, & supplicationem à provisionibus interloquutoriis ut refert Regens Calderò *decis.* 52. *nu.* 58. *& seq. ex* Peguer. *tom.* 2. *decis.* 70. *num.* 5. *&* 6. & in prædicto Tribunali Brevis Apostolici nunquam visa, nec audita fuit appellatio ab indictione mulctæ forte propter fundamenta solida à Salgado expensa; & etiam quia temere, & calumniosè interponeretur ab eo qui cum teneatur obedire parendo potest mulctam evitare, & pertinax contemnit. 12

Hæc dicta sint, ut apertum fiat qualis, & quanta eluceſcat Iudicũ potestas iuxta iura, & leges iurisdictionem exercentium, ut eis omninò obtemperandum sit frivolis, ac temerariis appellationibus repulsis, prorsusque neglectis, & ut apponendi sequestri fundamenta 13

UAB Biblioteca de Ciències Socials

contra cõtumaces pro mulcta impoſita conſolidentur, ſcias quod contumacia inobedientium variè coercetur, nunc litis damno, *l. contumacia* 53 *ff. de re iudic.* nunc mul-
14 cta à iudice inflicta, ut ſæpiùs præcedentes probant deciſiones (quæ duæ pœnæ tantum locum habent in vero contumace Maranta *in tit. de contum. num* 9.) vel aliter ſecundum iudicis arbitrium, ſi non ſit ſolvendo *cap. finem eodem tit de dolo, & contum.* interdum ad iudiciũ
21 invitus ducitur, *l. conſentaneum, C. quomodo, & quando iudex, &c.* ſubindè rei ſequeſtratione punitur *cap. ex litteris 2. dict. tit. de dol. & contum.* Interdum etiam excomunicatione afficitur *cap. tuæ fraternitatis, vt litè nõ conteſtata, &c.* Sed hodie ad pœnam excomunicationis non devenitur quando adverſus contumacem poteſt fieri realis, aut perſonalis executio Concil. Tridentin. videndum *ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat.* aliquando miſſione in bonorum poſſeſſionem vindicatur, ut continetur *in tot. tit. de eo qui mittit. in poſſeſſ. rei ſeruandæ cauſ.* hæc Vallenſ. *in paratit. ad tit. de dol. & contumac. num.* 4. cui concordat Barboſa *in collectan. ad memoratum cap. ex litteris* 2.

15 Epiſcop. Fermoſin. *in cap. quoniam frequenter fin. §. in aliis ut lit. non conteſt. q.* 1. *num.* 60. hunc text. *& cap. prout de dol. & contum.* ita concordat, quod *cap. prout* procedat quando reus poſt litem conteſtatam contumax eſt, quo caſu ſicut ſententia diffinitiva ferri poteſt, ſi proceſſus ſit inſtructus *l. poſt edictum ff. de iudic.* ſic etiam propter diſſolutam cõtumaciam quam habet non cõparens, efficitur verus poſſeſſor actor miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, & ſimili intellectu donari vult text. *in l. conſentaneum C. quomodo, & quando iudex,* & text. in *l. 2. C. vbi in rem actio* ibi: *omni allegatione abſenti reſeruata.*

Quatenus verò ad text. *in cap. ex* 16
litteris 2. de dol. & contum. ubi petita poſſeſſione ex primo decreto ea non conceditur, ſed tãtum permittitur ſequeſtratio reſpondet Fermoſin *d. q. 1. num.* 70. impugnatis ſolutionibus amplexis per Anton Auguſtin. *in primo decretal.* Graña *ad tit. de eo qui mittit. in poſſeſſiõ. cauſ. rei ſeru. n. 6. & ad tit. de ſequeſtr. poſſeſſ. nu. 6.* tandẽque concludit prodita eſſe adverſus contumaces remedia quæ enumeravimus *nu.* 14. *& ſeq.* ſicque potuit Iudex, ſeu Põtifex ad libitum uti prædictis pœnis, quandoque una, quandoque alia, prout magis ad compeſcendũ contumacem opportuerit minuendo pœnas, veluti nos eructamus
large *deciſ. 22. vol. 1.* imò, & Iudi- 17
cis eſt electio in pœnis alternativè impoſitis, ſi verba legis pœnam irrogantis ad iudicem referantur ex *d. text. in cap. fin. §. in aliis vt lit. non conteſt.* ibi: *ita videlicet quod alterutra pœna, quæ magis timeri debeat in-*

dex

dexe sit contentus, ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit protervitas contumacis, & probatur ex l. si fugitivus, C. de serv. fugit. vbi Bald. & ex l. 1. ff. de his qui latron. & firmavimus supra *decis.* 53. *num.* 3. & sic puniendus venit contumax secun-
18. dum limites suæ contumaciæ, ut benè declarat idem Fermosin. *ad Rubr. tit. de dolo. & contumac. q.* 2. *n.* 12. & cõsequenter pro modo culpæ iuxta à nobis exarata *decis.* 22.

19 Non ergo absque magna ratione practica inolevit in Tribunali Brevis Apostolici inflicta mulcta, & accusata contumacia procedendi adversus reos ad sequestrationẽ bonorum donec pœna, seu mulcta imposita exacta, seu soluta fuerit, sic practicatum reperi instante æquè pervigili, ac docto Fisci illius Tribunalis Advocato nusquã absque encomiis nominando Nobili Iosepho de Rull nunc merititissimo Regente Regiã Cancellariã in Sacro, Supremo Aragonum Cõcilio provisione facta 27. Aprilis 1654. cõtra Doctorem Iacobũ N. Presbyterum, & Rectorem de Rubi decernendo executionem pro pœna, seu mulcta 1000 ℔, & quod pro illius exactione sequestrarentur fructus, seu redditus dictæ Rectoriæ, & cuiuscumque alterius beneficii ecclesiastici per illum obtenti. Similis 15. Februarii 1656. contra Clementem N. Presbyterum, & Rectorẽ Ecclesiæ Parochialis Sancti Petri de Madrona pro pœna 2000 ℔ argenteorum incussa, aliaque plura possem suppetere exemplaria.

20 His autem mulctis non obest pœnas contumaciæ sublatas esse in Cathalonia, quia *decis.* 29. *nu.* 14. evidenter enervavimus hanc doctrinam mulctarum exactionem neutiquam comprehendere.

21 Addimus ad intentum Tribunalia Ecclesiastica quoad hæc iuri nostro municipali non subesse ex firmatis à Fontanella *decis.* 138. *nu.* 22. ubi quod Curia Ecclesiastica nõ servat privilegium instantiæ partis.

22 Si verò quæras an quando Laici resistunt Officialibus Iudicis delegati Brevis Apostolici possint per eum pœnis corporalibus puniri licet casum non viderim decisum tradam tibi eũ qui occurrit 25. Aprilis 1671. nam cum Algutzirius Regius in excubiis noctu Civitatẽ de more perambularet quidam, quos recognoscere voluit videndi causa an arma prohibita gestarent adversus ea iactus tormentorum manualium proiecerunt, & ex eis Salvator Manalt de comitiva Algutzirii vulneratus remansit, ad meique relationem dum Iudex eram Reg. Cur. in carceres coniecti delinquentes extiterunt, & inter alios Matthias N. miles equestris societatis Commissarii generalis D. Vincentii Munyot, quem Auditor generalis Exercitus repetebat.

Per Fisci procuratorẽ Reg. Cur. 23
non inficiabatur iurisdictionẽ privati-

vativam in Auditore generali resi-
dere quoad cognoscendum de qui-
buscumque sceleribus per milites
patratis, ex his quæ stabilivimus
decis. 26. *à num.* 17.

24 Cæterum ponderabatur quem-
cumque iudicem licet incompe-
tentem (dummodò incapax non
sit) competentem effici quando ei
fit resistentia in exercitio sui offi-
cii propter istius iniuriam, & con-
temptum *l. nullum Cod. de testib.*
Thoro *in compend. decis. tom. 2. ver-
bo remissio fol.* 523. & sic fuisse deci-
sum in Senatu Neapolitano testa-
tur Scialoya *de for. compet. cap.* 19.
num 33. Franch. *decis.* 522. *num.* 27.
Tondut. punctim in specie militũ
de præuent. iud. p. 2. *cap.* 46. *num.* 8.

25 Corrobantur hæc ex adductis
d. decis. 26. *nu.* 18. ubi firmavimus,
quod falsum deponens coram Iu-
dice incompetẽte ab eo puniri pos-
sit, addo Cortiada *decis.* 223. *num.*
18. *p.* 4. Altimar. *ad decis.* 20. *Rouit.*
n. 18. *in princ.* Oliva *de for. Eccles. p.*
1. *q.* 11. *num.* 8. Conciol. *verbo fal-
sum resolut. crimin.* 20. *num.* 12. Ro-
maguera alios allegans *in Synoda-
lib. Gerund. lib.* 5. *tit.* 9 *cap.* 9. *num.* 6.
qui differentiam constituunt inter
Iudicem incapacem, & incompe-
tentem, ut delinquens coram illo
ab eo puniti nequeat, benè verò
qui falsitatem coram isto commi-
sit, pro quo discrimine pulchrè, &
latè Faria *ad Couarr. in pract. quæst.*
cap. 18. *à num.* 41.

26 Ratio autem à prædictis Do-
ctoribus in relato casu desumẽda,
scilicet quia falsum deponens co-
ram aliquo magistratu eum of-
fendit, & sic efficitur de illius foro
magis urget quando resistit Offi-
cialibus suum Officium exercen-
tibus.

Præmaximè cum in hoc casu 27
reperiretur miles reus per Regiam
Curiam captus, quæ est vera præ-
ventio reliquas antecellens Fari-
nac. *q.* 7. *num.* 53. Tondut. *de præ-
uent. iudic. cap.* 23. *num.* 4. Canc.
var. p. 3. *cap.* 2. *num.* 228.

Denique non deficiebant exem- 28
plaria quibus Regii Concilii iuris-
dictio muniretur, sed nihilominus
Excellẽtissimus Dux de Sessa, tunc
Prorex (cuius celebrandas virtutes
commemoravimus *decis.* 33. *num.*
1.) suo decreto sub die prima Au-
gusti 1671. iussit Matthiam mili-
tem Auditori generali Exercitus
qui eius causam de ordine suæ Ex-
cellẽtiæ alsũpserat remitti, eo mo-
tivo quia per ordines Regios inhi-
bita fuerat Reg. Aud. cognoscere
de causis militum, tam civilibus,
quam criminalibus, & quippe idẽ
observatur quoad paganos, quos,
si resistentiam fecerint iudici mili-
tari non is, sed suus iudex ordina-
rius animadverteret. Veneror tanti
Principis decretum, at verò iura
transgressum fuisse vereor.

Veniendo iam ad dubitationẽ 29
suscitatam expendi poterit laicos
diversis in casibus ratione delicti
effici de foro Ecclesiæ, & posse iu-

dices

dices Ecclesiasticos eos ca cerare, punire, ac contra ipsos procedere Regens Cortiada *decis.* 117. *per tot. tom.* 3. Ciarlin. *controu. foren. cap.* 15. *lib.* 1. Oliva *de for. Eccles. p.* 2. *q.* 3. *& seqq.* Sperel. *decis.* 3. *&* 4. *tom.* 1. Panimolle *decis.* 17. *per tot. tom.* 1. & alii citati per Romaguera *in Synodal. Gerun. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 4.

30 Pro contraria parte consideratur non recepisse praxim in hoc Principatu Episcopum laicos carcerare, ut firmat Calderò aliis cumulatis *decis.* 74 *à num.* 19. *tom.* 2. & admonuimus *ad prax. Peguer. Rubr. ult. num.* 23.

31 Quicquid de his sentias valde premit paritas inter casum quo laicus committit falsitatem coram iudice ecclesiastico, & ab eo plectitur, etiam in Cathalonia, ut incò pertum tenent Doctores suprà citati, & eum eventum, quo resistentia eidem iudici, seu eius Officiali in exercitio suæ iurisdictionis fiat.

Omitto citra controversiã scri- 32
bentes supra allatos fateri censuris, & aliis pœnis spiritualibus posse iudicem ecclesiasticum eius iurisdictionem lædentem, sive offendentem afficere, ut passim hoc in volumine firmavimus, & in primo, præcipuèque *decis.* 14. *num.* 35.

DECISIO LVII.

ASSISTENTIA IVDICIS IMMEDIATI DEBITORIS, VEL REI ad quem finem expostuletur.



TSI iurisdictionem Iudex habeat ad iudicandum, ut ea tamen absque scandalo, & resistentia exerceatur Iudicis immediati debitoris, seu rei assistentia, vel familiæ suæ exposcitur, eam adhiberi iustum, & tutius consideratur, non tamen ob hanc omissam solemnitatem acta nulla redduntur: Ita de milite effecto post contractam obligationem guarentigiam, & aliis similibus casibus Senatus definivit infetius depingendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Casus.*

2 *Milites qui in castris belli causa existunt capi nequeunt pro debito ciuili, & num.* 3.

3 *Publica dictat utilitas milites nõ capi, ne eis detentis præsidia debellentur.*

Mi-

4 *Miles qui ante susceptam militiã obligationem contraxit cum scriptura tertii, & solitis renuntiationibus capi valet pro debito ciuili.*

5 *Iuramentum vim habet expressa, & specialis renuntiationis.*

6 *Priuilegium quod milites carcerari non possint pro debito ciuili non respicit fauorem personæ, sed publicum.*

7 *Fauor iste publicus non extenditur ad obligationes contractas anteaquam miles esset.*

8 *Si quis tempore contractus sit laicus, quando autem decernitur executio contra eum, Clericus, Iudex secularis prouidet, & exequitur in bonis cum assistentia Iudicis Ecclesiastici.*

9 *Sententia prolata per Iudicem secularem contra Clericum effectum post litem coram eo motam per illum pariter executioni deducitur, cum assistentia tamen Iudicis Ecclesiastici.*

10 *Quando Clericus condemnatur in expẽsis ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ taxatio expensarum fit per Iudicem secularem, sed executio respectu bonorum immobilium fiet per eum cum assistẽtia iudicis Ecclesiastici.*

11 *Præuenta dicitur causa per instrumentum obligationis cum scriptura tertii, sicque tunc coram Iudice præueniente debet continuari.*

12 *Miles sponte effectus post contractam obligationem censetur militiam in fraudem assumpsisse.*

13 *Textus in* l. si quis posteaquam 7. ff. de Iudic. & l. qui cum uno, §. reus, ff. de re milit. *conciliati. Miles effectus post commissum delictum priuilegio fori non gaudet.*

14 *Is qui efficitur miles causa debiti nõ soluendi à militia debet cassari.*

15 Sabelli *opinio circa subiectam materiam non practicabilis.*

16 *Senatus decisio.*

17 *Alia decisio circa quæstionem propositam.*

18 *Executio facta per Iudicem ordinarium in casu, de quo agitur absque assistentia Militaris nulla nõ fuit.*

19 *Assistentia Iudicis immediati requiritur ne resistentia fiat superiori legitimo procedenti non interueniente immediato, & ob prærogatiuam istius; vtique subditus intelligat actum illum rationabiliter exerceri.*

20 *Qui nudam assistentiam præstat iurisdictionem non exercet, sed tãtum scandali vitandi causa adhibetur.*

21 *Alguzirio Regio si resistentia fiat intrat Regalia Vsatici* Auctoritate, & rogatu Tit. del dret del Fisch, *quamuis assistentiam ordinarii non petierit.*

22 *Quando aliquid propter honestatem tantum prohibetur factum tenet, vbi alia decisio ad intentum, & num.* 23.

PRæcedentis decisionis materiæ afinis valde est quæstio,

an

an si paganus, seu iurisdictioni ordinariæ subditus debitorium firmaverit certæ quãtitatis cum clausulis solitis rigidioribus, quas guarentigias vocamus, obligatione scilicet personæ, & bonorũ, ac scriptura tertii, quæ continuata fuerit in libris Curiæ Vicarii Barcinonæ, vel alterius Regiæ Vicariæ, prout continuari debere animadverti in additionibus *ad Prax. Ciuil. in tractat. de ordin. iudic. Cur. Vicar. Barcinona Rubr.* 16. in fin, & notat Regens Cortiada *decis.* 273. *num.* 25. *p.* 5. ex Fontanella, Xammar, Ferrer, & Ripoll, & post dictam obligationem præhabita forma contractam talis debitor effectus fuerit miles possit contra eius personam, & bona provideri executio, seu exponi retroclamum coram iudice pagano, seu ordinario, an verò illa decernenda sit per iudicem, sive Auditorem militum.

2 Et primitus obserues controversum quandoque fuisse, an repertus miles tempore provisæ executionis valeat pro debito civili capi quamuis contraxerit, sive se obligaverit ante susceptam militiam Fontanella *de pact. nupt. cl.* 3. *gl.* 3. *num.* 17. existimat milites, qui sunt in certo loco causa belli parati pro defensione Reipublicæ, vel Principis non posse pro debito civili personaliter capi, ex eo quod privilegia veteranorum militum sint eis communicara, probans ex Auer. 3 *in additionib. ad Capell. Tholesan. decis.* 141. *num.* 2. Ripa *in l. Centurio. num.* 10. *ff de vulg.* Gamma *decis.* 366. *per tot.* Cial. *de succession. verbo substitutio q.* 66. *num.* 2. Anton Gomez *in l.* 55. *Taur. num.* 68. Gutierr. *in tract. de iuram. confirmat.* 1. *p. cap.* 6. *num.* 9. Iacob. Ben. *de priuileg. Iurisconsult. p.* 2. *priuileg.* 38. *num.* 3. & ante eos Roman. *cons.* 4. *num.* 5. adiunge Caball. *resolut. crimin.* 294. *num.* 313. *& seqq.* cum limitationibus, & ampliationibus Scavarol. *de visitat. carcer. lib.* 3. §. 7. *cap.* 6. *nu.* 19. *& seqq. ad* 38. *fol.* 498. latè Altograd. *cons.* 17. *num.* 15. *lib.* 1. *& per tot.* nititurque Fontanella publica utilitate, quę videtur exposcere ne militibus captis, & in carceribus detentis inimici Civitatem, & præsidium, cui præsunt debellent.

Vlterius progrediendo Fontanella refert hunc articulum incidisse in Senatu de anno 1604. ipsumque contendisse quendam militem stipendiatum suæ Maiestatis in navalibus pręsentis Civitatis relaxandum fore, & esse à Regiis carceribus, in quibus detinebatur pro debito civili, succubuisse in causa, quæ erat inter Ioannẽ Gasto, aliàs Peyrò, militem stipnediarium ex una, & Ludovicam Puig partibus ex alia: nam Regia provisione facto verbo facta de mense Martii 1604. referente Egregio Senatore Hieronymo Seniust declaratum extitit non esse locũ instaræ relaxationi Actuario Agramunt. 4

Motiva fuerunt ut enarrat Fon- 5

tanella, alterum quia dictus miles renuntiaverat huic privilegio per renuntiationem generalem omni privilegio, & legum auxilio cum iuramento factam, quam sufficere tenent Doctores per eum allati vi-tute iuramenti, quod habet vim expressæ, & specialis renuntiationis.

6 Aliud, & principalius in eo sistit, quippe tempore contractus nō erat miles, sed talis fuerat postea effectus, & hoc inefragabile fundamentum non eliditur per rationes ex adverso à Fontanella propositas, nimirum quod isti milites gaudent hoc privilegio ne carcerari possint propter bonum publicū, ut Respublica ab incursu inimicorum propugnetur, & evadat, sicq̄ videtur dicendum, quod sive miles renuntiaverit, sive non, sive miles esset tempore contractus, sive non semper debeat hoc privilegio gaudere militante semper ratione favoris publici, cum tale privilegiū non concedatur militi propter favorem suæ personæ, sed imò propter favorem publicum, ut præhabetur.

7 Respondetur namque favorem publicum non devenire ad ea, quæ gesta sunt antequam quis scriniis militum adscriptus esset, ut patet in laico obligato cum scriptura tertii debita forma continuata effecto Clerico postea, nam cōtra eius personam, & bona decerni potest executio per iudicem secularem, ut statim afferam.

8 Rursus dissolvitur obiectio, quoniam reservata auctoritate Iudici militari, ne fiat executio in persona, & bonis militis, de quo agimus absque eius assistentia examinabit ille favorem publicum, & an concurrant circunstantiæ, quæ differri executionem dictent, etenim executio, quæ providetur per iudicem secularem in bonis tunc Clerici, contractus autem tempore laici fieri debet cum assistentia Curiæ Ecclesiasticæ, ut variis decisionibus exornans firmat Regens Cortiada præcitata *decis.* 273. *num.* 22. *p.* 5.

9 Sic etiam sententia prolata per iudicem secularem contra Clericū effectum post litem coram eo motam per illum pariter executioni demandatur in Cathalonia, sed cū assistētia iudicis ecclesiastici quoad bona immobilia Cortiada *decis.* 151. *num.* 30. *p.* 4. & *decis.* 273. *nu.* 30. *d.p.* 5.

10 Taxatio expēsarum, in quibus condemnatur Clericus ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ fit per iudicem secularem Cortiada cum nostris *decis.* 22. *nu.* 77. *& decis.* 26. *à num.* 14. *p.* 1. & *decis.* 154. *num.* 19. *p.* 3. *& num.* 20. executionem dictarum expensarū in Cathalonia respectu bonorum immobilium fieri per iudicem secularem cum assistentia iudicis ecclesiastici ornatè, & perspicue, ut assolet decisum tradens; aliave cōplurima circumferri possent exempla, quibus sententia per iudicem

lai-

laicum pronuntiatur, executio verò non nisi cum assistentia iudicis ecclesiastici fit in bonis Clerici.

11 Nunc ad rationes fundamentales pro radicanda iurisdictione in themate proposito ad favorem iudicis pagani, sit præclarior quia per instrumentum obligationis cum scriptura tertii causa dicitur quasi præventa Fontanella *decis.* 312. *nu.* 5. *p.* 2. Xammar. *defin.* 95. *num.* 3. imò verè præventa reputatur Franchis. *decis.* 656. *nu.* 1. Danza *de pugn. Doctor. tom.* 3. *tit de laico obligato pœnes acta sub nu.* 3. Tondut. *de præuent. p.* 1. *cap.* 25. & dubitatione omnimoda caret quando causa est præventa coram iudice ordinario contra eius subditum tempore cōmissi delicti, aut obligaiionis contractæ continuari debere coram iudice ordinario, & non corā militari, ex text. expresso in *l. si quis posteaquam* 7. *ff. de iudic.* Tondut. *de præuent. p.* 1. *cap.* 28. *nu.* 44. *qui*
12 *num.* 50. limitat in eo, qui miles sponte effectus est, secus si coactè, dum enim sponte militiam aggreditur censetur illud facere in fraudem, & in præiudicium litis motæ, secus si cogente Principe, tunc enim propter coactionē cessat omnis suspicio, ut ibidem concludit.

13 Quin inter se dimicent prælibata *l. quis posteaquā* 7. *& l. qui si cū vna §. reus, ff. de re militar.* quia in hac contextura non punitur miles effectus ex aliquo delicto antecedēti, sed ex alia causa quam enarrat Tondut. *d. p.* 1. *cap.* 28. *num.* 55. ex Cuiac. *ad d. l. si quis posteaquam.* 55. generaliter autem milites effectos post commissum delictum nō gaudere privilegio fori tradit Cortiada *decis.* 11. *num.* 27. *p.* 1. sed non exscrutādo veritatem, imo pro ea indaganda consulendos 37. Doctores congessit ex quibus septem de milite tractant, alii vero in similibus terminis, etsi diversis loquuntur, addēdi Paul. Christin. *decis.* 154. *num.* 14. *& seq. vol.* 5. Seball. *in resolut. cap.* 53. *num.* 2. *& in summa diversor. tract. verbo Militia num.* 6. *vers. quod miles factus* ubi quod is 14
qui efficitur miles causa debiti non solvēdi debeat à militia cassari Cassar. *specul. peregrin.* 99. *q.* 35. §. 2. ubi quando dicatur in fraudem, ut sit eiiciendus à militia, & subiaceat iudici ordinario.

Et punctim de milite effecto 15
post delictum absque dolo, & fraude, & an gaudeat privilegiis militaribus præter laudatos à Cortiada Paul. Christin. *decis.* 221. *per tot. vol.* 5. Sanfelic. *decis.* 227. *num.* 2. Novar. *in pragmat. Regn. Neapolitan. collect.* 133. & post eos Sabel. *d. verbo militia nu.* 6. qui vult huiusmodi militem gaudere privilegiis militaribus quoad fabricationem processus, & sententiæ cum participatione Auditoris Bandarum etiā quoad pœnam, ubi est arbitraria, secus si sit ordinaria, sed talis distinctio nec admissibilis dignoscitur, nec fundata.

16 In propriis terminis noſtræ diſceptationis diffinitionem memorat Regens Cortiada *d. deciſ.* 273. *num.* 26. de executione proviſa ad inſtantiam Petri Ioannis Soler medicinæ Doctoris contra Ioſephum Modolell de Coſta V.I.D. 11. Iunii 1677. per Magnificum Ioſephum Aleny, clariſſimum olim R.S. pro 125tt ſiquidem oppoſuit debitor ſe die 16. Maii 1677. effectum fuiſſe de foro militum exercitus Cathaloniæ, & ſcriptū in numero militum legionis Domus Deputationis, idque ex documentis per eum in proceſſu productis conſtabat, & quia memoratur Doctor Ioſephus Modolell aſſumpſerat militiā 16. Maii 1677. quo iam diu in favorē inſtantis firmaverat obligationem, die ſcilicet 16. Novembris 1676. cum ſcriptura tertii, quæ eodem die fuit continuata in libris tertiorum Curiæ Vicarii Barcinonæ, per quam continuationem cauſa dicitur præventa, & iudicium in illa cœptum, in eaque poteſt cōtinuari non obſtāte quod reus poſtmodum militiam, aut Clericatum aſſumpſerit, quia nihilominus iudex prævenies remanet competens: propterea reſolutum fuit, & declaratum per dictum R.S. Aleny 12. Iulii 1678. ſuperſedimento inſtato per Doctorem Ioſephum Modolell locum non fuiſſe, nec eſſe. Hoc intellecto, quod dicta executio, ſeu illius continuatio fiat cum aſſiſtentia Iudicis, ſeu Officialium militum legionis Domus Deputationis Generalis Cathaloniæ competentis. Actuario Petro Colell.

17 Et idem cenſuit Regia Audientia conſultatione interpoſita Excellentiſſimo Domino Locumtenenti gen. ſuæ Maieſtatis per aulā Reverendi Cancellarii iſto etiam interveniente 3. Martii 1695. occaſione capturæ executioni deductæ in perſona Ioannis Baptiſtæ Fuſter, militis legionis Don Didaci de Alarcon ad relationem Nob. Franciſci de Rius, & Bruniquer R.S. propter obligationem guarentigiam cum ſcriptura tertii ab eo contractam quando iuriſdictioni ordinariæ ſubiectus erat, ſiquidem quantūvis Auditor Generalis exercitus relaxandum dictū Fuſter eſſe conaretur ob defectū nullitatis, quē aſſerebat patiebatur illius captura, cum eo tunc miles eſſet, nihilominus dominus Prorex proſequendā cauſam in R.A. decrevit ex motivis ſupra exaratis.

18 Neque nullitatem inducere viſum fuit deficientiam aſſiſtentiæ iudicis militaris in captura præfati Fuſter, cum diverſa ſint legem, ſeu iuris diſpoſitionem in caſu contentioſo exigere aſſiſtentiam iudicis militaris, & aliud geſta in facto propoſito abſque tali aſſiſtentia nulla reddi, quod ultimum minimè locū habere valet, neque procedit ex firmatis *deciſ.* 32. *vol.* 1.

19 Et ut clarius eluceat conſiderā-dum venit aſſiſtentiam varios ad

fines

fines principales concedi, videlicet ne resistentia fiat iudici, seu superiori legitime procedenti immediato illius iudice non assistente, seu intervenière, & propter authoritatem, & prærogativam iudicis intervenientis ut subditus intelligat actum illũ rationabiliter exerceri, & per eum iurisdictionem suam non lædi, neque violari, quo casu actu nulla non dicuntur ob omissam solemnitatem prædictas ob causas requisitam, ut infra statuemus agentes de validitate examinis Clericorum absque Prælatorum licentia.

20 Itaque solemnitatis illius omissio, cum iurisdictio revera eius sit qui executionem decernit, nec defectum iurisdictionis inducit, nec aliam aliquam nullitatem, & consequenter acta, seu gesta valida remanent, unde exploratum supponitur eum qui nudam assistentiam præstat iurisdictionem non exercere Fontanella *de pact. nuptial. cl. 5. gl. 3. n. 49.* bene Canc. *p. 3. cap. 19. num. 21. & seqq.* advertit in nuda assistentia extraiudicialiter petita manum iudicis implorari adhæsivè, atque ita partis citationem nõ requiri, cum assistens, seu familiam præbens nihil facere dicatur, sed facienti adhærere, tunc enim auxilium tantummodò postulator, ut nempe sine scandalo, & resistentia iudex legitimus executionem facere valeat, veluti latius Cancer ibidem ostendit, & perduxi in additionibus ad Prax. Civilem *tract. de ordin. iudic. Cur. Vicar. Barcinonæ Rubr.* 10.

Præiactis non parum concinunt 21
quæ Regens Calderò *decis.* 3. longe cumulavit de casibus in quibus propter resistentias factas Algutziriis Regiis processum fuit in vim Vsatici *Auctoritate, & rogatu tit. de dret del Fisc.* quamuis tales Algutzirii dum exequebantur illis iniũcta per Regium Concilium nullã assistentiam ab ordinario loci petiissent aliis concurrentibus requisitis ibidem fusius enucleatis.

Pariformiter his adstipulantur 22
quæ *d. decis.* 32. *nu.* 32. libavimus, nimirũ quod quãdo aliquid propter honestatem tantũ prohibetur factum tenet, & consequenter cũ assistentiam in casu proposito intercedere honestatis ratio dumtaxat suaserit, ne scilicet scandala, & resistentiæ sequantur, idcirco in cõsultatione præhabua Ioãnis Baptistæ Fuster, quem militem effectũ fuisse post contractum, & continuationem scripturæ tertii nõ cõstabat tempore expositi retroclami censuit Reg. Aud. me quoque suffragium dante capturã de persona dicti Fuster, & reliqua cõtra ipsum, eiusque bona tunc usque expedita absq; assistẽtia iudicis militaris valida remanere, sed ad ulteriora exinde nõ procedi in executione absq; prædicta solemnitate, & huic sensui Excellẽtissimus Dominus Prorex annuit, quare causa coram Nobili

bili de Rius fuit prosequuta Actuario Petromartyre Vila.

23 Plura hic discutienda se se offerebant de subsidio petendo per iudicem, qui licet iurisdictionem habeat respectu personæ, vel causæ, non tamen in loco, in quo est facienda executio iudicati, unde plura scitu, & explicatu digna deducenda veniebant ad secernendum discrimen inter assistentiam nudam, & invocationem brachii secularis, meros executores, & mixtos, sed quia desiderium magnum urget præsens absolvendi volumē consultò prætermitto.

DECISIO LVIII.

DE TESTIVM LAICORVM, ET CLERICORVM FALSO testificantium punitione, per quem iudicem ea sit inferenda, & qualiter testes de negatiua coarctata loco, & tempore deponant.

IN Clericos iurisdictionem exercere adhuc incidenter ratione falsitatis per eos in suis Consistoriis patratæ Iudices seculares nequeunt, bene vero Ecclesiastici in laicos extraordinarie puniendo ordinaria vindicta à vero iudice postea infligenda, illorum incapax est secularis cognitio, adeò ut testificari arceantur absque proprii superioris licentia, tametsi teneat testimonium ea non obtenta emissum, at vero Reverendus Cancellarius testes coram se falsò deponentes, sive Clericos, sive laicos extra ordinem coercet, & utriusque conditionis hominum depositiones ad probandam negativam loco, & tempore coarctatam tendentes extra carceres non admittit. Ita Decisio statim subiungenda.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Testes de negatiua coarctata loco, & tempore deponentes carcerati, & non aliter recipiuntur.*

2 *Decisionis nostræ speciales circunstantiæ ex facto desumptæ & nu.* 3.4.

5 *Falsitas instrumenti non præsumitur.*

6 *Vna præsumptio per aliam fortiorem superatur.*

7 *Alterius ex articulis controuersis decisio.*

Sus-

8 *Suscitatur dubium an si unus testis defensionalis carceratus deposuit de negatiua coarctata loco & tempore nequeat etiam hunc stylum, & rigorem euadere alius testis presbyter, & religiosus.*

9 *Religiosus præsumitur probatissimæ vitæ.*

10 *Cancellarius testem coram se deponentem extraordinarie tantum punire potest.*

11 *Clericus falsum deponens coram iudice laico ab ipso plecti nequit, vide tamen num. 13.*

12 *Si Cancellarius extra ordinẽ coerceat testem falsum testimonium coram se perhibentem, nihilominus iudex verus illius ordinaria vltione vindicare poterit.*

13 *Laicus si falsum testificetur corã iudice Ecclesiastico ab eo, vel à suo seculari animaduerti poterit data inter eos præventione.*
Et si iudex laicus nequeat punire Clericum coram ipso falsum deponentem, valebit tamen procedere super falsitate quatenus opus fuerit ad causam principalem.

14 *Quando Clericus falsum deposuit coram iudice seculari, Iudex Ecclesiasticus qui illum punire vult non poterit inhibere ne laicus ad ulteriora in causa procedat donec de falsitate fuerit iudicatum.*

15 *Redditur ratio firmatorum num. 11. & 13.*

16 *Clerici testimonium perhibituri coram iudice laico citari per ecclesiasticum debent, & apud eũ iurare.*

17 *Decisio alterius articuli suprà num. 8. suscitati.*

18 *Iudex secularis cogere non potest Clericum ad testificandum coram se neque in ciuilibus, neque in criminalibus.*

19 *In causis adhuc ciuilibus non possunt Clerici, & aliæ Ecclesiasticæ personæ testificari coram iudice seculari absque licentia Episcopi, seu alterius legitimi superioris.*

20 *Valida sunt testimonia Clericorũ facta absque suorum Prælatorum licentia.*

21 *Non laditur immunitas Ecclesiastica si Clericus testificari volens non admittatur à iudice seculari nisi seruatis sui Tribunalis solemnitatibus, & stylo.*

22 *Testes deponentes de negatiua coarctata loco, & tempore non coguntur testimonium perhibere, sed ipsi sponte testificantur.*

23 *An teneatur testis deponere super his quæ secretò scit remissiuè.*

24 *Defensio est fauorabilis, & ad eã admittuntur testes inhabiles cum sua tamen inhabilitate, quæ iudicis arbitrio pensatur.*

25 *Styli non sunt mutandi nisi quando magna suadet ratio.*

26 *Præsumptio quæ stat pro veritate testimonii Clerici non est adeò vehemens quod præualeat processui Fisci.*

27 *Falsitatis delictum atrox, & per Iudicem Breuis Apostolici vindicatur.*

28 *Cancellarii cognitio in Clericos falsum*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſum coram eo deponentes non impropria.

29 *Si duo teſtes pro Fiſco deponant, & quatuor diametraliter pro reo num hi poſſint de falſo puniri?*

30 *Contra Fiſcum proxime propſitum dubium in caſu de quo agitur deciſum.*

1 DE negativa coarcta loco, & tẽpore loquuti fuimus *dec.* 1. *num.* 35. & *deciſ.* 30. *num.* 27. addimus nunc ibi allegatis de illius probatione peragentes, Menoch. *de præſump. lib.* 1. *præſump.* 50 *num.* 13. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 26. *num.* 94. R. S. de Triſtany *deciſ.* 46. *à nu.* 6. & quia utrobique ſtabilivimus teſtes de huiuſmodi negativa deponentes in carceres ſe debere conijcere ut recipiantur, quando producuntur ad deſtruendum omnino depoſitiones teſtiũ offenſivi proceſſus, ut purgent ſuſpicionem falſitaris, qua laborant, & ut puniri de ea poſſint poſtquã depoſuerunt, in caſu noſtræ deciſionis ceſſare hanc falſitatis ſuſpicionem, ſeu præſumptionem notum videbatur, & conſequenter detruſionem in carceres.

2 Nam ad firmandam contentionem probata fuit violenta extractio Iacobi à cæmenterio Loci de Monmaneu, & quod libere ad illud acceſſerat ex inſtrumento ſtatim recepto inſtante reo, riteque ſtipulato, teſtibus adhibitis.

3 Articulos rurſus obtulit reus, quibus prædictum acceſſum nullo obſtante impedimento, & coactivam extractionem deduxit, alios Fiſci Procurator Reg. Cur. dedit contrarium diametraliter continentes, contradixit reus Fiſci probationi, & utroſque articulos Fiſci, & rei ad probandum admitti debere Reverendus Cancellarius declaravit.

Illicò ſuos recepit Fiſcus teſtes, 4
non ita reus, quare præcedente ipſius probatione teſtes per reum miniſtrandos tamquam de coarctata loco, & tempore, tendenteſque ad enervandam probationem ſuam non aliter quã carceratos recipi poſſe conabatur, ex his, quæ terminanter advertit Regens Caldero *deciſ.* 8. *à num.* 11. *&* 13.

Replicabatur tamen per reum 5
teſtes prædictos eſſe in roborationem inſtrumenti, & ſic præſumptionem habebant pro ſe, cum falſitas inſtrumenti non præſumatur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 20. *nu.* 2. Gabriel *conſ.* 180. *num.* 16. *lib.* 1. Hond. *conſ.* 107. *nu.* 57. *lib.* 2. DD. *conſ.* 78. *num.* 50. latè Farinac. *de falſit. & ſimul. q.* 153. *nu.* 193. & *conſ.* 164. *num.* 16. *lib.* 2. Vermigl. *conſ.* 236. *nu.* 4. Hodierna *controu. forenſ. cap.* 39. *num.* 20. Cyriac. *controu.* 637. *num.* 21. & *controu.* 640. *num.* 3. *tom.* 4. imò plus aliquando creditur inſtrumentis, quam teſtibus, ut libavimus *deciſ.* 11. *num.* 10.

Proindeque quamvis urgeret 6
præ-

præsumptio falsitatis, seu suspicio contra testes illos, elidebatur autē alia præsumptione generali delictum excludente, & speciali, quæ stat pro instrumento, & explorati est iuris unam præsumptionē per aliam superari, & fortiorem vincere minus efficacem, ex à nobis cōstitutis *decis.* 41. *num.* 48.

7 Nihilominus prævaluit testes rei carceratos recipi debere sic diffiniente Reverendo Domino Cācellario 4. Martii 1691. in causa Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ; & Iacobi N. pauperis Eleemosinæ, in actis Mas, & ratio esse potuit quod instrumentum istud suspicionis labe, nullitatisque vitio non carebat, cum ad eludendam Fisci intentionem, Regii Criminalis Concilii auctoritatem, & veritatem obumbrandam fabricatum extitisset, ex fusè teseratis *decis.* 10. & 11. *tom.* 1.

8 Gravius fuit sequens dubium; nam cum unus testis rei in carceribus deposuisset in eius favorem prætendit ulterius Fiscus quod alius testis per inquisitum ministratus, qui presbyter, confessor, & valde laudabilis Ordinis Religiosus erat etiam carceratus in defensionem deponere tenebatur; at cōtra Fiscum perplures certabant rationes.

9 Quoniam causæ ob quas testis deponens de negativa loco, & tēpore coarctata adversus probata per Fiscum tenetur in carceribus comparere ut testimonium perhibeat illæ sunt, nempè quia in ipso suspicatur falsitas, & ut possit de falso puniri, nulla autē ex his causis impręsentiarum militabat, non prior; nam præter circunstantias supra ponderatas, quæ falsitatis suspicionem semovebant ea concurrebat, videlicet Religiosum esse testem, sicque probatissimæ vitæ, ex à nobis traditis *decis.* 23. *num.* 13. & observavit Regens Calderò *decis.* 65. *num.* 37.

Non secunda, siquidem pœna 10
quam Cancellarius posset irrogare testi falso, sive laico, sive Clerico tātum extraordinaria esset Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 139. *vers. si enim & num.* 140. Regens Cottiada *decis.* 21. *num.* 57. & ita non debet detineri in carceribus Clericus per Cancellarium instante iudice seculari.

Quia etsi Clericus falsum de- 11
posuisset coram iudice laico ab ipso puniri nequiret Gregor. Lop. *in l. fin. glos.* 3. *tit.* 16. *p.* 3. Morla *in Empor. iur. p.* 1. *tit.* 2. *in prælud. nu.* 154. Padill. *in l. transigere nu.* 112. *C. de transact.* Vrsil. ad Afflic. *decis.* 230. *nu.* 2. Guttierrez *practic. lib.* 1. *q.* 24. *per tot.* Rollandà valle *cons.* 12. *num.* 48. Scappia *de iur. non scrip. lib.* 1. *cap.* 11 *num.* 1. Barbos. *in collectan. cap. super hoc num.* 2. *de pœn.* Bovadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 91. Parlador *differt.* 91. §. 1. *num.* 3. & ita non sunt audiendi qui arbitrantur Clericum per iu-

dicem laicum pœna pecuniaria affici posse, prout nonnulli ex proximè citatis comminiscuntur.

12 Imo si Religiosus iste sponte coràm iudice laico de negativa coarctata deponere voluisset, & intus carceres se mitteret, falsùque deponeret suo iudici traderetur, ut eum puniret ex traditis à Regente Cortiada cum permultis *d. decis.* 21. *num.* 58. firmante quod licet Cancellarius testem falsum coram eo deponentem puierit pœna extraordinaria, nihilominus Iudex competens ipsius testis potest procedere contra eum de falso ad pœnam ordinariam.

13 Per contrarium vero si laicus de falso coram iudice ecclesiastico convincatur, ab eo, vel à suo seculari puniri poterit data inter ipsos præventione Gutierr. qui suprà *nu.* 4. laudati *decis.* 13. *num.* 4. Parladori *different.* 9. §. 1. *num.* 28. qui limitat quando lis pendet principalis; nam postea nequibit Bovadilla qui proximè *cap.* 17. *num.* 47. & is etiam notat, quod tamen si laicus Iudex prohibeatur Clericum periurum coercere procedere tamen poterit super falsitate quatenus opus fuerit ad causam principalem Gutierrez suprà allegatus, Bernard. Diaz *in prax. cap.* 93. *num.* 2. Azeved. *in l.* 1. *num.* 9. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recopilat.* Cur. Philipp. *p.* 3. §. 3. *nu.* 4.

14 Scias tamen circa hanc materiã, quod cùm Clericus falso deposuit coram iudice seculari, & Ecclesiasticus ad illum puniendum progreditur, hic non poterit inhibere ne ille ad ulteriora procedat in causa principali donec super falsitate pronuntietur Gutierres *d. quæst.* 24. *num.* 3. Bovadilla ubi suprà Farinac. *in praxi tit. de inquis. quæst.* 8. *nu.* 26. *vers. limitando.*

Rationem differentiæ, ac discri- 15
minis assignavi *decis.* 26. *num.* 18. ubi quod iudex laicus respectu Clerici est incapax, Ecclesiasticus vero quo ad laicum est tantum incompetens, ideoque articulus falsitatis commissæ per laicum incidens coram iudice Ecclesiastico bene potest per ipsum puniri, secus vero è contra ex stabilitis in specie articuli incidentis *decis.* 8. *n.* 72.

Ex hocque discrimine descen- 16
dit quod Clerici ut testimonium coram iudice seculari perhibeant citari per Ecclesiasticum debent, & apud eum iurare Can. *statutum* 38. 2. *q.* 6. Can. *testimoniũ* 9. 11. *q.* 1. Can. quamquam 2. 14. *q.* 2. Carol. de Grass. *de effectib. Clericat. effect.* 10. Gabriel à Sancto Vincentio *de remed. ignorant. disput.* 2. *dub.* 4. §. 6. *num.* 75. Bellet. *disquisit. Clerical. de Cleric. teste.* §. 2. *num.* 5. Passerin. *in Tribun. regular. q.* 11. *art.* 3. *num.* 34. & alii cumulati per nostrum Franciscum Romaguera *in Synodalib. Gerunden. lib.* 2. *tit.* 3. *cap. vn. num.* 9. & explicavimus. *d. decis.* 26. *num.* 14.

Quibus non obloquentibus per 17
Reverendum Cancellariũ fuit ver-

bo

bo declaratum sub die 26. Martii 1691. Religiosum prædictum si testimonium ferre vellet non aliter recipiendum quam carceratu.

18 Fundamentum esse potuit, quia licet Iudex secularis non possit cogere clericum ad testificandum coram se in criminalibus, & civibus Delbene *de iur. cap. 1. dub. 3. num. 18. & 23.* Pacion. Iordan. *variar. lucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 19. num. 12. & seqq.* Fermosin. *in cap. de cætero 14. de testib. q. 1. num. 37. & seq.* Cæsar Panimollo *annot. 5. ad decis. 14. à num. 5.* Pignatel. *consult. Canonic. 58. à num. 1.* cum aliis congestis à Romaguera qui suprà *d. lib. 2. tit. 3. cap. vn. num. 9.*

19 Adeo quod non possint clerici, & aliæ ecclesiasticæ personæ testificari adhuc in causis civilibus, ac coram iudice seculari absque licentia Episcopi, seu illius Vicarii Generalis, aut competentis Prælati, seu Superioris. Passerin. á Sextul. in *Tribun. regular. d. q. 11. art. 3. num. 33. & de stat. homin. à nu. 76.* Pilata *decis. Canon. lib. 1. decis. 11. nu. 192.* Marta Medic. *decis. Senen. 95. num. 14.* Barbos. *de iur. eccles. vniuers. p. 1. cap. 40. nu. 103.* perplures citati á Sabello *in summa diuers. tractat. Verbo Clerici num. 48. 50. & 51. & verbo religio num. 2. vers. tamen. tom. 4. & §. Iudex num. 29.*

20 Verumtamen depositio, & examen clericorum absque prædicta suorum Prælatorum licentia sunt valida; eo quia talia acta expresse non reperiuntur annullata, cum requisitum licentiæ inductum tantum fuerit propter honestatem, & honorem ordinis ecclesiastici, seu Clericalis, ne laicus videatur in eos authorare Passerin. *in Tribun. Regular. d. art. 3. num. 35. & 45. & de stat. homin. tom. 2. art. 2. num. 81.* Marta Medic. *decis. 95. num. 14. vers. & licet, & num. 15. & seq.* Barbosa *de iur. Eccles. vniuers. d. cap. 40. num. 106.* Fermosin. *in d. cap. de cætero de testib. q. 1. num. 31.* Riccius *collect. 3093. vers. contrarium alii* Manfrel. *ad d. decis. 10.* Capyc. Latro *n. 10. & seqq.* Sabel. *in summa diuersor. tractat. §. iudices num. 29. tom. 2. & §. Religio num. 2. vers. quod quãdo &c. to. 4.* quibus addimus à nobis enucleata *decis. 32. tom. 1. & suprà decis. 57. num. 18. hoc tom. 2.*

Qua propter si suapte volũtate 21
voluit intus carceres includi absque ulla iudicis secularis coactione nullatenus ex hoc immunitas ecclesiastica violatur; sicuti non læditur, si postquam obtinuit clericus, seu regularis superioris sui licentiam non perficiatur eius examen ad offensam tẽdens in casibus quibus potest testificari, nisi se subscribat in depositione, aliasque solemnitates observet ad illud examen necessarias ex vulgata regula, quod concessa iurisdictione omnia ea concessa censentur sine quibus illa exerceri non potest, de qua *decis. 28. num. 11.*

Et hæc manifestiora fient si at- 22

tendatur modus quo ſolent teſtes de negativa coarctata loco, & tempore recipi, nam non compelluntur ipſi deponere, ſed monentur quod ſi teſtificari velint ſponte intus carceres ſe immittant,

23 Diverſimode ſe res habet ſi teſtis extra hunc caſum, ſive in offenſam, ſive in defenſam producatur, ſiquidem cogi valet præcisè ad deponendum, ut vidimus *deciſ.* 29. *tota*, & præſertim *num.* 16. quibus addimus Eſcobar. de purit. *p.* 1. *q.* 9. §. 1. ubi an teneatur teſtis deponere ſuper his, quæ ſecretò ſcit, de quo puncto etiam Portolès *ad Malin.* §. *teſtis num.* 79.

24 Et controverti nequit eandem vim coactivam imponi poſſe ad deponendum in defenſionem, cū non debeat eſſe minus favorabilis cauſa rei quam Fiſci ex ſtabilitis *deciſ.* 34 *num.* 3. ubi quod ad probandum defenſionem, ſeu innocentiam admittuntur etiam teſtes inhabiles cum ſua tamen inhabilitate, ut ubi declaravimus, & nunc adiungimus Carena *de offic. Sanctæ Inquiſ. p.* 3. *tit.* 5. §. 12. *à num.* 77. qui ex aliis aſſerit in arbitrio iudicare debentis poſitum eſſe an, & qui teſtes ſint admittendi, & quantum probent videndi Ayllon *ad Gomez tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 24. cum pluribus aliis per eum recenſitis Berart *de viſitat cap.* 5. *à n.* 111. Guazz. *defenſ.* 25. *cap.* 2. *num.* 4. *verſ. ſcias.*

25 Et conſequenter cum teſtis qui ſuper negativa loco, & tempore coarctata deponere vult ad id non cogatur, neque ſe carceribus mancipare, merito ſi teſtificari velit conſcius ſtyli recipiendi huiuſmodi teſtes ſubire carcerem tenetur, (etiamſi coram iudice ſeculari teſtificari vellet) quandoquidem ſtyli non ſunt mutandi, niſi quoties magna ſuadet ratio, ut præſtabilivimus *dec.* 43. *num.* 6. *hoc tom.* 2.

Neque argumentis ex adverſo 26
obiectis reſpondere egemus; nam non eſt adeo vehemens pro clericis præſumptio quæ poſſit efficere eius depoſitionem ad diruendum Fiſci proceſſum tendentem extra carceres recipi ex rationibus nuper reſeratis.

Similiter non faceſſit cum licet 27
falſum deponentem non poſſe per iudicem laicum puniri, remittetur enim ſuo iudici Eccleſiaſtico qui in carceribus repertum citius, & facilius vindicabit, eſt enim atrociſſimum delictum falſitatis, & ſi cōmittatur à clerico per iudicē Brevis Apoſtolici plectitur Cortiada *deciſ.* 34. *num.* 105.

Et in noſtra ſpecie minorem du- 28
bitationem articulus controverſus recipiebat, cum, ut præmiſimus, *num.* 10. Cancellarius clericum falſum coram ſe deponentem extra ordinem animadvertat.

Fuerunt ergo duo teſtes pro reo, 29
quatuor Fiſcus pro ſe miniſtraverat, ſicque contendit duos defenſionales puniendos eſſe ob reatum falſi, & de hac falſitate præcognoſcen-

noſcendum eſſe ſuſpenſo interim curſu cauſæ principalis, ex his quæ late perpendimus *deciſ.* 30. *nu.* 39.

30 Pendebat hæc altercacio à quæſtione an teſtibus deponentibus in favorem rei magis credatur quam deponentibus ad favorem Fiſci, de qua *deciſ.* 32. *num.* 49. & ibi affirmativè reſolvimus, ſi exceſſus ſit magnus, ſi autem unicus teſtis rei eſt contrarius concludenti probationi Fiſci uberiori iſtius examini ſtatur, ſed cum in propoſito caſu duo teſtes pro reo ſtarent, qui carcerem ſubierant, & alter ex eis ſacerdos, & Religioſus eſſet viſa fuit præſtantior rei probatio, quamobrem per Reverendum Cancellarium 2. Aprilis 1691. declaratum extitit teſtes prædictos à carceribus eſſe dimittendos.

DECISIO LIX.

DOMINII PROBATIO AN IN FVRTO SIT NECESSARIA.

FVRVM rei, cuius dominus ignoratur dominii probationē non depoſcit quando de puniendo fure pœna extraordinaria tantummodò agitur, & tunc minus certa probatio prudēti iudicis arbitrio regulata ſufficiet, ſi autem ultimo ſuplicto reus afficiendus veniat omnimodò certa æſtimatio furtivæ rei deſideratur, & conſtito de domino eius dominium, ſeu verius poſſeſſionem realem, & actualem iuſtificari expedit. At quoties ad reſtitutionem rei furtivæ reus damnatur niſi docto de dominio fieri illa nequit. Ita Senatus 3. Octubris 1687. in facto Fiſci Proc. R. C. contra Ioannem Ignatium N. paratorem Villę de Eſparaguera, & Bernardum N. cultorem Villæ de Illa delatos, & inculpatos, quod de menſibus Maii, & Iunii illius anni noctu plurib⁹, & diverſis vicibus ſurripuerunt poſt meſſes factas triticum, & avenam in manipulis ex agris territorii Barcinonæ ubi ſegetes diverſorum particulariū collectę reperiebantur, & de aliis criminibus, & delictis, qui fuerunt condemnati ad fuſtigationem, & quod bullarentur, & ad ſervitium Reg. triremium remigando, ſcilicet dictus Ioannes Ignatius (qui pro aliis furtis fuerat punitus) ad ſeptennium, dictuſque Bernardus ad triennium. In actis Riembau.

AN-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Corpus delicti in furto quãdo nulla remanẽt vestigia probatur exclamationibus derobati, aliisue coniecturis.*

2 *De præexistentia rei in loco commissi delicti, eiusque postea defícientia constare debet.*

3 *Lex municipalis Florentiæ circa hanc materiam adducitur.*

4 *Non requiritur cõstare de præexistentia rei præcisè de tempore commissi delicti.*

5 *Ad furtum non requiritur probare quis fuerit dominus rei furtiuæ vbi is non reperitur, & exemplificatur.*

6 *Qualis probatio in practica sufficiat vbi dominus rei furtiuæ non apparet.*

7 *Casus huius decisionis expendi incheatur.*

8 *Dominium quandoque coniecturis probatur.*

9 *Difficilis est probationis.*

10 *Identitas rei, vel personæ certas, & peculiares exigit probationes, vbi dominus pecuniæ furatæ quãdo præferatur cæteris creditoribus furis in illa.*

11 *Iuramentum partis litis decisoriũ non sufficit ad puniendum certæ quantitatis furtum, bene verò pro interesse pecuniario accusatoris.*

12 *Æstimandæ sunt res furto ablatæ, si earum valor ad pœnæ impositionem requiratur.*

13 *Qualiter fieri debeat æstimatio remissiuè.*

14 *Constito de domino rei furtiuæ identitas, & dominiũ iustificari debent, secus vero eo non cognito.*

15 *Ad pœnã mortis si fur non cõdemnetur non fit ad damna, & interesse condemnatio.*

16 *Regium Criminale Concilium domino res furtiuas restitui iubet etsi pœna ordinaria furtum non vindicetur.*
Econuerso plecti potest fur ordinaria vltione non adiecta restitutione rei furtiuæ personæ certæ.

17 *Constit.* 2. sub tit de furts, y latrocin. in primo volum. Constitut. *enucleata.*

18 *Quando agitur de punitione sola furis probandum non est dominiũ rei furtiuæ, bene vero si de eius restitutione tractetur.*

19 *Duo extrema demonstrari oportet ad probandum indicium repertæ rei furtiuæ.*

20 *Certa prorsus æstimatio fieri debet ad puniendum furem vltimo supplicio, minor autem certitudo arbitrio Senatus regulanda sufficiens erit ad animaduersionem extra ordinem.*

CORpus delicti in furto quãdo nulla supersunt vestigia exclamationibus derobati, aliisue coniecturis.

clamationibus derobati probari, aliisvè coniecturis firmavimus *decis.2.nu.*89.
2 sedtamen quod debeat apparere de præexistentia rei furatæ in loco, & tempore commissi furti,& postea de illius deficientia probatione admissa coniecturali, & per testes domesticos,vel familiare ex Farinac. *q.* 176. *p.*1.*per tot.* Magon. *decis. Florent.* 123. *num.*8. Don Laurentio Matthæu,& Sanz, Menochio, Conciolo conspicuè tenuit Marcus Anton. Sabellus *in summa diuers. tractat. verbo furtum*
3 *num.* 2.ubi refert ex Rota *p.*15.*recentior. decis.* 132.*num.*3.si scripturæ sint subtractæ probandam esse existentiam in loco furti,& ad tollendas plures cavillationes fuisse lege municipali Florentiæ statutũ 9. Septembris 1681. ad probationem dictæ præexistentiæ sufficere assertionem iuratam derobati, aut alterius domestici sui cum verisimilitudine iudicis arbitrio,præsertim si concurrat bona fama illius.

4 At opus non esse constare de præexistentia rei furatæ eodem die commissi furti, sed sufficere doceri de illa per anteactum tempus ipso referente decisum testatur doctissimus Sabellus ibidem,cui addas à nobis laudatos *d.decis.*2.*n.*89.

5 Summopere ad scopum ponderabilis se offert *decis.*105. Regẽtis Sesse, qui disquirit num sit necesse probare ad concludendum furtum quod res furtiva erat in specie alicuius iure dominii, vel aliàs quãdo accusat accusator publicus, & de publico astrictus,& negative resolvit plurimis textibus,ac instãtiis congestis, quibus probatur ignorantiam non excusare eum, qui rem alienam occupat, & quemlibet teneri scire ad alios pertinere rem,quæ sua non sit,sicque infert valixiam, quæ cedidit mercatori in terram si quis recolligat teneri furti,licet nesciat cuius sit, dominiumque non esse probandum ubi solum agitur de castigando fure, proindeque invenientem animalia oberrantia, si non restituat teneri furti.

6 Denique pro practica affert probato per testes, confessionem, vel aliás, quod talis rem à tali via, vel loco subtraxit, & levavit, & quod animal oberrans occupavit tanquam sua probatum relinqui furem esse, maximè si sit malæ opinionis, & famæ, & qualitas rei furatæ suadeat invito domino ad eũ perveniſſe,quapropter eandem conclusionem affirmativam,nempè quod sit pœna furti puniendus fur alicuius rei, cuius dominus non reperitur defendit, & exornat Basilic. *decis.* 13.*tot.*

7 In casu proposito cum Ioannes Ignatius,& Bernardus imputarentur de furtis per eos commissis post messes factas tritici, & avenæ in manipulis variæ opponebãtur dubitationes probationem infringẽtes, prima erat circa dominium rerum surreptarum,non enim cõ-

stabat

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſtabat de illarum identitate, quos ſcilicet habebat manipulos unuſquiſq; in agro, eos enim ibi collegerant diverſi incolæ Barcinonæ,
8 & ſicut tritum habetur ad dominii probationem conjecturas quãdoque ſufficere Maſcard. *de probat concluſ.* 538. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 970. *num.* 6. Tuſch. *litt. D. concl.* 611. *per tot.* Ricc. *collectan.* 311. Rot. *p.* 9. *recent. deciſ.* 85. *nu.* 10. *& deciſ.* 310. *per tot. d. p.* 9. & *p.* 14. *deciſ.* 497. *per tot.* & qualiter ſit probandum examinant Velaſco *de iur. emphyteut.* 1. *p. cap.* 9. *num.* 7. Oſuald. ad Donel. *lib.* 20. *commentar. cap.* 2. *litt. R. & S. in not.* Barboſa *in l.* 12. *num.* 79. *&* 23. *verſ. ultimo, & num. ſeqq. de iudic.* Vela *diſſert.* 46. *à num.* 10. *ad* 29. Hermoſilla *ad leg.* 23. *gl.* 8. *num.* 5. *tit.* 5. *p.* 5. Pareja *de edit. tit.* 1. *reſol.* 3. §. 2. *à num.* 79. Riccius *p.* 2. *collectan.* 311. *& p.* 4. *collectan.* 1460. *& p.* 7. *collectan.* 2676. *&* 2801. Tondut. *lib.* 2. *quæſt.* 41.

9 Ita difficilis probationis eſſe dicitur Surd. *deciſ.* 10. inficiari autem nequit præſumi ex poſſeſſione *l. cum res C. de probat. l. ob maritorum C. Ne uxor pro marito* ubi DD. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 100. *num.* 5. quãdo quis uti dominus poſſedit, in quibus terminis Vela *d. diſſert.* 46. *nu.* 8. *&* 29. voluit quod quando agitur incidenter de dominio prædicta probatio ſatis ſuffragetur, ſicque in hypotecaria adverſus tertium habentem cauſam à debitore, contrarium ſentiens ſi ab alio cauſam habeat, & de efficacia huius præſumptionis latè idem Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 63. Maſcard. *de probat. concluſ.* 539. *per tot.* Salgado 2. *p. labyrint. cap.* 22. *à num.* 74. & *cap.* 11. §. *unic. à num.* 38. *p.* 1. Vela *diſſert.* 46. *à num.* 29. *& diſſert.* 48. *num.* 54. Eſcobar 1. *p. de purit. q.* 9. §. 4. *num.* 57. Covaruv. *practic. cap.* 16. *num.* 4. Giurba *obſerv.* 116. *num.* 26.

Ambigique nequit dominium 10
probatum non remanere niſi appareat de identitate rei, videlicet illam, quæ penes alium exiſtit eãdem eſſe, cuius demonſtratut dominus vindicans, ſeu ad furtum agens, aut accuſans, ac æquè exploratum agnoſcitur certas, ac peculiares probationes exigere identitatem rei, vel perſonæ Valenzuela *conſ.* 77. Caball. *caſ.* 279. Maſcard. de probat. *concluſ.* 874. Menoch. *lib.* 6. *de præſumpt.* 15. Riccius *p.* 2. *collectan.* 417. *& p.* 4. *collectan.* 1344 Cyriac. *controu.* 192. 281. *&* 299. Mareſcot. *lib.* 1. *variar. cap.* 12. Giurba *ad conſuetud. cap.* 11. *gl.* 4. *à num.* 4. & punctim qualiter probetur identitas in pecunia, vino, oleo, grano, mobilibus, & ſimilibus ad effectum ut in eis duret hypotheca Gratian. *diſceptat forenſ. cap.* 897. *per tot.* & ex eo Sabell. verbo *identitas num.* 2. quem videas verb. *fructus*, & verb. *hypotheca* Cardin. de Luca *de creditorib. diſcurſ.* 26. docens quod in concurſu

su pecuniæ furatæ dominus eius vincit creditorem furis, si constare potest de identitate, & præfertur, cum fur non efficiatur dominus pecuniæ, & identitas probatur etiã præsumptivè, vel ex qualitate monetarum, & brevitatis temporis, sicut quando agitur de probatione versionis pecuniæ ad rem emendam, vel reficiendam, si furtũ passus furem repetisset eum persequens.

11 In nostro Regio Concilio quando de puniendo furto magno agitur iuramentum partis litis decisorium non sufficit, bene vero pro interesse pecuniario illius, & hac interpretatione intelleximus Peguera *decis.* 23. in casu ad mei relationem definito, de quo meminit Regens Calderò *decis.* 67. *num.* 12. *tom.* 2. ex Vermigliol. *cons.* 270. *nu.* 6. Farinac. *in prax. q.* 176. *num.* 35.

12 Quapropter si ad ultimum supplicium pro furto imponendum requiratur ad certam summam ipsum ascendere ut apud nos contingit, quando primũ sit, & non qualificatum cum tunc fieri debeat æstimatio rerum furatarum, supposito ut præiecimus non sufficere iuramentum derobati necesse erit æstimatoribus proponi, quæ res furto ablatæ sint omnibus qualitatibus designatis, ut eorum valoris tanquam periti relationem faciant, & ita praxis invaluit, ut in compilatione practicali observavimus.

13 Aliud etiam extremum ante relationem probari oportet, nimirum res illas æstimatoribus exponendas, amotas, & contrectatas fuisse iuxta Doctores superius allegatos, parũ enim prodesset æstimationem fieri cum omnibus circunstantiis, de quibus Salgado *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 10. *num.* 145. *& seqq.* Zuff. *de legitimat. proces. lib.* 3. *q.* 121. *per tot.* Natt *cons.* 480. *nu.* 4. Cyriac. *controu. forens. cap.* 421. *nu.* 2. *& seq.* & *cap.* 303. *nu.* 88. Altogrd. *cons.* 98. *nu.* 3. *& seqq per tot. lib.* 2. nisi res æstimatæ illæ essent, de quarum furto coercendo pertractatur.

14 En ergo quando identitas necesse iustificanda venit, & consequenter dominium, seu verius possessio regulariter, & hoc iure utimur, si à certa persona res furatas esse appareat, attamen si pauper cum rebus magni valoris apprehensus fuisset, & de corpore delicti aliquatenus constaret, licet non de dominio, & identitate non hæsitarem ex supra discussis pœnam mortis infligere.

15 Quare vera est conclusio quam *dec.* 8. *num.* 20. firmavimus non condemnari reum per iudicem ad damna, & interesse nisi maleficio plenè probato pœna mortis irrogetur, quam tamen intelligas ex prælibatis, & auctoribus ibi allatis si concludenter de dominio constet.

16 Cæterum sicut ibi noviter animadvertimus de meo tempore Regium Concilium res furatas do-

mino restitui providisse, constito pleaé de dominio, tametsi furtum pœna ordinaria non puniret me sic sentiente, & Dominis approbantibus, ita nunc ex desuper exaratis infero, & censeo posse casum eventre, quo fur pœna ordinaria sit plectendus, non adiecta tamen restitutione rerum furatarum certæ personæ, sed incertæ sub generalitate illa, *& ad restitutionem rerum furto subtractarum liquidatione reseruata.*

17 Et tunc ut obtineat derobatus res illas sibi restitui necesse erit probare dominium plenè, & concludenter, propterea que *Cõstitutione 2. sub tit. de furts ylatroc. in primo volum. Constitut.* dispositum invenitur, quod si latrones confessi fuerint cuius sit res furata penes eos reperta, aut per ipsos denuntiata per Iudices Regię Cur. restituatur idonea saltem præstita cautione de restituendo arbitrio Curiæ, si illorum quibus fit restitutio non esse constiterit, & quod in probatione dominii rerum furatarum pro idoneis testibus habeantur domestici, & familiares eius, à quo dictę res fuerunt subtractæ.

18 Ideoque recte his conveniunt quæ antea præmonuimus *num.* 5. ex Sesse, & aliis, videlicet quando solum agitur de puniendo fure probandum non esse dominium rei furtivæ, quod secus esset si de rei restitutione tractaretur.

Et licet Reg. Concilium ad pro- 19
bandam indicium reperturæ rei furatæ duo extrema demonstrati exposcat, alterum dominii, seu possessionis derobati, aliud vero existentiæ apud furem, seu in eius domo, ut in compilatione practicali continetur.

Verumtamen in casu nostræ 20
decisionis liquebat manipulos tritici, & avenæ fuisse ad locum delicti adductos per nonnullos Cives Barcinonæ, & quantumvis non constaret eos ipsos fuisse visos in potestate reorum, seu apud illos repertos, aut in eorum domo, & ita de dominio, nec de identitate appareret; nihilominus fuerunt merito sontes ad pœnam arbitrariam, seu extraordinariam condemnati, quia non agebatur de restitutione rei furtivæ, sed dumtaxat de fure extra ordinem puniendo; nam si ordinaria ultione plectendi rei veniissent æstimatio necessaria præire debuisset, & quidem ponitus certa ut vidisti, non cum aliqua incertitudine, qualis in casu proposito sufficiens visa fuit solito maturo arbitrio Senatus iuxta qualitatem rerum furtivarum ad pœnæ prædictę impositionem ex firmatis à Basilico *decis.* 23. *tot.* ubi de pœna furantis fructus, flores, & similia.

DE.

DECISIO LX.

IVRISDICTIO IVDICIS COGNOSCENTIS DE ALIQVO articulo, seu quæstione incidenter sitne cumulativa, vel privativa?

COGNITIO articulorum civilium per iudicem criminalē non aliter quam ratione incidentiæ acquiritur, & cumulativè, non privativè ad iudicem civilem, qui principaliter parte non opponente de illo articulo iudicare non arcetur, atque ita sententia per ipsum pronuntiata sustinetur, ac post eam latam omnis cessat prævention, & si causa confiscatis bonis rei criminis Læsæ Maiestatis in primo capite fuerit legitimè in Reg. Audientia civili introducta, & mortuo postea reo naturaliter, eadem bona sequestrentur pro tenuta, & iuribus viduæ in ditione Regis inimici commorantis, nihilominus causa prædicta in Reg. Audientia civili est prosequenda. Ita Senatus definitionibus inferius expromendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Quæstio discutienda.*

2 *Distinctio traditur inter iudicem, qui solum est competens ad cognoscendum de aliquo articulo ratione incidentiæ, & illum, qui incidenter, & principaliter iudicare valet.*

3 *Cancellarius, & alius iudex ecclesiasticus testem laicum coram ipsis falsum deponentem principaliter iudicare nequeunt, sed tantum incidenter cognoscunt pœnam extraordinariam imponendo, vbi ratio.*

4 *Iudex Ciuilis falsitatem coram se commissam extraordinariè tantummodò punit, & de ratione.*

5 *Idem dic de iudice cuius turbatur iurisdictio.*

6 *Quando iurisdictio competit tantum iudici incidenter cumulatiua est, & non priuatiua eius respectu, cui competit principaliter.*

Probatur primò quia post impositā pœnam extraordinariam per iudicem incidentiæ, si illa competens non sit potest proprius iudex congruam irrogare.

7 *Secundò probatur quia exceptio rei iudicatæ opponi nequit per reum*

panitum per iudicem cognoscentē de crimine per modum exceptionis, seu incidentiæ.

8 Sententia lata per iudicem ecclesiasticum habentem iurisdictionem priuatiuam obest, vel prodest coram seculari, si concurrant identitates necessariæ, & an lata à seculari obsit, vel prosit coram ecclesiastico, & quid de iudicio ciuili ad criminale num. 9.

10 Vt obstet exceptio rei iudicatæ requiritur identitas rei, modi, & causæ agendi, ac personæ.

11 Constito de delicto potest iudex criminalis etiam principaliter, & omissa pœna criminali reum condēnare ciuiliter tantum ad restitutionem, sed vide num. seq.

12 Nuper tradita doctrina recepta non est in Cathalonia.

13 Si iudex ecclesiasticus præuenerit in causa diuortii ad ipsum spectat priuatiuè alimentorum taxatio, sed non exinde consideratur priuatiua illius iurisdictio respectu iudicis laici.

14 Incompatibilia sunt dare præuentionem inter duos iudices, & alterum ex eis habere iurisdictionem priuatiuam.

15 Semel præuenta iurisdictione tantummodò in eo statu iudex præueniens cognoscere valet, & tunc priuatiuè cognoscit quoad alium iudicem præuentum, qui ab initio iurisdictionem habebat cumulatiuam, & de ratione.

16 Præuentio dupliciter contingit, scilicet genericè, ut si iudex ecclesiasticus præuenerit in causa diuortii antequam laicus criminaliter de sæuitiis inquirat, & specificè si ulterius præuenerit pro instruendo processu ad petitam corā eo taxationem alimentorum prouidendam, & his duabus præuentionibus concurrentibus cognitio priuatiuè pertinet ad iudicem ecclesiasticum.
Fontanella perdoctissimus in subiecta materia sibi contrarius notatur.

18 Non data specifica præuentione, vel causæ principalis absorbentis alias causas, & articulos pendente quæstione super validitate, vel invaliditate matrimonii potest ecclesiasticus iudex sicut & laicus alimenta decernere.

19 Iudex qui præuenit non solum in causa principali præuenta sed etiā in annexis iurisdictionem habet extante præuētione specifica quoad articulum incidentem, & periculo quod continentia causæ diuidatur.

20 Pendente quæstione coram iudice ecclesiastico an matrimonium fuerit validum, coram laico nihil tractari potest de legitimatione, vel successione.

21 De iudice qui principaliter de falsitate cognoscere valet sed alius eius præuenit iurisdictionem, vel principaliter, vel incidenter cognoscens tunc etiam iurisdictio cognoscentis est cumulatiua vbi ratio, & vide num. 22. ac 23.

Iudici

24 *Iudici Ciuili cognoscenti incidenter de crimine competere iurisdictionem tantum cumulatiuam demonstratur, idemque dic de iudice criminali respectu articuli ciuilis* l. nullum C. de testibus *procedit cumulatiuè, & non priuatiuè, &* num. 27. ac 29.

25 *Clausula abdicatiua est similis clausulæ clericali, & admit iurisdictionem cuicunque iudici, &* nu. 26. *sed vide* num. 28.

27 L. nullum C. de testibus *cumulatiuam dat iurisdictionem, & procedit inter pares iudices.*

28 *Clausulam abdicatiuam non habere eandem vim, & efficaciam, quæ tribuitur clericali, &* num. 29. & l. nullum C. de testibus *concedere iurisdictionem ratione incidentiæ iudici incompetenti ob publicam vtilitatem.*

30 *Quoties non conqueritur pars, seu iudex procedimenta facta per iudicem præuentum valida remanent.*

31 *Si exceptio litis pendentiæ non opponatur valet vtrobique processus.*

32 *Licet regulariter sententia contra sententiam non valeat, fallit tamen si reus, qui in sui fauorem habet, eam non opposuerit in initio causæ, sed passus fuerit ingredi meritа, tunc enim non obstante tali exceptione iudex de meritis causæ cognoscet, &* num. 33.

34 *Exceptio præuentionis iudicii est dilatoria.*

35 *Exceptio ne continentia causæ dividatur tametsi dilatoria in quacunque parte iudicii opponi potest, & de ratione post latam tamen sententiam obtineri nequit.*

36 *Finita lite per sententiam præuentio nihil operatur.*
Exceptio ne cõtinentia causæ dividatur á parte est opponenda.

38 *Exceptio litis pendentiæ, & exceptio ne continentia causæ diuidatur sunt incompatibiles.*

39 *Oppositiones mulierum, & creditorum in bonis confiscatis pro suis respectiue dotibus, & creditis ante sententiam confiscationis, & apprehensionem bonorum rebellium proponendæ, & tractandæ sunt in Regio Criminali Concilio citato Fisci Procuratore Reg. Cur. facta vero confiscatione tractari debent in Reg. Audientia citato Fisci Procuratore Patrimoniali, &* num. 40. *cum decisione trium aularum Reg. Audientiæ.*

41 *Defensio bonorum rebellium ante declarationem, & apprehensionem eorum ad Fisci Procuratorem Regiæ Cur. pertinet, sequuta vero sententia ad Fisci Procuratorem Patrimonialem.*

42 *Ratione incidentiæ aula criminalis capax est istius cognitionis, aliter autem parum prodessent numero præcedenti considerata.*

43 *Si articulus ciuilis circa bona nondum incorporata ageretur in Regia Audientia ciuili defensor esset Fisci Aduocatus Patrimonialis. De Fisci aduersus Fiscum actionibus*

nibus, & negotiis gestis remissiuè.

44 Incorporatis bonis expirat iurisdictio iudicis criminalis quoad articulos ciuiles.

45 Iudex ciuilis principaliter declarando super articulis ciuilibus incidentibus in iudicio criminali parte non opponente validè sententiam profert, cum iurisdictionem habeat cumulatiuam.

46 Fiscus omnes causas attrahit ad suum Consistorium, siue actor sit, siue reus, sed non attrahit contra Fiscum.

In causis quibus decidendum est dubium an causa sit ciuilis, vel criminalis agitur de interesse Fisci, & nullus interuenit Fisc. Aduocatus, idemque in contentionibus dirimendis accidit.

47 In Cathalonia & de iure communi duo adsunt Fisci Aduocati, alter pro negotiis criminalibus, alius vero pro Patrimonialibus, & hæc distinctio fuit facta ob multitudinem negotiorum, sed in Regno Aragonia vnus solus extat Fisci Aduocatus, & Patrimonialis.

48 Iudicem Criminalem habere iurisdictionem priuatiuam quoad articulos ciuiles esset prælibatam distinctionem Aduocatorum Fiscalium euertere.

Stylus semper conformis legibus præsumendus.

49 Articulus criminalis si incidat apud iudicem ciuilem solet Senatus processū instruere super illo, & ad sententiam ferendam acta, ac reum ad aulam criminalem remittit quæ habita ratione processus per iudicem ciuilem fabricati sententiam profert.

50 Absque interuentu Fisci Aduocati Reg. Cur. posset si vellet Reg. Audientia ciuilis sententiam proferre super articulo criminali coram co incidenti, & quid obseruaret Cancellarius punire volens testes coram eo falsū deponentes, & n. 51. Vbi officium iudicis operari debet ibi quoque Fisci Aduocatus reperitur.

51 Instantes pro Fisco extra Senatum Principis non Procuratores Fiscales sed Promotores, aut Coadiutores Fisci appellantur.

52 Cognoscere principaliter de aliqua re, seu articulo nihil aliud est quā iudicare de illa taliter, quod ea diffinita nihil remaneat discutiendum, cognoscere autem incidenter est ita iudicare, quod decisio illo articulo remaneat adhuc decidenda, & terminanda causa principalis.

53 Si contra reum prolata sit sententia confiscationis bonorum, & instituta postea causa in R. A. ciuili contra Procuratorem Fiscalem Patrimonialem, & ea pendente reus decedat, & Fiscus sequestret eadem bona antea confiscata pro iuribus vidua degentis in ditione Regis inimici causa nihilominus prosequenda est in Regia Audientia ciuili, cum Senatu.

54 Subiicitur alia decisio triū aularū Regia Aud. circa eandē causam.

AN-

1 EX superiùs adductis patet aditus ad colluctationem an iurisdictio iudicis cognoscentis de articulo incidenti, sit cumulativa, vel privativa respectu illius iudicis, qui principaliter de eo articulo iudicare potest, quam controversiã satis arduam, utilem, & quotidianam à nemine inveni satis distinctè ex integro agitatam, & discussam.

2 Meo ergo marte distinguens quæstionem dirimam hac forma, videlicet, aut iudex cognoscens de articulo incidenti est solum competens ratione incidentiæ, aliter autem incompetens, aut verò, & ratione incidentiæ competens dignoscitur, & aliunde incompetens non erat iudicandi principaliter de illo facto, seu facinore, sed tantum eius iurisdictio cessaverat quoad eum articulum quippe per alium iudicem præventus fuerat.

3 Primæ partis dictinctionis sunt casus antea allati de Cancellario coram quo per testem deponentem fuit falsitas commissa; nam is talem testem punire extra ordinem tantum potest ut prælibavimus *decis.* 58. *num.* 10. & idem dic de laico falsum deponente coram iudice ecclesiastico, cum is propter falsitatem tantum extraordinariè ipsum vindicare valeat, iuxta Doctores adductos *d. decis.* 58. *nu.* 13. non autem possunt principaliter Cancellarius, & iudex ecclesiasticus respectivè super dictis criminibus pœnam imponere, quandoquidem ordinariam, & condignã non habent, ut ibidem firmavimus, sed aliam mitiorem, & minus congruam iudicis arbitrio.

4 Pariformitèr iudex civilis corã quo falsitas perpetrata fuit coercere reum valet ratione incidentiæ ex fusè traditis *decis.* 8. *tom.* 1. non tamen ultione ordinaria, sed extra ordinem, quoniam cum, ut ibidẽ eruimus iudex civilis delicti principaliter cognitionem non habeat, sed tantum ratione incidentiæ, ita nec ei data est facultas irrogandi pœnam ordinariam, sed dumtaxat eam, quæ cõtemptui admisso violatæ suæ auctoritatis respondet, & ita mitiorem, & arbitrariam, his concinunt à nobis adducta *decis.* 10. *num.* 30. *& seq.* cum Buccaronio, & Farinacio, ubi quod testes in causa criminali ob eius gravitatem diligentius debent examinari, & quod non probant testes de uno iudicio ad aliud, quoniam nõ examinantur inter easdem personas, cum in causa civili non interveniat persona Fisci.

5 Idemque teneas de iudice, cuius turbatur iurisdictio, illius namque discussio, cum incidens sit, & principaliter nequeat de reo, eiusque facinore cognoscere non potest pariter ordinariam pœnam infligere ut præmisimus *decis.* 53. *nu.* 8. *&* 27.

6 In ista igitur specie constanter teneo iurisdictionem esse cumulativam,

tivam, & non privativam, & ratio est evidens; nam ut *num.* 12. *decisionis* 58. probavimus licet Cancellarius, vel alius similis iudex testem falsum coram eo deponentem punierit pœna extraordinaria, nihilominus iudex competens ipsius testis potest cõtra reum de falso procedere ad pœnam ordinariam, intelligendo, si scelus illa pœna arbitraria non sit cõgruè vindicatum, ne duplici pœna condigna quis plectatur contra constituta *decis.* 53. consequens est ergo non esse iudicis de incidenti facto cognoscentis in his terminis iurisdictionẽ privativam.

7 Secundò confirmatur ex statutis *decis.* 13. *num.* 29. & Doctoribus ibi cumulatis, ac præsertim Faria ad Covaruv. *lib.* 2. *cap.* 10. *à nu.* 27. qui docent exceptionem rei iudicatæ opponi non posse per reum punitum pet iudicem cognoscentem de crimine per modũ exceptionis, seu incidentiæ (quæ idem sunt) si per verum iudicem de eodem flagitio principaliter inquirẽtem procedatur pro quibus conferunt discussa per Barbosa in *l. diuor. tio, §. fin. p.* 2. *à num.* 55. *&* 59. *ff. solut. matrimon.* Font. *decis.* 132. *&* *seq.* Carleval *de iudic. tit.* 3. *disput.* 17. *nu.* 5. *&* 8. Salgado *p.* 4. *de protec. cap.* 7. *à num.* 20. *&* *p.* 3. *labyrinth. cap.* 1. *à num.* 5. disquirentes an agenti obstet res iudicata ex eo quod excipiendo idem ius deduxit, & fuit victus. Vidend. Tondut. *de præuẽt. par.* 2. *cap.* 47. *num.* 7.

At inficiari nequit sententiam 8
latam per iudicem ecclesiasticum habentem iurisdictionem privativam obesse, seu prodesse respectivè coram seculari, si concurrant identitates necessariæ. Valenzuela *consil.* 123. Castillo *lib.* 5. *controuers. cap.* 125. Barbosa *vot.* 18. *num.* 23. Vela *de Episcop. p.* 1. *num.* 137. Salgado *p.* 2. *de retent. cap.* 10. *à nu.* 137. & an è contrario lata à seculari obsit, vel prosit coram ecclesiastico Valenz. *consil.* 68. Barbosa *vot.* 18. *num.* 23. Vela & Salgado ubi proximè; cæterum è contra de iudicio 9
criminali ad civile non obstat iudicatum Calderò *tom.* 2. *in addit. ad decis.* 7. *num.* 59.

Identitas quæ attenditur ut res 10
iudicata obstet in his consistit, nẽpè, quod sit eadem res, idem modus, seu eadem causa agendi, & eadem persona *l. cum quæritur cum duabus seqq ff. de re iudic.* Vincent. Honded. *consil.* 50. *ex. num.* 50. *volum.* 1. Fab. de Anna *consil.* 17. *num.* 1. Comez. *decis.* 90. *num.* 8. Sola *in constitut. subaud. tit.* 8. *de excep. dilat. gl.* 3. *num.* 2. *fol.* 402. Surd. *consil.* 165. *num.* 11. *&* *consil.* 173. *nu.* 83. Reg. Selle *decis.* 187. *num.* 81. latè Font. *dec.* 126. *to.* 1. Castillo *lib.* 5. *controu. cap.* 104. *à num.* 26. Salgado *p.* 1. *de retent. cap.* 12. *nu.* 18. *&* *seqq.* Castejon *in alphabeto iurid. verbo res inter alios acta à num.* 2. ubi plura de hac exceptione.

Quibus non adversantur quæ 11
iaco-

Iacobus Balduccius *in additionib. ad noſtrũ Ioſeph. Ramon conſ. 25. nu. 33.* erudite firmavit volens, quod conſtito de delicto, poſſit iudex criminalis etiam principaliter, & omiſſa pœna criminali, reum condemnare civiliter tantum ad reſtitutionem, & generaliter quod quoties actio civilis à delicto deſcendit, poſſit iudex criminalis etiã civiliter cognoſcere ex Rot. Rom. *deciſ. 1.* Scanarol. *de viſitat. carcer.* Boſſ *de decret. Mediol. num. 18. & ſeqq.* Farinac. *conſ. 69. nu. 4. & ſeqq.* Zuff. *de legitimat proceſſ. lib. 1. q. 59. à num. 49.* Guazzin. *defenſ. 1. cap. 12. à num. 17.* ita ſervari Florentiæ tradens ex Sabello *in ſua praxi*, §. *Giudici num. 71.* refert remiſſivè ex Caballo, Ramon, Guazzino, & Tondutto Regens Cortiada *deciſ. 35. num. 26.* ſi pars inſtiterit quandocunque ante ſententiam, & paci, ac quieti Reipublicæ expedire comperiatur.

12 Quia talis opinio, & concluſio in Cathalonia nullatenus recipereretur, per ea quæ *deciſ. 8. num. 3.* ſtabilivimus, & *deciſ. 4. num. 86.* ubi regulam tradidimus; apud nos, iudices criminales nullam penitus habere iuriſdictionem in negotiis civilibus, & è converſo, & tametſi huiuſmodi doctrina admitteretur, ex ea non deſumeretur iuriſdictio privativa iudicis criminalis, ſuper articulo civili, reſpectu iudicis cauſarum civilium, ſed dumtaxat cumulativa, nullus enim hanc peculiari iudici negotiorum civilium denegavit.

Præterea non refragantur quæ 13
deciſ. 8. num. 36. concludimus tenentes, quod ſi iudex eccleſiaſticus prævenerit in cauſa divortii, ad ipſum ſpectet privativè alimentorũ taxatio: nam hoc non eſt affirmare iuriſdictionem illius iudicis ſuper alimentis eſſe privativam, ſed in eo ſtatu privativè ad talem iudicem, ſpectare propter prærentionem, quæ valdè inter ſe diſtant.

Et ut clariùs iſta diſtinctio de- 14
prehendatur præſupponas, notoriè incompatibilia eſſe dare preventionem inter duos iudices, & alterum ex eis iuriſdictionem habere privativam; quandoquidem prærentioni neutiquam locus eſt, niſi quando agitur de iuriſdictione cumulativa latè, & perdoctè Tondut. *de præuent. p. 2. cap. 45.* ubi aliud dicendũ docet, ſi iuriſdictio ſit privativa, tunc etenim nulla admittitur prærentio.

Attamen ſemel prærenta iuriſ- 15
dictione, tantummodo in eo ſtatu iudex præreniens cognoſcere valet, & tunc privativè procedit quoad alium iudicem, qui ab initio iuriſdictionem habebat cumulativã, & hoc ne iudicia turbentur, & ne continentia cauſæ dividatur, nevè nimiis, ſuperfluiſque ſumptibus partes, ac rei vexentur, contrariæque ſequantur ſententiæ, & ne cogantur partes tot adire Tribunalia, de quibus conſiderationibus Re-

gens Cortiada *decis.* 36. *nu.* 54. *to.* 1.

16 Dupliciter autē huiusmodi præventio evenit, ut ad terminos *decis.* 8. *vol.* 1. redeamus, primò ponamus si iudex ecclesiasticus prævenerit in causa divortii, antequam iudex laicus processum criminalē contra virum incohaverit pro sævitiis uxori illatis coercendis, & ulteriùs si prævenerit specificè pro instituendo processu ad petitam coram eo taxationem alimentorum providendam; hisce duabus prævētionibus existentibus non recedo ab his quæ cum Tondut. *d. decis.* 8. *nu.* 36. affirmavi, nimirum tunc iudicem ecclesiasticum privativè de eo articulo cognoscere ob præventionem specificam, quicquid

17 Font. ibidem citatus *de pact. cl.* 6. *gl.* 2. *p.* 3. *nu.* 53. teneat in contrarium, ea nixus ratione quod ista causa alimentorum non est de processu, nec dependet à causa matrimoniali, cuius assertionis immemor *de pact. cl.* 7. *gl.* 2. *p.* 10. *á nu.* 56. firmat de dote (quæ pari passu currit cum alimentis, ut notavimus *decis.* 13. *n.* 43.) iudicem ecclesiasticum accessoriè, & incidenter cognoscere.

18 Tali autem specifica prævention̄e non data, vel causa principali præiudiciali, ac absorbente alias causas, & articulos præter Doctores congestos *d. decis.* 8. & *decis.* 13. pendente quæstione super validitate, vel invaliditate matrimonii posse ecclesiasticū iudicem sicut, & laicum alimenta decernere probant Cēsal. *ad Peregrin. de fideicommiss. art.* 24. *vers. Et quia.* & *vers. Sed rursus* Gerard. *in singul.* 88. Palat. *in c. per vestras de donat. int. vir. & uxor.* Molin. *de instit. disput.* 443 *tom.* 2. Surdus *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 10. *num.* 4. & 5. Suarez de Paz, Baldus Novellus Barbosa, & alii laudati per Manfrella *ad Capic. Latro lib.* 2. *cap.* 139. ex text. *in cap. nuper, & cap per nostras de donat. int.*

Ex proximè firmatis resolutionem capit conclusio plurimos cōplectens casus, nempè iudicem qui 19
prævenit non solum in causa principali præventa, sed etiam in annexis quoque iurisdictionem habere extare scilicet præuentione specifica quo ad articulum incidētem, & periculo quod continentia causę dividatur, & quod contrariæ sequantur sententiæ, veluti si corā uno iudice peteretur res, & coram alio fructus; tunc namque cum de natura actionis spolii sit ut spoliatus nō audiatur nisi purgato usque ad ultimum quadrantem spolio, tā quoad principale, quā quoad fructus, & expensas quæstio fructuum se habet ut pars iudicii spolii, sicque prævētio operatur privativam iurisdictionē eā quæ ab initio erat cumulativa, ut regulare est in prævention̄e, ne scilicet continentia causæ dividatur, & contrariæ sequantur sententiæ, prosequitur Tondut. *de præuent. p.* 2. *cap.* 14.

Eodem nititur fundamento pendente quæstione coram iudice 20

eccle-

ecclesiastico an matrimoniū fuerit contractum, vel validum sit, coram iudice laico, nihil tractari posse quamquam de legitimitate prolis, ac successionis contendatur Capycius *decis.7.* Gerard. *de Petra Sanct. in singular.96.* Marta *in tract. de iurisdict. p.2. cap.8. num.16.* & ex his Manfiella ad Capyc. Latro *decis.* 139 *nu.* 9. reddita ratione quia articulus super matrimonio est absorbens, & successio est sequela matrimonii, & quando apud duos iudices disputatur articulus quidam præiudicialis, & alius dependens, ille istum cessare facit, quamvis unus sit ecclesiasticus, & alius laicus, prout sequens decisio elucidabit.

21 Accidit etiam casus in iudice, qui principaliter de delicto cognoscere valet, alius tamen eius prevenit iurisdictionem, ut pertractavimus *decis.57.* de milite, qui ante assumptam militiam deliquit, falsitatem coram iudice pagano, vel aliud crimen patrando, is quidem, ut ibidem observavimus, à iudice ordinario, sive pagano puniri valet principaliter, & condigna pœna, si prævenerit, idēque considerari potest de eo, qui effectus fuerit clericus post patratum scelus iuxta firmata *decis.53.* exagitemus nunc an in relata hypothesi iurisdictio iudicis ordinarii, vel pagani cumulativa sit, vel privativa, ambigi haud potest talem iurisdictionem esse cumulativam ab initio, post præventionem verò privativam, prima pars probatur ex his quæ demonstravimus *nu.14.* nempè præventioni locum non esse nisi quādo agitur de iurisdictione cumulativa.

Secunda verò elucescit ex his quæ *nu.* 15. probavimus, videlicèt de natura præventionis esse, quod præventus ea extante remaneat à negotio inhibitus propter rationes ibi ponderatas. 22

Prævenit in specie proposita iudex ordinarius contra militem, si non præveniisset Auditor generalis exercitus eum puniret, ut Doctores *decis.* 57. citati incontroversum firmant, consequenterque iurisdictio cumulativa remanet. 23

Reassumendo nunc iudicem civilem cognoscentem ratione incidentiæ de crimine illi competere iurisdictionem tantum cumulativam (idemque dic de iudice criminali cognoscente de articulo civili) præter rationes à *num.* 4. expensas scias eam sententiam statui per Tōdut. *de præuent p.2. cap.46.* is quærit an iudex, qui prævenit in cognitione alicuius causę habeat iurisdictionem privativam, & exclusivam aliorum iudicum ratione iniuriæ alicui ex litigantibus illatæ tempore litis, aut in ipso actu iudiciali coram se facto, si occasione litis procedat, & *num.* 8. asseverat, quod si iniuria fiat nuntio, seu apparitori, aut servienti Curiæ exequenti mādata iudicis alicuius superioris habentis facultatem, & au- 24

ctoritatem exequendi in terra Baronis, seu feudatarii, tunc iudex ille de cuius mandato facta fuit executio iudicare potest de excessu, & iniuria contra exequentem commissa, licet excessus in terra Baronis, aut alterius commissus fuerit propter mutuam dependentiã causæ civilis cum causa criminali ex text. *in l. nullum, C. de testib.* & ex Vincent. de Franch. *decis.* 722. & *decis.* 147 *nu.* 4. decisum refert præventioni locum esse inter iudicem loci, in quo delictum iniuriæ illatæ fuit commissum, & illum iudicem, de cuius mandato fiebat executio, & tandem firmat *d. l. nullum* procedere cumulativè, non privativè.

25 Carol. Anton. de Luca ad *d. decis.* 722. Franchis disputationem examinat, an subditus magni Admirati deponens falsum in Magna Curia, vel resistens Algotziriis Magnæ Curiæ puniri ab hac possit, si petatur remissio per Curiam Magni Admirati, vel ad eum remittenda sit causa, & ad favorem Magni Admirati decisum fuisse narrat, illamque decisionem referunt, & sequuntur Regens Tapia *decis. S. C.* 13. Gizzarell. *decis.* 76. Reg. Sanfelic. *decis.* 429. Capiblanc. *tom.* 2. *de Baronib. cap.* 37. ex rationibus seqq. quia Magnus Admiratus habet iurisdictionem cum clausula abdicativa, quæ est similis clausulæ clericali Sanfelic. *decis.* 63. & clericus deponendo falsum coram iudice laico non potest ab eo puniri, ut vidimus *decis.* 58. *num.* 11.

Præterea clausula abdicativa adimit iurisdictionem à quocumque iudice Angel. *in l. testamenta omnia, C. de testam.* 26

Insuper *l. nullum, C. de testib.* quæ dat iudici incompetenti facultatẽ puniendi testem coram se falsum deponentẽ, vel offendentem eius aures cumulativam concedit iurisdictionem, & procedit inter pares Iudices, sed clausula abdicativa negat, & adimit ab aliis iurisdictionem. 27

Memoratam decisionẽ impugnat Prato *respons. fiscal.* 42. & in eius fine ita de anno 1654. iudicatum affert per Magnam Curiam, & cõfirmatum per Collaterale Concilium, & decisionem contrariam revocatã fuisse observat ex Mastrillo *decis.* 147. 28

Neque clausula abdicativa obstaculo esse potest, cum valdè diversa sit à clericali ad firmata *decis.* 58. *nu.* 16. & *lex nullum, C. de testib.* iurisdictionem tribuit iudici incompetenti offenso, ratione publicæ utilitatis, ne eius auctoritas lædatur, ut consideravit Merlin. *controu.* 71. *cent.* 2. *num.* 28. & præmonui *num.* 4. quare sententiam Prato libens amplector. 29

Vnum advertas quod si ponamus iudex paganus prævenisset in causa civili, aut criminali contra militem effectũ post commissum delictum, vel contractam obligationem guarentigiam, & nihilominus 30

minus

minus procederet in illa causa iudex, vel Auditor militaris, & non conquereretur pars, seu iudex præveniens, procedimenta facta per iudicem præventum, nulla non essent, ut rectè docuit Regens Cortiada *decis.* 36 *num.* 50. *p.* 1. ex Iasone, Afflictis, Menochio, Trentacinquio, Carleval, Salgado, tenens ex eis quod si opposita exceptio non fuerit, validum est utrumque
31 iudicium, idemque de exceptione litis pendentiæ notavit præcitatus Reg. Cor. ad asserens, quod si nō oppōatur valet utrobique processus.

Sic licet regulariter sententia
32 contra sententiam in rem iudicatā transactam sit nulla Cevallos *p.* 2. *cognit. q.* 111. Cyriac. *cōtreuers.* 416. Salgado *p.* 1. *de protect. cap.* 8. *num.* 3. & *p.* 3 *cap.* 16. & 17. *à num.* 27. Vela *dissertat.* 25 *à num.* 43. & 53. Pareja *de edit. tit.* 2. *resolut.* 6. *num.* 317. At-
33 tamen, si reus qui in sui favorem habet exceptionem rei iudicatæ, eam non opposuerit in initio causæ, sed passus fuerit ingredi merita, & ad iustificationē in discursu causæ, utque meliùs de suo iure constaret sententiam in rem iudicatā transactam opposuerit, tunc censetur de re iudicata consentire quod iterum cognoscatur, & ideò non obstante tali exceptione, iudex de meritis cognoscet Innocent. quem sequuntur alii in *cap. cum dilecta in fine glossa magn. de rescript.* & in *cap. fraternitatis de frig. & malefic. cap. cum Bartholdus de re iudic.* confert Asin. *in praxi*, §. 13. *cap.* 6. *num.* 7. & hoc casu sententia contra sententiam valet Ripoll *variar. cap.* 4. *à num.* 85. & nonnulli ex Doctoribus numero præcedenti allegatis. 34

Hinc exceptionem præventionis iudicii esse dilatoriam scripsit Ripoll. *d. cap.* 4. *num.* 100. cum Baldo *in authent. sed nouo iure column. penult. nu.* 9. *vers. Sed pone quod in ciuitate Perusii, C. de seru. fugit.* Iason *in l. ita demū n.* 2. *vers.* 5. *C. de procurat.*

Et quamvis Cortiada præcitata 35 *decis.* 36. *num.* 52. affirmet exceptionem ne continentia causæ dividatur, etsi dilatariā, opponi posse in quacumque parte iudicii, & rationem assignet Salgado *in labyrin. p.* 1. *cap.* 4. §. 3. *à num.* 5. propter iuris resistentiam, quam habet divisio causarum continentium, at non inde sequitur post latam sententiam per iudicem principaliter cognoscentem posse iudicem, qui prævenerat, & apud eum inciderat articulus ponamus falsitatis, & tacuerat conqueri de tali sententia.

Nam illa valida remanet iuxta 36 firmata *num.* 30. æquève certum accipitur quod licet ad cognoscendum de falsitate detur prærventio inter eum qui incidenter, & illum, qui principaliter iudicare valet, hæc tamen præventio effectum aliquem sortiri potest, dum lis pendet principalis, finita autem ea per sententiam nihil preventio operatur, veluti Parlador. *differ.* 9. §. 1. *num.* 28. Bovadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.*

17.nu. 47. expoſuerunt, quibus cõcinunt ſuperiùs diffinita, nempè exceptionem prævention is eſſe dilatoriam, & non minus prælibata cõfirmantur ex doctrina Regentis Cortiada *deciſ.* 36. *num.* 50. ubi affirmat etiam exceptionem ne continentia cauſæ dividatur eſſe à parte opponendam.

37 Quin conturbet Tondut. *de præuent. p.* 2. *cap.* 14. diſcrimina deſignare inter prævention em, & exceptionem ne continentia cauſæ dividatur; quia ſcopus Tonduti ſolum verſatur in convincendo facilius induci prævẽtionem, quam litis pendentiam, & exceptionem ne continentia cauſæ dividatur, cũ prævention per ſolam citationem effectum ſortitam inducatur, exceptio verò ne continentia cauſæ dividatur plures exigat identitates, prout de re iudicata advertimus *num.* 10.

38 Quomodò autem inter ſe differant exceptio litis pendẽtiæ, & exceptio ne continentia cauſę dividatur explicat rectè Regens Cortiada *d. deciſ.* 36. *num.* 49. & amplius inquit non ſolum has duas exceptiones eſſe diverſas, ſed etiam incompatibiles cum Natta *cõſil.* 135. *nu.* 4. Monacho *deciſ. Florentiæ* 66. *num.* 4. Tondut. *de prauent. iudic. p.* 1. *cap.* 13. *num.* 2.

39 Præſuppoſitis certis, ac ſolidis doctrinis ſupradictis quæſitum fuit poſt huius ad debitam Domini noſtri Regis obedientiam Principatus reductionem, an oppoſitiones, quas faciunt mulieres pro dotibus, & iuribus ſuis, & alii creditores pro ſuis creditis, iuribus, & actionibus in bonis confiſcatis rebellium, ſint proponendæ, & tractandæ in in Regio Criminali Cõcilio citato Fiſci Procuratore Reg. Cur. an verò in Reg. Aud. citato Fiſci Procũratore Patrimoniali.

Concluſum ergo circa hoc dubium extitit die 15. Novembris 1653. in Reg. Aud. iunctis tribus aulis oppoſitiones prædictas ante ſententiam, & declarationem confiſcationis, & apprehenſionẽ bonorum rebellium proponendas, & tractandas eſſe in Regio Criminali Concilio citato Fiſci Procuratore Reg. Cur. at vero facta declaratione, & ſententia confiſcationis, & apprehenſionis bonorum rebelliũ eſſe proponendas, & tractandas in Reg. Aud. citato Fiſci Procuratore Patrimoniali. 40

Motivum fuit quod defenſio ante declarationem, & apprehenſionem bonorum rebellium ſpectat ad Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ, & ſequuta declaratione, & ſententia confiſcationis, & apprehenſionis dictorum bonorum defenſio pertinet ad Fiſci Procuratorem Patrimonialem. Concluſionem iſtam ad litteram tradit Regens Calderò *deciſ.* 33. *num.* 36. *p.* 1. & comprobat auctoritate Caſſanæi *ad. conſuetudin. Burgund. Rubr.* 2. *de confiſcat. nu.* 7. *pag. mihi* 341. 41

In-

42 Investigavi sæpiùs rationem istius resolutionis, & eam attigi *decis.* 8. *num.* 55. *volum.* 1. & ratione incidentiæ talem articulum aulæ criminali tribui; parum enim prodesset defensionem bonorum ante sententiam confiscationis, & incorporationem ipsorum spectare Fisci Advocato Regiæ Curiæ, ut tractaretur causa in Regio Criminali Concilio, nisi iudex criminalis ratione incidentiæ capax esset istius cognitionis, cuius alioquin incompetens omnino esset, & ita motivum istud incidentiæ melius foisset explicari in memorata conclusione.

43 Etenim tametsi articulus civilis circa bona nondum incorporata ageretur in Regia Audientia civili forte non posset Advocatus Fiscalis Patrimonialis pro illorum defensione patrocinari? videtur ista disceptatio similis illi quam retulit Excelentissimus Vicecancellarius Crespi *observat.* 92. de Fisci adversus Fiscum actionibus, & negotiis gestis.

44 Non diffiteor sentētia confiscationis prolata, & incorporatis bonis expirasse iurisdictionem iudicis criminalis quoad articulos civiles, quia prolata sententia super negotio criminali cessat statim iurisdictio, quæ antea cōpetebat super incidentibus civilibus sicuti suprà *num.* 36. observavimus de præventione quoad articulos incidentes, quam nihil operari aperuimus post latam sententiam.

45 Atverò pendente iudicio criminali velle iudicem civilem non habere iurisdictionem cumulativam quoad articulos civiles incidentes in causa criminali esset invita tota iurisprudentia loqui, & contra solida principia præmissa, cum iurisdictio ratione incidentiæ nusquā privativa sit, & adhuc magis incivile esset, prætendere sententias latas esse nullas, aut ex eis nullum ius partibus acquiri contra tam clara, superque constabilita iuris elementa.

46 Notum satis est Fiscū sive reus sit, sive actor attrahere ad suum Consistorium omnes causas, esseque iudicem in causa propria, ut perspeximus *decis.* 1. *num.* 78. sed non attrahit Fiscus contra Fiscum, & adhuc sunt casus aliqui in quibus agitur de interesse Fisci, & nullus interveuit Fisci Advocatus in decidendo ex præscripto iurium municipalium, ut contingit quando declarandum venit an causa sit civilis, vel criminalis iuxta contextum *Constitut. vnicæ Titol. Com se ha de firmar lo dupt. si la causa es civil, ò criminal* de qua *decis.* 6. *à num.* 56. idemque in digladiandis contentionibus inter Curias ecclesiasticam, & secularem observare faserit.

47 Duos in Cathalonia habemus Fisci Advocatos, & de iure communi adsunt text. *in l. binos, C. de Advocat. diuers. iudicior.* & *l. post duos,*

C eo-

C. *eodem.* quos allegat Fontanella *decis.* 30. *num.* 18. asserens in omnibus fere Provinciis duos reperiri Fisci patronos, unum pro capitalibus negotiis, & pro patrimonialibus alium, idque introductum esse ob multitudinem negotiorũ, quibus impossibile foret unum intendere posse Peregrin. *de iur. Fisci, lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 12. Mastrills *de magistrat. lib.* 5. *cap.* 8. *ex num.* 66. in Regno Sardiniæ duo etiam Fisci patroni iuveniuntur inter quos nõnullæ motæ fuerunt controversię, quæ per suam Regiam Maiestatẽ decisæ extitere, ut recitat Regens Vico ad Pragmaticas illius Regni, sed in Regno Aragonũ unus tantũ adest Fisci Advocatus, qui & Patrimonialis dicitur, utpote adscitus tam negotiis civilibus, quam criminalibus.

48 Sed conari iudicem criminalẽ habere iurisdictionem privativam in civilibus articulis incidentibus ut interveniat in causa Fisci Patronum Reg. Cur. esset huiusmodi distinctionem duorum Fiscaliũ obtruncare, opponat Fiscus, vel pars de prævention causæ in Regio criminali Cõcilio circa causam criminalẽ, ubi incidit articulus civilis, & tunc remittentur acta, & partes, si autem nihil oppositum, aut postulatũ fuerit sententię latę in Regia Audientia civili standum erit, prouti superiora præclarè probant, nec aliud stylus Reg. Aud. triumque aulatum cõclusio sanxiit, cum ita dictent iura patriæ, & stylus semper conformis legibus præsumendus sit ut latè *decis.* 43. perpendimus.

Sane quando articulus criminalis apud Relatorem alicuius causæ civilis in Reg. Aud. incidit, & venit reus puniendus solet Regia Audientia civilis, seu Relator causæ processum quoad articulum criminalem instruere, at non assuevit ad sententiam proferendam, pœnamque irrogandam reo progredi, sed articulum illum ad Regium Criminale Concilium remittit, & cũ eo processu, utpote fabricato per iudicem competentem, nõque novo formato iudex criminalis, seu Regium Criminale Concilium sẽtentiam profert, condignamque pœnam imponit. 49

Posset si vellet Regia Audientia civilis sententiam ferre super articulo criminali, & extra ordinem reum punire, ut superius evidenter demonstratum relinquitur, nec ei obstaret Fisci Advocati Regiæ Cur. deficientia; quia sicut prævention Fiscalem tunc facit iudex civilis uti caput, & fundamentum inquisitionis, ita Fisci Advocatus Patrimonialis valeret radicata iurisdictione in Regia Audientia civili rei punitionẽ instare, & in sententia ferenda suffragium date, in eaque suam apponere subscriptionem, cum enim ubi iudicis officiũ operari debet ibi quoque Advocatus Fisci reperiatur iuxta deducta 50

decis.

decis. 1. *num.* 23. ex Fabro, Thoro, & Fontanella, & nunc addimus Don Franciscum de Altaro *de offic. Fiscal. gl.* 10. *num.* 3. Bernard. Diaz *in pract. crimin. canonic. cap.* 3. hinc fit quod cum officium iudicis tunc ad plectendum extraordinariè reũ in aula civili resideat ibi quoque Fisci potestas adsit.

51 Idem experiremur si casus occurreret apud Reverendum Cancellarium puniendi extra ordinem testem coram eo falsum deponentem; nam tunc Cancellarius præventionem faceret Fiscalem, testes reciperet, Advocatum, seu coadiutorem, aut promotorem Fiscalem crearet (sic enim vocãtur qui Principis non sunt Aponte *de potest. Proreg. tit.* 1. §. 4. *num.* 63. & 64. Matthills *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 19. Latrea *allegat. fiscal. in proemio n.* 5. Don Sebastian. de Cortiada *de iurisdict. Capitan. Gen. q.* 10. *num.* 8. qui declarant sic nominari quia repræsentat authoritatẽ, & officium Fisci apud solum Principem residentis) & ad sententiam procederet.

52 Tunc talis cognitio falsitatis incidenter, & ratione incidentiæ emissã diceretur, non principaliter; quia cognoscere principaliter de aliqua re nihil aliud est quam iudicare de illa taliter quod ea difficultata nihil remaneat discutiendum, cognoscere autem incidenter est ita iudicare quod deciso illo articulo remaneat adhuc decidenda, & terminanda causa, & articulus principalis ut omnes conveniunt, & declarant, ac præcipuè adducti *num.* 11.

Magis amplius anxiè disputatũ 53
fuit, prætendebatur namque causã legitimè cœptam contra Fiscum Patrimonialem post latam scilicet sententiam contra reum, cuius bona fuerant confiscata, eo lite pendente defuncto, & petente Advocato Fiscali Regiæ Curiæ esse sequestranda propter iura quæ in illius vidua degente in ditione Regis inimici considerabat, obtentoque sequestro dictorum iurium, ac bonorum non esse prosequendam causam prædictam legitimè cęptam in Regia Audientia civili, sed pertractandam in Reg. Criminali Concilio cum ipsius interventu, sed contrarium Regia Audientia iunctis tribus aulis resoluit.

Fuerat iam causa vorata, sed nõ 54
publicata sententia, & cum de ordine Excelentissimi Domini Proregis extitisset publicatio suspensa in dubitationem longo post tempore devenit num procedimenta facta, instrumentaque producta in Regio Criminali Concilio pro impositione sequestri essent reproducenda in causa civili, an verò conclusio antea formata esset Scribæ Mandati tradẽda, & sententia iuxta eam constructa pronuntianda, & quia negotia pluries inspici, & perspici maiorem præbet securitatem in veritate assequẽda, & iusti-

tia miniſtranda, Liu. *lib.* 22. Seneca *de clementia lib.* 1. luculenter Don Gabriel Alvarez de Velaſco in *Iudice perfecto Rubr.* 15. *annot.* 1. *à num.* 10. idcirco placuit Reg. Audientiæ iunctis tribus aulis iterum de cauſa illa cum lectura omnium proceſſuum, unione de eis facta, peragendum eſſe, & meditans rem hanc exemplarem videri, ac ſcitu dignam ut omnes eius noſcas circunſtantias concluſionem trium aularum ſubiungere decrevi.

DIE 8. MARTII 1694.

In facto dubij propoſiti iunctis tribus Aulis, per Nobilem Ioſephum de Paſtor & Mora Regium Senatorem.

VTrum cauſa interdicti interim ſummariſſimi retinendæ, & adipiſcendæ poſſeſſionis, ſeu quaſi, quæ vertitur ad ſui relationem intentata, & proſequuta contra Procuratorem Fiſcalem Patrimonialem, vti habentem, & poſſidentem bona, de quorum manutentione, & immiſſione reſpectiuè agitur, in vim confiſcationis, ſeu ſequeſtri occaſione Belli, & cum interuentu Antiquioris Aularum Ciuilium fungentis munere Aduocati Fiſcalis Patrimonialis abſentis pertractata, & votata die 27. Octobris 1692. contra Fiſcum, concordi omnium Senatorum ſuffragio quo ad manutentionem, per vnum ex litigantibus prætenſam & cum votorum diſcrepancia, quo ad articulum immiſſionis, ex l. fin. C. de Edicto, Divi Adriani tollendo, *in fauorem fideicommiſſarii ad eam properantis, & ſuſpenſa expeditione declarationis de ordine, & mandato Excellentiſſimi Domini Locūten. Generalis, præcipiendo Aulæ, quatenus eum certiorē redderet de ſtatu dictæ cauſæ, & de meritis illius die* 1. *Nouembris eiuſdem anni, prout factum extitit cum conſultatione per Aulam in ſcriptis porrecta die* 14. *eorundem menſis, & anni, exprimendo in ea, iam votatam fuiſſe cauſam diſcuſſo prius articulo tenutæ competentis vidua hæredis grauati prædefuncti cōmorantis in terris ditioni Regis Chriſtianiſſimi ſubiectis, quæ ſe iuuari intendebat Fiſcus, ad repellendam immiſſionem, per fideicommiſſarium prætenſam; ſuper quo propoſito dubio in Aula per dictum Regium Senatorem antiquiorem pariter, reſolutum fuit per maiorem partem vouentium, non obeſſe, etſi de requiſitis ad eam radicandam in perſona dictæ vidua conſtaret (prout conſtat.) Qua quidem conſultatione viſa, per dictum Excellentiſſimum Dominum Locumt. Generalem, decreuit die* 5. *Decembris eiuſdem anni, ad vlteriora in cauſa prædicta procedi, prout iuris fuerit; ſit iterum pertractanda, & vouenda, cum interuentu Aduocati Fiſcalis Patrimonialis* Proprietarij; *An vtrè*

pro

procedendum sit ad declarationem iuxta præhabitam resolutionem captam die 27. Octobris 1692.

Nobilis Michael de Calderò Regens Regiam Cancellariam est voti. Quod iterum pertractetur, & voueatur causa cum interuentu Aduocati Fiscalis Patrimonialis Proprietarij.

Idem Nobilis Iosephus de Balaguer.

Idem Nobilis Narcisus de Anglasell.

Idem Nobilis Petrus de Amigant.

Idem Magnificus Ioannes de Colomer.

Idem Magnificus Vincentius Sabater.

Idem Nobilis Iosephus de Pastor & Mora.

Idem Nobilis Franciscus de Portell.

Idem Nobilis Franciscus de Rius y Bruniquer.

Idem Magnificus Hyacinthus Bertran.

Idem Magnificus Iosephus Gelcen.

Idem Magnificus Iosephus Clauer.

Idem Magnificus Franciscus Verthamon.

Idem Reuerendus Cancellarius.

Nobilis Christophorus de Pocau, est voti quod procedatur ad declarationem, iuxta resolutionem captam die 27. Octobris 1692.

Et dictus Reuerendus Cancellarius, pro obseruantia Constitutionis concludit cum voto dicti Nob. Regentis Regiam Cancellariam, & aliorum illi adherentium.

DECISIO LXI.

DE CAVSA PRÆIVDICIALI CVRSVM ALTERIUS litis suspendente.

PRæexistentia investiturę præsupponitur ut usui faticæ sit locus, quamobrem si coram Tribunali, sive iudicibus de Patibus Curiæ de investiturę titulo disceptetur, & in Regia Audientia de usu faticæ cum articulus investituræ nequeat per modũ causæ, & ex nudo facto in Reg. Audientia decidi pro declarando super prælatione meritò uti præiudicialis illa quæ principaliter super investitura vertitur, donec in ea ius sit dictum cursum alterius litis super iure faticæ pendentis detinet, ac remoratur. Ita Senatus inter partes infra nominandas.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Factum vsque ad num. 5.*

6 *Cognitio causarum feudalium in prima instantia spectat ad dominum feudi, seu iudices feudales priuatiuè ad ordinarium.*

7 *Idem obseruandum in clerico, siue actor sit, siue reus, & ratio.*

8 Constit. 3. & 4. Tit de feus, y potestats Cap. si aliquis habet consuetudin. Cathaloniæ *illustrantur.*

9 *Causæ feudales inuocabiles sũt ad Reg. Audientiam alicuius Regaliæ prætextu, & si de facto euocatæ fuerint iudicibus de Paribus Curiæ restituuntur.*

10 *Decisiones Senatus præcedenti numero expressa confirmantes.*

11 *Consuetudo, & obseruantia in Dioceſi Gerunden. idem roborans.*

12 *Dicuntur causæ feudales illæ omnes in quibus agitur de natura, & lege feudi.*

13 *Quoquo modo causa tangat ius feudi, vel oriatur quæstio illius occasione.*

14 *Dominum pró quo feudum tenetur posse illud retinere pro fatica venit de natura feudi.*

15 *Senatus decisio.*

16 *Eius motiua.*

17 *Feudales, & emphyteuticariæ causæ contra ecclesiasticos secundum suam naturam in Curia seculari tractantur cum dependentibus, & emergentibus. & de vi, ac efficacia hujus clausulæ.*

18 *Articuli præiudicialis discussio suspendit quamcumque aliam quæstionem, etsi vna coram iudice ecclesiastico, alia coram laico disceptetur.*

19 *Iudex laicus de incidenti spirituali iudicare nequit.*

20 *Quid si incidat articulus matrimonii remissiuè, & si de articulo spirituali incidat quæstio sũmarie, & per notorium iudex secularis de illo iudicat per modum causæ quando quæstio iuris est separabilis à quæstione facti.*

21 Vlatic. Placitare Tit de iurisdic. in primo volum. *interpretatio.*

22 *Titulus* de Feus, y potestats, y emparas Reals *in primo volem. Constitut. Cathaloniæ enodatur.*

23 *A Rubrica sumitur legis intellectus.*

24 *Alia Senatus decisio primæ confirmatoria.*

ANtonius Pera, & de Tord, Monet, & Carol Domicellus litem introduxit in Reg. Aud. allegando de anno 1623. Salvadorum Batlle Civem honoratum Gerundæ, in Parochia de Flassà domiciliatum vendidisse pretio 1100 ℔, Gaspari Llorẽs agricolæ Parochiæ de Salt decimam panis, vini, carnium, 1

nium, lanę, lini, aliarumque rerum, nempè censuum, tascharum, partium expletorum unà cum dominiis directis, & quibuscumque iuribus eiusdem decimæ, quæ recipiebantur in Parochia Sanctæ Mariæ de Serra, & cum prædicta decima institutæ litis tempore possideretur per coniuges Iosephũ de Font, & Llorens Domicellum, ac Margaritam Font, & Corrada usufructuarii, & proprietariæ nominibus, uti succedentes præexpresso Gaspari Llorens, & conaretur amplius antehabitus Pera eam decimam teneri sub allodio, & dominio directo ipsius uti domini Castri de Palol de Voyar Baiuliæ foranęę Gerundæ, & præmissam venditionem deduxerit dominii ratione nõ fuisse firmatam per antecessores illius in memorato Castro, sicque ei competere ius prælationis, & faticæ, quam declaravit instrumento acto penes Ioannem Navès Notarium publicum Barcinone 7. Novembris 1691. talemque declarationem devenire curavit ad notitiam coniugum Font, & Llorens intimando insimul partitam depositi 1100 ℔, necnon etiam duorum solidorum pro prætensionibus illiquidis protestando, & requirendo ipsos quatenus in eius favorem cederent ius exigendi prælibatam decimam, & id facere recusasse.

2 Quare petiit præhabitos coniuges Font, & Llorens citari, & condemnari ad ei faciendum revenditionem, & cessionem dominii utilis, seu iuris exigendi prænarrataram decimam, prout obtinuerat Gaspar Llorẽs, & 14. dicti mensis Novembris 1691. fuit causa commissa Nob. Iosepho de Pastor, & Mora Regio Consiliario, per quem solita fuit facta provisio ut expedirentur litteræ citatoriæ, & inhibitoriæ.

Deinceps alia supplicatione porrecta die 30. Iunii 1691. postquam repetiit Antonius Pera cõtenta in supplicatione introductoria conquæstus fuit eo quia Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Sedis Gerundæ, uti prætensus dominus Castri, & Baroniæ Sãcti Georgii Desvalls incohaverat causam, & varia fecerat procedimenta in Curia Ecclesiastica Gerundæ contra Antonium; Quapropter eo motivo quia ipse erat laicus, & agebatur de materia feudali instavit litteras in forma contentionis expediri directas Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ, ut prænarrata procedimenta revocaret, prout cum effectu expeditæ extiterunt. 3

Insuper supplicatione oblata 4. Augusti 1691. deduxit Antonius Pera Capitulum Sedis Gerundæ, uti prælatum dominum medium simul cum prænominatis coniugibus Font, & Llorens obtinuisse nominationem iudicum de Paribus Curiæ à Reverendo in Christo Patre Episcopo Gerundæ, tamquam 4

do-

domino ſupremo decimæ contentioſæ, & expeditas fuiſſe litteras citatorias à Curia, ſeu Tribunalia illorum iudicum de Paribus Curiæ, & ſub prætextu quod eſſent nuper expreſſa procedimenta attentativa, & in præiudicium antementionatæ litis in Reg. Aud. vertentis petiit Antonius mandari coniugibus Font, & Llorens, Syndico Capituli Sedis Gerundæ, Iudicibus de Paribus Curiæ, & aliis, ad quos ſpectaret quatenus ab enarratis procedimentis, & à proſequutione novę cauſæ ſe abſtinerent, nec quicquam in præiudicium pendentis in Reg. Aud. innovarent, & prout petebatur proviſum extitit per Nobilem Relatorem facto verbo in R. Aud. adiecta pœna 200ℓ de bonis propriis uniuſcuiuſque ex contrafacientibus exigendarum, Actuario Ioſepho Mas.

5 Oppoſitę poſtea fuerunt per coniuges Font, & Llorens exceptiones fori declinatoriæ, & inevocabilitatis in vim dilatoriarum litis ingreſſum, & progreſſum impedientes ſupplicatione oblata die 27. Octobris 1691. in cauſa ſupplicationis contrarii imperii tunc vertentis per eos interpoſitæ à prę-chalendata Regia proviſione de incontinenti facto verbo facta die 30. Iulii eiuſdem anni, quibus exceptionibus adhæſerunt ad uberiorem cautelam, & pro ſuo reſpectivè intereſſe Procurator Fiſcalis mẽſæ Epiſcopalis Gerunden. aſſumendo defenſionem dictorum coniugum de Font, & Llorens quoad articulum exceptionis inevocabilitatis, & Capitulum Canonicorum Sedis Gerundæ, domini aſſerti decimæ Parochiæ Sanctæ Mariæ de Setra uti domini Caſtri Sancti Georgii de Vallibus, quarum quidem exceptionum cognitio Regia ſententia in gradu prænarratæ ſupplicationis cõtrarii imperii, & in forma referente Magnifico Ioſepho Gelcen Regio Senatore lata die 15 Octobris 1691. fuit ad Nobilem iudicem primitivum remiſſa; ſicque prætenderunt tam dicti coniuges de Font, & Llorens, quam prædictus Procurator Fiſcalis cauſam præmemoratam ad inſtantiã Antonii Pera neutiquam potuiſſe introduci, & evocari ad Reg. Audientiam, cuius prætenſionis fundamenta fuerunt ſequentia.

Certum, & exploratum habe- 6
tur de iure iuriſdictionem, & cognitionem cauſarum feudalium in prima inſtantia ſpectare ad dominum feudi, ſeu iudices feudales, qui proprii, & peculiares dicuntur privativè ad ordinarium, *cap. 1. §. praterea ſi inter, & ibi DD. de prohib feudor. alien.* Federic. *cap. 1. de cõtrouerſ. feudal. apud Pares termin. cap. verũ, cap. ex tranſmiſſo de for. compet. cap. cæterum de iudic. & ibi Doctores.* Cenedo *ad Decretal. collectan. 37. num. 5.* Petrus Barboſa *in l. 1. de iudic. artic. 3. num. 159. & art. 4. nu. 51.* Petrus Greger. *in tractat. de conceſſ.*

feu-

feudor. p. 11. num. 6. Leo *decis. 77. num. 16. & 17. tom. 1.* Camillus de Curte *resolut. feudal. cap. 4. ex num. 86.* Carena *resolut. 180. num. 1.* Mieres *p. 1. collat. 2. cap. 60. & collat. 4. cap. 30.* Canc. *p. 1. cap 12. num. 73. & p. 2. cap. 13. num. 65. & p. 3. cap. 10. num. 33. & seqq.* Oliba in *Vsatic. alium namque de iure fisci cap. 9.* Ripoll *in praxi Rubr. 4. num. 80. & seqq. &* variat. *cap. 1. num. 211.* Nobilis Senator de Vilaplana *ad Peguer. de laudem. prælud. 1. num. 60. & seqq.* Excell. Vicecãcellarius Crespi *obseruat 61. num. 3.* addendi Cuiac. *cap. 5. & 13. de iudic. &* in *cap. 6. 7. & 15. de for. comp.* Solorzano *tom. 1. de iure Indiar. lib. 2. cap. 23. in fin. & lib. 2. cap. 28. num. 14.* Castillo *de tertiis cap. 12.* Vela *dissert. 44. à num. 42.* Castleval *de iudic. tit. 1. disput. 2. num. 650.* Escobar *de Pontif & Reg. cap. 50. §. 2.* Giurba *de feud. §. 2. gl. 12. num. 91.*

7 Nec aliud seruandũ erit si clericus citatus fuerit; nam non minus coram domino feudi, & iudicibus feudalibus comparere tenetur; quia natura feudi attrahit ad se personam feudalem, non verò persona attrahit ad se, nec ad suum forum causam feudalem Barbosa cum multis in *cap. caterum de iudic. à nu. 2.* Carol. de Grass. *de effectib. clericat. effect. 1. num. 718. & seqq.* Thesaur. *qq. forens. lib. 2. cap. 15. nu. 9.* Marta *de iurisdict. p. 4. cas. 102. num. 16.* Oliba *de iur. fisci cap. 9. à num. 8.* Ripoll *in praxi Rubr. 4. nu. 82.* Cortiada *decis. 26. num. 47. tom. 1.* Franciscus Romaguera *in synoda. lib. Gerunden. lib. 3. tit. 16. cap. 1. nu. 68.* Cyriac. *controu. 381.* Bovadilla *lib. 2. Politic. cap. 18. à num. 155.* Solorzano *lib. 3. Politic. cap. 30. fol. 464. vers. y lo mismo, & seqq.* Pareja *de edit. tit. 5. resolut. 9. à num. 62. & 73.*

8 De iure nostro municipali extant expressi textus in *const. 3. & 4. Tit. de feus, y potestats,* & in *cap. si aliquis habet consuetudinum Cathaloniæ vbi* Socorrats *num. 16. & 40.* Mieres *p. 1. collat. 2. cap. 60. & collat. 4. cap. 30.* Despujol *ad Mieres verbo feudalis quæstio per Pares Curiæ* Oliba *de actionib. p. 1. lib. 3. §. pœnales num. 84. & seqq.* & in Vsat. *alium namque de iur. fisci cap. 9.* Cãc. *p. 1. cap. 12. num. 73. & p. 2. cap. 13. num. 65.* Xammar *de offic. iudic. p. 2. q. 7. num. 5. & à num. 8. & à nu. 64. & num. 99.* Ripoll *in Prax. d. Rubr. 4. num. 80.* Nobilis Antonius de Vilaplana *in addit. ad dict. prælud. 1. num. 48. 49. & 60.*

9 Huiusmodique causas feudales inevocabiles esse ad Reg. Audientiam in prima instantia prætextu cuiusvis qualitatis, & si de facto evocantur, & ab ea expeditur inhibitio restitui debere iudicibus de Paribus Curiæ, seu feudalibus Ferrer *p. 1. obseruant. cap. 19. & 20.* Peguera *in praxi Rubr. 4. num. 11. vbi Ripoll nu. 80. & 81. ac de Regal. cap. 25. num. 72. & 73.* Leo *decis.*

tif. 77. num. 15. & seqq. Vilaplana *in addit. ad prælud. 1. à nu. 48. ad 52.*

10 Exemplaria invenies apud dictum de Vilaplana, & in meis addit. *ad Prax. Ciuil Peguer. Rubr. 4. num. 80. in fine*, quibus probatur observasse nostrum Regium Senatum proxime allatam regulã quoties per partem fuit oppositum, & contradictum evocationi similiũ causarum feudalium, aut petitum remitti ad iudices feudales, quæ alibi erant introductæ. Similis 15. Decembris 1661. referente Egregio olim Senatore, postea dignissimo in Sacro Supremo Aragonum Concilio Regente Nobili Ioanne Baptista Pastor in causa inter Isidorum Berenguer ex una, & Excellentissimum Ducem Cardonæ partibus ex alia Actuario Ribes similis referente Nobili Iosepho Marti de Feran Regia provisione facta 22. Novembris 1660. in causa inter Egregium Don Iosephum de Ardena, & Darnius Comitem de Insulis ex una, & Raymundum de Vilanova partibus ex altera.

11 Consuetudo, & observantia in Dœcesi Gerunden. assuevit causas feudales decimarum, quæ in feudũ mensæ Episcopalis Gerunden. existunt cognosci, & decidi in prima instantia per iudices feudales de Patribus Curiæ nominatos per Episcopum Gerunden. uti dominũ feudalem supremum, & generalem dictarum decimarum, prout ex certificatoriis in processu productis constitit.

Causas de quibus agebatur feudales esse hæsitandum non veniebat, cum tales sint omnes illæ, in quibus agitur de feudo ut feudo, seu de natura, & lege feudi, actioque nititur in lege feudi Innocent. in *cap. caterum de iudic. nu. 4.* Abbas *ibid. num. 13.* Socin. in *cap. ex transmissa num. 9. de for. compet.* Alexand. *cons. 79. num. 1.* Surd. *cons. 193. num. 13.* Marquilles *in vsatic. omnes homines vers. quæro an de omnibus pag. 61.* Socarrats *in cap. cautum vers. Et quia natura fol. 544.* Milanent. *decis. 6. per tot.* Carol. de Graff. *de effect. Clericat. 1. num. 718.* necnon etiam si agatur de fructibus feudi, laudimiis, aliisque accessoriis, ita ex Afflictis, Baldo aliisque Milanensis *decis. 6. num. 6. & 7.* Leo *decis. 77. num. 14.* Ripoll *in Praxi Rubr. 4. nu. 81.* videndi Bovadilla *in Polit. lib. 2. cap. 18. à nu. 155.* Giurba *de feud. §. 2. gl. 12. nu. 93. vers. quæstio quarta.* 12

Quoquo modo causa tangat ius feudi, vel quæstio oriatur ratione, vel occasione illius, & fiat commemoratio feudi ad intentionem fundandam lis dicitur feudalis Schrarder *de feud. p. 10. sess. 5. num. 152.* Milanens. *decis. 6. num. 11. & seqq.* Leo *decis. 77. num. 19.* Excellentiss. Crespi *observat. 61. num. 5. tom. 2.* 13

Consequens est igitur in casu proposito causas de quibus agitur feudales esse cum in eis quæstio sit de dominatione media feudali cui spectet, & an fuerit Antonius Pera 14

investi-

investitus necne de feudo decimarum controverso, & an ipsi competat ius faticæ, & prælationis mediæ per eum prætensæ, & uti ius ab ea pendens, sicque directò agitur de natura, lege, & conditionibus feudi, ideoque non solum articulus principalis dominationis mediæ, sed etiam articulus consequens iuris faticæ ad causam feudalem pertinet; nam dominum pro quo feudum tenetur posse illud retinere pro fatica venit de natura feudi Socorrars in *cap. cautum consuetudin. Petri Alberti fol.* 544. & ita sensit Senatus in Regia Sententia relata *num.* 5. lata referente Magnifico Iosepho Gelcen.

15 Rationes istæ non omnino approbatæ fuerunt à Dominis, Regia namque provisione facto verbo facta per Nobilem de Pastor prima Martii 1692. fuit declaratum cum clausula pro nunc locum non fuisse, nec esse exceptionibus præhabitis fori declinatoriæ, & inevocabilitatis oppositis per toties nominatos coniuges de Font, & Llorens, Procuratorem Fiscalem mensæ Episcopalis Gerundæ, & Syndicum Capituli Canonicorum Sedis Gerundæ, nec tollendam esse inhibitionem factam iudicibus de Paribus Curiæ quoad articulum usus faticæ, seu prælationis, sed interim donec, & quousq; esset finita, & terminata causa, quæ tunc vertebatur coram iudicibus de Paribus Curiæ, & ius in ea dictum, supersedendum fore in prælibata causa coram Nobili de Pastor vertente.

Motiva fuerunt; quia usus faticę 16
prætensæ in ea causa versus, & cõtra coniuges de Font, & Llorens principaliter pendebat ab articulo, utrum ipse esset Dominus immediatus (iuxta desuper expensa,) & investitus de prædicta decima Parochiæ Sanctæ Mariæ de Serra, ita ut non possit subsistere ius faticæ quin necessariò præsupponatur præexistentia investituræ in dictũ Pera, an vero Capitulum præhabitum sit de ea investitum, & sic à declaratione fienda in illa, quæ vertebatur coram iudicibus de Paribus Curiæ, ubi de investitura disceptabatur inter dictos prætensos dominos, pendebat decisio usus faticæ, ita ut, si in ea declararetur in favorem Antonii Pera, nimirum esse investitũ de dicta decima potuisset uti talis Regiam Audientiam in iudicem eligere, & in ea causam evocare, tuncque locus non fuisset exceptionibus præhabitis fori declinatoriæ, & inevocabilitatis, si vero non in illius favorem, sed Capituli Canonicorum Sedis Gerundæ diffiniretur dictum Pera excludendo à sua prætensa investitura, seu dominatione ei tunc obstarer exceptio rei iudicatę in vim sententiæ per Pares Curiæ ferendę, & sic iam amplius in causa mota in Regia Audientia non erat insistendũ, & ita causa hæc erat accessoria, illa vero de Paribus Curiæ erat præiu-

dicialis, & ſi prius in acceſſoria, quam in præiudiciali declaretur valde ſe intricaret negotium, cum de neceſſitate debuiſſet non incidenter, ſeu per modum cauſæ, nec ex mero facto declarari an dictus Pera eſſet dominus immediatus memoratæ decimæ feudalis, ſeu de ea inveſtitutus, quod erat proprium cauſę, quæ vertebatur in iudicio de Paribus Curiæ, quo in caſu lis, ſeu cauſa prę-iudicialis de iure facit ceſſare cauſam principalē, illamque prius terminari cognitionis ordo poſtulat.

17 Iuridica hæc eſſe motiva litteralia dicta Regiæ proviſionis nemo eſt qui non videat, ſiquidem radicata iuriſdictione in Tribunali Parium Curiæ; prout expenſa à *num.* 6. illorum cognitionem ſatis hoc in caſu convincunt, quibus adde firmata per Oliba in *vſatic. alium namque de iur. fiſci cap.* 15. *num.* 13. aſſerentem feudales, & emphyteuticarias cauſas contra eccleſiaſticos ſecundum ſuam naturam in Curia Regia tractari cum dependentibus, & emergentibus, & qualiter in ſubiecta materia intelligatur hæc clauſula punctim explicavi *deciſ.* 8. *num.* 24. addo Ramon *conſ.* 51. *num.* 12 in epigraphe ubi tenet in ſimilibus terminis iudicē criminalem incidenter poſſe cognoſcere de aliquo intereſſe civili, dummodo illud omnino ſeparatū non ſit à delicto principaliter, hac igitur iuriſdictione fundata deciſa, & perempta remanet diſputatio.

Articulum enim præiudicialem 18
ſuſpēdere curſum illius litis cui eſt præiudicialis, & quam abſorbet, tametſi una ex cauſis verteretur coram iudice eccleſiaſtico, & alia coram laico incompertum habetur ex firmatis *deciſ.* 15. *num.* 12. cum Ripoll *ad Peguer. Rubr.* 32. *num.* 19. qui bis deciſum in Senatu teſtatur, & ita confirmata relioquūtur quæ *deciſ.* 60. *num.* 20. reſeravimus tenentes pendente quæſtione coā eccleſiaſtico an matrimoniū fuerit validum coram laico nihil tractari poſſe de legitimatione, vel ſucceſſione.

Aliud eſſet ſi volens iudex laicus 19
cognoſcens de re principaliter ad ſuam iuriſdictionē pertinente vellet iudicare de incidenti ſpirituali nequiret enim, ut advertimus *deciſ.* 8. in fine, quod punctum latius examinarunt Cevallos *commun. q.* 403. Riccius *ad Franchis deciſ.* 36. Anguian. *lib.* 2. *de legib. cap.* 22. & *lib.* 3. *controu. cap.* 28. Fab. in *Cod. definit.* 12. *lib.* 1. *tit.* 2. Salgado *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 14. *à num.* 78. & 134. & *p.* 1. *de retent. c.* 8 *n.* 26. & *ſeq.*

Et quid ſi incidat articulus ma- 20
trimonii Cevallos *p.* 2. *cognit. q.* 31. Solorzan. *tom.* 2. *de iur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 23. Addent. ad Molin. *lib.* 3. *cap.* 13 *num.* 24. *verſ. Neque* Velaſco *conſult.* 159. ubi an incidentem eccleſiaſtico remittere debeat Seſſe *deciſ.* 162. *num.* 60. qui ex aliis concludit quod quando in cauſa

causa incidit quæstio articuli spiritualis, de qua constare potest summariè sine discussione, veluti per notorium tunc secularis cognoscit, & pronuntiat per modum causę, & huic opinioni contestis adhęret Canc. *var. p. 2. cap. 3. num. 50.* distinguens inter casum quo quęstio iuris non recipit divisionem à quæstione facti, & cum quo separabilis est utraque quæstio; nam in his postertoribus terminis posse iudicem secularem cognoscere de illo incidenter, & per modum causę non diffitetur, sequitur Cortiada *decis. 174. à num. 15.* enucleatè, ut assolet ideòque doctè, & consultò in præmemorata Regia provisione ponderatur, quod si prius in accessoria, quam in pręiudiciali declararetur valde se intricaret negotium, cum de necessitate deberet non incidenter, seu per modum causæ, nec ex mero facto declarari an Antonius Pera esset dominus immediatus memoratæ decimæ feudalis, aliter enim si solum per modum causæ de hac quęstione cognoscendum fuisset præexpressum incōveniens penitus cessasset, imo præiudicialitas tunc in cōsideratione non haberetur Cortiada *d. decis. 174. num. 21. & 22.*

21 Neque oppugnabant ex adverso allegata distinguendo inter casum quo iudicium per dominos cōtra vassallos efformatur directè, & per cognitionem causæ convēto, & audito vassallo, tuncque cōtendebatur omnino domini esse iurisdictionem, & minime ad Pares Curię eligendos coarctatam, & adducebantur ad id Vlatic. *placitare tit. de iurisdicciōs in primo volum. Constitut.* Socarrats in *cap. si duo, vel tres pag. 109. num. 35.*

Et casum quo per realem appre- 22
hensionem rei infeudatæ proceditur, utpote cúm emparam realem apponit, seu realem possessionem assumit rei infeudatæ, vassallumq̄ propria authoritate expellit ob casus permissos per Constitutiones Cathalonię contentos in Titulo *de Feus, y potestats*, & in hac specie iurisdictioni Parium Curiæ locus fit iuxta textum in *constit. 4. titol. de feus, y potestats, y emparas Reals* à qua rubrica sumendum intellectū 23
intendebatur ex *l. 1. ff. de reb. cred.* Fontan. *de pact. cl. 4. gl. 1. num. 1.* & roborari hanc differentiam per Socarrats ad dictum *cap. si aliquis pag. 453. num. 27.*

Atverò quicquid sit de hac di- 24
stinctione necesse non est de eius veritate disquirere, cum casui sit inapplicabilis iuxta superius discussa in narratione facti, ex quo reliqua etiam quæ in contrarium circumferebantur omnino dissolvuntur, & consequenter merito ptæchalendata Regia provisio facta prima Martii 1692. fuit confirmata Regia provisionali sententia lata 7. Iunii eiusdem anni referente itidem Magnifico Iosepho Gelcen R. S.

DECISIO LXII.

DE MANRESA, SEV MINORISSA, AVCTORIS PATRIA, & probatione proprii commodi remouente animum nocendi in diuertenda aqua.

QVAMVIS iure gentium fluminum, littorum, & riparum vsus communis esset, postquam tamen humanis dictantibus necessitatibus Principum imperio gubernia se supposuere politica, effecta ea omnia fuere de illorum dominio, sicque de Regalibus, sed in pluviarum aquis id præcipue attenditur an dominus fundi superioris æmulatione sola moueatur in aggeribus, aut aquæductu cõstruendis ad aquã à suo prædio euciendam, & mittendam in fundum inferiorem, & sola probatione commodi sibi ex novo opere resultantis omnis nocendi animus eliditur, & licitè se gessisse comperitur. Ita Senatus inter partes statim exprimendas.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Ciuitatis Minoriſſæ, antea* Athanagria *antiqua monumenta, eiusque decrementum.*

2 *Illius deſcriptio, & diuini Montiſſerrati vicinitas.*

3 *Præſtantia in operibus publicis, & ciuium dotibus.*

4 *Venerabilis matris Angelæ, Margaritæ Seraphinæ Capuccinarum monialium conditricis miræ virtutes, ac num.* 5. *&* 6.

7 *Glorioſa magni Patriarchæ Ignatii à Loyola in hac vrbe auſtera pœnitentia.*

8 *Eiuſdem Diui Ignatii mirifica tranformatio ſpretis orbis gazis Deo prorſus dediti vbi fabuloſæ Poetarum mutationes narrantur.*

12 *Peregrinus octonus Ignatii in illa Ciuitate raptus demirandus, eius in ſpelunca incolatus, & ſui corporis colliſiones perferuntur.*

13 *Auctoris familiam, ac prædeceſſorum deuotum zelũ bis infirmus Ignatius in eorum ædibus, ab ipſiſque frequenter veneratus, & exceptus excelsè decorauit.*

14 *Societatis Ieſu ſcriptores grauiſſimi quam honorificè hanc progeniẽ in libris editis de vita ſui inclyti fundatoris commendauerint.*

15 *Spelunca in qua pœnitens Ignatius morabatur quam hodie coruſca excolatur, & num.* 16.

Pro

17 *Pro eiusdem spelunca ampliori, & munificentiori cultu Auctoris ad eximiam societatem obsecratio.*

18 *De mirabili fabrica aquæductus, seu aggeris vulgò* teſclola, *sive* cequia, *per quam aqua à fluuio lupricati ad Manresam decurrit, & num.* 19.20.

21 *Patria omnibus charior, & dulcissima.*

22 *Rex strictius quam Patria est adorandus, & prius quis tenetur mori pro Rege, quam fœdari pro Patria.*

23 *Ex totius orbis obseruantia flumina, littora, & ripæ de Regalibus sunt, & in dominio Principum, vbi decisio.*

24 *Domino fundi superioris licet aggeres, & alias munitiones facere in confinibus sui prædii ad diuertendum aquam pluuialem, illamque immittendum in fundum inferiorem.*

Sola probatione commodi resultãtis domino fundi superioris ex opere manufacto animus nocendi excluditur, & num. 25.

1 IAcet, aut erecta proſpicitur, elevatur, ſeu extenſa diſcooperitur, ſex diſtans leucas à Barcinonenſi Metropolitana urbe inſignis *Athanagria* Civitas præcipuum inter Hergeticos populos caput extollens, Romanorum aliquando floridiſſimum municipium, anteacta ætate maior, temporum iniuria minor, vindicata tamen annorum volubilitate ſemper celebris, Vandalorum prius voracitate diruta, Gotthici autem Racaredi Regis redificata ſuffragiis, Vicegotthici Ayzonis inſidiis Mauorum tradita imperio, Sereniſſimi Comitis Vuifredi el *velloſo* magnanimo pectore reſtituta, ornata, & ad priſtinum penè ſplendorẽ redacta, Comitatus dignitate olim efflоruit decorata per Sereniſſimum Comitem Don Raymundum Berenguer Chartaginenſibus præliis Scipione arma dominante, devicto Regulo Leonoro ceſſit, ſed à Romanis poſtea ſubacta, militari interempta gente ſervile obrepens eiicere iugũ tentans, ruina exinde peremptа nomine inſimul cum magnitudine deperdito *Manuraſa*, ſeu *Manreſa* alia voce *Minoriſſa* appellatur.

Si *Athanagriam* veram credimus 2
Herculem Lybium illius conditorem negamus in ſecundo ad Iberiam commeatu, ſed his neglectis diſſenſibus nemo eam populationem diffitetur magnã inter rupes, & montes ſculptam, conſtructam, mira circunfuſam aruorum, ac florum amœnitate in ſuburbiis, ſublimibus volucrum, & viridariorum concentibus delectabilem, ut æquivocum demirari animum cõtingat odoriferæ an ſint aves, aut canari flores, ſaxea munimenta pavimenta vicorum obiiciuntur, ædificia perplura, & perpulchra, plateæ non paucæ, & ſpatioſæ, templa plurima, & ſuperbientem fabricã arguentia, & devotum zelum incola-

colarum probantia, Cereri grata, optima huc frumenta producũtur, huc vuarum, ac vinearum fructus copiosissimi comparantur, quocũque tuleris aspectum sylvas cernes proceras, aspectu gaudet vicini gygantæi divini Sanctuarii toto orbe celebrati glorioſissimæ Virginis Beatæ Mariæ, tutelaris nostræ *Montiſerrati* lętitiæ Angelorum, & Reginæ lætitiarum, fœcundat prata, margines percurrit fluvius *Cardener* crystallinis exundans fluctibus arenas hic gradiens è fonte, à quo infans brevi liquidi climenti enascitur sphæra, gemmis congenitis locupletãs obsequitur huic almę urbi, inter virides, & amœnas Floræ stationes cæruleam inclinans cervicem smaragdos lymphis circumfundit.

3 Mitto litteratũ lycæa hic cõsistẽtia, Regulariũ cœnobia, Magistratuũ Prætoria, dedit hæc Regio Cathedris Magistros, Senatibus Papinianos, Ecclesiis Prę(ules, Tribunalibus Præfectos, Bello heroes, singularium miraculorum evidentiora argumenta, fuit Patriarcharum cuna, Religionum oriens, fuit amore, obsequiis, & affectibus mirabilis, in adversitatibus, vicissitudibus temporum, casuum varietate æquanima, constitutionibus, privilegiis, & foris rationabiliter prænunita, in tumultibus, (oblevationibus, & popularibus ausibus immobilis, in donativis, militiis, & expugnationibus celerrima, Deo, ratione, ac armis catafracta, semperque in sua fidelitate constans quid amplius? An ne magis? An plus ultra? Loquatur mulier illa, quam 4
sordidus protuli! Nympha, humilis stylus! Margarita, inferior expressio, Rosa, parum dixi, Cœlum, adhuc maius portentum, Angelus, adhuc maius prodigiũ, Seraphin. illum superavit, neve nimis deffundar erat, cum non esset quicquã ex his quę tenui penicillo meo describi haud permittuntur mulier, Nympha, Margarita, Rosa, Cœlũ, Angela, Seraphin. nomine *Angelæ*, *Margaritæ*, *Seraphinæ Prats* ortum *Manresæ* sortita. Prata in huiusce portentosæ mulieris virtutibus decora germinabant, ubi nedum fragrantes rosæ, sed & quæcunque veris voluptates enitebant, videbaturque vel Cœlum floribus constipatum, vel campi delitiæ syderibus effulgentes, quæ animi, & corporis pulchritudine omnes illas antecelluit, Angela puritate, Seraphim ardore, gẽmeo fulgore Margarita, idcirco eius Natalis singularis fertur, cum enim enixa fuerit in præsepio mater prævidente divino oraculo 1. *Regum* 2. *vers.* 8. ibi: *suscitat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat* ubi Abulensis *elevare egenum de stercore idem est quod fuerit iste in loco valde humili, & deiecto, & Deus inde elevet ad regnandum, vel ad magnum honorem*, elevavit eam 5

Altis-

Altissimus ad statum, quo parē sedem habuit cū Illustrissimo nuntio Caietano Patriarcha Alexandrino, & aliis Principibus exteris Belgicis, Italisque, qui ad comitandum Serenissimum Archiducem Austriacum Albertum, eiusque excelsam consortem Infantam Elisabethem Barcinonem convenē āt, & etiam in solo viridarii sui primi Monasterii cum Serenissima Hispaniarum Regina Margarita alloquētibus solis duabus Margaritis per trium horarum spatium.

6 Tunc chorum adivit *Seraphina* mater, & extasi arreptam devota Iberia Regina semper genibus flexis obtuetur, sed quid in his immoror libri concioni, & lati de eius portentosa vita, & historia scripti, ac editi reperiuntur huius venerabilis matris Capuccinarum in Hispania monialium conditricis, & Deo auspice eius in Sanctarum Catalogū descriptionem, nec vana spe, nec diu prolonganda confidimus, semper tamen maximo Præsuli, & Ecclesiæ ortodoxæ iudicio in his, & omnibus quę premisimus submissi.

7 Gloriatur etiam Minorissa Patriarchæ maximi *Ignatii à Loyola* consortio, divini radii, sanctimoniæ fluminis, cælici ignis fulminis ad animas inflāmandas, & superno ardore combutendas, herois utpote illius qui *Societatis Iesu* religionem instituit, seu verius Areopagū scientiarum, sapientiæ centrum, duorum orbium luminare, martyrum oceanum, sanctorum firmamentum, superexcellentium Doctorum Epyciclum, Apostolorum domicilium, religionum ornamētum, scriptorum numerosissimam Bibliotheeam, politioris disciplinę archimagistrum, animarum conversioni, ac zelo addictissimā, ecclesiæ propagnaculum, nunquam sine laude, semper cum cultu, ac veneratione nominandam, sed quid hæc ad Minorissam? plurimum, satis enim pervulgatum cōmisimus egregiū *Ignatium* Angelicum *Montemserra tū* appulisse, ibique, è locuplete temporeis neglectis divitiis in pauperem conversum, pauperem divitem suis ei datis vestibus, armis, atque pecuniis mirabiliter effecisse. O peregrina trā formatio, vera, nō fabulosa, ut alię quas Poetæ effinxerūt fuit enim hæc ad amorem turpem fugandum, ad perennem consequendum, non ut illa Deucalionis, qua lapides in homines versi leguntur, Daphne in laurum, Argi in pavonem, Syrinxis in arundinē Cygni hominis in avem Calisto, & Archadis in Sydus, Coronis in cornicem, Ethonis in saxum, Iovis Europæ saucii in Taurum, Acteonis in Cervum, Narcisi in florem, Panthei in arietem, nullas ex his, & aliis omnibus commēcitiis narrationibus, quas vates confixere invenies, vel ab odio non ortas, vel ab impudica voluntate nō progeni-

8

genitas, aut à lasciva libertate non emanatas, sic enim speciosiori forma coruscantes in turpem speciē mutati prodierunt, & pro Diis to-dig. è venerati in bruta, arbores, aut feras abiectè redacti, at noster Ignatius veræ libertatis amator, quæ ab honesto pendet, ut p ęnotavi *decis.* 37. *num.* 38. *volum.* 1. & conversos ad Dominum gloriosa libertate in solitudine perfruens in divinam imaginem transformatur prævidente Paulo ad Corinth. 2. *cap.* 3. *lit. D.* ibi: *Cum autem conversi fuerint ad Dominum auferetur velamē, Dominus autem spiritus est, ubi autem spiritus Domini ibi libertas, nos vero omnes revelata facie gloriā Domini speculantes in eandem imaginem* transformamur *à claritate in claritatem tamquam à Domini spiritu*, & hæc est transformatio nulli aliæ exposita iuxta illud Iacobi 1. *cap.* 1. *litt. C. omne datum optimum, & omne perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.*

12 Dei ergo iter Ignatius seligens Minoritæ arripuit, sed antequam adveniet, prope tamen, gestiens illi Virgo apparet, ubi spelunca pro incolatu designavit, ac *Manresam* ingressus hospitale proficiscitur ubi charitatis, & hospitalitatis rara edocuit argumenta, pœnitentiæ austeriſſimus, devotionum, ac virtutum exercitamentis assiduus, à Civibus adoratus, Sancti ei cultu exhibito, & in hospitali vocato *Sāctæ Luciæ* sopitis octiduo sensibus raptus in Cœlum, audivit, vidit arcana, nempe Religionem olim fundandam sub nomine *Iesu*, qualis & quanta utrique orbi visa est, huc lapsa, hic nata Societas, hic facta, rectè ergo inscriptio prętacta, & sequentia continet verba *Venerare spectator huius sacelli* (est enim nunc in Societatis Collegio illic Ecclesia) *pauimentum extasis octona monumētum, Societatis nascentis incunabula, & natale solum.* In hac alma urbe die accolas consolabatur, sed postea *exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei*, ut decantatur *Iudic cap.* 25. *num.* 8. *& descendens habitauit in spelunca*, ut habetur *Iud. cap.* 5. *num.* 23. *assuetus in solitudine in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui. Deuteronom.* 24. 13. *dormiens in vestimēto suo Ieremiæ* 17. 6. *in Ciuitate, in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili Iud.* 8. 6. *ieiunabat omnibus diebus* 1. *Petri* 3. 18 *mortificatus quidē carne. Num.* 22. 25. *iterum verberabat eam Iud.* 2. 15. *& cum fecisset quasi flagellum Pau.* 3. 5. *quasi catenulas se inuicem cōplectentes* 2. *Math.* 9. 7. *graui corporis collisione Iob.* 41. 14. *membra carnium cohærentia sibi Iud.* 4. 3. *vehementer oppreßerat Genes.* 24. 62.

Ingratus essem si obliviscerer, 13
quas familiæ meæ felicitates cumulavit; nam de anno 1522. cum eius nimia austeritate Ignatius exanimis

nimis redactus esset *Angelæ Amigãt* subsidia, & devotus zelus redivivũ ferè cum restaurarunt, ulterius cũ de more diutino duos pauperes infirmos in domo sua Andræas, & Angela coniuges excipere flagrassent Ignatium fors sua attulit per plures menses infirmum, cui alimenta, medicamina obsequentes, & lætabundi subministrarunt; O imponderabilis Sancti gratia! Tunc eius rara prodigia viderunt, tunc illis ingentia virtutis mysteria patefecit, permanet adhuc cubiculum, in quo plura portentosa demirantur, & eius sanguis non diu visus quasi à sacro corpore recenter prodiès, imagineſque illius manu conditæ, expictæ magna cũ devotione custodiuntur, audiantur quæ doctissimus Pater Daniel Bartoli Societatis Iesu, suis omnigenæ eruditionis libris perbellè notus de vita huius Patriarchę scribens Italo sermone fol. 44. expressit, & eius traductor Ludovicus Ianinus eiusdem Societatis sub hoc contex-
14 tu exposuit, *fama illius vsque adeò excreuit vt ex scrupulorum angore in Thisin vergens cum esset à Sancto Dominico transferendus in domum cuiusdam* Amigantis *illic prædiuitis exindè Simeon cognominatus sit, velut expressum in Ignatio Christum excepisset; vxor verò ipsius Martha eo quod ille hospitium, hæc mensã Christo præbuisset*, de Martha scripsit Cornelius Lapide *in ca. 11. Ioann. habebat curam hospitalitatis Iesu, imò eum per oppida profiscicentem, ac prædicantem comitabatur*, non secus de Angela Societatis Iesu conditori famulanti asseverari posset. De Simeone advertit Celsus *in præfat. ad Virgin. inter opera D Cypriani Simeon erat cæcus, & cũ Christum in vlnas accepit visum recuperauit*; non aliter Andræas Ignatio excepto summoperè illustratus remãsit, qui maiora videre velit progeniei meæ per Sanctum Ignatiũ elargita, & miracula in nostra originaria domo Manresæ obseruata adeat P. Fãciscũ Garcia similiter Iesuitã illius vitæ classicum scriptorem fol. 82. 83. & 518. evoluat quoque processum canonizationis in hoc Collegio Barcinonæ asservatum. Hæc de maximo Sancto dixi: *vt inhabitet gloria in terra nostra Genes. 24. 7. terra nativitatis meæ Ioannis* 17. 25. Ergo Pater, sublimis virtutis te exoro *suscipe servum tuum in bonum, non calumnientur me superbi, Tob. 3. 14. & non auferas misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum*, 1. *Corinth.* 15. 54.

Hæc sunt, & per plura alia non 15
apta brevi pagina cingi, quæ Minoritæ Angelicus Ignatius effecit prodigia, exercuit virtutum merita, hanc favoribus innumeris affecit urbẽ, spelunca illa antea horrida postmodum reddita fuit florida, & nitida, ut optimè cecinit Pater Guinisius ita:

Dum superis oculos Ignatius explicat oris

UAB Biblioteca de Ciències Socials

factas & astrorum concolor astra
videt,
Sordet iners mihi terra suis cum floribus inquit
una dies perimit quos parit una dies,
Pace tua Ignati iactet sua sydera cœlum
dum te florem habeat non mihi sordet humus.

16 Et non minus acutè Minoriſſenſis noſter eruditiſſimus P. Ioſephus Morell pariter Ieſuita in traductione:

Quando Ignacio los ojos fixa al Cielo,
y hecho vn Astro à los Astros con desuelo
Mira, que fea, dize, que asquerosa
es la tierra, y las flores que vil cosa
pues vn dia las cria,
y el vigor los marchita un solo dia.
Con tu licencia Ignacio: sus estrellas
blasone el alto Cielo el ser tã bellas,
que la tierra por flor miẽtras te vea
asquerosa no me es, ni vil, ni fea.

17 Ergo, ò eximia Religio te obſecror ſupplex, te humilis deprecor, uti Minoriſſæ filius, à Parente Ignatio dilectus, uti ei tam adſtrictus, maioris Dei gloriæ, ac Ignatii ſtudioſus ne ſpeluncam illam diuinã, ubi Omnipotẽs conditor inaudita contulit beneficia; & Deipara ſingulares indulſit gratias, Cœnobiũ, Collegium illud, antea Xenodochium, in quo extaticus ſolum illud Ignatius illuſtravit, tu quoque hæc ſanctuaria perluſtres, illuſtres, ipſorumque non ſis immemor, hãbes in utroque Mundo ſacras ædes ſuperbas, Collegia munificẽtiſſima, fac igitur ut tam inſignia loca condigno ornatu, fulgore fauſto locupletentur, ut ſic in dies Chriſtianorum devotio creſcat, devotorum affectus exultet, ſancti gloria propagetur, & gratitudo tua eluceſcat.

18 Alloquamur nunc de aquæductu, ſeu aggere, vulgo *reſcloſa*, ſive *cequia*, quo Lupricati aquam *Manresã* antiqui cives cõduxere magnanimi, tam ſuperbum artis miraculum maiores noſtri fabricarunt, ut hyperbolicis ſpretis ponderationibus veraciter aſſeverari queat nullam eiuſmodi generis fabricam æqualis molis in Cathalonia, ubi tot ſunt admirabiles inveniri: iſte igitur aquæductus aquam ſumit in termino de Balſareny ſubtus Caſtrum, ubi agger adeſt, & territorium præmiſſum excurrẽs per terminos *de Cellent, Sant Pedor, & S. Iſcle* Manreſam confluit, leucas nõ paucas circuitus eius continet, pontium grandem numerum, ſuper quibus aquis fit tranſitus, nonnulli ex ipſis montes tranſcendunt, torrenteſque profundos tranſmeant, ad cuius operis adimplementum excavationes exquiſitas induſtria explevit.

19 Concelebrarunt antiqui artificiosè compoſita viridaria, hilaritet frondoſa nemora, amœnè ridentes ſyluas tam acutis exaggerationibus ut excedentes fabulæ limites

fines

fines occupaverint veritatis, clangore fama valdè sparsæ, ab aurea ætate ad nostram usque stupore reverenti deductæ, sed hæc de qua loquimur fabrica in veritatis brachiis tam propriam habet sedem quod vicinorum nemorum frondositates dedecorent intertexta varietate maiores artis peritias, tãetsi in hac florida competentia vinculentur incultum, & absconditum cum amplexibus tam ingeniosæ unionis, ut ver dubitet cui debeat lucidiores effectus copiosæ
20 suæ fertilitatis. Quã satisfactus remãsit Maro sua descriptione nemorũ Idaliorũ quò cõfugit Æneas ardente Troia, nec minus vanus *lib.* 1. incomparabilis Æneidos insequens infatigabili anhelitu fugitivos cervos, quas non sustulit Ovidius vigilias ob campos Thessalios exultos sui ingenii acumine ad finem solum suis cum allegoriis perennandi Regiones illas, sed nũc oculi, fidi testes eorum, quę in hoc opere circũspiciuntur deformant picturam illam, & supereminenter obscurant colorem sui penicilli ea cum oppositione, qua antiqui vates extulerunt materiam calamo.

21 Veniam mereatur in præcedenti digressione amor Patriæ meæ *Minorissæ* satis enim quam moveat agnovit Ovid. *Metamorphos.* 2. & Iurisconsulti sic fatentur, dum cõstituunt patriam cuique suam iucundissimam, sic Cuiac. *ad l.* 4. *C. de delatoribus patr. patria inquit nobis omnibus charior esse debet nosmetipsis*, dulcissimam appellat Sequola in *l. qui habebat, ff. de legat.* 3. & ut aiebat Seneca *Epistola* 63. *nemo enim patriam quia magna est amat, sed quia sua.*

Sed in his mente semper tenendum strictiùs Regem quam patriam per vassallos adorandum tãquam caput Reipublicæ imperãs, propter cuius tutamen cætera mẽbra periculo se submittunt, alioquin namque non assequerentur incolumitatem, sed inciderent in calamitatem, & prius est *mori pro Rege quam fœdari pro patria*, cum talis non sit, quæ à suo Rege, & fide ei debita deflectit, deficit, ut abunde firmauimus *decis.* 21. *&* 22. *vol.* 1. & Pater Patriæ Princeps acclamatur à Seneca 1. *de clement. cap.* 14. latissimè Potell. *l. b.* 1 *cap.* 22. *& seqq.* audi Senecam ibi *quod efficit vt Patrum Patriæ nomine potius quã vanis alijs titulis quos ambitiosæ Maiestati congessimus ipsi Principes gloriari debeant*, & satis evidenter *decis.* 37. *num.* 7. probavimus univocari Regium servitium, & vassallorum. 22

Historia prætermissa veluti aquæductus, de quo sermonem instituimus, & actori sumus utilitates plurimas perventa aqua ad arva Manresę, & intus Civitatem affert, ita & nos aliquas ad institutum hauriamus, scias ergo ex totius orbis observantia flumina, littora, & ripas esse de regalibus, & 23

in dominio Principum Carena *resolut.8.num.6 art.2.*Calix.Ramirez *de leg Reg.cap.26. num.36.* Solorz. *de iure Indiar.lib.3.cap.30. num.50.* Regens Constant. *in l.vnic. Cod.de classic.lib.11.nu.12. & seq.*quos laudat, & sequitur Pechius *de aquaduct.ca.2.quæst.2.n.19.& ca.7 q.4. num.43. & 44.* Iacob. Calic. *in extravagat. Curiar. cap. 2. num.28.* & hæc observantia viget in Cathalonia,prout probata fuit in causa Genesij Ferret Villæ de Torroella de Mongri,contra coniuges Texidor in Regio Concilio Baiuliæ Gener. vertenti, & per idem Consistoriũ decisum extitit in causa Genesij Ferrer agricolæ, contra Mariam Mollo,& alios dictę Villę de Torroella de Mongri,Regia provisione facta per Magnificum Vincentium Sabater,tunc Assessorem Baiuliæ Generalis 3.Novẽbris 1671. quæ in gradu reclamationis fuit confirmata me, & Nobili Iacobo de Potau Reg.Consil. illam ex cõmissione speciali, ut moris est, diffinientibus,Actuario Cabanas.

24 Adverte tamen regulam amplexam esse domino fundi superioris licere aggeres, & alias munitiones in confinibus sui prædii facere, & etiam aquæductum ad divertendum aquam pluvialem, & illam immittendum in fundum inferiorem, quia tunc non dicitur feciſſe animo nocendi vicino. Pech.*de aquæduct.lib.2.cap.9. quæst.35. quæsit 2.nu.6.* Rovit. *decis.93.tota*,& signanter *num.* 10. & animus nocendi excluditur hoc casu sola probatione commodi resultantis domino fundi superioris ex ipso opere manufacto,neque alia indiget probatione extrinseca. Rovit.*decis.93. num.16.*Ita Senatus in causa vertẽter in Reg.Cõcil.Baiul.G. C. inter Ioannem Argila militem ex una, & Nobiles coniuges Michaelem, & Mariam Teresiam de Clariana & Gualbes, & Nobilem Philippum Ignatium deAlegre partibus ex alia,de qua fuit verbum habitũ in Reg. Aud.& relatio facta extitit per Magnificum Iosephum Gelcẽ Reg.Senat. 5.Novembris 1691. in actis Mora.

Quæ verò privilegia aquæductui 25
de quo tractamus sint à Dominis Regibus impensa, quibusvè prærogativis,& salvaguardia perfruatur ad rei criminalis investigationem in sequenti comperies.

DE-

DECISIO LXIII.

DE PROBATIONE VSVS, ET CONSVETI.

VSVS, & consueti probatio diversimodè constituitur quam consuetudinis: nam huius demonstratio usum, frequentiam actuum, & temporis diuturnitatem exposcit, illius verò verificatio non utique, parum equidem prodesset leges ferri, privilegia obtineri, si eorum usus, & observantia strictas exigeret qualitates sicut consuetudo. Ita Senatus in casu infra exponendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Lites, quæ super aqueductu Minorissæ exortæ fuerunt.*

2 *Ciuitas Minorissæ iuxta priuilegiũ Regis Ioannis habet facultatem creandi Officialẽ, vulgo* Cequier. *Qua pœna afficiantur damnum inferentes illius aqueductui, ibid.*

3 *Ciuitas Minorissæ, eiusque Ciues, termini, & territoria sub Regia sũt Saluaguardia ex Priuilegio Marchionis de Aguilar Locumtenentis generalis, quod confirmatum extitit Regio Philippi Priuilegio. Vbi hæc duo Priuilegia legantur, ibid.*

4 *Consiliarij cum Vicario, aut Subvicario Regio, alijs etiam comitãtibus ciuibus, prædictũ aqueductũ visitant, & recognoscunt ex alio Priuilegio Regis Philippi.*

5 *Hoc Regis Philippi Priuilegium transcribitur.*

6 *Prædictum Priuilegium putum, & non conditionale esse demonstratur.*

7 *Priuilegium intelligitur iuxta mẽtem, & intentionem Principi expositam.*

8 *Confirmatio ex certa scientia dicitur, quando tener Priuilegij, seu materiæ sub confirmatione cadentis Principi exprimitur.*

9 *Verba* resecats tots abusos *in dicto priuilegio apposita, quid significent. Obseruantia declarat, & remouet dubium à dispositione, ibid.*

10 *Hæc obseruãtia non debet esse præscripta, sed ad eam vnicus sufficit actus.*

11 *Obseruantia probatur per scripturas.*

12 *Prædictum priuilegium, etsi esset conditionale, probaret intentionem Ciuitatis Minorissæ. Solitum est, quod verificatur in*

vna

vna vice, & immediata conces-sioni, ibid.

13 *Consuetum verificatur in duobus actibus, proximè præcedentibus, & num.* 14.

15 *Documenta, quibus Ciuitas Minoriſſa probauit conſuetum, exarantur.*

Regius Senator D. Ludovicus de Peguera *laudatur, ibid.*

16 *Prædicta documenta non ſolum vſum, ſed & conſuetudinem probant.*

Requiſita ad conſuetudinem proponuntur, ibid.

17 *Clauſula* quatenus ſunt in uſu *appoſita in confirmatione Regia, quid operetur remiſſiuè.*

18 *Regia prouiſio in fauorem Ciuitatis facta tranſcribitur.*

1 POſtquam Minoriſſenſis Ciuitas Regiis condecorata privilegijs, quibus illi fluminis Lupricati aqua cõceſſa extitit ut ad eam Vrbem conduceretur, ipſiuſque beneficentia, tam ipſa, quam illius territorium gauderet illicò lites, & iurgia exſutrexerunt, ſceleſtaque flagitia in uſurpanda aqua euenere.

2 Sereniſſimus Infans Don Ioannes die 28. Octobris 1385. perſonaliter Manreſæ adſtans aquæductu illo perſpecto, & ſumma illius neceſſitate, & munificẽtia privilegiũ conceſsit Officialem creãdi, vulgo *Cequier*, præcipiendo ne quis auderet damnum inferre præexpreſſo aquæductui ſub pœna 200 ℔, in executionem perducenda modo, & forma ibi præſcriptis, quam conceſſionem inclytus Rex Don Philippus Regio pariter confirmavit diplomate de anno 1585 pœnam ſtatuens 500 ℔.

3 Die pariter 22. Auguſti 1551. Excellentiſſimus Marchio de Aguilar, tunc Locumtenens generalis ſuæ Maieſtatis in hoc Principatu Ciuitatem Minoriſſæ, eiuſque cives, terminos, & territoria ſub ſpeciali poſuit protectione, & Regia *Saluaguardia*, ordinando, quod in aquæductu, & aggere, & recho, incili, ſiue *reſcloſa*, & *acequia*, apponerentur lapides, & columnæ cum armis, ſiue inſigniis Regalibus in ſignum, & demonſtrationem prædictæ Regiæ protectionis, quam conceſsionem confirmatam reperies Regio Philippi privilegio ſub die 7. Decembris 1585. & utraque privilegia leguntur, in proceſſu in Regio Criminali Concilio inſtructo in vim Salveguardiæ, & Regiæ protectionis vigore *Vſatic. ſimili modo tit. de dret del Fiſc.* ac *vſat. Camini, & ſtrata tit. de Comercis, y ſeguretats de Camis*, (eo quia dictus aquæductus in itinere adeſt Regio) inſtante Fiſci Procuratore Reg. Cur. & Syndico illius Ciuitatis ſub die 28. Iulii contra eos qui præmiſſum aquæductum damnificarunt in terminis de Sãt Pedor, & Cellent ad relationem Magnifici Monſerrati Guardiola I. R. C.

prout

prout meminit Regens Calderò *decis. 2. num.* 31. ubi alia exemplaria recitat.

4 Pro maiori prædicti aquæductus conservatione constitutum extitit quod Consiliarii eum Vicario, aut Subvicario Regio aliis etiam comitantibus civibus illum visitarent, & recognoscerent, & post plures annos observantiæ datum ita ipsis fuit per Serenissimũ Regem Philippum in Aragonia 2. & in Regnis Castellæ 3. Regio privilegio expedito 30. Iunii 1599 sequentis tenoris.

5 *Item que la posseſſio immemorial que te la Ciutat de Manresa de anar cada any los Conſellers ab las insignias, y pompa ab acompanyament de prohomens, ab lo Veguer, ò Sotsveguer, y Sequier, y visitar la Sequia de dita Ciutat fins à la reseloſa ahont pren la aygua per los Llochs, y camins mes convenients, y apres à pendrer informaciò in ſcriptis dels qui hauran regat, y dels danys ſe hauràn donat en disa Sequia pera poder executar las penas poſadas, y danys donats ſegons tenor de Priuilegis Reals, li ſia confirmada per Priuilegi Real concedint en quant meneſter ſia de nou las preditas coſas en priuilegi à la dita Ciutat ab impoſiciò de graues penas contra los Iutges, Oficials, ò altras qualſevols perſonas, que la predita viſita com dalt està dit voldràn impedir. Plau à ſa Mageſtat que ſia ſeruat lo acoſtumat reſecats tots abuſos.*

6 De anno 1670. cum agnoſceret Civitas neceſſitatem expoſtulare viſitam generalem fieri propter plurima illata dicto aqueductui damna fuit dubitatum an præfatum privilegium eſſet conditionale per illa verba *ſia ſeruat lo acoſtumat reſecars tots abuſos*, & conditionale non eſſe demonſtratur, cũ conditionalem clauſulam non cõtineat qualis eſſet *quatenus ſit aſſuetum* Rota Roman. apud Rub. *decis. 8. nu. 9. p.* 8. Canc. *var. p. 3. cap. 3. num.* 179. Fontan. *decis.* 463. *nu.* 5. aut aliam ſimilem, ſed clauſulã puram *que ſia ſeruat lo acoſtumat*, ac ſi ſimpliciter reſponſum fuiſſet quod placebat ſuæ Maieſtati, cum ſimpliciter reſponderit quod aſsẽtiebatur ſervaretur conſuetum, & ſic annuendo ſupplicatis, eter im privilegium intelligitur iuxta mẽ- 7
tem, & intentionem Principi expoſitam *cap. inter dilectos verſ. cæterum de fide inſtrumentor.* Canc. *var. 3. cap. 3. num.* 167. ſane confirmatio ex certa ſcientia dicitur quando 8
tenor privilegii, ſeu materiæ ſub confirmatione cadentis Principi exprimitur Canc. *d. lib. 3. cap. 3. nu.* 191. de quo puncto late peregerũt Molio. *lib. 1. de Primogen. cap. 7. à num. 6.* Paz. *de tenut. cap. 57. num.* 299. *& ſeq. & á num.* 305. & quando ſit ſpecialis, & ex certa ſcientia Mateſcot. *lib. 2. var. cap.* 47. Tondut. *lib. 1. q.* 62. Valenzuela *conſ.* 88. *num.* 54. ubi an confirmatio ex certa ſcientia confirmet quæ ſunt contra ius Seſſe *tom. 4. deciſ.* 389.

So-

Solorzan. *lib.* 3. *Politic. cap.* 28. *fol.* 449. *vers. y por esto.*

9 Verba autem *resecats tots abusos* non cadunt super materia consueti, sed significant quod in consueto visitam faciendi evitarentur abusus cum in visita nequirent evenire pto rebus ad eam non concernentibus, maximè cum talis fuerit observantia subsequuta, quæ in omni materia declarat, & removet quodcunque dubium á qualibet dispositione Rubeus *decis.* 75. *num.* 8. *&* *decis.* 245. *num.* 6. *p.* 5. *&* *p.* 8. *&* 9. passim latissimè Castillo *lib.* 5. *controuers. cap.* 93. §. 7. *num.* 2. *&* *per tot.* Excellentis. Vicecancell. Crespi *observat.* 1. *num.* 115. *&* *observat.* 15. *num.* 16. Monach. *decis. Lucen.* 12. *num.* 8. Fontanella *decis.* 303. *nu.* 15. *&* *decis.* 457. *à num.* 4. *p.* 2. in terminis privilegii ut eo modo cēseatur concessum, quo fuerat observatum, & *decis.* 479. *num.* 6. de-

10 *cis.* 481. *num.* 11. 12. quin opus sit eam fuisse præscriptam, nec certi temporis spatii, sed ita fuisse observatum unico sufficiente actu Rota apud Rubeum *decis.* 193. *nu.* 4. *p.* 4. *decis.* 287. *num.* 31. *&* *decis.* 316. *num.* 14. *&* 15. *p.* 9. Castillo, Monach. Fontanella citati, & iste insuper *decis.* 305. *num.* 24. & pro-

11 bari per scripturas Rota apud Rubeum *decis.* 486. *num.* 2. *p.* 5. *tom.* 2. Fontanella *decis.* 482. *num.* 14. prosequitur colūna Doctorū de more coacervata Don Sebastianus de Cortiada *in tractat. de la iurisdict. del Capn. gen. q.* 7 *à num.* 18.

Vlterius tametsi conditionale huiusmodi privilegium videretur, & assuetum antecedenter probandum esset Civitas plenè suam probatam habebat intentionem; cum illa verba lingua materna *que sia seruat lo acostumat* latino sermone sonent *placet quo obseruetur solitum, siue consuetū,* solitum autē sat est quod verificetur in una vice, & immediata dispositioni, seu cōcessioni Gothofred. *in l. Mela* 14. §. *sed si alimenta* 2. *ff. de alimen. ac cibar. legat. litt. O* ibi *solitum facere dicimus quando vltima vice facit, vox solitum etiam in vna vice significationem suam ostendit* Coro. *cons.* 28. *num.* 12. *vol.* 3. Gozadin. *cons.* 23. *num.* 15. Decian. *cons.* 173. *num.* 58. *lib.* 2. Rota apud Rubeum *decis.* 650. *nu.* 1. *p.* 3. Alba. *cons.* 119. *num.* 29. Burat. *decis.* 154. *num.* 1. Bertazol. *cl.* 21. *gl.* 12. *num.* 1. *&* *cl.* 2. *gl.* 34. *num.* 1. & quando refertur ad personam verificatur in duobus actibus Bertazol. *d. claus. 21. gl.* 12. *num.* 2. adde adducta *decis.* 20. *num.* 21. *volum.* 1. 12

Secundum, nempe consuetum verificatur in duobus actibus (inter hoc, & solitum constituunt differentiam Doctores aliqui, licet alii pro synonimis sumant) Gozadin. *d. cons.* 23. *num.* 5. ibi *nam solitum in vna vice verificatur, consuetum saltē in bino actu* Bartol. *in l.* 1. *vers. secundo quare C. Quomodo, &* 13

quando iud.

do iud. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancelar. gloss.* 36. *num.* 85. Rota Roman. apud Rubeum *decis.* 8 *nu.* 10. *p.* 8. & intelligitur de actibus, & annis proximè præcedẽtibus Capyc. *decis.* 163. *num.* 3. ibi: *Quod si concederetur alicui officium cum salario cõsueto, & appareret quod diuerso modo solitum sit debet inspici salarium quod longo tempore conjuetum est, non illud quod duobus, vel tribus annis præstitum est, quia cum de consuetudine facimus mentionem intelligitur de longa consuetudine, vt extra de consuetudin cap. cumma. inde subdit, tu dic quod sunt inspiciendi proximi præcedentes anni, & ad istud fit relatio, vt in l. Mela, &c.*

14 Consolidantur prædicta ex his quæ scripsit Rodetic. Ioan. *in proem. for. num.* 12. ibi: *Sic vides notabilem practicam Bartoli, tam ad iudicem instruendum, quam ad articulos faciendes super vsu alicuius legis, vel statuti; nam sufficit quod testes viderũt vti quod soluto matrimonio lucra dividantur inter virum, & vxorem, &c.* Et infra, ibi: *Nec erit necesse probari de diuturnitate temporis, nec sic esse iudicatum his, vel ter; quia illa obtinet vbi agitur de probanda consuetudine, hic de probando vsu, & sic sufficit probare aliquibus vicibus obseruatum esse, & sic testes vti vidisse, &c.* Sequitur Burg. Marc. Solon de pace *ad ll. Tauri ad l.* 1. *à nu.* 172.

15 Exhibuit Manresa in probationem consueti tria instrumenta visitarũ de aquæductu factarum, scilicet de annis 1593. 1595. 1596. proximè præcedentibus ad prænarrata privilegia, & in supra expresso processu Regaliæ fulminato referente Magnifico Monserrato Guardiola I.R.C. contra damnificantes memoratum aquæductum aliqui inveniuntur ministrati testes huiuscemodi usum probantes, & inter eos Mauricius Dalmau, legũ Doctor *fol.* 58. ibi: *Quo dimars dia de Sancta Magdalena en companyia dels Concellers, y Veguer de Manresa, Dr. Don Lluis de Peguera Dr. de la Real Audiencia ciuil, qui alashoras se trobaua en dita Ciutat de Manresa à Barlsareny pera fer la visita que quiscun any se acostuma de fer de la Sequia de Manresa, y anant los predits regonexent, y visurant los ponts, y rechs de dita Sequia quant foren passats Sant Pons, que es en lo Terme de Sellent, &c.* Erat Minorissensis cõspicuus, ac peridictissimus Senator D. Ludovicus de Peguera, ut ipse enarrat *decis.* 14. *in additionib. num.* 24. ibi: *Et in mea patria, quæ est Ciuitas dicta Manresa huius Principatus Cathaloniæ*, sicque nihil mirum eum voluisse patriæ compendia, & ornamenta condecorare.

Exuberanter igitur per supradictas probationes nedum de usu, sed etiam de consuetudine legitimè constaret cum tribus requisitis nẽpe usus, frequentium actuum, & temporis diuturnitatis per plusquã decem annos, & solum decenniũ sufficeret etiam in rebus, quæ sunt 16

contra ius ciuile Mascard. *de probat. concluſ.* 424 *num.* 28. Rodoric. Soar. *loco allegato ſupra num.* 18. licet in rebus, quæ ſunt contra ius canonicum requirãtur triginta, aut quadraginta anni Burat. *deciſ.* 550. & *deciſ.* 809. *num.* 9. Sperell. *deciſ.* 89. *num.* 82. *lib.* 1. nec opus eſt eam fuiſſe obtentam in contradictorio iudicio quo ad res extraiudiciales Fontan. *deciſ.* 482. *num.* 14.

17 De clauſula appoſita in confirmatione Regia quatenus ſunt in uſu Matta *de clauſul. p.* 1. *clauſul.* 125. *num.* 2. Matta *de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *cl.* 19. *n.* 13. & 12. Alderan. Mascard. *de general. ſtat. interpret. concluſ.* 6. *ex ex num.* 94. Macerateu. *lib.* 1. *reſolut. fin. caſ.* 22. Creſcent. *deciſ.* 4. *de priuileg. num.* 2. Fontan. *tom.* 2. *deciſ.* 473. *num.* 4. Xamma. *de priuileg. Ciuit. Barcinonæ, §.* 23 *nur* 20. & *in addit.*

Quare in fauorem almæ Ciuitatis, ac Patriæ meę fuit declaratum in Regio Concilio Regia proui- 18
ſione ſequenti.

Die 12 *Ianuarii* 1671. *viſis ſuplicationibus per Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ, Syndicum Ciuitatis Minoriſæ Reuerendum in Chriſto Patrem Epiſcopum Vicen & Mariã-Annã Martin viduam reſpectiuè oblatis. Viſo Regio priuilegio Ciuitati Minoriſæ conceſſo per Sereniſſimum Dominum Regem Philippum die* 30. *Iunii* 1599. *viſo Regio priuilegio Saluoguardiæ conceſſo per Excellentiſſimum Marchionem de Aguilar tunc Locum tenentem, & Capitaneum Generalem in præſenti Principata Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis & Ceritaniæ die* 22. *Auguſti* 1551. *viſo Regio priuilegio confirmationis dictæ Saluaguardiæ dictæ Ciuitati conceſſo per Sereniſſimum Dominum Regem Philipum die* 7. *Septembris* 1585. *viſa præconizatione dictæ Saluaguardiæ facta die* 25. *Aprilis* 1667. *viſis aliis inſtrumentis per partes reſpectiuè productis, ac teſtium depoſitionibus per partes reſpectiuè miniſtratis. Viſo proceſſu meritis illius attentis, & alias inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam prouidet, quod pro nunc donec aliter ſit prouiſum, & ſine periudicio iurium, & pretentionum partium taliter quod per præſentem prouiſionem nullum ius partibus reſpecta cauſæ Ciuilis accreſſat, vel decreſcat aliquis ex Regiis Algutiriis accedat ad Ciuitatem Minoriſæ, & alibi quo opportuerit, qui aſſiſtat poſſeſſioni ſeu quaſi in qua exiſtunt Conciliarii, & Ciuitas Minoriſæ viſitandi Sequiam ſub Regia Saluaguardia conſtitutam qua ducitur aqua à flumine lupricati ad dictã Ciuitatem intrando terminos de Cellent Balſereny Sãt Pedor, & alios inſigniti inſignis conſularibus cum ſuis lictoribus ſequierio, & probis hominibus dictæ Ciuitatis, ſeruato tamen tenore, & forma tranſactionis, & concordiæ initæ, & firmatæ inter Reuerendum in Chriſto Patrem Epiſcopum Vicen. ex vna, & Syndicum dictæ Ciuitatis Minoriſæ ex altera in poſ-*

ſe

se Guillermi de Terrariis Notarii publici vicen 3. Nonas Octobris 1345. & impediat ne eis vis inferatur per quoscumque homines termini de Cellent, & aliorum, & gentem congregatam si forsan inuenerit disgreget, qui inquirat forti ficet, & quos culpabiles inuenerit capiat, & ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat in similibus fieri solita, & pro his expediantur litteræ, commissiones, & aliæ prouisiones opportuna iuxta Regiæ Curiæ stylum.

Taverner, y Rubì.

DECISIO LXIV.

DE INSIGNIVM, AC PRÆROGATIVARVM VSV, ET exercitio.

INSIGNIBVS, quæ auctoritatis, & ornatus causa tantùmodò conceduntur possunt Consiliarii, & alii Dignitates obtinentes in alieno territorio uti, non autem illis, quæ exercitium denotant iurisdictionis iure sic disponente, licet aliud quoad Consules de consuetudine practicetur, si tamen illis obseruantia faueat, ea est prosequenda concessa assistentia Officialis Regii per Regium Criminale Concilium contra violantes Regiam Salvãguardiam, si verò res, seu factum, de quo agitur sit ciuile assistentiã iudex ciuilis elargitur. Ita Senatus in casu infra adducẽdo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Qua auctoritate aqueductum Cõsiliarii Ciuitatis Minoriſſæ visitarunt.*

2 *Quæstiones, lites, & strages in conseruatione illius aquæductus euenere.*

3 *Contentio exsucitata an causa esset ciuilis, vel criminalis.*

4 *Quando assistentia Officialis Regii sit concedenda per iudicem ciuilem, & quando pro criminalem, vbi de possessione rei hypotecatæ capienda. & num. 5.*

6 *Consiliarii Ciuitatem an possint incedere cum suis insignibus in alieno territorio.*

7 *Episcopi, & Abbates mitra decorantur extra suam Diœcesim, & vtuntur aliis insignibus, quæ pertinent ad ornatum, non verò illis, quæ pertinent ad iurisdictionem.*

8 *Possunt Episcopi in aliena Diœcesi*

cum insignibus Pontificalibus celebrare absque ordinarii licentia.

9 Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 5. de reformat *exponitur.*

10 *Ratio pronuper adductorum affertur.*

11 *Illatio ex prædictis.*

12 *Tituli, & dignitates in omnibus Regnis suis prærogatiuis perfrui debent.*

13 *Consiliarii Barcinonæ prætendunt eis specialiter indultum esse quod per totam Hispaniam cum insignibus Consularibus incedere valeant.*

14 *Minoriscensis Ciuitas hac prærogatiua ex consuetudine præscripta gaudet.*

15 *Regalia procedendi contra violantes Regiam Saluamguardiam Vicarriis Regiis est communicata.*

16 *Decisio dubii exsuscitati.*

17 *Competentia inter Reg. Audientiã, & Baiuliam generalem exorta refertur.*

18 *Baiulus generalis est iudex in prima instantia aquarum currentiũ priuatiuè ad quoscumque, & signanter ad Reg. Audientiam.*

19 *Contentiones inter Regiam Audientiam, & Baluliam generalem quomodo soleant tractari, & decidi.*

20 *Declaratio suæ Maiestatis.*

21 *Aquarum emanantium pluuiali tempore, è fundis priuatis cognitio ad Baiuliam generalem non pertinet.*

22 *Inferiores magistratus domum superioris ingredientes insignia deponere in portis apud veteres consueuerunt.*

MErebatur alma Minoriscensis Civitas in adductæ Regiæ provisionis executione præclarum profectò, & concelebrandum honorem, ac sortem: nam aquæductũ visitarunt Vibis illius Consiliarii authorante præsentia colẽdissimi, ac perspicui onduquaque viri, non semel in nostris elucubrationibus collaudati Admodum Reverendi D. Michaelis Ioannis de Taverner, & Rubì, tunc Iud. Reg. Cur. nunc autem meritissimi Regii Cancellarii. 1

Vtque noscas quantæ molis fuerat ad eum statum pervenire, sicque non mireris quotsum tanto fastu se gesserint in hocce actu Minoriscenses quæ Senatus præcesserint declarationem attendas, mitto armatas gentes, quæ aquæ usum surripientes plurics accesserant, nec extollam grave damnum, & ruinam magno aquæductui minantem, crebrosque clamores Civium decrementum passorum, rixas, dissidia, vulnera inde suborta, referam tantum dubium firmatũ, an causa esset civilis, vel criminalis. 2

Contentionẽ suscitarunt supplicatione oblata 17. Octobris 1670. Maria-Anna Martin vidua, domina loci, & castri de Balsareny, & Syndicus Vniversitatis Villæ de Cellent, in, & cum qua fuit firmatum dubium inter dictos Martin, 3

&

& Syndicum contra Consiliarios, & Civitatem Minoriſſæ, an ſcilicet cognitio cauſæ utrum dicti Cõſiliarii, & Vicarius Regius in forma magiſtratus, & iuriſdictionaliter cum inſigniis Conſularibus, & lictoribus poſſint viſitare Sequiam, qua ducitur aqua à flumine lupricati ad memoratam Civitatem, & ſic intrare terminos de Balſareny, de Cellent, & alios, & exercere iuriſdictionem contra quoſcumque, & an præexpreſſa Martin eſſet manutenenda in poſſeſſione, ſe quaſi exercendi omnimodã iuriſdictionem civilem, & criminalem privativè ad alios quoſcumque Officiales in præfato termino de Balſareny intentata in in Reg. Audiètia civili ad relationem Nobilis Ioſephi de Ferrer, y Vinyals Reg. Conſil. & an cognitio cauſæ utrum ſit danda aſſiſtentia ob periculum armorum Conſiliariis Civitatis Minoriſſæ ad viſitandam dictam Sequiam, & an procedi valeret cõtra damnificantes illam quaſi conſtitutam ſub Regia Salvaguardia inſtata pro parte eorundem Conſiliariorum ad relationem Magnifici Michaelis Ioannis de Taverner, & Rubì, tunc Iud. Reg. Cur. ſpectaret ad Reg. Audientiam civilem, an verò ad Reg. Concil. criminale, definita fuit hæc contentio, ut infra vibebis die 15. Decembris 1670. per Egregios Nobiles Senatores Don Ioſephum de Balaguer, Don Ioſephum de Ferrer, & Vinyals, Don Michaelem de Calderò, & Magnificum Michaelem Ioannem de Taverner, & Rubì.

Novum tibi non videatur colluctari, an aſſiſtentia Officialis Regii ſit concedenda per iudicem civilem, num verò per criminalẽ; nam millies iudex civilis illam impertitur, ut quotidie cõtingit quoties per partem in vim facultatis ſibi per debitorem in obligationis inſtrumento elargitæ capiẽdi poſſeſſionem rei hypothecatæ propria authoritate petitur abſque præiudicio iſtius facultatis ſibi cõcedi aſſiſtentiam alicuius Officialis Regii, ut urbaniùs, & ſine rixæ, & ſcandali timore procedatur, vide conceſſam Syndico Vniverſitatis loci de Darnius pro accipienda corporali poſſeſſione, ſeu quaſi decimarum omnium, quas Nobilis Ioſephus de Ardena, & Darnius reripere ſolebat in termino loci, & Baroniæ de Darnius Regia proviſione facto verbo facta per Nobilem Michaelem de Cortiada 7. Septembris 1662. Scriba Fabra, de hac materia conſulas Canc. *var.* 2. *cap.* 10. *num.* 47. & paſſim, ubi docet quod ſi quis ex pacto, vel aliàs habet facultatem aliquid faciendi propria auctoritate adeundo iudicem non poteſt poſtea variare, & relicta via iudiciaria redire ad exercendum ſuam facultatem, niſi eam ſibi reſervaverit, adde Ripoll *var. cap.* 12. *num.* 38. Vivium *deciſ.* 260. *num.* 3. 4

Ge-

5 Generaliter autem pro regula obſerves, quod ſi agatur de facto civili aſſiſtentiam Officialis Regii iudex civilis præbet, ſi autē de caſu criminali, vel de re ad gubernium pertinenti iudex criminalis; ad inſtar eorum, quæ de ſequeſtris eruimus *deciſ.* 8. *num.* 48. quando ſint providenda per Regium Criminale Concilium, & quando per Senatores Civiles, & ex illis quæ firmavimus *deciſ.* 42. hoc volumine œconomicam politicam poteſtatem Regio Criminali Concilio tribuentes.

6 Maior diſceptatio in eo verſabatur, an ſcilicet Regius Vicariis, & Conſiliarii cum ſuis reſpectivè inſignibus incedere poſſent per aliena territoria aquæductum viſitantes, & primùm reſpectu Cōſiliariorum expedita facultas illa innoteſcebat, etenim de iure communi licet vibium Conſulibus per alias Civitates, & Provincias tranſeuntibus inſignibus Conſularibus uti argument. text. in *l.* 1. *ff. de offic. Proconſul.*

7 Præterea Epiſcopi, & Abbates mitra decorantur extra ſuam Diœceſim; quia illa non eſt ſignum iuriſdictionis, ſed tantum dignitatis, & ſpectat ad ornatum, ut ex Duran. *lib.* 2. *de ritu Eccleſ. cap.* 9. *num.* 13. tenet Iul. Capon. *diſcept.* 390. *nu.* 14. *in fin. tom.* 5. probans ex eo quia Epiſcopi utuntur mitra coram ſūmo Pontifice, in cuius præſentia deponunt ſigna iuriſdictionis, & Cardinales deferunt rochetrum coopertum, quibus accedit diſpoſitio *cap. Abbates de priuileg. in* 6. unde aliud dicendum venit de baculo, quod iuriſdictionē denotat.

8 Quinimò ſatis probabiliter exiſtimant plures poſſe Epiſcopum in aliena Diœceſi cum inſignibus Pōtificialibus celebrare ſine licentia ordinarii loci Graff. *p.* 1. *deciſ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 9. Layman in Theolog. moral. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. & 5 *num.* 5. Henric. *in ſumma lib.* 3 *cap.* 6. *num.* 6. Bonacin. *diſput.* 3. *de ſacr. quæſt. vnic. punct.* 2. *num.* 3. Barboſa *de poteſt Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 30. & *p.* 3. *allegat.* 81. *num.* 14. & *tom.* 3. *in collectan lib.* 5. *tit.* 7. *in clement.* 2. *num.* 7. Thom. Hurtad. *in Theolog. moral. p.* 1. *tract.* 2. *cap.* 6 *reſolut.* 22. *num.* 239 Iul. Capon. pronuper laudatus *tom.* 5. *diſcept.* 390. *num.* 3. ubi contrarium defendētes recitat.

9 Vnde Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 5. *cap.* 5. *de reformat.* quatenus prohibet. Epiſcopis exercitium Pōtificialium in aliena Diœceſi abſque licentia Ordinarii iuxta Doctores proximè citatos non excludit uſum illorum, & valde diverſa ſunt uſus Pontificialium, ac ipſorum exercitium, nam hoc denotat uſum Pontificialium informatum aliquo actu iuriſdictionis, ſecus vero ſimplex uſus.

10 Ratio autem, qua moventur præallegati ſcribentes ea eſt, quoniam contrariam ſententiam tenentes

nentes non negant posse Episcopum absque Ordinarii licentia in aliena Dœcesi celebrare, fateri igitur coguntur quod celebrent, non ut simplices Sacerdotes, sed cũ insignibus splendorem illorum, ac auctoritatem, non verò iurisdictionem demonstrantibus.

11 Remanet ergo exploratũ, quod si insignia tantum designent honorem poterit quis illis uti in alieno territorio, si autem iurisdictionem, sive administrationem nefas erit absque speciali Superioris licentia, ita distinguit noster Iacob. Marquilles in *rusat. quoniam periniquum mihi 68. Vers. sed nunquid Episcopus*, & observat additionator ad Xammar *de priuileg. Ciuitat. Barcinonæ, §. 6. num. 14.*

12 Sic quoque Tituli, & dignitates Regales in omnibus Regnis debẽt frui eis prerogativis, & præeminentiis, quæ respectivè competunt in qualibet Provincia ex iure, consuetudine, & observantia, veluti Hispani Hispanicis, Itali Italicis, Galli Gallicis Mastrills *lib. 4. de magistrat. cap. 14. num. 50. & 57.* decisum referens contra Lanar. *cons. 80.* expendit Excellentissimus Vicecancellar. Don Christophor. Crespi *obser. 117. num. 32.* ad expositionem Regii diplomatis quo iussum fuit Præsidenti, & Administris Regię Cancellariæ Vallis Oleti quatenus Titulis Regni Aragonum, Valentiæ, & Principatu Cathaloniæ eundem concederent honorem, quem Titulis Castellæ præstabant.

Neque his obest Xammar præ- 13
adductus *de priuileg. Ciuit. Barcinon. §. 6. à nu. 21.* ubi ex Fontanella de pact. *cl. 3. gl. 1. nu. 9. tom. 1.* notat pro speciali prærogativa Civitatis Barcinonæ, quod eius Consiliarii incedant per totam Cathaloniam cum insignibus, & togis Consularibus, sumque Virgarius, & tubicine quodam præeunte, negans id licere Consulibus aliarum Civitatum, & Villarum, & in contradictorio iudicio obtinuisse recitat hanc celeberrimam urbem imò per totam Hispaniam, & in Curia Regia ab huiusmodi prærogativa non fuisse excluſam.

Nam tametsi quoad alias Civi- 14
tates consuetudo introduxerit earũ Consules non uti insignibus extra suum territorium, at verò nostra Minoriſſensis, ut super ùs retulimus aliud ex observantia, & consuetudine præscripta obtinuit, non quidem generaliter, sed in actu visitationis præfati aquæductus, & consequenter in nihilo ex adverso allegata officiunt.

Minus faceſſit comitatus Vica- 15
rii Regii in terris Baronum, cum enim sint recipiendę informationes pro damno illato aquæductui in prejudicium Regię Salvęguardiæ, cuius ratione proceditur pro Regaliam, ut prælibavimus & ea est cõmunicata Vicariis Regis, ut probat Regens Cortiada *dec. 10. num. 178.*

178. ex Marquilles *in vſat. ſimili modo Verſ. quæro* 14. *fol.* 182. *pag.* 2. *vol.* 2. & in Vſat. *hoc quod turis eſt ſanctorum Verſ. octaua Regalia*, Oliba Fontanella, & aliis, & ideò nihil mirum conſuetudinem præſcriptam introduxiſſe Vicarium Regium citra illorum iuriſdictionis præiudicium cum Conſiliariis Minoriſſę prædictam viſitationem faciendo in terris Baronum concurrere.

16 De concordia inita cũ Admodũ Reverẽdo in Chriſto Patre Epiſcopo Vicen. opus non erit loqui cũ in Regia proviſione aſſiſtentiæ antecedenti deciſione tranſcripta eam obſervari fuerit iniunctum, quamobrem meritò per ſupra expreſſos eruditiſſimos Regios Senatores ſub relato die 15. Decembris 1670. fuit deciſum quod unuſquiſque Relator procederet in ſua cauſa, & quod una per aliam non impediretur, propterea que deinceps de meritis aſſiſtentiæ peractũ fuit, ut perſpexiſti.

17 Et quia hanc, & præcedentes deciſiones de aquarum contentionibus eructavimus libet referre ortã inter Regium Conciliũ, ſive Reg. Audientiam civilem, & Regium Concilium Baiuliæ gen. Cathaloniæ circa cauſam, quam Syndicus Villæ Tarregæ introduxit in Reg. Audientia contra Vniverſitatem Villæ de Angleſola ſuper uſu quarundam aquarum, quæ derivatæ per aquæductus deſerviebant pro irrigandis terris terminorum earundem Villarum; quam cauſam, & partes remitti ad Baiuliam generalem per illius Conſiſtorium verbo, ut moris eſt, inſtabatur.

18 Fundamentum erat; quia Baiulus generalis, & eius Conſiſtorium cognoſcit in Cathalonia, & eſt iudex in prima inſtantia aquarum currentium privativè ad quoſcũque, & ſignanter ad Reg. Audientiam; ita ut ad eam evocari non poſſint ſub quacumque qualitate, ſeu prætextu huiuſmodi cauſæ aquarum ex Regia Pragmat. Sereniſſimi Domini Philippi 3. Dat. en el Pardo 5. Novemdris 1617. alia Reg. Pragmat. Sereniſſimi Regis Philippi 4. (ſyderea nunc ſede regnantis) data Matriti 11. Iulii 1630. prout referunt Ripoll *de regal cap.* 13. *à num.* 74. & *var. cap.* 1. *num.* 547. Boſch dsls titols de honor *lib.* 2. *cap.* 36. §. 30. *verſ. y totas las cauſas* Cortiada *deciſ.* 10. *num.* 154. & punctim de aquis Marquilles ſuper *Vſat. ſtratæ fol.* 207. *colum.* 4. & 5. Mieres ſuper *Conſtitut. Cathal. volum.* 2. *Cur. Barcinonæ Petri* 2. *cap.* 47. *num.* 6. *pag.* 60. Canc. *var. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 304. & 305.

19 Solent cõtentiones iſtæ hoc modo tractari, mittitur Procurator Fiſcalis, aut alius Officialis Baiul. gen. ad Relatorem cauſæ in Reg. Audientia Civili, & petunt ab eo proceſſum illius, utpote pertinentis ad Reg. Concil. Baiul. gen. Relator reſpondere aſſuevit, quod nego-

negotium tractabit in Aula, & de eius sensu notitiam dabit, prout ita adimplet, & si res clara videatur causa, & partes ad Baiul. gen. remittuntur, sin autem se confert unus ex Assessoribus dictæ Baiuliæ cum Relatore Consiliario R. Aud. Civilis in domo istius, & inter eos de competentia agitur, super qua si concordent id executioni demandatur, si autem discordent unusquisque ex illis interponit consultationem suæ Regiæ Maiestati, nimirum Regia Audientia, & Baiulia Generalis, & habita resolutione à Domino nostro Rege illi contendentes acquiescunt.

20 Hæc praxis observata fuit in memorata competentia, & Dominus noster Rex sua Regia Epistola per Sacrum, Regium, Supremum Aragonum Concilium expedita Matriti 12. Decembris 1692. declaravit cognitionem prælibatæ causę ad Baiuliam Generalem pertinere, & spectare eo motivo; quia ex his, quæ per Reg. Audientiam deducebantur patebat, aquas, de quibus lis erat non dimanare ex ipsismet prædiis, quæ fœcundant, & irrigant, sed derivari ex montibus de Monmaneu, è quibus tempore complurium pluviarum descendebant.

Vndè ediscis mentem Regiam 21
eam fuisse aquarum emanantium pluviali tempore è fundis privatis, cum istæ non sint perennes, & currentes non spectare cognitionem Baiuliæ generali, & ita intelligendos venire Doctores allatos *nu.* 18.

Denique in hac insignium ma- 22
teria prætereundum non erit quòd inferiores magistratus domus superiorum ingredientes insignia deponere consueverunt in portis, veluti antiquis enarratis historiis, probant Bovadilla *in Politic. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 18. Mastril. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 20. *&* 21. Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 52. Villadiego *in Politic. cap.* 5. *num.* 21. cum quibus resolves articulum, an Officiales, & magistratus inferiores insignia, & baculum erectum intrando domum Baronis, vel superioris deferre possint.

DECISIO LXV.

DE PROBATIONE RESISTENTIÆ AD PLECTENDVM RESISTENTES, & ad liberandum, siuè puniendum Officiales vulnerantes, vel occidentes.

RESISTENTIA impunè fiet Algutziriis Regiis si noti non sint in loco ubi capturas, vel executiones ad effectum redigere peroptant, & insignia sui offici non deferant, vel mandatum à suo

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſuperiore præſtitum non oſtendant, aut ſaltem clauſulas quibus eorum nomen, & ſubſcriptio committentis deſignetur, at ſi cognitus fuerit, licet de commiſſione non doceat, nec inſignia afferat punietur reſiſtens. Reſiſtentia non committitur per ſolam fugam, niſi cum armis contigiſſe probetur, & tunc Officialis moderamen inculpatæ tutelæ ſervare adſtringitur, pro hiſque, ac aliis proceſſum ordinarii ante evocationem cauſæ adſtructum inquiſitus petere valet, quantumvis eo Fiſcus iuvari nolit, ſi autem Officialis reum captum non reſiſtentem interficiat homicida proditorius efficitur, utque talis pœna afficitur. Ita Deciſiones infra referandæ.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Officialis, ſive Birruarius qui executionem realem, vel perſonalem contra aliquem vult exercere debet ei patefacere mandatū in ſcriptis regulariter.*

2 *Limita quando captura fit in flagrantia delicti; quia tunc cuilibet priuato fas erit capere.*

3 *Oſtendendum eſt mandatum de capiendo poſt factam capturam, vel executionem, non antea.*

4 *De praxi noſtri Regii Concilii circa prædicta.*

5 *Reſiſtentia facta Officialibus punitur, niſi manifeſtè appareat de eorum exceſſu.*

6 *Intellige ſi Officialis, ſeu Alguzirius deferat inſignia, ſeu baculum Regium, aliàs enim ei reſiſti poſſet, niſi eſſet notus.*

7 *Si deferant ſatellites inſignia ſui officii, & incogniti non ſint in loco vbi captura, ſive executio facienda fuerit non licet eis reſiſtere, ſi iniuſtitia non reſultet ex ipſa facti euidentia, & adhuc magiſtratibus ſuperioribus, etiam cum iniuſtè læſerint reſiſti non debet.*

8 *Vera concluſio, & epilogus ſuperiùs traditorum.*

9 *In terminis iuris communis Officialis Regius poteſt in locis Baronum litteras Regias exequi, & perſonarum capturam facere abſque repreſentatione coram Domino loci.*

10 *Contrarium tenentes producuntur, & quomodo accipiendi num. 11. vbi de praxi Regni Aragoniæ.*

12 *Quid de iure Caſtellæ ſit obſeruandum, & num. 13.*

14 *Reus quem capere Officialis vult non reſiſtat, ſed fugiat abſque armis, occidi, nec vulnerari valet. Idem dic de ſe eximente à manibus iuſtitiæ citra vllam armorum, aut aliam acrem violentiā. Non extante maleficio pœna non irrogatur.*

15 *Interpretatione donantur Giurba, & Regens Cortiada hic adducti, & de-*

& decisiones ab isto allatæ.

16 *Fugiens cum armis præsertim ignominiosis vulnerari, vel occidi à satellitibus potest.*

17 *Moderamen inculpatæ tutelæ servare debent satellites reum capere volentes, & qualiter, & de excessu illorum punitione.*

18 *Officialis occidens reum captum non resistentem homicida proditorius est, & ecclesiæ immunitate non gaudet.*

Affertur casus de bannito capto, & postea per familiam occiso de mandato Officialis.

19 *Assistere negligentes iudici, apparitori, seu alii Officiali aclamantibus assistentiam pœna extraordinaria puniuntur.*

Amplia quod quando dominus, vel Officialis alicuius Vniuersitatis offenditur, si non resistunt, & defendere negligunt ciues tenetur Vniuersitas etiam nulla præcedente deliberatione, & congregatione Concilii, & ibidem de punitione Vniuersitatum, etsi non præcesserit Cõcilii conuocatio.

20 *Reus ab ecclesia egrediẽs per suggestionem blandis verbis, seu dolosis persuasionibus gaudet illius immunitate.*

21 *An Officiali asserenti reum extra locum sacrum fuisse captum credatur.*

22 *Obtruncari depositiones testium in substantialibus, & tendentibus in reorum defensam turpissimum est scelus.*

23 *Quando contentione pendẽte reus petat sibi edi processum ante euocationem causæ coram Ordinario cõditum locum habet editio licet Fiscus illo se iuuare nolit.*

24 *Sententia lata ex processu non integro irrita redditur.*

25 *Decisio Reuerendi Cancellarii ad institutum.*

SÆpe accidit Regios Algutzinos cum debitis instructionibus mitti ad fontes capiendos in locis Regiis, vel Baronum, & quando capturas exequi intendunt per Officiales ordinarios requiri quatenus instructionem, seu mandatum de capiendo ostendant per regulã sat notam quod Officialis, seu Birruarius, qui executionem realem, vel personalem contra aliquẽ vult exercere debet ei patefacere mandatum in scriptis *l. prohibitã* 5. & ibi Bartol. *in summario Cod. de iur. Fisc. lib.* 10. Boer. *decis.* 170. *sub nu.* 2. *par* 1. Clar. *in pract. §. fin. quæst.* 28. *Vers dictum est, & quæst.* 29. *in princip.* Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 1. Carena *de Offic. Sanct. Inquis. par.* 3. *tit.* 2. *num.* 33. cum aliis allegatis per Conciol. *resolut. crimin.* 2. *verbo Birruarius num.* 1. quibus addas Sanchez *lib.* 3. *consil. cap. vnic. dub.* 28. Paris. de Puteo, & Corsettum quos refert, & sequitur Azebedo textus allegans *lib.* 4. *Recopilat. tit.* 23. *l.* 7. *num.* 4. & 5. ubi affert se defendisse nonnullos, qui non occurrerũt voci cuiusdam Alguacelli pro parte

1

Regis auxilium postulantis dum debitorem quendam capere vellet, & debitor resistebat ei, quia mãdatum ad ipsum capiendum non demonstrabat.

2 Limitant autem nuper allegati Doctores præallatam conclusionẽ ut non habeat locum in casibus, in quibus birruariis licet delinquentes, & reos capere propria authoritate, ut putà quando inveniantur cum armis, vel in flagranti crimine, vel in contraventione bannimentorum, & aliis similibus; nam tunc cuilibet privato fas erit capere, & iudici præsentare, expressim Farinac. *quæst.* 21. *nu.* 140. *& quæst.* 27 *ex num.* 27. & *num.* 125. *& num.* 76. ubi de clerico, *& cons.* 55. *num.* 77. & quasi per tot. ubi *num.* 89. agit quid si privatis capere volentibus aliquem fiat resistentia Canc. *var. par.* 2. *cap.* 10. *ex num.* 11. *&* 65. ubi de debitore fugitivo, quem vide ad omnium casuum capturæ propria authoritate faciendæ enucleationem, Farinac. *quæst.* 27. *num.* 23. Bolanus *in Cur. Philippic.* 3. *par.* §. *prision num.* 2. Azeved. *lib.* 4. *tit.* 4. *ex num.* 4.

3 Declarat etiam Conciolus cum Guazzino *defens.* 5. *cap.* 4. *nu.* 8. post Cavalc. *de Brach. Reg. par.* 1. *num.* 44. *& num.* 224. quod birruarii teneantur ostendere mandatum de capiẽdo delinquente, vel de exequendo post capturam, vel post factam executionem, ne alias reus instruatur ad fugam.

4 Nostri Regii Concilii praxis induxit, quod si Algutzirii assistentiam petant Ordinariis locorum ut absque resistentiæ, & scandali periculo reos capere valeant, & instentur ut de mandato, seu instructione doceãt, demonstrent dumtaxat clausulam, in qua eorum nomen continetur, & subscriptionẽ, seu firmam superioris à quo mandatum emanavit, non autem contenta in tali instructione.

5 At verò nõ indè autumes quod si instructionem non ostenderint liceat eis impunè resistere, cum, ut præiecimus, ante capturam minimè ad id teneantur, & post illam resistentiam non esse licitam, imò plectendam, nisi manifestè appareat de excessu, & violentia executorum, optimè cum suo Senatu definierit Thesaur. *decis.* 195. *num.* 3. *& ibi addentes litt. A.* quicquid alii reluctent prout annotavi *decis.* 4. *num.* 20. pro sequitur in casu satis observabili Ripoll *var. cap. vlt. à num.* 556.

6 Quæ intelligas si Birruarius, seu Algutzirius deferant baculum Regium à Regiis Officialibus gestari assuetum, prout ferre tenetur, ut ab aliis decernatur, ita textibus, & authoribus glomeratis Giurba *cons.* 29. *num.* 23. Bovadilla *in Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 50. qui etiam ad eum finem admonet deferenda esse insignia, seu baculum ut resistentia eviteur, & post eos Regens Calderò *decis.* 4. *num.* 5. ex eisdem scriptoribus recitando quod propterea te-

nentur

nentur satellites ut cognoscantur clamare vocem Regis appellitantes, adde Portoles *ad Molin.* §. *resistentia num.* 11. tenentem Officiali noto etiamsi insignia nō portet resisti non posse,& *nu.* 10.idem Molina ita demum resistentiam impunibilem arbitratur si Officialis aliquid exequitur non facta repręsentatione incognitusque esset, & insignia sui officii palam, & publicè non deferret.

7 Quapropter si defferant satellites,seu birruarii insignia sui officii, vel incogniti non sint in loco ubi captura, seu executio facienda fuerit, aut facta extiterit, veluti si publicè sciatur huiusmodi Officiales ad tale ministerium esse destinatos nō licet eis resistere,etiam deficiēte mandato,neque velle processum examinare, si iniustitia non resultet ex ipsa facti evidentia, & adhuc fortius superioribus adstipulatur Solorzan. *de iur. Indiar.tom.*2.*lib.*4. *cap.*9.*num.*48. *& seqq.* firmans magistratibus superioribus etiam cum iniustè læserint,aut processerint resisti non debere.

8 Meam nunc iuxta allata Doctorum placita elimabo sententiā, nimirum Officialem incognitum teneri ut ad executionem deveniat gestare baculum, seu insignia sui officii,aliter ipsi impunè resisti posse,non autē eo solo prætextu quod mandatum non ostendit extante periculo fugę rei, quo cessante adstrictum esse illud edere non inficior, vel saltem clausulam in qua eius nomen continetur, & ubi ordo ei dirigitur,& firmam,seu subscriptionem superioris, at si Officialis sit in loco notus ei resisti nefas erit etiam post capturam, tametsi de mandato non doceat, & insignia, seu baculum non deferat, verum est quod ad exercitium sui officii illum devenire absque insigniis semper coërcione dignum censerem.

In terminis iuris communis Officialem Regium posse in locis Baronum litteras Regias executioni demandare,& bonorum executionem, & personarum capturam facere absque eo quòd teneatur se repręsentare coram Officiali domini loci,& ei insignia sui officii, & litteras executorias ostendere defendunt Guido Papæ *decis.*346. *num.* 1.& ibi addentes Futher.*in ritib ind. cap.*9.*fol.*31.*colum.*2.citati per Boer. *decis.*8 *per tot.*& maximè *nu.*6.Cassan.*rubr. des iustices verb.*Ædrois *dis celles num.*107.*Vers. numquid fol.*81. *& rubr.*1.§.7. in verbo *la mende de simple recousse nu.*25.*&* 29.*fol.*300. Avendaño *de exeq.lib.*1.*cap* 11.*nu.* 8*fol.*81.Foller.*in pract. tit. fiat relatio nuntii num.*17.*fol.*51. 9

Fateor non deesse qui tuentur iuxta iuris terminos veriorem opinionem existimari istos executores non posse, nec debere in locis Baronis litteras Regias exequi,nisi eorum repręsentatio coram domino loci,vel ipsius Officiali præcesserit, 10

ferit,& notificatio litterarum executorialium, & huic sensui adhærent Ioann. de Plat. Bartol. & alii laudati per Portoles *ad Molin. d. §.resistentia num.5.qui num.6.* testatur in Regno Aragoniæ receptissimam esse posteriorem hanc sententiam: ita ut nullus executor valeat in locis dominorum ad executionem accedere nisi primitus cum veste, & fascibus, sive maça, & insigniis sui officii coram Iudice loci se repræsentaverit, ipsique litteras ostenderit, aliter puniretur tamquam Officialis in suo officio delinquens.

11 Doctores autem citati *num.* 7. exploratum stabiliunt Officialem, seu executorem Regium in loco Regio, si cognitus ibi sit, vel cum insigniis incedat posse loci ordinario irrequisito, & absque eius assistentia ad executionem procedere, nec illi tunc impune resisti.

12 Pareja *de instrumentor.edit.tit.* 2. *resolut.* 5. *à num.* 67. asserit iudices delegatos,à Rege,& eius Conciliis creatos excusari ab editione litterarum delegationis iudicibus, & Conciliis dominorum Regni Castellæ, vulgo *en los lugares de Señores*, tunc enim non dubitat iurisdictionem exercere posse litteris nõdum ostensis ex Guidone Papæ,& Boerio supra citatis, quibus addit de Regnis Hispaniarum loquentes. Azevedo *in l.* 3. *num.*5. *tit.*5. *lib.*3. recopilatio. Bovadilla *in Politic.lib.* 2. *cap.* 20. *num.*28. & Alphonsum Narbona aientem utilius esse ad evitandum scandalũ etiam in terris Dominorum,seu Baronum cõmissionis litteras ostẽdere,nec dissentit Bovadilla *in Polit. d. l.*2. *cap.* 20.*num.*28. nisi qualitas,& secretũ negotii repugnaret.

Sed hæc de urbanitate potius 13
quam de iure procedere putat Pareja rationem subiungẽs, quia prohibitio facta iudicibus delegatis,& præceptum impositum ordinariis per *leg.*33.*tit.*6.*lib.*3. *Recopil.* & *per l.*60. *tit.*4. *lib.*2. tantum se extendit ad Civitates, Villas, & oppida iurisdictioni Regis subiecta, non verò ad alia terratum Dominorum;quapropter non ambigit,quod licet iurisdictione utantur, nec eis resisti valet, nec incarcerari poterunt, & iudices Dominorum hac de causa graviter punitos contrariũ tentantes attestatur,posse tamen resisti,& adhuc rumpi baculum ob usurpatam iurisdictionem annotat Bovadilla (aliud postea sentiens quando Officialis Regius iurisdictionẽ exercet in terris Baronũ)*d.l.*2.*cap.*20.*n.* 24. tametsi negotiũ esset secretũ, præterquam si foret contra Ministrum Officialis, vulgo *Corregidor*, vel comensalem suum, aut populi dominũ, aut specialis ordo datus foret Commissario de non edenda delegatione, aut commissione,videre Bovadilla non omittas quippe quamplurima peragit de Commissariis observatu digna.

Hæc de ulciscinda resistentia 14

Of-

Officialibus facta, sed non præter eundum quam isti ultionem mereantur, quando delinquentē occidunt, in eo equidē articulo aliqui distinguendi erunt casus, ante capturā, si reus auditis Officialis vocibus ut detineatur ex iussu Domini Regis, vel iustitiæ non resistat, sed fugiat absque armis, vulnerari, minusque occidi nequit Bovadilla *in polit. lib. 1. cap. 13. num. 131.* ubi amplius vult se eximens à manibus Algutzirii citra ullam armorum violentiam, aut aliam acrem, & duram, seu damnosam, & fugientem non dici resistere, Guazzin. *defens. reor. 5. cap. 4. num. 2.* docet quod si resistentia consistit in sola fuga antequam fuerit inquisitus à satellibus captus nulla pœna puniatur, tam de iure, quam consuetudine, cū illa non habeat propriū nomen resistentiæ, si fiat sine armis, & propugnatione, punctim Farinac. *in prax crim. q. 32. num. 44.* ex eo permotus quia si non licet satellitibus capiēdum vulnerare, aut occidere, nisi is resistendo se telo defendat, aut manualis actus, seu valida resistentia, & propugnatio interveniat, ut firmat verior, & communior interpretum Schola *ad l. ex consensu, §. eum qui ff. de appellat. & in l. fin. Cod. de exhibend. reis* consequēs erit fugientem quando capi intenditur absque armis, & nulla propugnatione lædi nō posse ex vulgato proloquio pœnam non irrogari, ubi maleficium non adest, ut passim eruimus, & abundè *decis. 36.* adde Sabellum in summa *verbo dolus num. 5.*

Et ita intelligendi erunt Giurba, & ab ipso allegati *cons. 29. num. 18. & seq.* volentes eos, qui occidunt, aut vulnerant resistentem se iustè capi non puniri, procedere namque hæc assertio poterit si capiendus vim gravem inferat se defendendo, & licet ibidem videatur Giurba tentire idem dicendum esse si reus non se defenderet, sed fugiendo prehendi recuset, in hoc tamen nō erit sequendus, sicut amplectenda non venit opinio affirmantium eximentem se à manibus iustitiæ sine armis, & propugnatione tam in actu capturæ, quā post capturā pœnæ subiacere, quorum nonnullos refert Regens Cortiada *decis. 83. num. 19.* verūtamen observa in decisionibus quas memorat nostri Regii Criminalis Cōcilii fuisse omnes fontes de valida resistentia delatos. 15

Non diffiteor quod quādo reus cum armis fugit præsertim tormētis manualibus, sive ignivomis possit à Ministris iustitiæ vulnerari, vel occidi, ut ex Peregrin. *cons. 107. num. 14. & cons. 28 num. 20.* depromit Giurba præcitatus satis esse terrorem armorum proferens ut illata vis sit iuxta *l. 3. ff. de vi armata*, non enim expectare debent satellites noxam eis fieri, sed præcavere ne inferatur. 16

Moderamen inculpatæ tutelæ esse 17

esse servandum per Officiales ad capiendum reum accedentes concorditer advertunt Doctores adeo quod attendere debeant an captura absque periculo vulneris, aut mortis exequi valeat, eo namque cessante de excessu tenētur, & pro modo illius extraordinariè plectūtur Caball. *cas.* 132. *num.* 4. *& seqq.* Guazzio. *defens. reor.* 5. *cap.* 4 *num.* 1. Fragoso *de Regim. Reipubl. Christ. p.* 1. *lib.* 5. *disput.* 13. §. 12. *nu.* 333. & ex his Romaguera *ad Conciol. lib.* 4. *cap.* 65. *num.* 4. Bovadilla *in politic. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 129. ubi attingit casum Algutzirii ordinantis quod capiendus occidatur, vel proiiciatur iactus in ipsum, & monet ut à similibus mandatis se abstineant; nam non tuti, ut ait, evadent probatione per illos non facta de inevitabili damno dato, seu vulnere, aut cæde rei subsequutis, eosque inspicere pariter debere admonet qualitatem sceleris, nam si leve sit non licebit vulnus iniicere, tunc enim congruentius erit à captura desistere quam lædere.

18 Sed si reus per satellites captus fuerit, & nō resistat, Officialis eum occidens homicidiū proditorium committit, & ecclesiæ immunitate non perfruitur, ut cum Felino Bartolo, Bossio, Farinacio, Carrasco, Thoto, Sanfelicio, & aliis concludit Regens Cortiada *decis.* 96. *num.* 26. & post eum Regens Calderò *decis.* 65. *num.* 31. ubi meminit de casu ad mei relationem decisso, quo inquisitus de auxilio cooperativo præstito in homicidio cuiusdam rei capti fuit condemnatus ad triremes in perpetuum, eo spectato quod de tractatu diurno, nec repentino constabat, & quod erat de comitiva Officialis, & ei assistendo ab initio operam dederat rei licitę, ad quæ repete à me exarata *decis.* 36. nec etenim ullam præcavendi causam haber, qui ab Officiali detinetur, nec timere poterat dum carceratus erat, & ita sub Regia protectione constituturus Portoles *de competent. q.* 7. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 4. *n.* 65. Giurba cū aliis *cons.* 20. *num.* 8. plures penes Sanfelic. *lib.* 2. *decis.* 249. ubi de bannito capto, & postmodum per familiā occiso de mandato Officialis, & refert propter indicia urgentia quod mandaverat ad instantiam uxoris interfecti fuit Officialis rortus ad sciendum hanc veritatem cū protestatione citra præiudicium probatorum, & non confessus, convictus tamen de mandato, & ordine dato familię fuit deportatus in Insulam; si bannitus autem non fuisset reus ille captus proculdubio Officialis ultimi supplicii luisset pœnam per tradita ab authoribus laudatis, quibus coniūgendi Franc. Marc. *decis.* 750. *n.* 4. & *decis.* 770. *p.* 1. & *decis.* 550. *num.* 1. *p.* 2. Camill. Borrell. *de magistratib. lib.* 3. *cap.* 6. *num. fin.* Grammatic. *decis.* 41. Boer. *decis.* 170. Muta *decis.* 7. Camill. de Ratha *cons.* 110. Paschal. *de iu-*

rib.

rib. patr. potest. par. 3. cap. 4. num. 40. Sabellus *in summa §. captura num. 5. & §. bannitus.*

19 Cum his quas pollicitus fueram *decis. 37. num. 1.* pertractationes implevi, sed priusquam nunc susceptam derelinquam non præteribo, quod non succurrentes, seu assistere negligentes Iudici, Alguacello, apparitori, seu alii Officiali acclamantibus assistentiam ob resistentiam delinquentis capiendi, & etiã intereſſentes puniuntur pœna extraordinaria, Fragoso *de Regimin. Reipubl. Christian. par. 1. lib. 5. disput. 13. §. 12. num. 339.* Pegàs *ad ordin. Regni Portugall. tom. 6. tit. 73. §. 5. gl. 7. num. 3. ad lib. 1.* Sed amplius, & notatu dignum scias, quod quando dominus, vel Officialis alicuius Civitatis offenditur, si non resistunt, & defendere negligunt cives tenetur Vniversitas etiam nulla præcedente deliberatione, & congregatione concilii Magon. *decis. Lucen. 72. num. 18.* cum plurib. Farinac. *quæst. 24. nu. 132.* & ex his Ramon *cons. 51. nu. 11.* ubi etiam quod in delictis successivis si alicuius Vniversitatis homines successivè, & continuativè delinquant indubiũ esse teneri nedum singulares personas ea scelera patrantes, sed etiã Vniversitatem ipsam, tametsi non præcesserit Concilii convocatio, seu congregatio, Doctorũque gravium authoritate conclusionem hanc communiit Ramon, quæ à nobis præfinita *decis. 39. num. 13.* pariter confirmant.

Redeundo ad Officiales iustitiæ 20
curent apprimè non violare immunitatem ecclesiæ reos decipiendo inductione prævia blandis verbis emissa, seu dolosis persuasionibus, precibus, & malis artibus egrediendi ab ecclesia, siquidem omisso, quod talis reus gaudet immunitate ecclesiæ ad effectum ut illi restituatur, Cortiada *decis. 24. nu. 114 & decis. 77. num. 4.* post Fontanella *decis. 339.* coercendus erit Minister similibus suggestionibus utens ex firmatis *decis. 27. num. 59.*

Detestabilius esset, prout ali- 21
quos pravos Officiales aliquando machinasse vidi, si cùm capturam in loco sacro fecerint processum fabricent quo eis assistentes deponant extra talem locum delinquẽtem fuisse captum, de quo puncto latè laudati per Regentem Cortiada *decis. 21. à num. 134.*

Obtruncati depositiones testiũ 22
in substantialibus, & tendentibus in defensionem reorum, vel ad eos privandum immunitate ecclesiæ, vel ut acrius puniantur, turpissimũ crimen esse non minus Alguzirii processus condentes noscant, & ob hanc obscænam falsitatem severè esse vindicandos, quibus adde per nos discussa *decis. 1. à num. 32.* & *decis. 28. num. 31.* & magis ad intentum *decis. 31. num. 25.*

Æquanimus est conatus iudicis 23
in perquirendo scelesti immanitatem, ac eius minorem culpam, aut innocentiam, ut sæpissimè in hoc

opere admonuimus, quamobrem tametsi non teneatur Fiscus, si velit, se invare processu facto per ordinarium ubi eum videat non rectè adstructum, ut habetur *decis.* 1. *nu.* 34. fallit tamen hæc conclusio quãdo reus contentione immunitatis per ipsum firmata petit per Fiscum edi processum in curia ordinarii ante evocationem causæ compactum, nec enim reo obest per Fiscum prætendi solum esse producẽdum in causa contentionis processum publicatum quo rei punitionem instat, non alium quem publicari neutiquam petiit, nec eo uti voluit, ex trita doctrina processum criminalem adhuc non publicatum minimè communicari, nec eius copiam concedi Cortiada *decis.* 21. *num.* 144. decisionem referens iunctis tribus aulis emanatam in causa immunitatis ecclesiæ, siquidem procedimenta facta per iudicem competentem impetiti eo tempore, quo causa nondum erat ad Regium Criminale Concilium evocata indubitanter sunt, & reputari debent uti de actis causæ criminalis, & reo petente danda est, imo negari nequit copia omnium actorum, etiam eorum quibus Fiscus uti nolit, & iustum, rationique consonum dignoscitur contentionis causam super immu-
24 nitate ecclesiastica visis, ac attentis omnibus actis processus, & inquisitionis criminalis declarari ad tradita per Doctores de sententia lata in processu non integro.

Quare Fontanella *decis.* 129. *à num.* 16. meritò reprobat Cavalcanum, & alios asserentes iudicem non teneri dare reo copiam testium, & iurium quibus Fiscus uti non vult, & ante eum strenuè impugnavit Guazzin. *defens.* 24. *cap.* 1. 2. *&* 3. & talia procedimenta esse de actis causæ, & sic eorum concedendam copiam contrarium sentientibus explosis perdoctè Farinac. *q.* 39. *à num.* 154. ad tex. in *l.* 1. *§. edenda sunt omnia, ff. de edendo*, & disputato articulo iudicatum in nostro Senatu fuisse attestatur ibidem Fontanella, & multum reo profuisse videre informationem per Ordinarium factam, quia illam postea pro se produxit, & propter in ea probata leviori, & valdè minori pœna punitus extitit, pro atroci delicto, pro quo aliàs acrius fuisset animadversus. Pariformiter fuit ita decisum per Reverendum Cancellarium Taverner, & Rubì 16. Maii 1693. in causa contentionis immunitatis ecclesiasticæ allegatæ per Ludovicum N. legum studentem oriundum Villæ de Salàs Vrgellen. Diœcesis addendo insuper reponendas esse partes, & causam in statu, in quo erant die 29. Ianuarii tunc proximè dimissi, Consultoribus Nobilibus Don Iosepho de Balaguer, D. Hieronymo de Magarola, Don Christophoro de Potau, Don Iosepho de Pastor, & Mora, Don 25

Fran-

Franciſco de Rius, & Bruniquer, ac Magnifico Vincentio de Sabater. Actuario Ioſepho Mas.

DECISIO LXVI.

DE PROBATIONE IMPVNITATIS EXISTENTI intra, vel extra eccleſiam promiſſæ.

PROMISSA impunitas reo ab eccleſia egredienti ſervari debet, ſi illius immunitate iuvabatur, ſecus ſi non gaudebat, nec immunitas ſuffragatur voluntariè, è loco ſacro exeunti. Sic etiam ſi probetur prævia promiſſione impunitatis reum confeſſum fuiſſe ex tali confeſſione non condemnabitur, niſi ratam poſtea habuerit, ſed non opitulatur impunitas ab eo elargita cui gratiam criminis cõcedendi facultas non competit. Ita Deciſiones proximè recitandæ.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Si reus qui ad eccleſiam confugit eius immunitate gaudebat, tunc impunitas ipſi data ſeruari debet, ſecus ſi tale ſit crimen quod propter illud ab eccleſia extrahi valeat, & num. 2. Doctores contrariã opinionem tenentes referuntur.*

3 *Deciſio in cauſa contentionis immunitatis prolata ad intentum.*

4 *Voluntariè exiens ab eccleſia nequit eius allegare immunitatem.*

5 *Conſtit. 3. Tit. de Not. y Eſcrivans &c. illuſtrata.*

6 *Falſa rei defenſio in cauſa deciſionis narratur.*

7 *Si propter impunitatem criminis reus confeſſus fuerit non poteſt ex tali confeſſione ſequi condemnatio.*

8 *Limita ſi reus eandem confeſſionem expreſsè ratificet, eo namque caſu pœna ordinaria puniendus venit.*

9 *Si ratificatio confeſſionis tacita tãtum fuerit extraordinariè ſolummodo inquiſitus animaduertitur, niſi concurrant indicia, coniecturæ, & adminicula.*

10 *Vitæ incolumitas promiſſa pagano per Prafectum generalem exercitus, & num. 11. Senatus deciſio.*

12 *Quando promiſit impunitatem iudex qui nequit delicti gratiã concedere poteſt non obſtante promiſſione condemnare reum, ſed abſtineat ab his quæ adimplendi facultate caret.*

13 *Capitaneus generalis exercitus nõ valet pagano indulgere, vel re-*

missionem concedere præterquam in casibus belli hic exemplificatis.

1 QVæstiones à pleriſq; Doctoribus diſputatę reperiuntur de fide promiſſa reo ſervanda, vel infringenda circa immunitatẽ eccleſiæ, aut reſtitutionem ei faciendam, ac delicti impunitatem, quoad primum articulum diſtinctio communiter amplexa traditur, nimirum ſi reus, qui ad eccleſiã confugit eius immunitate gaudebat, ab illaque non poterat iure extrahi, tunc impunitatis fides ipſi data à Iudice omninò eſt ſervanda, ſecus ſi tale ſit facinus, quod non tueatur eccleſia, ab illaque extrahi valeat, eo namque caſu impunitatem promittere non poſſe Iudicẽ, & promittendo peccaſſe, & fidei datæ non eſſe obnoxium, eaque non obſtante punire reum pœna condigna poſſe docent poſt antiquiores, Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 12. num. 7.* notabilem concordiam, diſtinctionemque iſtam memorans Farinac. *quæſt. 81. num. 282.* Bovadilla *in Polit. lib. 3. cap. 13. num. 17.* Azevedo *in l. 3. tit. 2. lib. 1. nou. Reg. collect. n. 13.* Tiber. Decian. *tract. crimin. tom. 2. lib. 3. cap. 30. num. 12.* Thomas Sanchez *conſil. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 12. num. 1. & 2.* Petrus à Ledeſma *in ſumma 2. p. tract. 8. cap. 22. column. 6. Verſ. digo lo primero*, Auguſtin. Barboſa *iur. eccleſ. vniuerſ. lib. 2. cap. 3. nu. 54.* Eraſmus Cokier *de iuriſdict. ordin. in exempt. 2. par. quæſt. 32. nu. 1.* hiſque, & aliis relatis Dõ Gabriel Alvarez de Velaſco *de iudice perfecto rubr. 14. annot. 4. num. 53.* adde Thom. Delbene *de immunit. tom. 2. cap. 16. dub. 24 num. 13.* Cevallos *tom. 1. quæſt. 292.* & alios congeſtos per Farta ad Covarruv. *lib. 1. cap. 2. num. 109.*

2 Quicquid in contrarium indiſtinctè teneant reum doloſis deceptum verbis ab eccleſia egreſsũ perdere eius immunitatem, & ordinaria puniri pœna poſſe relati per Diana *reſolut moral par. 1. tract. de immunit. eccleſiar. reſolut. 26. in princip.* Bonacin. *de legibus diſput. 3. quæſt. 7. §. num. 10.* Filliuc. *tom. 1. tract. 15. cap. 6. num. 154.* & multi recenſiti per Farinac. *in appendice de immunit. eccleſiar. cap. 19. nu. 301.* nam ſuperior diſtinctio uti iuri, ac æquitati conformior, ac communiter approbata præferri debet.

3 Quapropter indubitabilis relinquitur deciſio, quæ me pro Regio Fiſco patrocinãte fuit obtenta, occaſione immunitatis eccleſiæ allegatæ per Damianum N. notarium publicum Gerundæ, etenim ſententia lata 30. Auguſti 1689. per Franciſcum de Puig V. I. D. Canonicum, & Sacriſtam ſecundũ ſanctæ eccleſiæ Gerundæ Tertium per ſuam Excellentiam nominatum propter abſentiam Regii Cãcellarii fuit declararum Conſultore Sabater R. C. eum dicta immunitate non gaudere, Actuario Ioſepho Natò notario publico Gerundæ

dæ scriba assumpto.

4 Narrativa memoratæ sententiæ continebat in prima parte, quod Damianus existens in ecclesia, seu sacristia parochialis ecclesiç Villç, & termini Divi Michaëlis de Angles Diœcesi. Gerunden. postquam ei dixit Angelus Mach, & Cortada Regius Comissarius *tingas al Rey*, voluntarie se obtulit ab ecclesia egredi prout ab eo, & aliis personis de ipsius comitiva armatis circumdatus ab ecclesia exivit, Regens Cottiada hanc definitionem recitans *decis.* 277. *num.* 71. *par.* 5. prædictam priorem partem narrativæ sententiæ aliquorum scribentium testimoniis roboravit, sed tamen ex superius stabilitis fortior, ac efficacior redditur.

5 Loquuti fuimus de prælibata causa *decis.* 32. *num.* 43. referentes antenominatum reum aliqua deduxisse ad quæ oppugnanda inexcusabilis foit Magnifici Hyacinti Bertran, tunc I.R.C. relatio, priusquam ad alia accedam prætactis *d. decis.* 32. *num.* 46. adiiciam *Const.* 3. *Tit. de Notar. y Escriuans, &c.* qua disponitur notarium alicuius Civitatis posse officium iurisdictionis regere in eadem Civitate, vel loco, dummodò notariatu non utatur durante regimine, & teneri completionem scripturarum per ipsum receptarum alteri delegare.

6 Allegavit (ut ad institutũ redeã) reus quod adstans intus sacristiam loci de Anglès quando eum iustitiæ Officiales capere voluerunt renuit egredi ab illa, sed tamen Doct. Iosephus Planes Presbyter nomine, & de ordine præmissi Hyacinti Bertran ipsum inducendo quod foras exiret promisit quod nullatenus à satellitibus caperetur, & ille sub hac fide, & promissione ab ecclesia exivit, sed tamen cum super prædictis relationem per Magnificũ Hyacintum Bertran fieri petissem cõmissa extitit causa alii Magnifico Iud. R.C. & ex relatione per Magnificum Hyacintum Bertran facta constitit ipsum non guidasse Damianum ante, nec post capturã, sed dumtaxat promisisse, quod nõ abduceret è loco de Anglès quousque præhabitus presbyter è Civitate Gerundæ, ad quam profiscischatur rediisset, quam fidem servavit, & cum instanter Damianus petisset quod ad præsentiam Excellentissimi Proregis duceretur, annuit idem Relator, non tamen adiecto quod afferreretur liber, imò expresso se adimpleturum dũmodò aliud Excellentissimus Prorex non præciperet, quamobrem cum non placuerit Principi eum videre nequivit Damiani desiderio satisfieri, eiusque fraudulenta, ac falsa defensio post habitam relationem subversa remãsit, neque opus fuit distinctionem desuper ponderatam indagare, & an hypothesi congrueret disquirere.

Transeundo amodò ad impunitatem criminis promissam, si 7

prop-

propter eam reus confessus fuerit non potest ex tali confessione sequi condemnatio, sive impunitatem promiserit iudex, quam implere non intendebat, sive alia verborum formula simulatè ad delictum fatendū inducat Imola *cons.* 109. Bossius *tit. de confess. per tortur. num.* 16. *&* *tit. de exam. reor. num.* 17 Iul. Clar. *in pract. §. fin. quæst.* 55. *Vers. circa secundum ad medium*, aliisque cumulatis Xammar *de offic. Iud. & Aduoc. par.* 1. *quæst.* 18. *num.* 42. Farinac. *quæst.* 81. *num.* 183. Azeved. *in l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *nouæ Reg. collect. num.* 15. addendi Puteus *de syndicat. Ver. tortus cap.* 7. *num.* 1. addicionator ad Decium *in l. ea est natura cauillationis ad num.* 1. *litt. E.* Marsil. *singular.* 201. *num.* 4. Bossius *tit. de confess. per tortur. nu.* 12. *& seq.* Covarruv. *var. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. *Vers. sed & ipse absque dubio*, Petrus Plaza *d. cap.* 37. *num.* 7. *Versic. potissimum, & Vers. sin minus*, Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 367. Francisc. Personal. *de indic. & tortur. num.* 70. Flamin. Chartar. *in pract. interrogandor. reor. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. *&* 38. *Vers. alia verò opinio, & num.* 44. Ludov. Lopez *in instructor. cōscient. par.* 1. *quæst.* 277. *colum.* 2. *Vers. igitur ad quæstionem*, alios dant concordantes Fachinæus *contro. lib.* 9. *cap.* 61. Petrus Navarr. *de restitut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 246. Bovadill. *in Politic. lib.* 3. *cap.* 13 *nu.* 10. *cum seqq.* præallegati autem Doctores in ea consistunt sententia saltem si reus extortam confessionem non retractaverit, prout revocandi sibi ius competit.

8 At si in ea persistat, illamque expressè ratificet pœna ordinaria delicti puniendus venit Imola *dict. cons.* 109. Marsil. *in l.* 1. *§. quæstioni num.* 15. *ff. de quæstion.* Covarruv. *d. num.* 16. *Vers. ex hac confessione, & Vers. quod si in ea confessione*, Farina. *quæst.* 81. *num.* 289. Sanchez *consil. moral. lib.* 6. *dub.* 35. *num.* 4. ea de ratione quia ratificatio, seu approbatio prioris dolo extortę confessionis vitium purget, liberumque cōstituit consensum quem deceptio demerat.

9 Extra ordinem verò, & arbitrariè plecteretur reus qui nec confessionem revocavit, nec ratam habuit expressè, sed tacitè non se retractando Covarruv. *d. nu.* 16. *Vers. in eo tamen*, Menochius, Farinacius, Bovadilla, & Lopez iam laudati, qui non diffitentur concurrentibus coniecturis, indiciis, aut præsumptionibus posse ad ordinariam ultionem deveniri, tametsi arbitrariæ tantummodò locum esse strenuè propugnet Fachinæ *contro. iur. lib.* 9. *cap.* 61. *in fine.*

10 Investigandum nunc succedit punctum in Regio Concilio discussum exercitum dum sequebatur Regalem, pervigilique cura exploratorum insidias evertere elaborabam, captus fuit de hoc flagitio imputatus Petrus N. agricola oriundus loci de Mieres in Civitate Gerundæ habitator, & articulo

19.

19. ex per eũ oblatis 28. Iunii 1689 obiecit in sui defensionem fuisse illi vitæ incolumitatem promissam per nobilem Ioannem de la Carrera, tunc Præfectum generalem exercitus, die quo fuit captus, & ad ipsum propter Capitanei Generalis absentiam adductus, solamque illi eam fuisse conditionem iunctã quod mandantẽ discooperiret cuius suasione permotus ad hostes transiens nostrarum cohortum numerum, ac statum detexerat cui cum paruisset legi, ut aiebat, nihil celans interroganti, sibi vitæ impunitatem servandam contendebatur.

11 Ego tamen non minus celeritati quam rectitudini vindictæ propensus, prout fieri debere sæpissimè admonui, articulo 19. pro probato habito causæ expeditionem instãter expostulavi, ideòque Regia sententia lata referente Magnifico Hyacinto Bertran 7. Iulii 1689. in campo de Bascara (quo tempore inimica Gallorum vexilla à nostris non lõgè distabant) Petrus ille delatus, & inquisitus de crimine læsæ Maiestatis in primo capite, eo quia die 17. Iunii 1689. malo animo, & dolosè transivit ad exercitum Regis Galliæ existentem intus Vicariam Gerundæ, & hostiliter invadentem præsentem Principatum, & quod ibidem alloquutus fuit Officialem prædicti exercitus, cui epistolam dedit ab homine suspecto Civitatis Gerundæ traditam, memoratoque Officiali nũtiavit statum, ac numerum gentis exercitus suæ Maiestatis in præiudicium Regii servitii, ac de aliis criminibus, & delictis ad furcæ supplicium fuit condemnatus bonorũ confiscatione adhibita, ad torturãvè in caput sociorum, Scriba Augustino Iust.

Motiva principaliora ad articuli 19. probationem non expectandam fuere; quia licet iudex possit interdum ad eruendam veritatem promittere reo impunitatem, quã tenetur promissam servare; hæc tamen conclusio procedit si sit talis, qui possit de delicto veniã, & gratiam impertiri, aliàs valet idem iudex non obstante promissione cõdemnare reum, qui sibi imputet cur ita facilis fuit ad credendum, Clar. *§ fin. qu.* 55. *Vers. circa primum*, Guazzin. *defens.* 20. *cap.* 24. *&* 25. Farinac. *quæst.* 81. *cap.* 8. *per tot. num.* 276. latè Diana *p.* 11. *tract.* 7. *resolu.* 16. *per tot.* qui pariter edocent debere iudicem ab his promissionibus abstinere, quas servare nequit. 12

Vrgentius hæc regula nostro conveniebat casui; nam in Regio criminali Concilio causa agitabatur, & Præfectum generalem militum, imò nec Capitaneum generalem posse indulgere, aut remissionem alicui concedere exploratum exauditur, præterquam in casibus belli, veluti si aliquem ad exercitũ venire fecerit, vel transmiserit, vel eo opus sibi fuerit, Michael Ferret 13

trium

trium Aularum noſtri Senatus reſolutionem referens *p. 1. obſeruant. Gubern. cap. 83. Verſ. Item quod*, quẽ ſequitur Boſch *tit. de honors lib. 3. cap. 11. in fin. Verſ. Regularment fol.* 348. perelegantet Regens D. Franciſcus Vico *ad leges, & Pragm. Reg. Sardin. lib. 2. tit. 25. cap. 12. num. 16.* quem tranſcripſit Don Sebaſtianus de Cortiada *in tract. de la juriſdicc. del Capitan General quæſt. 11. à num. 7.*

DECISIO LXVII.

IMPVNITAS, ET OBLIGATIO AN PER PROBATIONEM generalem probetur.

Promiſſionibus generalibus iudices abſtinere debent, cum dedeceat ipſos ulla etiam fallaciæ, ac circumventionis umbra, quantumvis illæ ſuapte natura obligatoriæ non ſint, poſſunt tamen Magiſtratus hiſce loquutionibus uti, vel ob urgentiam cauſæ, vel propter ſolatium rei prudenter ſe gerendo verba amphibologica, non deceptoria proferentes, idem dic de reſtrictione mentali addita exteriori demonſtratione. Ita Senatus in caſu ſubiiciendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Senatus deciſio expendenda.*

2 *De verbis* faciam quicquid potero.

3 *In iudiciis verbis amphibologicis, & æquiuocis non eſt vtendum.*

4 *Iudex non adſtringitur verbis in rebus ſuum munus tangentibus.*

5 *Verba generalia, & vrbanitatis, ſeu complacentiæ non obligant nec inducunt diſpoſitionem, vbi exempla.*
Text in cap. cum veniſſent de Inſtitut. *declaratus.*

6 *Limita in libertate, & pia cauſa quia earum fauore verba generalia obligationem inducunt, & etiam proſunt in aliis caſibus ad interpretationem voluntatis defuncti quando ad grauatum dirigantur.*
De litteris credentiæ ibidem.

7 *In foro conſcientiæ vbi verè, & ex animo quis promiſit etſi generaliter tenetur ſub peccato veniali promiſſum implere.*

8 *Iudex quibus verbis poſſit reo ſolatium, & ſubleuamen promittere.*

9 *Ab eiuſmodi promiſſionibus generalibus iudices abſtinere monentur.*

10 *Duarum propoſitionum damnatarum*

tarum circa restrictionem mentalem contextus transcribitur, & num. 11.

11 *Duplex restrictio mentalis demonstratur.*

De responsione Sancti Francisci cum addito exteriori.

13 *De dictionariis veritatis rigorosę, urbanitatis, Rethorica, mercatura, & similibus ad excusandum à mendacio.*

14 *Iuramentum quadruplicitet valet esse æquivocum, & ibi exempla.*

15 *Quando est opus restrictione mentali præter casus supra recitatos illicita redditur amphibologia, non autem si nulla restrictio mentalis necessaria videatur, & verba ex se æquivocationem contineant.*

16 *Confutantur politici artem suam, & eminentiam in mendaciis, & deceptionibus adstabilientes.*

1 LVerunt condignam pœnam nihil eos iuvantibus defensionibus infra annectendis Franciscus N. Ioannes N. itidem Ioannes N. remiges in perpetuum, Bartholomæus N. ætatis decẽ, & octo annorum, Antonius N. remiges Maioricenses delati, & impetiti quod die 30. Septẽbris 1676. inter decimã, & undecimam horas noctis habita conspiratione de Regio carcere frangendo, & inde fugiendo cum malleo, & aliis ferreis instrumentis ruperunt tres ianuas dicti carceris, alteram scilicet cubiculi vocati *del corral*, alteram cubiculi appellati *del Barralo*, & alteram principalẽ eiusdem carceris vim, & iniuriam faciendo custodibus illius, eos funibus comprimendo, tentando unum ex ipsis suffocare; necnon etiã Antonius N. remex in perpetuum, & Bartholomęus N. remex, ambo pariter Maioricenses imputati, & delati de eisdem conspiratione, fractura, iniuria, & violentia dictis custodibus illatis, & de portu tormentorum manualium paruæ mẽsurę vulgò *pistolas*, & Antonius N. Ioannes N. Natalis N. iterum Ioannes N. & Michael N. remiges in perpetuum, ac alius Ioannes N. remex, omnes Maioricenses delati de conspiratione, & fractura supradictis: nam Regia Sentencia lata 22. Octobris 1676. referente Nobili Bonaventura de Tristany, tunc I. R. C. fuerunt condemnati quidam ex illis quod fustigarentur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis, alii ultra fustigationem ad triremes per decennium, alii vita durante, aliive per septennium Scriba Famada.

Defensionales articuli narrabãt quod patrati sceleris nocte ab hac Vicaria absens reperiebatur Excellentissimus Protex, & ita spectabilis Gerens vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ via ordinaria procedebat ex firmatis *decis.* 1. *nu.* 104. & quod ille reos suadens quatenus claves, & arma apprehensa restituerent rogatus ab ipsis ut pietate uteretur respondit quod pro eis faceret

ceret quicquid posset his verbis *que faria per ells tot quant podria* per quę promissam immunitatem, ac impunitatem criminis prætẽdebatur.

3 Sed contrarium ut crevisti Senatus censuit: nam tametsi indubitatum habeatur plus verbis homines ligari quam vinculis iuxta vulgatum illud Poetæ.

Verba ligant homines, Taurorum cornua funes.

De quo institutistæ ad principium *Tituli de Verbor. obligat.* & non minus certum proferatur ad institutum in iudiciis nequaquam verbis amphibologicis, & æquivocis utendum esse, ut cum Caietano, Adriano, & Soto concludit Lopez *in instructor. cõscient. p. 1. cap. 76. column. 7. ad med.* Covarr. *lib. 1. cap. 2. num. 2.* Aldrete *de religios. discipul. lib. 1. cap. 11. na. 8.* Emanuel Rodriguez *de ordin. iudic. cap. 10. num. 1.* Tabiena *in summa verſ. accusatus num. 11.* Gregor. Lop. *in l. 4. gl. 3. col. 2. tit. 19. p. 7.* Valen. *tom. 3. disput. 5. q. 13. punct. 2.* Bernard. Diaz *in prax. crimin. cap. 118.* Sayr. *lib. 11. cap. 5. num. 6. Verſ. reus igitur* Gutierrez *canonic. qq. lib. 1. cap. 11. num. 41.* Paz *in prax. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 4. à num. 15.* Bonacina *tom. 2. disput. 10. q. 3. punct. 2. num. 1.* & punctim de iudice erga reum Velasco *de indic. perfecto Rubr. 14. annot. 4.* ubi bene arguit de reo ad iudicẽ minus licere huic fallaciis, simulatione, aut verbis quidem ambiguis reum capere, vel ad confessionem inducere.

Nostra autem indagatio in eo 4
versatur numquid verba superius transcripta obligationem inducãs impunitatis Bovadilla *in Polit. lib. 3. cap. 13.* postquam iudices graviter, & eruditè monuit ne quicquã facturos ex pertinentibus ad officium promittant, & proverbium laudat sanum, ac commendabile, quo perfertur iudicem nõ adstringi verbo in suum munus tangentibus *num. 9.* ex Imperatore Iustiniano comminiscitur iudicem, qui delinquenti securitatem promisit, & sub iuramento affirmavit ad observantiam non teneri, nisi in casibus à iure permissis; quare cum superiore decisione demonstraverimus impunitatem reo promissam debere servari in quæsitis à Bovadilla non erit immorandum, sed vidẽdum superest quæ verba obligationem suapte natura producãt.

Verba generalia, adulatoria, cu- 5
rialia, vel aulica per modum complementi, seu urbanitatis, ac ad alterius complacentiam prolata dici nugatoria, & non obligare indubium teneo, veluti quando peto ut dones mihi aliquam rem, & tu respondes non tãtum illam, sed quicquid placuerit, vel si dicas omnia mea tua sunt, vel offero me, & omnia bona mea, & similia, ut effusè exponit Genua *de scriptur. priuat. in addit. tit. de litt. official. per tot.* Cardi. Tusch, *litt. V. conclus. 123. per tot.* Paul. Rubeus *in annotat. ad dec. 282. p. 9. recent. num. 78. & seqq.*

Rota

Rota *p. 9. recent. decis. 367. nu. 33.* asserens quod verba curialia, & humanitatis non præiudicant procuratori, qui se remisit arbitrio domini circa salarium, & hisce laudatis Sabellus in summa verbo *verba num. 5.* adde à me intexta *decis. 4. num. 119.* ex aperto text. *in l. obligationum substantia 3. ff. de obligat. & act.* Larrea *allegat. 42. in fine* Mantica *de coniectur. lib. 8. cap. 1. num. 15.* uberrimè Castillo *lib. 4. controu. cap. 40. num. 16.* ubi quod huiusmodi verba generalia, seu iactatoria, & adulationis, seu complacentiæ potius quam obligandi animo prolata dispositionem non inducunt, nec obligant, ac alium, & maiorem effectum quam adulationis non operantur confirmans ex Aretino, Alexandro, Iasone, Bartolo, Parisio, Socino, Tiraquello, Tiberio Deciano, Alvarado, Hypolito Riminaldo, Alexandro Raudensi, Sebastiano Medices, Menochio, Iosepho Ludovico, Tuscho, Iosepho de Rusticis, & ex textu *in cap. cum venissent circa medium de instit.* ubi notarunt Ioannes Andræas, Butrius, Baldus, Abbas, & de verbis generaliter prolatis per modum liberalitatis vulgariter consuetæ nõ obligare abũdè Vincent. Caroc. *decis. 46. ex num. 3.* Sfortia Oddus *cons. 64. num. 20.* disputans quæstionem, an si testamentum non dicatur probatum, & aliquis pluriès monitus ut testamentum faceret dixit, ego feci testamentum, & instituo hęredem Hospitale, vel aliquam personam, & hoc facio quia volo quod Hospitale, vel talis persona sit hæres meus.

Quæ assertio limitatur ut non procedat in libertate, & pia causa; earum namque favore verba generalia obligationem inducunt, ut *d. cap. 40. num. 18* firmat Castillo, & Aduatd. *de coniectur. ment. defunct. lib. 4 cap. 2. num. 42.* ex verbis adulatoriis coniecturam, atque interpretationem volũtatis defuncti deduci quando ad gravatum dirigũtur probat ex *l. unũ ex familia, §. fin. ff. de legat. 2.* & deprimitur ex Vicẽt. Carroc. *decis. 46.* qui in finalibus verbis tenet quod litteræ commendatoriæ ad favorem alicuius non inducunt mandatum, & præsumũtur potius adulatoriæ, quam dispositivæ, & fuit doctrina Bald. *in l. si litteras num. 3. C. Mand. ex l. fin. C. Quod cum eo l. si vero, ff. mandat. l. fin. ff. de vsufruc. leg.* explanat diffusè litteris credentiarum quando sit credendum Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. tit. de solut. resol. 18. per tot.* 6

Carthusianus D. Ioannes Valero *de differen. inter vtrũque for.* verbo *Promissio differ. 11.* attulit quod si quis petat à Petro rem aliquam, & Petrus respondeat non solum hoc, sed quicquid etiam præceperis faciam, vel istud quod petis, & omnia quæ habeo sunt in tua dispositione, & voluntate posita præfatæ promissiones ita generaliter fa- 7

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ęę in nihilo habeantur in foro externo iuxta illud Poetæ.

Pollicitis dives quilibet esse potest.

Et Martialis canebat.

Si donare vocas promittere, nō dare Cai
vincam te donis, muneribusque meis.

Redditque rationem quia sunt homines hodierna die nimis faciles, & munifici circa promissiones verbales, quæ in Hispania dicuntur *ofrecimientos, y palabras de cumplimiento que no cuestan nada*, & idem affirmat circa rem specialiter petitam addendo generalem promissionem, quod obligationem non producat, aliud sentiens in foro conscientiæ: nam ubi verè, & ex animo quis promisit tenebitur saltem sub peccato veniali promissū adimplere.

8 Sed tamen quoad iudices, de quibus peculiariter sermonē instituimus animadvertit prędcitatus Bovadilla *in Polit. lib. 3. cap. 13. num. 12.* frequenter hunc casum contingere in resistentiis, quas delinquentes Iustitiis faciunt in ecclesiis, aliisque locis, siquidem statimatque ab Officialibus subiugati formidant, aut in tormentis, & tradi se volunt, aut delictum fateri clamāt ipsos capturæ velle supponi, aut veritatem effari, & submitti, & poni in manibus Iudicis ut eis gratiam faciat, & iuxta Hypolitum *cons.* 109. promissionem illam non esse obligatoriam profert, atverò ex Alberico firmat promittere securitatem, sive impunitatem sonti, & postea cū punire seductionem esse, & proditionis genus, & *l. part. 3. tit. 30. p. 7. Versic. Tu fulano* expendit ibi. *Tu fulano di lo que sabes, y no temas que no te faràn ninguna cosa sino de derecho* quasi dixisset non promittatur per iudicem liberatio à pœna, neque delinquentis relaxatio, sed quod ei iustitia ministrabitur.

Abstineant iudices ab eiusmodi promissionibus generalibus; nam quamuis non obligent de iure illorum famam aliquatenus de honestant, summamque necessitatē, & urgentiam causæ earum usus deposcit, ut in specie observat Carol. Anton. de Luca *in prax. crimin. cap. 27. num. 9 in fine pag.* 395. ubi vult quod pro delicti eruenda veritate potest iudex uti promissionibus generalibus, ut procurabo apud Superiores misericordiam, ponam te in eius clementia, servabitur omnis æquitas, & id procedere ait si reus interrogatus à Iudice petit impunitatem; quia hæc petitio maximum producit indicium, aliter Iudex ex se uti non poterit his promissionibus generalibus, verum est Doctores eas improbantes agere ubi per illas confessiones extorquere intenditur, sed qualitercumque per iudicem vitari congruentius, atque sanctius senserim.

9

Huc pertinet tractatio duarum 10
pro-

propositionum à maximis ecclesię oraculis damnatarum in quibus graviſſimos viros prolapſos fuiſſe ignorat nemo (O humanæ mentis fragilitas, quæ altiora etiam ingenia in errores incidere non ſemel efficis!) propoſitio 26. ex reprobatis à ſummo Innocentio XI. hæc eſt: *Si quis, vel ſolus, vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſponte, ſive recreationis cauſa, ſive quacumque alia, ſive iuret ſe non feciſſe aliquid, quod revera fecit intelligendo intra ſe aliquod aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quoduis aliud additum verum; revera non mentitur, nec eſt periurus.*

11 Propoſitio 27. hæc habet *Cauſa iuſta vtendi his amphibologiis eſt quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita vt veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.*

12 Materiam reſtrictionis mentalis duæ iſtæ propoſitiones reſpiciunt, cuius ſi vellem expoſitionem aggredi non difficulter lōgus fierem, ſed brevitatem peramans, & ſuſcepti argumenti fines non egrediens prætermiſſa ſerioſa ſcribentium allegatione eſſeverabo cum eruditiſſimo Raymundo Lumbier Carmelitano *in tract. ad propoſition. damnatas obſervat.* 8. §. 2. *num.* 220. duplicem eſſe reſtrictionem mentalem, aliam talem pure, nempè quādo limitatio ſignificationis vocalis unicè fit per id quod intellectus interne addit, aliam eſſe mētalem non purè, nimirum quando illa limitatio fit, non ſolum per id, ſed per aliud quoque additum exterius quod ſit limitativum conſignificans, & hoc ultimum genus reſtrictionis mentalis ſub condemnatione non comprehendi præcitatus author docet communiter allatam memorans reſponſionem S. Franciſci, qui rogatus à quibuſdam iuſtitiæ Miniſtris an illic tranſiviſſet delinquens ab ipſis conquiſitus reſpondit per reſtrictionem, & amphybologicè poſitis intra manicæ ſinum manibus, & addens *iſthac non tranſiuit* plenam externā reſponſionem ex verbis, & actione componens, inculpabiliter profectò Sanctus ſe geſſit, illa enim ſigna exteriora de non facto iſtac trāſitu, id eſt per manicę ſinum, non opponuntur iudicio generali de facto iſtac tranſitu, id eſt per viam, quia de hoc tranſitu non loquuntur; unde nec opponuntur iudicio reſtringenti, vel cum addito de tali tranſitu, nec generali de tranſitu per viam, de quo non eſt ſermo, & ita ea loquutio amphybologica non eſt mendacium, nec eſt cur, aut unde, ſi cauſa adſit, illicita cenſeri debeat, hæc ſunt fermè litteralia Lumbier verba.

At idem ipſe, §. 3. *num.* 236. annotat ad diſcernendum an loquutiones externæ ſint veræ, vel falſæ attendi debere Lexicon iuxta quod 13

pro-

proferuntur, habet enim Lexicon ſuum veritas rigoroſa, ſuum urbanitas, ſuum Rethorica, & Poeſis, ſuum mercatura, & ſic de aliis, exẽplicat turſus in cive qui occurrit equiti, & inter alia urbanitatis officia inquit *ad pedes dominationis tuæ ſeruus per omnia ſum, omnium quæ domi meæ ſunt arbitraria diſpoſitio tibi ſit, omnia, & ſingula voluntati dominationis tuæ commiſſa volo*, ſi attendatur Lexicon veritatis rigoroſæ, & Grãmaticæ mendacia hæc ſunt, ſed non ita inſpecto dictionario urbanitatis, alia inſuper is Doctor exempla ſuggerit apud eum videnda.

14 Moderni excalceati Carmelitæ Salmanticenſes *tom. 4. tract. 17. de iurament. puncto* 8. §. 1. iuramentũ eſſe æquivocum quadrupliciter evenire poſſe conſiderant, primo cũ verba duos ſenſus æquales habent, putà cum dicitur hic liber eſt Petri, nam non minus intelligi poteſt quod ſit author, quam dominus. Secundò quando ex duobus ſenſibus, quos verba recipiunt unus alio eſt communior, ut ſi dicatur Paulus eſt bonus vir, namque in communiori intellectu de virtuoſo accipitur, in minus proprio de ſimplici. Tertio quando verba ex ſuo naturali ſignificatu multiplicem ſenſũ non ſortiuntur, & nihilominus ex modo loquentis, & interrogantis aut ex aliis adiunctis circunſtantiis temporis quo dicuntur, & perſonæ quæ loquitur ad alium finem determinantur, veluti ſi pœnitens interrogatus à confeſſario an fecerit tale peccatum reſpondeat quod non fecit, & tamen illud commiſit, ſed in alia confeſſione dixerat, verũ utiq; promeret; quia illa interrogatio cõfeſſarii refertur ad peccata non confeſſa. Quartò ubi verba ex ſe determinantur ad verum ſenſum, & inſuper ex circunſtantiis non reſtringuntur ad alium, atverò ex loquentis intentione adducuntur per ſolam reſtrictionem mentalem ad unum ſenſum quem audiens percipere non valet, ut ſi à Paulo plurimas pecunias habente mutuò pecunias petas, & ille reſpondeat *non habeo pecunias* adiungendo mentaliter ad tibi dandum, & hoc loquutionis genus potius reſtrictio mentalis quam amphybologia cenſeri debet.

Concludunt ergo prælegati 15
Salmanticenſes æquivocationem, ſeu amphybologiam in qua verba diverſos ſenſus admittunt licitam eſſe ex cauſa, necnon etiam ubi diverſitas ſenſuum provenit ex circunſtantiis, quando vero eſt opus reſtrictione mentali præter caſus ſupra cum Lumbier recitatos illicita eſt amphybologia, & ad uſum illius quolibet ex relatis modis iuſtam cauſam adeſſe debere indubitanter pronuntiant Salmanticenſes *d. tom. 4. tract. 17. §. 3. num. 115.* & inter iuſtas cauſas enumerantur quando ipſę utiles iudicantur, & neceſſariæ pro ſalute, pro indemni-

tate

tate corporis, honoris, aut bonorũ, in iudiciis autẽ, & in alterius præiudicium hisce amphybologiis utendum non esse pariformiter constabiliunt.

16 Accedant nunc politici, & rationis status professores, statum rationis multoties obliviscentes, seu potius conscientiã, & animã suam Proh dolor! deplorabile facinus! putant nonnulli politica eos ignorare qui mentiri nesciũt, at fallũtur ipsi, qui alios fallere perpetuò conãtur, nec enim dũtaxat Deũ, quod sensibilius est offendunt, sed neque Reipublicæ utilitatem suique Regis compendia consequuntur; nam postquam astutus eorum animus est agnitus, mendaxque stylus deprehensus etsi humanitate, externisque illecebris, ac captatoriis verbis abundent à nullo concreditæ illorum deceptiones interius probãtur, ingeniosa politica, laudeque digna & foro, & polo ea erit quæ dexteritate, prudentia, ac subtilibus innititur solertiis, doloque bono, quæ fœcundè locupletare non pigeret si in susceptam Provinciam prætergredi fas esset, consule luculenter de materia differentes, & hucusq; adducta roborãtes D. Thom. 2. 2. *q.* 49. *artic.* 4. Scribentes ad *l. lex prima*, §. *non fuit autem, ff. de dolo* Velasco *de iudice perfecto Rubr.* 14. *annot.* 4. *num.* 27. *& seq.* Solorzan. *in Principes veri Ossores Emblem* 49.

DECISIO LXVIII.

DE PROBANDA MALA QVALITATE REI PER processus ab inferioribus iudicibus conditos superiore illos petente.

ATROCIORIS delicti privativam, ac superiorẽ habens iurisdictionem, nedum à quibuscumque iudicibus reos de illo impetitos repetit, & processus pro eodem crimine orditos exposcit, sed etiam alios mitti iubet de levioribus sceleribus adstructos, & si delinquentem multiplici flagitiorum copia innodatum deprehendat maiori potest ultione vindicare, cuius rei iudicium eius regulato arbitrio simul cum potestate tributa dignoscitur. Ita in Curia Iudicis Subdelegati Brevis Apostolici Aprilis 1693. in causa Ioannis N. Sacerdotis Ecclesiæ Parochialis Villæ Olesiæ Beneficiati. Actuario Golorons.

AN-

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Processus originales Inquisitoribus tradendi sunt si propter causam fidei petantur, & num. 2.*

3 *De cumulationis materia ad institutum criminale qui Doctores per egerint.*
Si reus commisserit plura delicta quorum aliqua pertinent ad cognitionem Regiorum Ministrorum, alia ad Barones de vtriusque cognoscit Regium Consistorium ea de ratione inter alias, quia cum maius Tribunal attrahat, & num. 4. reus non debet per diuersos iudices pulsari, ac num. 4.

5 *Maior iudex augendi pœnas authoritate potitur potius quam minor.*

6 *Vbi concurrit fauor publicus ne delicta remaneant impunita admittitur cumulatio, & excluditur iurisdictio inferioris iudicis.*

7 *Procedens pro grauiori crimine preferri debet, licet coercere volens minus scelus præuenerit.*

8 *Minor pœna cum maiori confunditur, & illam absorbet.*

9 *Clericus, & Laicus si simul delinquant vnusquisque per suum iudicem puniri debet.*

10 *De delicto commisso extra territorium iudex originis, & domicilii cognoscere valent.*

11 *Inter prædictos iudices discrimen assignatur.*

12 *Aliorum sententia refertur tenentium iudici loci delicti cognitionem vti præcellentiori spectare vbi pulchræ rationes.*

13 *Reus qui in vno loco reperitur captus pro delicto ibi patrato, si ab alio iudice repetatur vbi pariter delictum commisit non remittitur donec sit punitus per iudicem apud quem detinetur, & num. 14.*

15 *Limita si is qui non possidet reum sit priuilegiatus quia tunc in executione ille est præferendus.*

16 *Iudex delicti non potest punire reum pro maleficiis alibi commissis, sed pro scelere in suo territorio patrato, & quid tenendum de reo qui tria furta patrauit, duo in Regno, & vnum extra Regnum.*

17 *Si per Inquisitores petantur rei ex causa fidei illicò transmittuntur, sed in conclusionibus exprimitur quod expedita causa fidei ad Regios carceres reducantur.*
Causæ fidei præstantiores sunt omnibus aliis.

18 *Iudices ecclesiastici Ordinarii pro delictorum atrocium cognitione pœnam non habent condignam.*

19 *Post declaratam causam per Iudicem Breuis Apostolici possunt Ordinarii pro flagitiis non atrocibus punire reum, & quomodo.*

20 *Sortilegia hæreticalia puniuntur per Inquisitores, & ea causa finita*

tenen-

tenentur illi restituere processus, & delinquentes iudici seculari.

1 INquisitores hæreticæ pravitatis quamvis non possint cognoscere de criminibus, quæ manifestã hæresim non sapiunt, si alia diversæ qualitatis accedant, hæc in reum fidei accumulate valẽt, ut hęresis scelera aggraventur, prout firmat Carena *de offic. Sanctæ Inquis. p. 3. post tit. 8. in decis. Granat. num.* 18. ubi quod si ille reus comperiatur pravæ vitæ, sceleratæque eius conscientia constet acerbius plectitur, & in sua specie peragit de hypocritis, & pessimis eremitis turpiora maleficia perpetrasse commemorans, iunge eundem Carena *p. 2. tit.* 12. §. 18. *à num.* 166. qui ex Sesse, aliisve refert Sancto Prętorio per alia Tribunali subministrari indicia, scripturas, & personas cuiuscunque generis, ut causæ fidei quæ ponderosæ, & maximæ sunt expediri possint, & licet Carena in fine affirmet pluries Sacram Congregationem negasse Episcopis Cremonę copias indiciorum contra Clericos in sancto Officio, in aliis delictis non spectantibus ad Inquisitores resultantium, id tamẽ qua ratione nitatur non affert, fortè ea assignari poterit quoniam visi fuerunt processus de aliis maleficiis adstructi parum relevantes ad
2 causas fidei terminandas: nam indistinctè processus originales Inquisitoribus tradendos esse, si ab illis petantur concludunt Matthæu *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. cap.* 7. §. 3. *sect. 1. num.* 7. Pareja *de instrument. edit. tom. 2. tit.* 10. *resolut.* 4. *num.* 41. Regens Cortiada *p. 1. decis.* 30. *num.* 64. qui intelligi nequeunt de processibus fidei per Regium Concilium constructis, hi siquidem per consistoria secularia nullatenus efformantur.

Huc refertur à nostris practicis auctoribus criminalistis, non pera- 3
cta perpulchra utilis, & quotidiana materia cumulationum, de qua ad nostrum institutum scripserunt Carleval. *de iudic. tit. 2. disput. 2. num.* 26. Franciscus Niget Cyriac. *controuers. 66. p. 1.* & aliis allegatis Marc. Anton. Sabell. *in summa verbo cumulatio num. 6.* Ioannes *in l. edita 3. C. de edend.* ubi etiam alii, plena manu Fermosin. *ad cap. examinata* 15. *de iudic.* per multas quæstiones, & præsertim *q.* 13. *tom. 1.* solum obiter noviſſimè hunc articulum attingit Calderò *tom. 2. in addition. ad 1. partem decis. 1. num.* 10. *pag.* 547. tradens de committente plura delicta, quorum aliqua pertinent ad cognitionem Regiorum Ministrorum, nam tunc vult posse etiam cognoscere de pertinentibus ad Baronem ratione cumulationis, adde Scialoya *de for. compet. cap.* 38. *num.* 56. Quesada Pilo *dissertat.* 25. *num.* 10. allegato Peguera *decis.* 124. *tom. 2.* ac aliis, & *num.* 12. Quesada eam promit rationem, quia concedenda est attra-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ctto totius causæ ad maius Tribunal ponderans eundem iudicem cognoscere debere de omnibus delictis rei, ne iste per diversa Tribunalia pulsetur, prosequitur Carolus Anton. de Luca ad Franch. *observat.* 426.

4 Valde conducit ad propositum Cyriac. nuper citatus *dicta controvers 66.* in qua disputabatur inter iudices sub dominio Principis Bozuli diiudicantes, quorum aliqui, ut Prætores, & Vicarii particulares cognoscere poterant de delictis, in quibus imposita erat pœna pecuniaria, vel ad summum pœna funis, & non ultra, ab indè vero supra cognitio erat Vicarii Generalis, qui Supremus Iudex reputabatur, stuprum violentũ in ea Regione pœna mortis naturalis punitur, non violentum pœna 200. aureorum, & corporali arbitrio Principis declaranda animadvertitur, subditus Prætoris limitatæ iurisdictionis accusatur de stupro violento coram Vicario generali, eo carcerato de violentia non constitit, imo nullam interfuisse apparebat, quapropter Prætor causam esse suæ iurisdictionis certabat, cum tametsi pœna sit ulterius arbitraria possit Princeps non arbitrari ultra iurisdictionem Prætoris, eo maximè quod stuprũ commissum fuerat in persona vili, uti pauperrima rustica, consultus autem Cyriacus ad Vicarium generalem cognitionẽ pertinere definivit.

Rationes quibus suam fundavit 5
Cyriacus sententiam, nostram probant diffinitionem, & præcipuè illa quod iudex minoris iurisdictionis in descripto casu condemnando in pœnam corporalem arbitrio Principis, qui potest declarare pœnam maiorem, quam posset cognoscere ipse iudex iudicaret ultra, & supra suam iurisdictionem, & cognitionem, & ita à principio certum erat pœnam posse excedere suam iurisdictionem, quæ possibilitas sufficiens perpendebatur ut maiori iudici cognitio spectaret, in nostra specie idem contingit: nam processus ideo petuntur ut valeat iudex maioris, superiorisve auctoritatis reum de enormi, seu atroci delicto inquisitum acriùs, vel humaniùs punire, si ex processibus per Iudicem ordinarium structis graviùs vel, minùs probationibus inveniatur oneratus, consequens est igitur tradi processus debere.

Secunda accedit ratio, quia ubi 6
concurrit favor publicus ne delicta remaneant impunita tunc admittitur cumulatio summarum, & excluditur iurisdictio inferioris iudicis Fulgosius, & Alexander laudati per Cyriacum *d. controvers. 66. num.* 20. pariter ergo cumulationi processuum dandus erat locus in specie, ut condigniùs crimen obiectum plecteretur.

His adstipulatur receptissima cõ- 7
clusio de iudicibus pro diversis flagitiis

gitiis inquirentibus, indubia namque est sententia præferri debere procedentem pro graviori, licet alius iudex minus coercere intendens prævenerit. Ita Bossius *tit. de for compet. nu.* 102. Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 77. Farinac. *q.* 7. *nu.* 65. & est text. *in cap. cum parati* 19. *de appellat.* ubi Decius *num.* 25. *& seqq.* Aldrad. *cons.* 234. *num.* 4. elegans text. *in l.* 2. *§. si simul cũ leg. seq. Ad. leg. Iul. de adult.* & in *l. contra pupillum* 54. *§. is qui ad maius, ff. de re iudic.* Carleval. *de iudic. tit.* 1. *disput.* 2. *num.* 895.

Quæ iuvantur ex adductis *decis.* 28. *num.* 20. ubi de regula quod minor pœna cum maiori confunditur, & ista illam absorbet, addas Don Petrum Quesada, & Pilo *dissertat.* 16. *num.* 36.

Concinit etiam superioribus doctrina non minus admissa, quod ubi clericus, & laicus simul delinquunt clericus debet puniri per iudicem ecclesiasticum, laicus vero per iudicem secularem ut Doctorum columna acervata edocuit Regens Cortiada *decis.* 9. *à num.* 73. & fatetur Scialoya supra laudatus, alios cumulat Carolus Anton. de Luca *ad Franch. observat.* 426.

Affinis est quoque prędictis collocatio illa Doctorum an de delicto commisso extra territorium possit iudex originis, vel domicilii cognoscere, de qua Canc. *var. p.* 2. *cap.* 2. *à num.* 70. plures apud Faria *ad Couarruu. in practic. qq. cap.* 11. *à num.* 31. mihi quicquid alii dicant opinio Cancerii placet tenentis de eo crimine iudicem originis, & domicilii cognoscere valere per non facile tergiversari *cap. cum contingat de foro compet.* quæ conclusio locũ non minus habet si procedatur ex officio Vincent. de Franch. *decis.* 66. & optimè sequitur illius additionator Carol. Anton. de Luca Conciol. *resolut. criminal.* 4. *verbo forum.*

Cancer citatus inter iudices originis, & domicilii, & udicem loci delicti discrimen considerat, quod illi tantum punire valeant, iste autem, & punire, & absolvere possit, quinimo reum non condigne punitum in loco originis, vel domicilii iusta punitione afficere, de his aliqua libavimus *decis.* 1. *nu.* 11. *& seq.* 11

Aliqui voluerunt quod iudex præstantior attendi debeat in omnibus, quæ pro suæ iurisdictionis exercitio desiderantur, quare cum iudex delicti præcellentior in iure habeatur iudice domicilii, si ab eo petatur reus ante sententiam remitti ad illum debet iuxta Fermosin. in *cap. postulasti* 14. *de foro competent. q.* 4. ubi quod si non repetatur puniri valeat per iudicem domicilii si reperiatur in territorio illius iudicis Ripoll *var. cap.* 1. *num.* 461. Carleval. *de iudic.* 1. *p. disput.* 2. *q.* 7. *sect.* 1. *qui n.* 735. 743. *&* 745. opinatur quod tunc iudex domicilii, vel originis poterit contra subdi- 12

tum alibi delinquentem procedere quando subditus inhonestus, & non benè meritus Reipublicę esset, secus verò si vir honestus, & laudabilis apud omnes haberetur præcipuè, si in locis remotis, & à propria Civitate plurimùm distantibus deliquisset latè Scialoya *de for. competent. cap.* 38. *num.* 14. in quo capite plura notabilia, & subtiles mihi visę fuerunt rationes ab ipso expensæ *num.* 1. ad probandum iudicem loci delicti esse competentem, licet delinquens sit alterius fori, prima traditur; quia expedit Reipublicæ delicta puniri eo in loco ubi fuerunt perpetrata ad aliorum exemplar, & ad solatium offensorum, & quoniam si delinquēs puniretur ab alio iudice quàm loci delicti, non alibi, ut in eo de facili invenirentur testes, & addit quod si reus puniretur ab alio iudice quam à iudice loci delicti offensus magnis expensis defatigaretur in accedendo ad alium iudicem causa consequendi iustitiam, præsertim si offendens esset de iurisdictione iudicis alterius loci, quam loci delicti; nam ibi offendens haberet amicos, & consanguineos, & offensus esset advena, ac nunquam posset prosequi iustitiam, esseteque expositus plurimis periculis. Hæc sufficiat quasi per indicem attigisse in terminis iuris communis, non repetendo ea quæ à nostratibus recentioribus ad intellectum iuris municipalis huius Principatus scripta accepimus.

13 Peculiarior indagatio erit an sit remittendus delinquens ad locum delicti, si alibi aliud delictum commiserit Fermosin. in *cap. postulasti* 14. *de for. competen. q.* 13. *à nu.* 1. firmat quod licet verum sit ex regula generali delinquentem esse remittendum ad locum delicti, tamen prius punire poterit illum iudex à quo remissio petitur pro delicto de novo cōmisso reddita ratione quia iste delinquens ex diversis delictis coram utroque iudice deliquit, unde intrat regula quod potior sit cōditio possidentis ideòque prius puniet ille iudex apud quem captus detinetur, post vero remissionem faciet.

14 Quamobrem si in loco capturæ delinqnens ob crimen commissū pœnam mereatur verberum, aut exilii tantum, & ob crimen antea commissum mortis pœna debeat applicari; nihilominus iudicē capturæ præferendum esse docet Fermosin. *d. q.* 13. dicens quod tunc leviorem pœnā iuxta delicti qualitatem infliget, deinde verò remittet delinquentem alteri iudici ubi deliquit ut eum durioribus pœnis afficiat desumens ex *l. si cui, §. fin. ff. de accusat.* Azeved. *in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recopilat. num.* 14. *&* 15 Bellon. in *prax. crimin. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 7. *&* 2.

15 Hęc tamen prælibati Doctores censent nisi aliter qui non possidet sit privilegiatus quia tunc in executione ille est præferendus ex notatis

ratis in *l. falsus, §. solent verbo petant ff. de furt.* Azevedo qui proximè *num.* 16. & sub hac distinctione intelligendum Fermosin. autumat Carleval. & similiter intelligit ab eo citatos *de iudic. 1. p. q. 7. sect. 2. n.* 815.

16 Magis ad institutum Scialoya *de for. competen. d. cap.* 38. *num.* 58. firmat, confirmatis tradita *num.* 1. iudicem delicti non posse punire reũ pro maleficiis alibi commissis, sed pro scelere in suo territorio perpetrato, & ex nonnullis refert, sed nõ sequitur quando tria furta committẽs, si commiserit duo furta extra Regnum, unum in Regno posse puniri pœna mortis in Regno.

17 Sane si per Inquisitores propter causam fidei petantur rei Regii criminalis Concilii iussu in carceribus detenti illicò trãsmittuntur ut pertuli *decis. 2. nu.* 39. Verum est quod solet in conclusionibus exprimi, quod expedita causa fidei restituãtur, & reponantur per Inquisitores in Regiis carceribus, ut annotavit Regens Calderò *decis.* 100. *nu.* 70. *tom.* 2. & ratio esse valet, quia causæ fidei præstantiores sunt omnibus aliis, sicque prius detetminari debent.

18 Pariformiter si rei detinẽtur per quoscũque iudices ordinarios ecclesiasticos per Iudicẽ delegatum Breuis Apostolici repetuntur, ut multis congestis exemplaribus observat Regens Cortiada *decis.* 34. *num.* 26. in hoc autem casu ratio est evidens, quia iudices ecclesiastici ordinarii pro delictorum atrocium punitione pœnam non habẽt condignam, ut expressim tenuit Andreas bosch *Titols de honors de Cathalunya lib.* 2. *cap.* 2. §. 2. *Versic. lo Tribunal. pag.* 129.

Possent vero ordinarii iudices 19
ecclesiastici post declaratam causam per Iudicem Brevis Apostolici pro aliis delictis non atrocibus contra reos procedere, & aliis pœnis coercere criminibus proportionatis, si absque Iudicis Brevis Apostolici authoritatis læsione, & pœnarum ab eo inflictarum perturbatione adimpleri queant, per superius enucleata ex Fermosino, sed illud animadverti velim quod si Iudex Brevis Apostolici in sua sententia rationem habuerit de criminibus nõ atrocibus pe reũ patratis ad eũ acriùs ulciscẽdũ pro atrobus pensata ipsius mala qualitate, causa illa finita, si principaliter velit ordinarius pro delicto suę cognitionis eũdẽ reum punire mitius se gerere debebit, ne pro eodẽ crimine bis condignè puniatur contra à me stabilita *decis.* 53. *à num.* 1. & & præcipuè *num.* 27. *hoc secund. volum.* ubi plura ad istius decisionis scopum.

DE-

DECISIO LXIX.

DE PROBATIONIBVS FACTIS PER IVDICEM prorogatum in casu non prorogabili.

LICET causæ criminales prorogabiles agnoscantur, & facta semel prorogatione pœnitere non liceat, aliqualis tamen iurisdictio in iudice prorogato requiritur ut eam in prorogantem exercere valeat, at nullam in personam alienigenæ quoad flagitiũ per eum in alio Regno perpetratum Excellentissimo Locumtenenti generali suæ Maiestatis, Regioque criminali Consilio istiusce Principatus competit: unde meritò de illo, etiam reo annuente; reluctante præsertim legitimo iudice nequit cognoscere. Ita Senatus ex maiori parte Dominorum 31. Ianuarii 1597. in facto supplicationis oblatæ 16. Martii 1596. per Ioannem N. agricolam termini de Ruçafa vicinatus Civitatis Valentię.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Votorum diuersitas in casu decisionis, & num. 2. ac 3.*

4 *Causæ criminales sunt prorogabiles.*

5 *Facta semel prorogatio in iudicem non potest postea reuocari, & allegari incompetentia.*

De prorogatione facta per procuratorem, & de promissa perstipulationem remissiue.

6 *Pronuntiatio expressa in causa principali in necessariam consequẽtiam dirimit quæstionem causæ incidentis.*

7 *Exceptio declinatoria fori non potest per iudicem ad sententiam diffinitiuam remitti.*

8 *Mala captura exceptio ad diffinitiuam reseruari nequit.*

9 *Vt prorogatio validè fiat necessaria est in iudice prorogato aliqualis iurisdictio.*

Capere bannitum extra territoriũ bannientis non licet, & bannire, seu relegare nisi in loco, vel à loco sibi subdito.

10 *Iudex delicti bannire potest reum à loco originis, & domicilii, & è contra.*

11 *De consuetudine non seruatur conclusio num. 10. tradita imò contrarium practicatur in statu ecclesiastico.*

12 *De differentia inter eum qui relegat extra suum territorium, & illum qui extrum punire vult*

pro

pro delicto extra Regnum commisso.

13 *Iudex delicti non potest punire reum pro maleficio alibi commisso.*

14 *Motuus voti contrarii respondetur, & num.* 15. 16.

17 *Ea quæ in consequentiam veniunt in iure non attenduntur.*

18 *In atrocissimis iura trãsgredi licet.*

19 *Consensus iudicis prorogati non est necessarius, nec sufficiens.*

20 *Quando iurisdictio nequit prorogari absque consensu alterius hoc deficiente sententia est nulla.*

EX maioti parte dominorum decisio ista prodiit reluctantibus aliis; nam Magnificus Franciscus Vbach fuit voti, quod non fieret aliqua declaratio super prorogatione, Magnificus R. S. Planes votavit, quod potuit reus prorogare, quia non est minor iurisdictio Locumtenẽtis Cathaloniæ; quam Locumtenentis Valentiæ; quamuis per toquisitionem procedatur in Cathalonia in causis plebeorum sine partis instantia; nam iudex supplet locum accusatoris, nec præiudicabatur Officialibus Valentiæ, quoniam iam petierant instantissimè remissionem rei, & visum fuerat Regio Concilio eam denegandam, imo processum extiterat ad examinationẽ omnium delictorum, etiam Valentiæ admissorum, à qua prorogatione non potuit recedere, quamuis peteret ad suum iudicem remitti quantò minus iustitiam eludendo, & denique quia undecumque crimina claruerint puniri debent.

Vota in his discrepabant, maior namque pars prorogationi locum non fuisse censuit, & super ea fieri debere declarationem, alius autem Senator prorogationem pariter non admittendam existimavit, sed nihil super ipsa provideri voluit, & votum omnino contrariũ præcedentibus comperitur, nempè prorogationem locũ habuisse.

Videamus quæ unicuique sententiæ favebant fundamenta, est enim hæc materia consectaria enervatæ in anteriori decisione, & quælibet ex eis probationes respiciens, etenim non sunt eæ adstruẽdæ inaniter de criminibus quorũ cognitio iudici non spectat, nec principaliter, neque pro vindicta adaugenda.

Antequam ad propositam disquisitionem accedam præsupponi velim in causis criminalibus locũ esse prorogationi ex firmatis *decis.* 13. *num.* 19. & suppositis terminis habilibus non dissentiunt Pacian. Iordan *lucubrat. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 257. *& seqq fol.* 94. Marcian. *disputat. forens. cap.* 96. *per tot.* Ridulphin. *in praxi p.* 1. *cap.* 13. *num* 355. *& seqq.* Ricc. *collectan.* 322. 2449. Regens Matthæu Sanz *de re crimin. controuers. fol.* 64. *num.* 63. *& seqq.* ubi de prorogatione iurisdictionis in causa criminali per nõ oppo-

oppositionem inquisiti, & ratihabitionem superioris.

5 Amplius præcognoscendum erit facta semel prorogatione iurisdictionis per consensum in iudicem non posse postea revocari, & allegari incõpetentiam, & qualiter huiusmodi prorogatio possit fieri etiam à procuratore quando mandatum est valde generale, & cum libera Rota *p. 10. recent. decis. 36. num. 29. & seqq. per tot.* consulendi de materia Covarr *in Rubr. de testam. p. 2. à num. 23. & 26.* & in *cap. quamuis p. 1. §. 4. num. 12. de pact. in 6.* Scaccia *de sentent. cap. 1. gl. 7. q. 3. limit. 4.* Carleval. *de iudic. disput. 2. q. 8. num. 1019.* peragit an facultati pœnitendi renuntiari possit, & *num. 1021.* numquid prorogatio stipulatione promissa obligationem producat, & ad quem effectum.

6 Potuisse Senatum declaratione prętermissa super prorogatione de crimine in Principatu commisso indicare suadebatur ex allatis *decis. 27. num. 72.* ubi quod iudex procedendo ad ulteriora tacitè repellit quæ ad processum remorandũ petuntur, & ex libatis *decis. 30. num. 40.* quatenus ibi habetur pronuntiationem expressam in causa principali in necessariam consequentiam dirimere quæstionem causę incidentis.

7 Sedtamen cum exceptio declinatoria fori non possit per iudicem ad sententiã diffinitivam remitti, ut ex Cancer. *var. 1. cap. 18. num. 42.* Azevedo *ad ll. Regias cap. 4. tit. 5. lit. I. num. 22. & 23.* Ramon *cons. 88. num. 3.* probat Ripoll *ad prax. ciuil.* Peguet *Rubr. 9. num. 13.* idcircó declaratienem articuli prorogationis prætermittere haud licebat.

Hinc exceptio malæ capturæ 8 non potest ad diffinitivam reservari *Constit. 5. tit. de guiatges,* & post Cancer. *variar. 3. cap. 17. nu. 538.* Peguera *decis. 9.* recitat Calderò *decis. 12. num. 113.*

Descendendo nunc ad prȩcipuũ 9 articulum hæsitare nefas erit in sequenda memorata Senatus sententia, quæ ex maiori suffragiorum parte prævaluit, siquidem ut in prælegata *decis. 13. à num. 19.* statuimus ut prorogatio validè fiat necesse est in iudice prorogato aliqualem iurisdictionem residere, cum id quod nullum est extensionem minimè recipiat, prosequitur Regens Cortiada ibidem citatus *decis. 169. num. 14. p. 3.* qui complura utilia de prorogatione suggerit, extra ullam autem dubitationem est unius Regni Proregem in alio Regno nullam penitus habere iurisdictionem, quo fit ut non liceat capere bannitum extra territorium bannientis, & bannire, seu relegare nisi à loco, vel in loco sibi subdito, quia aliter esset extendere, & excedere metas suæ iurisdictionis

iurisdictionis, comprobat multis laudatis Calderò *decis.* 13. *nu.* 17. addo Sabellũ *in summa verbo exilium num.* 5. qui ex Sanfelic. *decis.* 385. *cum addition. per tot.* refert contra adducta à Calderò ubi proximè pœnas personales hoc casu non posse in pactum deduci, nec privatorum cõsensu iurisdictionẽ quæ aliàs non competit dari, & ideò non observantem non incidere in pœnam promissam.

10 Et licet Conciolus *resolut. criminal.* 10. *verbo iudex* declaret dictam conclusionem ut non obtineat quando locus non subditus iudici bannienti esset locus, aut originis, aut domicilii eiusdem delinquentis, aut etiam delicti asserens non prohiberi iudicem originis bannire reum à loco domicilii etiam sibi non subdito, & è contra, & iudicem delicti bannire reum etiam à loco originis, seu domicilii probans auctoritate Anton. Gamz. *var. resolut. tom.* 3. *cap.* 8. *num* 3. *in fin.* Baiard *ad Clar. in pract. §. fin. q.* 71. *num.* 12. Farinac. *in fragmen. crim. litt. B. num.* 72. ubi testatur de communi opinione alios subministrans.

11 Tametsi pariter Conciol. ibidẽ *num.* 3. exponat prætactam conclusionem de consuetudine non servari, & practicari in statu ecclesiastico exbanniri delinquentes per iudices non solum à Civitate, seu Provincia, quam regunt, sed ab aliis in statu tamen ecclesiastico existentibus, ita sensuisse memorans Baldum, Clarum, Farinacium, Guazzinum, & Vermigliolum.

12 Quicquid de relata doctrina sit, & an servari dumtaxat debeat ubi talis viget consuetudo, adhuc non esset locus prorogationi propositę; cum magna inter unum, & alium casum intercedat differentia, quãdoquidem qui bannit extra territorium sibi subditum, licet non habeat iurisdictionem in territorio competit tamẽ ei, & in personam, & in delictum, at Prorex Cathaloniæ qui punire vellet delictum per Valeotinum, seu alium extertum patratum, nec ratione sceleris, neque personæ ratione iurisdictionem habet, sicque nullatenus supplicium de eo sumere, & cognoscere valet.

13 Vnde meritò præcedenti decisione *num.* 16. diffetuimus ex Scialoya iudicem delicti non posse punire reum pro maleficiis alibi cõmissis.

14 Neque voti singularis mõtiva obloquuntur. Non primum quod non sit minor iurisdictio Locumtenentis generalis suæ Maiestatis in Cathalonia, quam in Regno Valentię; quia similiter non inferior est iurisdictio iudicis loci delicti, & iudicis loci originis, ut antehabita *decis. num.* 12. ctevimus, & nihilominus iudex loci delicti, qui est præcellentior nequit, ut nuper eruimus, de sceleribus alibi patratis iudicare.

15 Non urget ſecundum quod ubicũque crimina claruerint puniri oporteat, quia hoc intelligi debet, iuxta terminos iuris, ut exhaurimus ex Doctoribus defendentibus captum à iudice qui in reum nullam habet iuriſdictionem, vel ratione originis, vel domicilii, vel delicti eſſe inviolabiliter relaxandum, prout late probat Regens Calderò *deciſ.* 37. *à num.* 4.

16 Neque aliud fundamentum adverſatur in eo ſiſtens quod præiudicium non inferebatur Officialibus Valentiæ, qui iam petierant remiſſionem rei, & abnuerat Regium Concilium, quod motivum aliud includit, nimirum iudicem incompetentem competentẽ fieri, ne delicta remaneant impunita, ut firmavi *deciſ.* 26. *num.* 23. & poſt ea ſcripta tenet Calderò *deciſ.* 81. *à num.* 44. *p.* 2. & inultum videbatur relinqui facinus dum renuebat Senatus reum Valentiam remittere, & de ſcelere ibi commiſſo cognoſcere renuebat.

17 Reſpondetur namque Regium Concilium ptincipaliter id declaraſſe quod iuxta conſtitutiones noſtras erat decidendum remiſſionem delinquentis prohibentes, quod autem relinquatur inultum crimen ex accidenti venit, & ea quæ in conſequentiam accidunt non attenduntur in iure ad tradita per Fontanella *deciſ.* 306. *num.* 24. *& paſſim tom.* 2. Batboſa *axiom.* 54. *num.* 4.

Præterea delictum ex atrociſſimis non erat; nam ſi tale extitiſſet remiſſio rei conceſſa fotet, cum in illis fas ſit iura tranſgredi, & quę facere queat iudex delicti ut ſontis capturam per iuris tramites cõſequatur *deciſ.* 71. exptomam. 18

Proceſſum extitiſſe ad examinationem cunctorum criminum Valentiæ admiſſorum non obſtitit; quia conſenſus iudicis prorogati non eſt neceſſarius, nec attenditur in prorogatione iuriſdictionis. Scialoya *de for. compet. cap.* 12. *num.* 4. Fermoſin. *in cap. ſignificaſti* 18. *q.* 7. *à num.* 4. *de for. compet.* Carleval. *de iudic. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 1072. qui multò minus hunc conſenſum ſufficere arbitrantur. 19

Iuriſdictio autem quando nequit prorogari in præiudicium alterius ſententia defectu iuriſdictionis eſt nulla, proceſſuſque, & acta nulla redduntur prorogatione facta abſque ſuperioris conſenſu Salgado *de retent. bullar.* 2. *p. cap.* 17. *num.* 36. & alii allati *deciſ.* 2. *num.* 7. ubi ex quibus inducatur tacita voluntas ſuperioris, at in ſpecie noſtra voluntas enixa Regii Senatus Valentiæ conſtabat conantis rei maleficia in eo Regno perpetrata ulciſci. 20

DE-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO LXX.

DE PROCESSV IVDICIS ECCLESIASTICI ALIVM ecclesiasticum in vim illius requirentis.

ATROCISIMA delicta nullibi protegi Reipublicę iura suadent, & ad eum finem si inquisitus ad aliud Regnum profugerit ecclesiastico iudice instante suum subditum capi per litteras requisitorias debitè expeditas alterius Regni iudex pariter ecclesiasticus ad capturam progreditur, reumque remittit canonicis inspectis sanctionibus, non Principum legibus municipalibus, hę enim in Ecclesiæ Tribunalibus non ligant, nec in iustitię administratione per ipsos attenduntur. Ita obseruatum in casu infra memorando.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Casus, & num. 2. 3. 4.*

5 *Princeps secularis super ecclesiasticus leges condere nequit.*

6 *Canonicum ius constitutionibus municipalibus Principum non subest.*

7 *Omnes iudices ecclesiastici absque regionum distinctione ad reorum remissionem adstringuntur.*

8 *De requisitoriis litteris, earum auctoritate, causa, requisitis plura remissiuè.*

9 *Iudex delegatus requisitorias litteras expedire valet, & auxiliũ Brachii secularis implorare.*

19 *Differentia inter requisitionem, & inuocationem Brachii assignatur.*

11 *Clericus in flagranti crimine, vel immediate post, vel ex interuallo data suspicione fuga capi potest pro iudicem secularem ad effectum eum remittendi ad suum iudicem ecclesiasticum.*

12 *Requisitoriæ litteræ ad remissiones reorum obtinendas non concedntur pro delictis leuibus.*

13 *Vt remissio per requisitorias litteras concedatur constare debet de corpore delicti, de iurisdictione requirentis, & de culpa resultanti ex summaria informatione ibidem inserta contra reum.*

14 *De ratione speciali spectata in præsenti casu.*

15 *Remissio propter nimiam regionũ distantiam denegatur.*

16 *Quoties urget suspicio in iudicem requirentẽ de iniustitia remissio nõ conceditur.*

17 *A Romana Curia reus ad nullum*

lum iudicem extra illam remittitur.

1 Litteræ expeditæ fuerunt à curia Tribunalis Brevis Apostolici istius Principatus sub die 27. Novembris 1692. directę dilecto in Christo DD. Ildephonso Postullo Vicario Matritensi, seu cuilibet alii venerabili Ordinario ecclesiastico illius Villæ, quibus narrabatur quod nonnulli Canonici cuiusdam ecclesiæ Cathedralis Cathaloniæ de crimine læsæ Maiestatis, & aliis delictis imputabantur, & cum subdelegatus Brevis Apostolici iuxta demerita illos punire, & coercere vellet Matritũ confugerant; quocircò dicto Vicario, & aliis ad quos spectabat committebat quatenus se conferrent ad locum ubi existerẽt, eosque caperent, & ad suas manus apprehenderent, & captos ad hunc Principatum remitterent cum optima custodia adduci iubendo ad Regios carceres huius Civitatis, ut ibi Iudicis Brevis Apostolici nomine detinerentur mandando subditis suis ecclesiasticis, non subiectos verò monendo, & requirendo sub pœnis ibi expressis pecuniaria scilicet, & in subsidium excommunicationis quod instati, & requisiti à Vicario, vel aliis competentibus assisterent; auxiliumque impertirentur.

2 Die 10. Dezembris 1692. præmissæ litteræ fuerunt præsentatę Vicario Matriti, & per eum acceptatę, & insuper determinatum quod caperentur Canonici, & apprehẽderentur quæcumque scripturæ apud eos repertæ, & die 11. eiusdem mensis Decembris Vicarius sua cum familia auxilium præbente Egregio viro Don Didaco de Baquerizo Præfectus Regiæ domus, & curiæ; vulgò Alcalde de Corte, & accesserũt domũ habitationis Canonicorũ ubi illos captos tenuerũt, & cũ debita decentia carcerem publicum adduxere, de quo instrumentum publicum fuit de more confectum.

Præhabiti Canonici fideiussores 3
dederunt idoneitate approbata per Sacrum, Supremum Aragonum Concilium pro 4000. ducatis monetæ argenteæ Castellanæ die 25. illius mensis Dezembris promittentes se præsentare intra spatium unius mensis intus Regios carceres Civitatis Barcinonę sub ordine Iudicis Brevis Apostolici, & non adimplendo, tam principales, quã fideiussores incidere consenserunt in dictam pœnam, atverò promissa explerunt, & postmodum eorũ causa fuit expedita.

Nunc inquiramus quomodo 4
potuerunt Matriti exequi capturæ delicto in Cathalonia perpetrato, videntur enim hoc casu observata nostris contravenire constitutionibus, quę remissiones delinquentiũ prohibent, & quando permittunt certas solemnitates exposcunt quę in relato facto observatæ non cernuntur, & per Regentem Calderò *decis.* 37. effusè recensentur.

Et

5 Et imprimis respondeo nostras constitutiones de causis ecclesiasticis non loqui, super quibus disponere non poterant; nequit enim Princeps secularis super ecclesiasticis leges condere *cap. 7. vbi Petrus Gregor. de constitut. cap. bene quidem distinct. 96.* Covarruv. *de matrimon. cap. 6. à num. 20.* Bovadill. *lib. 2. Polit. cap. 18. à num. 20.* Gutierrez *lib. 1. practic. q. 2. à num. 7.* Segur. *p. 2. direct. cap. 25. num. 38.* Solorzan. *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 4. cap. 12. à num. 76. & lib. 4 Politic. cap. 16. fol. 907. Vers. Pero.* Salgado *p. 2. de retent. cap. 1. à num. 3.* Narbona *in l. 50. distinct. 2. à num. 8. tit. 4. lib. 2. Recopilat.* Vela *dissert. 44. nu. 26.* Fermosin. *in cap. 10. quæst. 29. à num. 74. de constitut.* Maresco. *lib. 1. var. cap. 62.* Robert. *lib. 3. rer. iudicat. cap. 2.* qui etiam disquirunt an secularis Magistratus lex, ecclesiæ favorem concernens teneat.

6 Canonicum ius à Pontificiis sanctionibus derivatur, & à potestate seculari omnino est independens, unde Principum, & iurium municipalium constitutionibus non subest ut ultra nuperrimè relatos enodavit Gomezius Bayo *in prax. eccles. & secul. p. 1. lib. 1. cap. 2. tot.*

7 Hinc scintillat quod omnes iudices ecclesiastici etiam absque regionum distinctione ad remissionem sunt adstricti Carleval. de *iudic. tit. 1. disput. 2. num. 828.* Petrus Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde artic. de for. delict. num. 832.*

8 De requisitoriis litteris, earum causa, & auctoritate tractarunt Covarruv. *pract. qq. cap. 10. & seq.* Leo *decis. 87. & 168.* Canc. *var. p. 2. cap. 15.* Salgado *p. 2. de Reg. protect. cap. 1. & p. 1. labyrint. cap. 5.* ubi quæ requisita contineri debeant, de quo etiam Escalon. *lib. 1. gazophilac. p. 2. cap. 6. num. 6. & 20.* Carlev. *de iudic. tit. 1. disput. 2. nu. 17. & 26.* Vela *in cap. 1. de offic. ordin. p. 2. à num 66.* Pareja *de instrum. edit. tit. 2. resolut. 9.* Bovadilla *in Politic. lib. 5. cap. 2. á num. 36. & 49.* ubi de eis ad recipiendos testes, *& lib. 2. cap. 13. num. 69. & seq.* ubi de eis in causis criminalibus, de quo similiter Carleval. qui supra *à num. 757.* itidem Bovadilla *lib. 2. cap. 21. num. 62.* ubi an in eis sit utendum verbis imperativis, de quo etiam Cortiada *decis. 13. num. 39.* Larrea *decis. 82.* ubi quam cognitionem habeat iudex requisitus, de quo etiam Barbosa *vot. 126. nu. 202.* Villarael *lib. 2. respons. 4.* iterum Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 1. num. 10.* Riccius *p. 4. collectan. 1323.* Farinac. *in praxi q. 97. à num. 67.* ubi exagitant an iudex requisitus sententiam iniustam, vel iniquam exequi teneatur.

9 Recolligamus quæ ad propositum ediderint scriptores, & primitus uti indubitabile præmittamus licere iudici delegato eiusmodi litteras requisitorias expedire,

res, & quod magis eſt auxilium Brachii ſecularis implorare Navarr. *in cap. cum contingat remed* 1. *à num.* 1. *de reſcript.* Farinac. *in prax. q.* 97. *num.* 86. Villab. *erar. cōmun. opin. litt. I. num.* 162. Aviles *in cap.* 20. *Prator. verbo vſurpan num.* 17. Marta *de iuriſdict. p.* 1. *cap.* 50. *nu.* 25. Ludovic. Rodulphin. *tract. de brach. ſecul. num.* 30. Bovadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 186. qui prius eccleſiaſticum auxilium implorari voluit.

10 Differentia autem notoria verſatur inter requiſitionem, & invocationem Brahii, nam in hac iudex incapax cognoſcendi de cauſa rogatur, ut procedat iuxta per Ripoll, & me tradita *in praxi ciuili tractat. de ordin. iudic. Cur Vicar. Barcinon. Rubr.* 20. ſecus autem ſe res habet quoad requiſitionem; licet namque iudex legitimè requiſitus, tametſi aliàs in reum nullam obtineat iuriſdictionem poſſit, ac debeat ipſum capere, atque remittere Carlev. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 20. *&* 819. Franch. *deciſ.* 37. *num.* 2. Barboſa in *l. hæres abſens, §. proinde artic. de for. delict. num.* 81. *de iudic.* Boſſ. *in prax. tit. de for. comp. num.* 52. Fachin. *controu. lib.* 9. *cap.* 22. *in fin.* quidquid ſentiant nonnulli quos refert Carleval. *num.* 820. Guazzin. *defenſ. reor.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. hæc autem non procedunt in iudice incapace requiſito, veluti ſi remittendus ſit clericus, quem ſecularis capere ad remiſſionem non valebit Fachinæus *Verſ. Ego in iis conſentio* Guazzin. *num.* 82. inſuper nec ex urbanitate criminoſum remittere iudici permittitur abſque requiſitoriis litteris cum iuriſdictione careat in illo.

Verum eſt quod concordi placito Doctores fatentur clericum in flagranti crimine, vel immediate poſt, vel ex intervallo data ſuſpicione fugæ capi poſſe per iudicem ſecularem, eiuſque miniſtros ad effectum eum remittendi ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, ut pagina Doctorum adimpleta docuit Regens Cortiada *deciſ.* 138. *num.* 5. *num.* 29. Suelves *conſ.* 2. *nu.* 3. *lib.* 3. Daniel *de Nobilib. diſput.* 56. *num.* 22. nec improbat Don Didac. Anton. de Vrritigoyti *de competent. iuriſdict. num.* 6. *&* 7. & deficiente hac intentione præſentandi clericum ſuo iudici eccleſiaſtico iudicem ſecularem non eſſe tutum in conſcientia citati Doctores obſervant, & Carol. de Graſſ. *de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 556. 11

Remiſſiones de quibus eſt ſermo per requiſitorias litteras obtinendæ non conceduntur pro delictis levibus Iul. Clar. *ſentent. lib.* 5. *§. fin. q.* 38. *num.* 56. Tondut. *de præcent. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. Farinac. *q.* 7. *num.* 36. Carleval, & alii ſuperius allegati, quare cum crimen, de quo in caſu huius deciſionis rei erant impetiti ex atrocioribus agnoſ- 12

noscatur, & requisitoriæ litteræ ad iudicem ecclesiasticum dirigerentur meritò remissio fuit obtenta.

13 Et sane valde liberaliter, etenim ut requisitoriæ litteræ ad executionem adstringant ita sunt conficiendæ quod per illas constet de corpore delicti, de iurisdictione requirentis quoad causam illam, ac de culpa resultanti ex summaria informatione ibidem inserta contra reum Carleval *de iudic. lib. 1. disput. 2. num. 26. & 777.* Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 19. nu. 15.* Guazzin. *defens. reor. 1. cap. 17. nu. 4.* Aviles *in cap. 27. Prætor Vers. entreguen num. 8.* Didac. Perez *in l. 1. Versic. quæri potest tit. 17. lib. 8. ordinat.* Bovadilla *in Politic. lib. 2. cap. 13. num. 69.* Avendaño *de exeq. mandat. p. 2. cap. 7. num. 8.* sed opus non esse quod talis informatio mittatur, & dumtaxat iudici requirenti fidem esse adhibendam tenuit Petr. Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde artic. de for. delict. nu. 77. de iudic.* & amplius nota quod ad iudicem requisitum examen litterarum pertinet, cognitionem vero causę nullam habet Anton. Gomez *var. lib. 3. cap. 1. num. 87.* Clarus, & Guazzin. supetiùs collaudati.

14 Sacrum, ac super excelsum Aragonum Concilium certiorem fecit Vicarium Matritensem de inquisitione contra mentionatos reos condita, & ea de causa remissio cum litteris requisitoriis instata effectum habuit, tametsi præcedenti numero animadversa servata non extiterint.

15 Propter nimiam regionum distantiam remissio denegatur, velut si per iudicem novi orbis petatur ab Hispano Magistratu Azevedo *in l. 2. num. 57 tit. 16. lib. 8. Recopilat.* Carleval cum aliis *d. disput. 2. num. 863.* quamuis meminerit aliter decisum à Supremo Indiarum Senatu in causa adulterii instante accusatore; nam reus remitti iussus est ad Peruvium.

16 Eodem modo renuit Senatus remissionem quoties suspicio urget in iudicem requirentem quod in iustitiæ administratione deficiet Carleval ubi proximè *num. 862.* Decian *d. lib. 4. cap. 19. num. 24.* Guazzin. *defens. reor. 2. cap. 17. num. 77.*

17 Scias tamen à Romana curia reū ad nullum iudicem extra illam remitti Cardin. Tusch. *lit. R. conclus. 152. num. 13.* Decian. *d. lib. 4. cap. 19. num. 25.* Azeved. *in l. 1. Recopilat. num. 44.*

DE-

DECISIO LXXI.

DE NVLLITATIBVS INSANABILIBVS, ET DE ALIIS.

convalescere anteacta non impedientibus, vbi de recomendatione.

QVANDO Vicarius Regius, etiam in vim retroclami in terris Baronum absque assistentia Baiuli eorum capturam exequitur pro debito civili, & ad carceres Regios adducitur debitor nulliter captus remanet ex defectu iurisdictionis in capiente, nec ille per recomendationem à creditore factam sanatur, cum hoc casu locum non habeat, sed exceptione malæ capturæ opposita reus adiuvetur. Ita Senatus in causa Francisci Serrabardina agricolæ Parochiæ Sanctæ Mariæ de Seva Diœcesi. Vicen. contra Iosephum Vila, & Piats pariter agricolam Parochiæ Sancti Martini del Brull Regia sententia lata 25. Maii 1693. referente Nobili Iosepho de Balaguer, olim R.S.in gradu supplicationis confirmata referente Nobili Christophoro de Potau R.etiam Consiliario Reg. sententia lata 23.Novembris 1693. Actuario Texidor.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Recomendationi an sit locus pro delictis in alio Regno commissis.*

2 *Remissionum de Regno ad Regnũ denegatio sine contra bonum publicum.*

3 *Ad facilius consequendum alienigene punitionem quid eius incumbat iudici.*

4 *Detentus pro vno debito pro alio recomendari potest.*

5 *Reus potest recomendari pro alio delicto per alium iudicem, etiamsi carceratus sit nulliter.*

6 *Quando reus est imputatus de pluribus delictis, & detinetur pro vno ita demum potest recorecomendari per iudicem alterius sceleris si ambo iudices subsint eidem Præsidi Provincie, secus si versentur sub diuersis dominis.*

7 *Nulliter captus pro debito civili nullitate proveniente ex defectu iurisdictionis nequit in eisdem carceribus pro alio debito, seu ad instantiam alterius creditoris recomendari, sed statim opposita exceptione est liberandus.*

Quid de captura legitima quoad iudicem, & iniusta quoad personam capiam, & de regula ma-

lè captus, & benè detentus remissivè.

8 *Distinctio in hac materia à Ripoll tradita impugnatur, & num. 9.*

10 *Aliorum opinio distinguens adducitur.*

11 *Captura quæ facta extitit tempore quo non erat probatum debitum, etsi postea probetur sustinetur in vim secundi decreti, non vigore primi.*

12 *Opinio tenentium indebitè captum ad instantiam aliorum creditorum posse retineri refertur.*

13 *Captus pro delicto non potest arrestari, seu emparari pro debito, & ibidem limitatio.*

14 *Carceratus indebitè pro debito civili potest pro delicto emparari.*

1 NVperrimè expositis non parum consonant quæ de recomendationibus scripta comperiuntur, si enim in casu *decis.* 69. captus pro uno delicto Cathaloniæ commisso potuisset pro perpetrato Valentiç recomendari omnes cessassent amatitudines.

2 Et ne formidinem gignant exclamationes quæ à nonnullis fiunt de impunitate delictorum emergente propter denegatas scelestorum remissiones extra casus quibus licet iura, nostrasque Constitutiones transgredi meminerint velim de his quæ anteacta decisione contexuimus stylum Romanæ curiæ referantes, quæ remissionem reorum nusquam concedit.

Audiant queruli isti homines 3
Fontanell. *de pact. nuptial. 1. cl. 4. gl. 15. num. 39.* transcriptum à Calderò *decis. 37. num. 20.* ibi: *Sed quid, dicendum ne erit posse reum intra Cathaloniam in tuto esse, vt non possit capi, maximè quando peruenit ad eum locum vbi iudex in eo nullam habet iurisdictionem? Certé non, superest enim remedium quod supra dicebamus vt iudex loci delicti cum territorio, & de licentia alterius eò ingrediatur delinquentem capturus, vel aliud excogitet, qui eo opus habebit, non enim transgrediendæ sunt faciliter leges, quæ in Cathalonia remissiones prohibent.*

Attamen recomendatio prædicto casu locum habere nequit: nam 4
licet detentus pro uno delicto possit pro alio recomendari Aretin. *de malefic. Vers. quod fama publica num. 63.* Brun. *de cess. bonor. quæst. 12. quarta q. princip. num. 25. & seq.* Foller. *in practic. Vers. vel carcerentur, &c. num. 26.*

Possitque reus recomendari pro 5
alio delicto per alium iudicem Farinac. *q. 27. num. 154.* Guazzin. *defens. 6. cap. 1. num. 85.* si non impediatur sententia primi delicti Vermigliol. *cons. 351. in princip.* Caball. *cas. 299. num. 12. in fin. qui num. 1. & seqq* large distinguit, & ex his Conciol. *resolut. criminal. 7. num 4. verbo captura* Rota Pisana apud Marta *decis. 78.* decisũ tradens carceratum nulliter nedum pro eodem delicto arrestari posse, verum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

etiam pro diverſo, prout refert Riccius *p.* 3. *collectan.* 726.

6 Atverò quando carceratus inquiritur de pluribus delictis, & quidam iudex detinet illum pro uno delicto, alter autem petit ſibi remitti pro alio delicto, vel recomendari inſtat tunc demum eſt locus remiſſioni, & recomẽdationi finito per iudicem proceſſu ſuper uno delicto ut ipſe quoque ſuum perficiat proceſſum quoties ambo iudices ſũt ſub eodem Præſide Provinciæ, ſecus ſi ſub diverſis dominiis Clar. *q.* 58. *Verſ. hac autem Pract.* Belluiſ. *tit. de fuga reor. num.* 22. Farinac. *in prax. q.* 7. *num.* 41. corruerent enim aliter regulæ quæ ſtabiliuntur à Doctoribus circa remiſſiones delinquentium de Regno ad Regnum, quas alibi luculenter attigimus, nec ullus umquam iudex recomendari petiit reum cuius remiſſio fuit denegata, iudex etenim qui recomẽdationem poſtulat per neceſſe in eodem Regno quo illam poſcit iuriſdictione præditus eſſe debet.

De recomendatione obiter loquuti fuimus 7 *deciſ.* 1. *num.* 76. & ut regulas caſus deciſionis perducamus ſcias nulliter pro debito civili captum nullitate procedente ex defectu iuriſdictionis non poſſe in eiſdem carceribus pro alio debito, ſeu ad inſtantiam alterius creditoris recomendari, ſed ſtatim oppoſita nullitate capturæ eſt liberandus, & relaxandus à carceribus *l. eum vnus in princip. ff. de bon auct. iudic. poſſiden.* Molin. *in repert. foror Aragon. verbo in carceratus cum* deciſione illius Senatus Portoles ad Molin. *p.* 3. §. *incarceratus num.* 24. *& p.* 4. §. *recomendatio num.* 4. Michael Ferret obſervant *p.* 3. *cap.* 4. §. 7. *tot. & cap.* 109. cum deciſione noſtri Senatus Riccius *tom.* 6. *collectan.* 2215 Peguera *deciſ.* 135. *tom.* 1. etiam cum deciſione Senatus, apud quos Doctores reperies quando dicatur captura nulliter facta Fontan. *deciſ.* 241. *præcipuè num.* 13. *ad* 23. deciſione Senatus pariter comprobans Sabellos *in ſũma verbo carcer num.* 14. Farinac. *q.* 27. *nu.* 152. Canc. *var.* 2. *cap.* 7. *num.* 137. Genuenſis *in prax. Archiepiſcop. cap.* 28. *num.* 7. Thoro *verbo captus p.* 3. qui iudicatum refert data captura iniuſta ex parte iudicis, nempè in eccleſia tunc indiſtincte reſtitui captum, de quo articulo ſuperius diximus, concordant Fontanella *de pact. cl.* 4. *gl.* 18. *p.* 4. *num.* 32. Peregrin. iun. *de citat. reali lib.* 1. *cap.* 2. *à num.* 23. Nobilis Regens Viloſa *de fugitiu. cap.* 19. §. 3. *num.* 32. *&* 33. qui tenẽt quod quãdo nullitas capturæ cadit ſuper formali, veluti ſuper defectu iuriſdictionis, vel quod captura fuiſſet facta die feriata in honorẽ Dei, vel in alio loco prohibito, tunc nõ poteſt detineri debitor ſic captus, imo eſt relaxandus, & ex his fuit declarata nulla captura facta die feriata in honorem Dei, & relexatus debitor à carce-

ribus

ribus in causa Marię Annæ Martin contra Ioannē Albiñana Regia provisione facta 23. Iunii 1663. per Nobilem Iosephum de Rull tunc R. S. quę fuit in gradu supplicationis confirmata Reg. Sententia lata 3. Septembris 1663 scriba Famada, quę intelligas nisi per iudicē detur facultas faciendi capturā, tā die feriata, quā nō feriata prout ita providetur existēte iusta causa, veluti si debitor latitat, aut sit suspectus de fuga, & sic quotidie practicatur, & de captura quoad iudicē legitima, & iusta, licet quoad personam captā iniusta extiterit Portoles ad Molinam *p.* 4. §. *recomendatio num.* 5. *vsque ad fin. remissiuè* Fontanella *decis.* 241. *num.* 10. *cum seqq.* Sabellus *in summa verbo carcer num.* 11. *Versic. si verò in fine* ubi de intelligentia regulæ *malè captus, & benè detentus* Cāc. *d. cap.* 7. *n.* 127. *ubi* quod si nullitas consistit in materiali, veluti quia debitor fuit captus pro debito illiquido, & postea liquidetur, seu quia creditor non bene probavit, & subsequatur probatio tunc debet retineri.

8 Et licet Ripoll *de magistrat. Lugdun. cap.* 20. *num.* 134. & *num.* 163. *ac* 169. teneat male captum ab uno creditore non posse recomendari pro alio debito à tertio creditore, bene vero ab eodē creditore motus ex doctrinis Michaelis Ferrer, & Fontanellæ; tamen Ripoll loquitur ex sui sententia, & manifestè labitur; quia si debitor nulliter captus ab uno creditore non potest recomendari in carceribus ab alio creditore multo minus ab illo creditore, quo instāte fuit nulliter captus, insuper Fontanella *decis.* 241. *n.* 1. & 23. loquitur in debitore nulliter capto ad instantiā veri creditoris nō posse ab omnibus creditoribus recomendari; quia obtinuit in exceptione malæ capturę.

9 Rursus Ripoll *d. cap.* 20. *nu.* 131. peragit de casu malæ capturæ ex defectu actionis, & sic de captura nulla quoad personam captam, sed non de captura nulla ex defectu potestatis iudicis, seu formæ, qui casus valde differunt, ex traditis à Portoles ad Molinam *p.* 4. §. *recomendatio num.* 5. *vsque ad finem.*

10 De hac concertatione tractatum instituit Carol. Anton. de Luca *ad* Franch. *obseruat.* 415. quem litigiosum appellat, & refert volentes indebitè captum pro eodem debito pro quo fuit captus superveniente iustificatione capturæ, & probatione debiti, sive alterius causæ iustè detineri, secus si male captus pro uno debito, sive delicto arrestaretur pro alio debito, vel delicto; quia tunc prima captura non iustificatur, sed semper est nulla, ideoque nequit pro alio delicto, vel debito arrestari Brun. *de cess. bonor.* 19 *q.* 4. *p. num.* 24. reddita ratione quia id quod est inutile alteri vigorem dare nequit, & ulterius quippe arrestatio habet vim adhęsionis, & hęc fieri debet in statu in quo invenit

eum cui adhęret, quare cum prima captura fuerit invalida non poteſt robur aliquid præbere arteſtanti.

11 Quamobrem optime Salgado *de Reg. protect. p. 2. cap. 4. num.* 130. firmat ſi ante capturam non fuerit probatum debitum, & probetur poſt eam deberi detineri debitorem in carcere, & capturam ſuſtineri, non ex vi prioris præcepti, ſed poſtea ex vi ſecundi tacitè per detentationem, vel expreſsè per declarationem.

12 Contrarium tenent alii ſcilicet quod indebitè captus ſi ad inſtantiam aliorum creditorum arteſtatur non ſit relaxandus niſi creditoribus ſatisfactis, & in praxi ſervari teſtatur Farinac. *q.* 27. *num.* 152. ſed tu à firmatis *num.* 7. non recedas quicquid ſenſerit Capyc. *deciſ.* 51. relatus per Riccium *p.* 3. *collect.* 726. dum aſſerit vere eſſe ibi conſtituta de rigore iuris, verum de æquitate capturam iniuſtam debere confirmari ne creditor ſuum amittat creditum.

3 In quæſtione verò an captus pro delicto arreſtari, ſeu emparari poſſit pro debito, negantem opinionẽ teneas cum Bronocitata *q.* 12. 4. *princip. num.* 33. Caball. *reſolut. criminal. caſ.* 296. *cent.* 3. *num.* 35. aliquando finita cauſa criminali inquit Ioſeph. Ludoviſ. *deciſ. Perug.* 70. *num.* 11. ote tenus iolliſſe iudicem detineri carceratum ad effectũ ut cum ſuis creditoribus concordaret, & ſibi pluries contigiſſe concordari, ſed ſi tranſigere non potuerint carceratum à carcetibus dimiſiſſe, & præſtabilitæ concluſioni ſubſcribunt Gozzin. *defenſ. reor. 6. cap.* 1. *num.* 85. Farinacique ſupra laudatus indiſtinctè in praxi ſervari atteſtatur Buccaron *de differen. inter iudic. civil. & crimin. differen.* 148. *num.* 11. qui *num.* 12. ex Claro *in prax crim. q.* 62. *Verſic. vltimo* Anton. Scappa *in tract. de iur. non ſcript. lib.* 5. *tit. de carcerib. & carcerat. cap.* 48. limitat in cuſtodibus carcerum volens quod retineant carceratos per ſententiam abſolutos donec de expenſis eis fuerit ſatisfactum, & ibidem de notariorum mercedibus tractat.

Demum carceratum indebite 14
pro debito civili poſſe pro delicto emparari, ſeu recomendari ipſimet Doctores concludunt, & præſertim Farinacius citatus, ſervatis tamen his quæ annotant laudati *num.* 7. quando captus extat in Regiis carcertbus loci ubi reſidet Regium Conſilium intrat præterens evocationis, de quo meminit *deciſ.* 1. *num.* 73.

DE-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO LXXII.

DE NVLLITATIBVS IN PROBATIONVM STRVCTVRA perpendendis.

NVLLITATVM variigradus secernuntur, aliæ enim ex defectu iurisdictionis, seu authoritatis proveniunt, ut quia iudex incapax, vel incompetens fuerit, vel notarius recusatus extiterit, aliæ vero ex diversis causis descendunt iurisdictionem non respicientibus, ut putà si in examine testium ritum concernentes non fuerint servatę solemnitates, primo casu subvertuntur omnino depositiones, de eis neutiquam ratio haberi valet, sicque dissui, & evelli à processu debent, in secundo autem, parte petente repetitionis locus fit, proindeque à processu testes nullatenus veniunt dimovendi. Ita Senatus in causa Procuratorum fidelissimæ, & exemplaris Civitatis Dertusæ contra Priorem, & Conventum Eremi Sancti Hilarionis de Cardo Ordinis fratrum Carmelitarum excalceatorum R. provisione facto verbo facta per Nobilem Franciscum de Rius, & de Bruniquer R. S. 25. Maii 1693. in actis Mora.

ANNOTATIO.

NUCLEUS.

1 *Si nullitas receptionis testium provenit ex defectibus ritus illorum repetitio tunc locum habet, & opus non est novo examine ex integro.*

2 *Amplia tametsi nullitas accidat culpa partis, nam tunc repetuntur testes absque novo iuramento.*

3 *Testes ritè, & rectè examinati repeti nequeunt in eodem iudicio, neque in causa appellationis.*

4 *Aliter se res habet quando non fuerunt ritè, & rectè examinati testes in prima instantia, nam tunc in causa appellationis recipi valent.*

5 *Diversitatis ratio assignatur.*

6 *Decisiones Senatus producuntur.*

7 *Vbi nullitas pendet ex defectu iurisdictionis testium repetitionis non est locus, & de ratione num. 8.*

9 *Si notarius recusatur in Senatu quando sunt expedienda litteræ compulsoriæ, & nihilominus testes recipit erit nullum examen cum decisione.*

10 *Quando iudice recusato verisimile est partem destitisse valet processus coram illo instructus, & de suspicione excludenda propter iudicis*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dicis ſuſpicionem.

11 *Notarius ſolo iuramento recuſari poteſt.*

12 *Intellige ſi res ſit integra, vel adſit probabilis cauſa ſuſpicionis arbitrio iudicis.*

13 *Res integra an fuerit in caſu controverſo.*

14 *Fontanella circa ſubiectam materiam enodatur.*

15 *Recuſatio coram iudice inferiori propoſita, ſi cauſa pendeat in Senatu non attenditur.*

16 *Hucuſque excuſſa in ciuilibus non minus obtinent in criminalibus.*

QVoties nullitas ex eo provenit quod pars non fuit citata in primo examine, aut non extiterunt teſtes interrogati ſuper interrogatoriis, aut ex aliis ſimilibus cauſis ritum reſpicientibus utendũ eſt repetitione, & recenſione teſtium perlectis eis primis depoſitionibus, ſi id petatur, non vero opus eſt noua auditione, & receptione ex integro abſque lectura primę depoſitionis Fatinac. *de teſtib. q. 66. num.* 39. *& q.* 73. *num.* 60. Ludoviſ. *deciſ.* 331. *num.* 15. *& ſeqq.* & ibi Beltramin. & *deciſ.* 578. *num.* 13. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 95. *num.* 7. Theſaur. *deciſ.* 28. Fontan. *deciſ.* 182. *á num.* 12. *vſque ad fin.* & *deciſ.* 183. *à num.* 7. *ad* 10. & *deciſ.* 102. *num.* 28. & *de pact. clauſ.* 4 *gloſ.* 18. *p.* 4. *num.* 115. Canc. *p.* 1. *cap.* 20. *num.* 84. Poſt. *de manuten. obſervat.* 91. *n.* 22. *& ſeqq.* Conciol. *ad ſtatuta* Eugub. *lib.* 2. *rub.* 9. *num.* 4.

Etiamſi non fuerint interrogati ſuper interrogatoriis culpa partis; quia tunc repetuntur expenſis partis quæ nulliter eos recepit, adeò ut non ſit neceſſe repetere iuramentum, ſi ab initio teſtis ſuper tota cauſa iuraverit, ſecus ſi iuraverit tantum ſuper articulis Cyriac. *controu.* 244. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 2. Poſt. *obſervat.* 91. *num.* 22. *&* 23.

Et licet teſtes ritè, & rectè examinati examinati, nec repeti poſſint in eadem cauſa, nec in cauſa appellationis per *text. in cap. fraternitatis de teſtib.* & in *clement.* 2. *eod. tit.* Ripoll ad Peguer. *in prax. Rubr.* 18. *num.* 50. *cum ſeqq.* ad evitandum periculum ſubornationis.

Aliud tamen erit quando teſtes non fuerunt ritè, & rectè examinati in prima inſtantia, tunc enim in cauſa appellationis recipi valent Franchis *deciſ.* 668. *num.* 6. ex Theſaur. *deciſ.* 28. & aliis ſequitur Carol. Anton. do Luca ad eundem Franchis.

Ratio diſcriminis eſt quia primo caſu cum ſint ritè, & rectè examinati nova receptio, ſeu examen deſerviret ad aliquid addendum, vel detrahendum contentis in prima depoſitione, & hoc in caſu verſatur periculum ſubornationis, quod ſecus eſt quoties non fuerunt teſtes ritè, vel rectè recepti, tunc ſiquidem illorum receptio dumtaxat ordinatur ad ſanandum defectum, non autem ad detrahendum,

dum, vel addendum expositis in prima depositione, ideoque cessat periculum subornationis, ut tenent Doctores superius allegati.

6 Quare iure optimo in casu nostræ decisionis testium repetitio locum habuit, & fuerat diffinitum 3. Martii 1606. in causa Petri Prat Societatis Iesu contra Ioannem Pont Villæ de Figueras referente Magnifico Hieronymo Astor scriba Hieronymo Bosch prout recitat Fontanella *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 18. *p.* 4. *num.* 115. & *decis.* 102. *nu.* 28. similis prodiit 1. Octobris 1680. referēte Magnifico Raphaele Nabona in causa Syndici Vniversitatis Villæ de Blanes contra Ioannem Bosch, & alios, in actis Fabra.

7 At vero quando nullitas pendet ex defectu iurisdictionis, quia ea non residet in examinante testes, tunc eorum repetitioni locus minimè erit, imo providetur quod dissuantur à processu Fontanella *decis.* 361. *à num.* 21. Ita Senatus in favorem Raymundi Massaguer, & Petri Cunyer contra Vniversitatem Villæ Tarregæ Regia Sententia lata 25. Novembris 1654. scriba Ferrer, sic similiter cum in causa supplicationis contrarii imperii fuisset expedita plica intra decem dies, & testes non solum recepti, verum etiam citati, & iurati extitissent extra decem provisum fuit per Magnificum Petrum Serra consultissimum R. olim Senatorem 9. Aprilis 1657. plicam dissuēdam fore à processu in causa vertenti in Reg. Audiencia inter Franciscum Trepat ex una, & Ioannem Trepat partibus ex alia, scriba Bas.

Ratio ex eo dimanat quia ut pro 8
batum relinquitur in additionibus ad Praxim civilem Peguerę *Rubric.* 16. iudex supplicationis contrarii imperii, coram quo sunt ministrandi testes limitatam habet iurisdictionem pro illis recipiēdis ad tempus decem dierum, sicque eo termino elapso iurisdictione caret ad receptionem, defectus autem iurisdictionis maximus est, cum proveniat à causa efficiente, & ideo omnia acta corruūt ex firmatis *decis.* 2. *à num.* 1. unde merito illo obsistente receptæ depositiones á processu extrahuntur.

Inde effluit quod si aliquis nota- 9
rius pro recipiendis testibus extra urbem quando sunt expediendæ litteræ compulsoriæ fuerit per partem recusatus schedula coram Relatore causæ oblata offerendo solitum præstare iuramentum, & nō obstante recusatione testes receperit talium testium plica dissui, & extrahi debeat à processu cum receptio nulla sit à recipiēte emanās, idque non minus procedit tametsi recusans tacuerit quando instante adversario fuit ei præsentatum cartellum, ut testes iurare videret veluti fuit per me declaratum in causa Petri Ioannis de Vilacetrù domicelli in Parochia Sancti Stephani

UAB Biblioteca de Ciències Socials

phani de Vlñolas Diœceſ. Vicen domiciliati contra Iacobum Ordeig paratorem Villæ Sancti Hypoliti de Voltregà Regia proviſione facta 10. Ianuarii 1693. in actis Fores, quæ proviſio in iudicatum transiuit.

10 Dubitationem prębebat circunſtantia tacitę approbationis iudicis ex taciturnitate coniecturata: nam quando iudice recuſato veriſimile eſt partem deſtitiſſe veriſimile eſt valere proceſſum coram illo inſtructum Seraphin. *deciſ.* 897. *nu.* 4. & generaliter tradidit Fontanella *deciſ.* 19. *num.* 10. recuſationis iudicis excludendæ cauſam eſſe approbationem perſonæ illius.

11 Sed tamen perpendi Notarium quemcumque ſolo iuramento recuſari poſſe, cum talis recuſatio levis ſit præiudicii, & de facili alius poſſit ſubrogari Gonzales *ad regul. octau. Cancellar. gloſſ.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 9. Fermoſin. *in cap. ſi quis contra clericum q.* 3. *num.* 6. *de foro compet.* Xammar *de offic. iud. p.* 1. *q.* 12. *num.* 123. & ex his, ac aliis Cortiada *deciſ.* 20. *num.* 8.

12 Et licet hęc regula intelligatur, ſi res ſit integra, ſcilicet ante approbationem per comparationes iudiciales ipſo ſcribente factas Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 85. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 167. *num.* 17. Burat. *deciſ.* 606. *num.* 7. Tondut. *de præuent. iudic. p.* 2. *cap.* 26. *num.* 17. qui declarant ut procedat quando adeſt probabilis cauſa ſuſpicionis quamvis non nimis urgens, ſed levior arbitrio iudicis, ſic pariter firmantibus Farinac. *in fragment. p.* 2. *litt. I. num.* 119. Beratt. *in ſpecul. viſitat. cap.* 6. *num.* 30. & in praxi receptum eſſe quod iudex ſe informat ſine ſcriptis de cauſis ſuſpicionum, & eis veris repertis providet de alio notario partibus non ſuſpecto probat Cortiada *d. deciſ.* 20. *num.* 10. cum Thoro *in compend. deciſ. in ſuplemento verbo Actuarius magnæ curiæ in fin. fol.* 5.

Cæterum ipſimet Doctores nu- 13
per laudati tenent tacitam approbationem notarii non aliter inferri quam ex comparitione iudiciali ab ipſo ſcribente facta, & conſequenter taciturnitas ſupra expenſa approbationem neutiquam inducebat.

Quare non erit ſequendum o- 14
pinamentũ Fontanellæ *deciſ.* 487. *num.* 15. ubi, non tamen firmiter, exiſtimat quod ubi adeſſet relata nullitas receptionis teſtium per notarium ſuſpectum aliud non poſſet pars conſequi quam repetitionem teſtium legitime, nõ obſtante quod antea dixiſſet cum Rota Romana *deciſ.* 347. *poſt* 2. *volum. conſ. Farinac.* remiſſioriales iudices, & eorũ ſcribas recuſatos in actu receptionis poſſe, & teneri ſuperſedere, aliàs ſi non faciant, & pars à proceſſu ad ulteriora appellet examen reputatur nullum.

Vnum non prętereundum, nem- 15
pe recuſationem, ut in præ libato

caſu

casu fuit obſervatum proponendã eſſe in Reg. Audientia, non autem coram indice inferiori, nam ſi coram eo fuerit expoſita recuſatus ad ulteriora valet procedere, nec tunc nullitatis vitium receptioni obſtabit, prouti pluries fuit practicatum: quamobrem reperies in proceſſu cauſę vertentis in R. A. ad relationem Nobilis Chriſtophori de Potau R.S. ſcriba Petro Abadal inter Ioſephum Neſpla ex una, & Ioſephum de Canyellas partibus ex alia alteram ex partibus recuſaſſe aliquos notarios ad receptionem teſtium offerendo iurare, petendoque penes eundem notarium intimã expediri parti alteri proviſionis ſequentis factę à iudice ordinario 8. *Nouembris* 1685. *adueratis dicãt partes intra tres, & intim,* & quod intima facta ſe abſtineret, notarius recuſatus nihilominus recepit teſtes, & plica exhibita ille qui recuſaverat de nullitate receptionis dixit, ſed adverſarius recuſationem non ritè factam extitiſſe, quia proponi debuerat in R.A. & difficultate oppreſſus is qui nullitatem oppoſuerat timẽs ſuccũbere in cauſa, cum aſſignatum fuiſſet ad ſententiam viſuram petiit.

Quæ hucuſque reſeravimus de cauſis civilibus æquè obtinent in criminalibus, ut perſpeximus *deciſ.* 31. *à num.* 46. quibus hic adducta non leviter deſervient ad uberiorem illius materię indaginem. 16

DECISIO LXXIII.

DE PROBATIONIBVS PERHIBENDIS VT PER IVDICEM ciuilem, ſeu criminalem iuriſdictiones ſequeſtrentur.

CRIMINALIS iudex non aliter cognitionem adhibet quam ſi qualitas criminis, vel gubernii præſupponatur, & ita in puellarũ, & iuriſdictionum ſe queſtris ſervatur, atque in aſſiſtentiis impertiendis, atverò iſtę, ſi ſuper iuriſdictione notoria, & facto criminali non extante lite in R. A. petantur abſque armorum, vel ſcandali ſuſpicione elargiuntur, & quando flagitia eveniunt, & imponiti ſceleſti evadunt ad carentiam adminiſtrationis iuſtitiæ Regium Criminale Concilium ſequeſtrum iuriſdictionis providet, idque etiamſi in R.A. iudiciũ agitetur, dummodò in hoc articulo incidenti illa non prævenerit. Ita Senatus deciſiones infra referendæ interpretantur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Sequestrum puellę nobilis quando prouideatur per iudicem ciuilem, & qualiter per criminalem.*

2 *Assistentia Regii Officialis quandoque per Regiam Audientiam ciuilem, nonnumquam per Regium criminale Concilium conceditur. Pro exercitio iurisdictionis notoriæ quando non adest controuersia, vel lis in R. A. super facto criminali concedit Regium Criminale Consiliũ assistentiam, etsi non constet de suspicione armorum, vel scandali.*

3 *Sequestrum iurisdictionis quandoque per iudicem ciuilem; nonnumquam per criminalem opponitur.*

4 *Barones per se ipsos iurisdictionem exercere nequeunt.*

5 *Adstringuntur Barones Baiulis, & Officialibus suis Assessores designare qui eis consilium præbeant.*

6 *Iurisdictionis possessio non acquiritur absque voluntate, & obedientia subditorũ, & n. 7. 8. cũ Senatu.*

9 *Renuentibus vassallis possessionem passiuam iurisdictionis dare, si super ea lis pendeat in R. A. ista sequestrum illius prouidet cum Senatu.*

10 *Alia decisio Senatus ad intentum, & de eius executione nu. 11.*

12 *Affertur itidem Senatus decisio ad superiorum confirmationem.*

13 *Ratio quare aliquando iudex ciuilis sit adeundus pro sequestri iurisdictionis appositione, & interdum criminalis.*

14 *Barones aliquoties vassallorum inobedientiis, & importunitatibus defessos petiisse per Regium Concilium exercere iurisdictionem memoratur.*

15 *Per Regium Criminale Concilium sequestrum iurisdictionis prouisum ex carentia Officialium iustitiam administrantium, & quia hac de causa scelera patrabantur, quæ invindicata remanebant.*

16 *Motiua Senatus in nuper relata decisione.*

17 *Iudex incompetens cõpetens redditur ne delicta remaneãt impunita.*

18 *Etsi iudex ciuilis de sequestro iurisdictionis vertente coram eo causa super ipsa incidenter cognoscat, valet tamen criminalis, si super illo articulo non preuenit ciuilis principaliter cognoscere.*

SEquestrum puellę nubilis posse apponi, & prouideri per iudicem ciuilem, atque etiam per criminalem *decis. 8. á num. 48.* eructauimus sub hac distinctione, videlicet quod si tantum ob periculum seductionis petatur, iudex ciuilis adeundus sit, atverò si præcedant maleficia, vel timor gravis ea perpetrandi ut puellę libertas in contrahen-

trahendo matrimonio impediatur per iudicem criminalem remediũ adhiberi debeat.

2 Sic etiam in casibus enarratis *decis.* 57. assistentia Regij Officialis per iudicem civilem elargitur, non enim criminalis eam impertitur, nisi quando de sceleribus agitur, aut constito de periculo armorum, seu scandali, veluti in compilatione practicali *Tit.* 2. *pag.* 18. exponitur, sed tamen pro exercitio iurisdictionis notoriæ quando non adest controversia, vel lis in Regia Audientia super facto criminali valet etiam Regium criminale Concilium assistentiam concedere Officiali Regio, vel Baroni ut tutiùs, & sine metu violentiæ possit in illo facto iustitiam exercere, ut probat decisionibus exornans R. Calderò *decis.* 72. *num.* 19. ubi eo in casu necesse non esse ut constet de suspicione armorum, vel scandali.

3 Peræquè sequestrum iurisdictionis quandoque providetur per iudicem civilem, aliquando per criminalem, non loquor nunc de casu quo propter excessus, & abusus Baronis in exercitio iurisdictionis facinorosos receptando, vel vassallos gravando ea sequestratur, de quo effabor ex proposito in compilatione practicali, sed de eo casu est sermo, quo populus caret Rectore, cum ob decessum ultimi possessoris nullus adsit qui in quasi possessione exercitii iurisdictionis reperiatur, tunc enim aliquoties sequester apponitur per iudicẽ civilem, nonnunquam verò per criminalem, prouti sequentes casus aperiunt.

Et priusquam ad ipsorum enodationem deveniam præcognoscas Barones per se ipsos iurisdictionem exercere nequire ex latè firmatis per Novar. *de grauamin. tom.* 1. *grauamin.* 176. qui patiter notat Episcopos posse per se iurisdictionem exercere, nec Vicarium constituere teneri ex Puteo *decis.* 43 *lib.* 2. Mohedan. *decis.* 4. *de Offic. Vicar.* Rota *diuers. decis.* 222. *num.* 5. *p.* 2. Verall. *decis.* 306. *p.* 1. Riccius *collectan.* 1602. & libata de Baronibus confirmat Franch *decis.* 511. *nu.* 8. & *decis.* 470. 4

Non minus adstringuntur Barones Baiulis, Capitaneis, seu Officialibus suis Assessores, sive Consultores designare qui in causis præstent consilia Laurẽtis *de iudic. inspect. cap.* 10. Menoch. *de arbitrar. iudic. casu* 253. Burg. *de modo proceden. ex abrup. q.* 81. Novar. *de grauamin. tom.* 1. *grauam.* 190 *à num.* 1. ubi quod Capitanei iuris imperiti Assessores cogantur habere, eorumque cõsilia sequi Gemmian. *in cap. statutum*, §. *Assessorem de rescript. in* 6. Villadiego *in Politic. cap.* 3. Cassaneus *in catal. glor. Mun. consideran.* 27. *p.* 7. Guazzin. *de reor. defens. cap. num.* 6. *defens.* 13. declarat Xammar *de Officio iud. p.* 1. *q.* 5. *à num.* 20. qui observat in Catha 5

UAB Biblioteca de Ciències Socials

thalonia Assessores habere votum decisivum.

6 Præsupponēdum succedit iurisdictionis possessionem non acquiri absque voluntate subditorum, ut ex mente Innocent. Abbatis, & posteriorum omnium in *cap. olim lo 3. de restitut. spoliat.* tenet Peregrin. *in tractat. lib. 1. tractat. de iurisdict. ordin. & deleg. num.* 87. ubi quod obedientia per obedientiam possidetur.

7 Et licet Ramon *cons. 26. num. 15.* ex Capic. *decis. 27. num. 29. & 30.* defendat quod absque obedientia quæritur iurisdictionis possessio.

8 Contrarium tamen noster definivit Senatus decidens non aliter iurisdictionis possessionem quempiam adipisci quam obtemperantibus, ac concurrentibus vassallis, ut declaratum pluries extitit pro firmo habito possessionem domini castri, & iurisdictionis, necnon pertinentiarum eius mortuo domino remanere penes Iuratos, & Vniversitatem, & sic non dici vacantem, quapropter si aliquis properat ad accipiendam possessionē, & recusant Iurati, & Vniversitas illam tradere, si de facto non obstante recusatione eam aprehendat instrumentaliter, in prædicta possessione non manuteneretur, sed manutentio illi est concedenda, cui per dictos Iuratos, seu Vniversitatem fuit tradita, aut illis consentientibus aprehensa possessio, etsi posteriori die aprehendatur, & casu quo ille cui debebatur manutentio decedat pendente lite ad quam fuit citatus deber hęres illius ex remedio *l. fin. C. de edict. Divi Adriani tollen.* immiti in possessionē, & removeri intrusus. Ita Senatus referente Magnifico Ioanne Baptista Roca, & Iulià R.C. Reg. Sententia lata 18. Decembris 1680. in causa Nob. Elisabethis Corbera, & de Pons ex una, & Nob. Iacobi Borràs partibus ex altera confirmando aliqualiter Reg. provisionem factam per Nob. Iosephum de Ferrer R.S. actuario Subirana.

Renuentibus ergo vassallis passivam possessionem Baroni dare de sequestro per Regiam Audientiam civilem providetur, quemadmodum practicatum extitit Regia provisione facto verbo facta 13. Ianuarij 1625. in casu relato per Ramon *d cons. 26.* in fine in quo attento partes taliter ingressa fuerant merita plenarii, & petitorii quod si super prædictis declaretur quisnam esset interim dum pendebat lis in possessione, seu detentione rerum, de quibus agebatur, manutenendus panderentur merita causæ principalis: fuit provisum absque prejudicio iurium, & prætensionum partium quod procederetur ad ulteriora in causa principali, & quod interim omnis iurisdictio Parochiarum, & locorum Sancti Petri, & Sancti Vincentii de Torellò exerceretur per aliquem tertium idoneum per suam Excellen-

lentiam in sequestratorem nominandum.

10 Pariformiter die 11. Februarii 1639. per Magnificum Michaëlē Carreras R.S. in causa ad eius relationem vertenti inter Fisci procuratorem parrimonialem ex una, & obtinentes Regias dignitates ex alia eo motivo, quod ex informatione recepta constabat in oppido, seu Villa Sancti Ioannis de Abbatissis Episcopatus Vicensis nullos adesse, vel existere Officiales qui iurisdictionem exercerent, & iustitiam ministrarent, quod redundabat in grave, & notabile damnum, & præiudicium dictæ Vniversitatis, & habitantium in dicta Villa, & parochiis illius, fuit facto verbo provisum ut obviaretur scandalis, & consuleretur dictæ Vniversitati, & foventibus domicilių, & habitationem in ea, & parochiis illius, quod pro eo tunc, & donec aliter esset provisum sine præiudicio iurium, & partium prætensionum interesse prætendentium omnis iurisdictio, tam civilis, quam criminalis dictę Villæ Sancti Ioannis de Abbatissis sub Regio ponderetur sequestro, & per Dominum nostrū Regem regeretur, & gubernaretur, ac exerceretur, seu per Excellentissimum Locumtenentem Generalem suæ Maiestatis nominarentur Officiales, & Ministri, qui nomine Domini Regis dictam exercerent iurisdictionem.

11 Hic est ferme contextus provisionis, postea autem fuerunt expeditæ litteræ Regiæ directæ Ioanni Andres Perez Subvicario Vici, & Ausoniæ sequestri nominato, quibus ei iurisdictionis administratio committebatur.

In causa interdicti possessorii 12
summarissimi retinendæ possessionis interim appellati, quæ pendebat super statu Cardonæ obtulit Procurator Fiscalis patrimonialis supplicationem qua deduxit malè administrati in prędictis statibus iustitiam, ac bona, dissipari fructus, illosque converti in proprios usus unius ex litigantibus, qui in Provincia nulla bona immobilia possidebat, & Regia provisione facto verbo facta per Magnificum Ioannem Baptistam Roca, & Iulià R. olim S. 21. Novembris 1678. quia ex informatione recepta constabat de contentis in supplicatione fuit cum clausulis præservativis provisum sequestrum status Cardonæ, scilicet tam iurisdictionum, quam reddituum, & fructuum illius, suorumque dependentium, adiecta insuper clausula quod expedirentur litteræ sequestri, & alię provisiones opportunæ iuxta stylum, & post executionem intimaretur, de quo exemplari effusè Vedoya *in speculo iurisprudent. discurs. 6.*

Vides per supradicta qualiter 13
deficiente possessore iurisdictionis, sicque carente populo iustitiæ administratione, vel quando malè

ipsa

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ipſa regitur iudex civilis ſequeſtrũ apponit, vel quia iſte articulus incidit in cauſa civili, ut in connumeratis cauſis evenit, vel quia nihil deductum fuit de ſceleribus,& flagitiis, quæ in Baroniis ibi enarratis perpetrabantur quæ ex deficientia Officialium impunita remanebant alioquin enim recuſantibus vaſſallis obedientiam præſtare, quæ ad poſſeſſionem iuriſdictionis requiritur Regium criminale Concilium ad ſequeſtri appoſitionem procul difficultate properaret,cum ad ipsũ gubernii providentiæ, qualis eſt iſta,pertineant ex adductis *deciſ.* 41. & ſic curare debeat ne abſque Officialibus oppida remaneant ad uniuſque iuriſdictionis civilis, & criminalis adminiſtrationem iuxta ſtabilita *nu.* 5.& his adduntur *num.* 2. prefinita, nimirum pro exercitio iuriſdictionis notorię quando non adeſt controverſia, vel lis in Reg. Audientia concedi per Regium Conſilium aſſiſtentiam ſuper facto criminali.

14 Expertus equidem ſui de meo tempore nonnullos Barones protervitate vaſſallorum adeò defeſſos ut impoſſibilem crederent eorum obedientiam ad Regium Cõſilium recurriſſe ut iuriſdictionem in ſuis oppidis exerceret donec pacata illorum obſtinatione poſſent authoritate iuſta ad ius dicendum perfrui.

15 Ex hucuſque conſtitutis defuncto ultimo poſſeſſore Villę de Põs, cum vaſſalli nulli ex contendentibus ſubiici ſponte vellent, donec cui ſpectaret iuriſdictio definiretur;ſicque carentia Officialium pro iuſtitiæ adminiſtratione extaret Regia proviſione facto verbo facta per Magnificum Franciſcum de Sotomayor I.R.C. 30. Martii 1689 fuit appoſitũ ſequeſtrum in iuriſdictione civili, & criminali illius Villæ,& nominatus per Excellentiſſimum Locumtenentem generalem ſuæ Maieſtatis ſequeſter, qui illam donec fuit declarata manutentio rexit,& gubernavit.

Motiva expreſſa in proximè relerata proviſione fuerũt quod memorata Villa, & Baronia carebat adminiſtratione iuſtitiæ, cuius defectu pluribus erant expoſiti vaſſalli periculis, & mali non arcebantur à delinquendo metu pœne,neque boni tuti erant in pace,& quiete, & inferioribus ius non reddebatur,quapropter improbis anſa præbebatur ad aliena bona dòloſè uſurpanda, & ſcias aliter Senatui conſtitiſſe prava facinora in ea Baronia contingere quæ ob celerrimi conatus deſidiam(eo quod Officiales deerant) vindicari haud valebant.Clauſulæ præſervativæ fuerũt *pro nunc, & donec aliter per illum, vel illos, ad quem vel ad quos ſpectet debitè ſit prouiſum, & ſine præiudicio iurium, & prætenſionum partium quarumcumque in prædictis intereſſe prætendentium,tam in poſſeſſorio, quam in petitorio.* Verum eſt quod

quod Nobilis Regens Don Michaël de Cortiada fuit voti quod ſua Excellētia mādaret Fiſci procuratori quatenus forma ſolita acciperet poſſeſſionem Villæ, & Baroniæ de Pons, quia iuxta ſuum ſenſum extantibus privilegiis, prout aderant, inſeparabilitatis à Corona Regia, interim, donec ſuper iure intereſſe habentium iudicatum eſſet capiendam eſſe poſſeſſionem per Fiſcum arbitrabatur.

17 Superioribus concinunt firmata *deciſ. 26 num. 23. & deciſ. 69. nu. 16.* dum diſſeruimus iudicem incompetentem competentem fieri ne delicta remaneant impunita, & conſequentet eſtò incompetens fuiſſet iudex criminalis ad appoſitionem ſequeſtri competens fieret ut criminum vindictæ conſuleretur.

Hiſce coniungas examinata *deciſ. 60.* ubi demonſtravi iuriſdictionem iudicis cognoſcentis de aliquo articulo, ſeu quæſtione tantū incidenter non eſſe privativam, ſed cumulativam, & ita quamuis ratione incidentię cauſæ coram eo vertentis poſſet iudex civilis de ſequeſtro iuriſdictionis in propoſito caſu cognoſcere, hoc non efficit quin principaliter ſequeſtrum providere nequeat iudex criminalis dum ſuper eo articulo non prævenit civilis. 18

DECISIO LXXIV.

DE GRATIFICANDIS PRÆCELLENTIBVS MERITIS, & eorum probatione.

BONVM publicum ſuprema lex eſt, & ſupra omnem legem, quapropter ſi ingentium ſervitiorum gratificandorum cauſa delinquentis remiſſio petatur larga manu à Principe ad ſolatium ſuperexcellentium meritorum vaſſalli porrigitur, nec tunc quaſi in avara mercatoris ſtatera ſervitia cum criminibus appenduntur, bene verò eo liberali pondere ut ſemper imperantis gratia exuberet, non ſeductione permoti, ſed precibus ſecurè veritate nitentibus, probationeque extraiudiciali habita, aut aliis à fide dignis viris exorientibus. Ita Senatus ex maiori parte Dominorum prima Aprilis 1683. in facto ſupplicationis oblatæ ſuæ Excellentię per Ioannem Xirau incolam Villæ de Llançà petentem pro remunerandis ſuis ſervitiis fieri remiſſionē pro bono publico Dimæ N. Villę de Navata delato de mandato, & aſſaſſinio per eum commiſſo in nece proditoriè perpetrata in dicta Villa de

de Navata per Ioannem de Monteſquiu, & Andræam Doble in perſonam Antonii Azamor eiuſdem Villæ iactibus inſtrumenti manualis.

ANNOTATIO.

NUCLEUS.

1 *Senatorum in aduerſantia vota diuiſio inculpabilis.*

2 *Propter ſeruitia delinquentis, aut maiorum eius pœna temperatur.*

3 *Refelluntur iudices qui ſeruitia aſpernantur.*

4 *Remiſſioni cauſam præbent plura, & maiora officia, & obſequia per imputatum impenſa.*

5 *Amplia extante partis offenſæ contradictione.*

6 *Premia conferri quam vtile ſit, & obligatorium dominanti à memoria delendo maleficia benemerentis.*

7 *De interemptorum filiis.*
Ex mala progenie raro bonos vaſſallos oriri, & è conuerſo ex bona prauos.

8 *Pro bono publico fieri valent remiſſiones aliter prohibitæ, & nu. 9. cum Senatus deciſione.*

10 *Compoſitio, remiſſio, & abſolutio in vtroque foro abſque delicto fieri nequeunt.*

11 *De abſolutione ad cautelam quibus caſibus concedatur, & qualiter ex officio.*

12 *Remiſſiones non eſſe expediendas cum clauſula,* ſive culpabilis fueris, ſive non.

13 *Informationes ſeruitiorum ne deceptoriæ ſint oportet à viris grauibus, & probis accipi.*

14 *Certificatoriæ meritorum emanantes à viris omni exceptione maioribus attendendæ maximè adminiculis ſuffultæ cum Senatu.*

15 *Amplia in certificatoriis Magnatum, Magiſtratuum, & Equitũ, & de factis per Cuitatem num. 16. & num. 17. de litteris extra iudicialibus Abbatũ, Epiſcoporum, & ſimilium.*

18 *Comparatio fit in materia remunerationis ſeruitiorum de ciuilibus ad criminales cauſas.*

19 *Propoſitio á Sanctiſſimo Innocentio XI. damnata circa iudicandum amplexa opinione minus probabili neglecta probabiliori refertur, & non obligare ſuam Sanctitatem iudicem in criminalibus ad ſequendam probabiliorem, ſi reo non faueat.*

20 *Remiſſiones Regiæ Cancellariæ diplomate non ſemper pro bono publico fiunt, ſed quandoque aliis de cauſis iuſtis, & tenor concluſionis caſus deciſi in themate contexitur.*

IN vota contraria Senatorum mentes ſcindi nemo eſt qui reprobet ex allatis *deciſ. 5. num. 28.* & *deciſ. 37. num. 6.* pulchrè Solorzano *emblem. 48.* & venuſtiùs in ope-

operibus posthum, *tractato sobre la variedad de dictamenes en el juzgar, y discurrir*, & ita mirabitur nõ ullus quendam Regium Consiliarium à cæterorum sensu (cui Excellentissimus Locũtenens generalis adhæsit) discrepasse.

2 Iuridicam autem, æqueve politicam Senatus decisionem fuisse evidens redditur, propter servitia namque pœna temperatur Farin. *q.* 48. *caus.* 15. *nu.* 147. Grammatic. *decis.* 23. *num.* 15. Valenzuela *cons.* 164. *num.* 62. *tom.* 2. & his relatis R. S. D. Bonaventura de Tristany *decis.* 12. *num.* 5. qui prodesse servitia maiorum pro minuenda pœna haurit ex Tiraquello *de pœn temper. causa* 49. *per tot.* Claro in §. *fin. q.* 60. *num.* 27. Cavalc. *de Brach. Reg. p.* 4. *num.* 79. nixus textu in *l.* 1. *ff. de Constitut. Princip. l.* 1. §. *hoc quoque ff. Ad S. C. Syllan. l.* 2. §. *cum Appius, ff. de origin. iur. l. non omnes*, §. *fin. ff. de re milit.* & binis decisionibus Regii Criminalis Consilii confirmat, addendus Bartholomæ. Cassan. *in catalog. glor. Mundi* 6. *p. Versic. decima nona cõsideratio, & Versic. vigessima octaua consideratio*, & post Roudens. *respons.* 30. *num.* 543. *& seq.* Mastrills *de Magistr. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 143. qui loquitur etiã de meritis maiorum, & suorum prosequitur ad satietatem Calderò *decis.* 78. *tom.* 2. Quesada Pilo *controuers.* 36. qui in suę familię seruitiis diffunditur.

3 Quare non sunt ferendi illi iudices qui non considerantes, imò spernentes servitia statim proferũt Pharisęorum dictum enarratũ Ioã. *cap.* 10. *pro bono opere non lapidamus te*, ut acriter exclamat Bovadilla in *polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 159. qui hoc pravũ genium habentes diabolicos appellat, & retrahere Ministros à magnis facinoribus, ad quæ spe premii alliciuntur, & fide magna imitatẽ Principis experiẽdi propter notabilia gesta si in errores prolabantur, & ego addo huiusmodi homines, vel invidia ardere, ut gloria benemerentium obscuretetur, ne quę ipsis desunt servitia honore, & premiis extollantur, vel pessima ipsorum natura ad peius trahi, vilesque Regis vassallos esse, indignosque suo munere.

Hinc inter causas ad remissionẽ 4
delicti indulgendam enumeratur, si imputati plura, & maiora officia, & obsequia constent, quam illius maleficia. Sesse *de inhibitionib. cap.* 1. §. 5. *num* 15. Mastrills *de magistrat. cap.* 7. *num.* 40. Alphons. de Castro *de leg. pœnali cap.* 13. Excellentissimus Vicecancellar. D. Christophorus Crespì *observat.* 5. *num.* 196. optimè Patil. *cons.* 1. *num.* 11. & 12. *lib.* 4. Maranta *cons.* 43 *num.* 106. & 107. *p.* 2. affabrè Æliod. *lib.* 9. *rer. iudicat. tit.* 5. *cap.* 2. propterea laudatur Imperator Arbazes per Iustinum *lib.* 1. *epitom. ex pag.* 16. Diod. Siculo *lib.* 2. *Bibli. Histor. ex pag.* 78. Græc. lat. ibi *non modò à periculo capitis Blesin ab-*

ſolvit, ſed etiam quidquid auri, & argenti tranſportatum erat id omne habendum permiſit, Oratorũque Princeps, & Principum orator *lib. 1. ad Herenn. ſic* ait *ignoſcendi ratio quæritur ſi plura, aut maiora officia quam maleficia videbuntur conſtare.*

5 Quæ etiam procedunt exiſtente contradictione partis offenſæ in concedenda remiſſione percelebris Abulenſis Epiſcopus *lib. 2. Reg. cap. 20. q. 21.* ibi: *credendum tamen eſt quod ſi iſtud bonum quod delinquens egit Reipublicæ ſit ſuper excellẽs valdé quod poſſit Princeps, vel tota Reſpublica inuita parte remittere pœnam*, ſequitur Salian. *tom. 1. annal. eccleſ. anno mund. 3010. num. 50.* ex Iuriſconſ. tenuerunt And. de Iſer. *in tit. quæ ſint Regal. var. bon. comit. crim. maieſtat. à nu. 73.* ubi Afflict. *à num. 122.* Angel. in *l. conventionum, ff. de pact.* Alexand. *conſ. 90. num. 13. lib. 2.* Ruin. *conſ. 60. num. 6. vol. 5.* Tiber. Decian. *lib. 3. tract. crimin. cap. 35. num. 3.* à qua ſententia nullum Doctorem recedere affirmat Dec. *conſ. 510. num. 5.* Petr. Bell. *de re milit. fol. 130. num. 20.* Mench. *controuerſ. illuſtr. cap. 4. nu. 11.* Iul. Clar. *lib. 4. receptar. ſententiar. §. fin. q. 59. num. 3.* Bonacin. *p. 1. commun. opinion. Verſic. gratia* Aloyſ. Catal. *ad indult. gener. cap. 22. num. 73. &* 38. Maſtrills *in eodem tractat. cap. 14. num. 15.* Seſſe *de inhibit. cap. 1. §. 5. nu. 44.* Lechius *lib. 1. de Princ. cap. 5. num. 6.* inter Theologos ex Dominicanis Sylveſt. *in ſumma verbo Iudex 1. q. 11.* Cardin. Caiet. *in ſumma verbo iudic. peccat.* Bart. de Fumo *in ſumma* Armilla *verbo Iudex num. 31.* Ledeſma *tom. 2. ſummæ tract. 8. de iuſtit. commutat. cap. 22. §. digo lo 2.* ex Ieſuitis Molina *tract. de iuſtit. & iur. diſput. 48. num. 3. &* 8. Del-Caſtillo *lib. 2. de iuſtit. & iur. tract. 1. diſput. 5. dub. 5. num. 121.* qui inquit iuſtas cauſas eſſe expreſſas *in l. 1. tit. 32. p. 3.* Reginal. *in cod. tractat. tom. 2. lib. 25. tract. vlt. cap. 54. num. 665.* Baldel. *lib. 3 Theolog. moral. diſputat. 23. num. 9.* Tanet *ſup. 2. 2. tract. de iuſt. & iur diſput. 4. dub. 2. num. 38.* Suarez *lib. 5. de legib. cap. 11. num. 8.* Sanchez *lib. 6. conſ. moral. cap. 1. dub. 21. num. 6.* Card. de Lugo *de iuſtit. & iur diſput. 37. ſect. 8. à num. 88.* ex aliis Navar. *in manual. cap. 25. num. 14.* Caſtro *lib. 2. de poteſt. leg. pœn. cap. 12. concl. 2.* Aragon. *in 2. 2. de iuſtit. & iur. q. 67. art. 4. Verſic. quin potius.*

Huc referas quę de præmiis cõferendis utriuſque litteraturę ſcriptores ad ſcopum adaptabilia edidere Caſſiodor. videas *lib. 1. Epiſtol. 42. & lib. 4. Epiſt. 24. & Epiſtol. 4. & lib. 2. Epiſt. 16. & lib. 11. Epiſt. 35.* Ciceronem adeas *lib. 1. de offic.* D. Thomam perlegas 2. 2. *q. 106. art. 6. in corp.* non omittas Alexand. ab Alexan. *lib. 5. genial. cap. 1.* Tiberium Decian. *reſpon. 25. nu. 60. &* 79. Tiraquel *in l. ſi unquam verbo donet largit. num. 84. C. de revocan.* 6

vocan. donat. Menoch. *cons.* 307. *num.* 11. & *cons.* 131. *num.* 76. Phæb. *decis.* 111. *num.* 14. qui omnes dominantem in remunerando debitum honestatis exsolvere docent, & excedere teneri acceptum beneficium ut liberalitatem exerceat, nonque eadem mensura, sed multò maiore, & punire vassallũ propter flagitia, si servitiis aliunde polleat præclaris nihil aliud esse aiunt quam præmium in pœnam, meritum in iniuriam, gloriã in dedecus, dulce in amarum, mellem in venenum convertere, & Reipublicæ ruinæ misero, ac turpi exemplo studere.

7 Quoad filios egregius est locus 2. *Reg.* 9: ubi profertur de Ionatha qui pro Davide fuerat occisus filium reliquisse, & Davidem interrogasse an aliquis de familia Saulis esset, & cum fuisset responsum filium Ionathæ superesse David solatium dedit illis verbis, *ne timeas quia faciens faciam in te misericordiã propter Ionatham patrem tuum, &* 11 *restituam tibi omnes agros, & comedes panem in mensa mea semper*, & Reg. lib. 3. cap. 2. legitur *sed & filiis Berzeth. Galaaditis reddes gratiã occurrerunt enim mihi quando persequebar ab Absalon.* Quibus addas ratò malos vassallos ex bonis genitoribus edi, & vix fideles ex pravis, de quo dixi *decis.* 22. *num.* 61. Escobar. *de nobilit. p.* 1. *q.* 1. §. 3. *à num.* Quesada Pilo *controuers.* 36. *à nu.* 9. 71. Altamiran. *ad l.* 1. *C. de fil. offic. ciat. qui in bell. moriunt. cap.* 12. *à nu.* 26. Salzedo *de regim. Princip. lib.* 3. *discurs.* 42. *num.* 212.

Hactenus referata iuvant quæ 8
Constitutiones nostræ statuere plurium criminum remissiones prohibentes, quæ lato calamo recenset R. Calderò *decis.* 31. & *decis.* 32. *num.* 18. causas gradus ob quas pro bono publico remissio fieri valet citra constitutionum violationem commemorat instantia partis neglecta post Peguera *decis.* 39 *n.* 11. favor enim publicus ab omni lege censetur exceptus cum suprema lex sit iuxta probata *decis.* 22. *num.* 53.

Eisdem assertionibus amplexatis die 22. Martii 1640. præsidente 9
Excellentissimo Comite Sanctæ Columbę Locumtenente generali suæ Maiestatis fuit conclusum in Regio Concilio posse suam Excellentiam remittere pro bono publico Franciscum N. de la Roca imputatum de homicidio, & de latrocinio commisso in itinere Regio, ut daret pro dicta remissione Ioanni Montalt Algotzitio extraordinario quod erat inter eos convẽtum, ex quo sua Excellentia promiserat Algotzitio aliquam remissionem ob gravia, & extraordinaria servitia, & fuit ita executum actuario Amat, verum est quod quatuor Regii Senatores reluctarunt.

Motivum ad remissionem ultra 10
servitia fuit, quia scelera de quibus

accusabatur aggratiandus non erat plenè, nec semiplenè probata, advertè tamen non defuisse omnino probationem, quia si nihil constat ex actuatione, vel denuntiatione facta sicut compositio fieri nequit, per tradita à Puteo, Farinacio, Rocco, Caravita, quos allegat Calderò *decis.* 31. *num.* 43. ita neque remissio fieri valuisset: nam remissio absolutio delicti est, & certum habetur absolutionem peccatū supponere Ægidius Trullench *tom.* 3. *lib.* 4 *cap.* 2. *dub.* 1. *num.* 4. Basembaum *in medulla Theolog. moral. lib.* 47. *tract.* 4. *dub.* 5. *num.* 4. Corella *tom.* 2. *conferent. tract.* 7 *conferent.* 6. *num.* 384 fuit etiam remissio pro bono publico 13. Martii 1682. facta Bartholomæo N. Villæ Oloti ob servitia urgentia propria, & hæreditaria.

11 His consonant quæ de absolutione ad cautelā enucleatur scriptores ad *cap. venerabili de sentent. excommunic.* ubi de eo qui prætendit se nulliter excommunicatum, & hanc absolutionem petit, & observa quod is non præstat iuramentum de parendo mandatis Ecclesiæ quando iudex ob legitimam causam ex suo officio absolutionē concedit ad notata per Decium in *cap. Apostolicæ num.* 2. *de except.* Navarr. & alios citatos per Chartusianum Domnum Ioannem Valero *de different. utriusq. for. differ.* 11. qui observat in foro pœnitentiali sufficere proponere firmiter pœnitentem satisfacere debito, vel offensæ, si apparuerit excommunicationem valuisse, & pro ornatu istius absolutionis ad cautelam, & ut noscas quando ei locus sit, & possit impēdi ultra Felin. *in cap. veniens* 2. *num.* 12. *de testib.* dicentem in duobus tantum casibus concedi, glossam allegat alios plures casus memorantem in *cap. præsenti verbo ad cautelam de sentent. excommun. in* 6. Cenedo *collectan.* 25. *ad decretal.* Divum Anton. 3. *p. tit.* 24. *cap.* 74. Abbatem in *cap. Apostolicæ nu.* 10. & 12. *de except.* Covarr. in *cap. alma mater* 1. *p.* §. 7. *n.* 7. *Versic. quarta conclusio* adde Cuiac. *ad cap.* 9. *de except.* Riccium *p.* 6. *collectan.* 2237. & 2732. Salgado *de Reg. protect.* 2. *p. cap.* 5. *n.* 52. ubi quod ad cautelam à qualibet censura optima est absolutio. Conferunt definita *decis.* 50. *num.* 15. ubi cum iuribus nostris explicui, si crimen non sit probatum, vel pœnam corporalem non mereatur reum manuleutæ esse tradendum.

Attamen Principes remissiones 12
ad cautelam non indulgent, cum magna versetur differentia inter causas spirituales, & temporales, in illis periculum animę versatur, & quodlibet dubiū sufficit ut quis anxiè ferat se excommunicatione ligatum quemadmodum Doctores proximè citati explicant, propterea que ad fidelem dislaqueandū introducta fuit absolutio ad cautelam, quæ ratio non viget in remis-

sione

sione temporali criminis: unde relegandus est quorundam ordinariorum abusus qui remissionem sub his verbis concipiunt, *siue culpabilis fueris, siue non.*

13 Sed apud Doctores collaudatos *num* 5. & alibi reperies debere Principem esse informatum de veris meritis imputati, plura enim sunt sæpissimè ficticia, & suppositia, & tutius censerem exactas informationes de illis recipi, & non per testes quoscunque, sed idoneos, & notæ probitatis, ac auctoritatis, alioquin namque adeo facile testes inveniuntur ut in Aragonia sit dictum vulgare *dadmelo articulado que yo os lo darè prouado* ut refert Sesse *decis.* 307. *num.* 2. Escobar *de nobilitat. p.* 1. *q.* 14. §. 4. parum etiam est fides adhibenda certificatoriis servitiorum, cum plerumque ad sollicitã importunitatem eas ambientium fiant Andreol. *controuers.* 147. *num.* 13. Postius *de manuten. decis* 97. Merlin. *decis.* 714. *num.* 18. ubi de fide alicuius privati Viselius *conclus.* 97. *num.* 71. Beltramin. *ad Ludouis. decis.* 214. *litt. B.* qui fatetur de fide verisimili, & adminiculis fuffultã probare Altograd. *cons.* 72. *num.* 3 *&* 7 *lib.* 1. qui talem fidem admiiculatam facere præsumptionem vult.

14 Dubitandum non erit de eiusmodi probatione si fides emanaverit à viris omni exceptione maiotibus, in quibus cessat omninò periculum, & suspicio subornatio-

nis Rota apud Posti. *decis.* 97 *num.* 4. & 5. Palma Nepos *allegat.* 45. *num.* 40. Genua *de script. priuat. lib.* 2. *de apoc. man. test. conscrip. num.* 29 Decian. *lib.* 2. *respons.* 51. *num.* 101. & Regia Sentẽtia lata in causa Nobilitatis Don Iosephi Gualters contra F. Procurat patrim. 26. Aprilis 1667. referente Magnifico Frãcisco Vidal, y Roca Egregio olim S. fuit probata filiatio his verbis *constat ex certificatoria facta per Doctorem Habuenca Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Barbastri subscripta* 13. *Ianuarii* 1637. *per Hieronymum Claramunt Notarium, & aliàs ex testibus per dictum Gualtero ministratis Antonium Maria Gualtero in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ matrimonium contraxisse cũ Virginea Fiesco. & ex dicto matrimonio natum fuisse dictum Iosephum Gualtero.*

De certificatoriis Magnatum, 15
Magistratuum, & equitum eis deferendum esse decidit Rota *recent. p.* 8. *decis.* 114. *num.* 4. *&* *p.* 13. *decis.* 425. *num.* 2. & post Contii *disceptat.* 13. loquendo de certificatoria Cardinalis *& p.* 2. *recent. decis.* 626. *num* 9. *p.* 12. *decis.* 257. *num.* 12. & post Merlin. *de legit. decis.* 193. *num.* 3 Gratian. *discept.* 738. *num.* 15.

In terminis certificatoriæ alicu- 16
ius Civitatis Rota *recent. p.* 13. *decis.* 213. *num.* 7. Thoro *in compend. decis. verbo nobilitas pag.* 429. *colum.* 1. Capiblanc. *de Baronib. lib.* 2. *cap.* 48.

48. *num.* 16. Zarate *decis.* 52. *num.* 23. qui agunt de certificatoriis privatorum.

17 Litteris verò extraiudicialibus Abbatum, Episcoporum, aliorumve ordinariorum in omnibus tantam fidem dari quanta si essent publicæ daretur, non solum si ab ipsis ordinariis subscriptæ sint, sed etsi ab eorum dumtaxat amanuensibus, quamvis nulli alii testes intervenerint ex inveterata consuetudine practicatum testatur Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 14. *defin.* 19. sequitur Rota *recent. p.* 12. *decis.* 160. *num.* 1. Burat. *decis.* 635. *num.* 8.

18 In civilibus etiam remunerationis servitiorum causa donata subsistunt, licet essent bona translata à Regio diademmate inseparabilia, ut sequenti decisione probabitur, potiori ergo iure indulgendum erat meritis impetrantis gratiam attentis delinquentis maleficio, cuius demerita supplicantis facinora, & servitia non exsuperabant, hæcque opinio uti probabilior erat amplexanda relicta minus probabili.

19 Damnavit prima sede, & propria sanctitate acclamatissimus, atque superexcellens Innocētius Vndecimus propositionem illam *probabiliter existimo iudicem posse iudicare iuxta opinionem etiam minus probabilem* quam exponendo Carmelitanus Lumbier *observat.* 4. *pag.* 57. circa hanc secundam propositionem de quęstione disputantes affert Tapia *tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 8. *art.* 7. Diana *p.* 1. *tract.* 13. *resolut.* 3. *& p.* 3. *in additionib. resolut.* 13. Cardinalem de Lugo *tom.* 1. *de iustit. disput.* 37. *sect.* 10. *num.* 115. *& num.* 96. Lumbier quęrendo quam opinionem sequi debeat iudex in causis criminalibus, communissimam Doctorum esse concludit debere iudicem sequi eam quæ favet reo, si probabilis sit, licet minus probabilis nitatur in illa regula 11. *de reg. iur. in* 6. *cùm sunt partium iura obscura reo fauendum est potius quam actori* ratione reddita quia si iudex potest modo rationabili liberare reum à morte debet, extante autē opinione probabili eum posse inficiari nequit, & ad paritatem de causis civilibus ad criminales respondet magnum intercedere discrimen moraliter inter vitam, & bona, ideòque illius conservatio regulari non debet eisdem quibus istorum documentis, & mensura, & consequenter infert dictam condemnationem non intēdere iudicem obligare ad sequendam probabiliorem in causis criminalibus, si reo non favet opinio, quæ omnia à maioritate rationis nostram firmissimam detelinquunt decisionem, verumtamen de recto usu opinionis probabilis novissimè mirabilem conscripsit librum doctissimus, & supra invidiam maximus Societatis Iesu Generalis Præpositus antea Salmanticensis Theologiæ professor Reverendissimus P.

Thyr-

Thyrsus Gonzalez *in fundamento Theologiæ moralis, id est tractatu de recto vsu opinionum probabilium* ad cuius evolutionem lectorem remitto.

Observa pariter iustis de causis, utpote propter servitia minoris magnitudinis, & ob alias, gratis, & absque ulla compositione, sicque Regiæ Cancellariæ diplomate in casibus à iure permissis remissiones expedirí, duas invenies Locumtenentię 6. *fol.* 19. & eodem libro plures pro bono publico factas leges nostræ antẽ decisionis motiva quia perpulchra transcribere libet. *Attẽto per servitia Ioannis Xiraut durãte bello ante, & post illud suæ Regiæ Maiestati facta sunt ingentia, digna magno premio, & cesserunt in beneficium non leue rerum status, & hucusque non fuerunt remunerata. Attento moram longam traxit in hac Ciuitate prænominatus Xiraut pro consequẽda antedicta remissione ad sua servitia gratificanda Attento interest maximè Regii servitii homines tam gratos affectus exhibentes honoribus, & premiis invitare ad alia, & maiora in dies aducienda, vt illorum exemplo excitati cæteri glorioso stimulo ducantur ad plura facinora simili affecta peragenda Attento in Regia Thesauraria nullæ extant pecuniæ ad subveniendum dicto Xiraut, imò maxima indigentia adest in illa, adeò quod non potest satisfacere creditoribus gravium quantitatum, & quidem valde privilegiatis: Idcò, & aliàs Nobilis Regens Regiam Cancellariam est voti, quod præmentionatis servitiis attentis fiat remissio pro bono publico Dimæ N. de supradicto delicto, de quo est impetitus.* Idem censimus quinque alii Senatores, unus autem singularis remansit ut prædixi in voto contrario.

De servitiorum veritate hoc in casu non dubitabatur, imò, & Principi, & Regiis Senatoribus patebãt.

DECISIO LXXV.

DE REMVNERATIONE SERVITIORVM IN ciuilibus, & infeudationibus eorum causa permissis.

DEMANII, & incorporationis Regię Coronæ privilegia, etsi iuramento vallata absque speciali hypotheca sicut dominium Principi non abdicant, nec in obtinentem gratiam transferunt; ita neque infeudationem impediunt ob insignia merita remuneranda, qua de causa uti publica, & necessaria plurima Principi liquent, etiam in privatorum, seu tertii damnum, quod universali commodo merito cedit. Ita Senatus in decisionibus infra referendis.

AN

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Remuneratione ſeruitiorum nulla vtilitas maior pro ſtatus conſervatione, & num. 12.*

2 *Principum conceſſiones precarii naturam ſortiuntur.*

3 *Pactum de non alienando dominii translationem non impedit.*

4 *Reatum ad inſtar ſacrilegii incurrit de Principis dubitans poteſtate.*

5 *In contractibus Princeps iure privati, & communi vtitur.*

6 *Iuramentum in demanii conceſſione appoſitum dominii illius tranſlationem non impedit.*

7 *Plures ad intentum Senatus deciſiones vſque ad num. 11.*

11 *Princeps ex cauſa publica vtilitatis poteſt alterare contractum, reuocare decreta, & conuentiones Reipublicæ, ac alia quæ regulariter eſſent irreuocabilia.*

12 *Cauſa remunerationis ſeruitiorum non ſolum iuſtiſsima, & publica, ſed neceſſaria in Principe contemplatur.*

13 *In quolibet priuilegio demanii cauſa alienandi ob remunerationem ſeruitiorum ſemper excepta cenſetur.*

14 *Rex concedens demanium non abdicat à ſe dominium, ideoque infeudare poteſt.*

15 *Omnia regalia per Principem alienari, & rehaberi poſſunt.*

16 *Eccleſia in remunerationem ſeruitiorum bona valet diſtrahere, & benemerentibus inueſtire, ſi locari ſint ſolita, vel quando alienantur fructus ex bonis emphiteuticis colligendi, vel mobilibus remanente dominio directo penes Eccleſiam iuxta aliquos, ſed vide num. ſeq.*

17 *Verior ſententia eſt quācumque rerum Eccleſiaſticarum alienationem, niſi reſultet in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, & in caſibus à iure permiſsis prohiberi. Vtilitas Eccleſiæ ex meritorum cauſa ſcateſcit.*

18 *Quoties euidenter de iuſtis meritis, & ſeruitiis apparet remunerando licet Prælato rem Eccleſiæ locari ſolitam infeudare, ſeu emphyteuticare etiam abſque ſolemnitatibus per modum ſolius fructuum conceſſionis.*

19 *Locatio fructuum Eccleſiæ vltra triennium interdicitur, ſed non in terminis remunerationis ſeruitiorum.*

MAior utilitas publica conſiderari nequit quam meritorum adſpiciens remunerationē, pro ſtatus conſervatione ut probavimus, & eruere Roman. *conſ.* 310. *num.* 2. *&* per tot. Decian. *reſponſ.* 25. *num.* 53. *lib.* 1. *&* reſponſ 41. *nu.* 9. Menoch. *conſ.* 1003. *num.* 63. *in fin.* Canc. *variar. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 1

92. Iason *cons.* 56. *vol.* 1. *& latius cons.* 227. *per tot. lib.* 2. Surd. *cons.* 323. *à num.* 29. *lib.* 3. latissimè Ferdinand. Loazes *in responso super hac materia pro oppido de Mula in* 3. *argumen. pro parte Marchionis per tot.* Vincen. de Anna *allegat.* 50. *num.* 1. *& allegat.* 69. *num.* 5. Capic. *decis.* 166. ubi pluries ita declarasse Senatum Neapolitanum Renat. Chopin. *lib.* 2. *de deman. tit.* 14. *nu.* 4. Fulvius Lanar. *in addit. ad repetit. Regent. Ianar. in cap.* 1. *de his qui feud. dar. poss. num.* 2. Petra *de potestat. Princip. cap.* 32. *dubit.* 2. *nu.* 46. *pag.* 524. Solon. *de pace cons.* 25. *num.* 13. Fontanella de pact. *cl.* 4. *glos.* 10. *p.* 2. *num.* 31. Valenzuela *cons.* 82. *nu.* 43. Bovadilla in Politic. *lib.* 4 *cap.* 2. *à num.* 74. Melchior Palaez *de maiorat. p.* 4. *q.* 1. *limit.* 3. *à num.* 32. Capic. Latro *decis.* 199. *num.* 32. plenissimè Barbosa *vot.* 93. *concl.* 1. *per tot. lib.* 3. *& in memoriali suæ Maiestati à se porrecto inserto in nouissima editione praxis exigendi pension. in princip. art.* 4. *per tot.* Ramon. *cons.* 37. *num.* 117. *Versic. secunda ratio* Cabedo *decis.* 75. Pereyra *decis.* 119. Gaspar Hermosilla *ad leg.* 53. *glos.* 6. *tit.* 5. *part.* 5. *pag.* 243. Capic. Galeota *respons. fiscal* 23. *per tot.* Carol. à Tapia *decis.* 5. Mastrills *de magistrat. lib.* 2 *cap.* 4. *à num.* 326. Franciscus Maria Prato *in addit. nouissim ad Paschal. de patr. potest pag. mihi* 435. *à num.* 1.

2 Quæ non minus procedunt etiãsi Villa, Civitas, vel oppidum alienatum esset Vicariæ Regiæ unitum cum speciali privilegio incorporationis Regiæ Coronæ, & inseparabilitatis ab ea quandoquidem innegabile iactatur elementũ Principum concessiones subditis factas precarii naturam sortiri adeò ut ad nutum revocari valeant ad notata in *l. cum precario. ff. de precar.* Bartol. *in l. hostes, ff. de captiu. num.* 4. Bald. *in l. nupta, ff. de Senat.* Natta *cons.* 511. *num.* 4. *&* 19. Menoch. *cons.* 307. *num.* 61. *lib* 1. Canc. *p.* 3. *cap.* 3. *num.* 150. Paul. Rub. *in annotat. ad decis.* 666. *num.* 38. *& seq. p.* 4. *recent. tom.* 3. Lartea *allegat. fiscal.* 9. *num.* 31.

Insuper promissio, seu pactum 3
de non alienando ex privilegiis incorporationis, seu demanii, etsi in contractum transissent translationem dominii iurisdictionum civilis, & criminalis impedire minimè potuisset, proindeque non irritarẽtur infeudationes, seu concessiones, cernim pactum non alienandi in contractibus neutiquam aufert dominii translationem, & consequenter nec alienationem, licet cõtraventionem factam subvertat *l. si ita quis* 35. *ff. de verb. obligat. l. ea lege C. de condict. ob caus.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 71. *num.* 72. & *cons.* 102. *à num.* 7. *lib.* 3. Molina *de Hispanor. primog. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 30. & ibi addent & *cap.* 16. *nu.* 32. & *seqq. & lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. Amato *resol.* 12. *num.* 5. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 36. *diffin.* 2. Fusar. *de substitut. q.* 674. *à*

num. 1. *&* q. 701. Giurba *decis.* 79. *num.* 31. Fontan. *de pact. clauſ.* 4. *gl.* 8 *num.* 56. Hermoſilla ad Lopez *gloſ.* 5. *l.* 43. *tit.* 5. *p.* 5. *&* *gloſ.* 2. *l.* 66. *tit.* 5. *p* 5. *num.* 1.

4 Si hęc in privato fatemur pro illius libera diſponendi facultate nefas erit Principi controvertere, de cuius poteſtate dubitans ad instar ſacrilegii reatum incurrit *l ſacrilegii C de diuerſ. reſcript. l. diſputare C. de crimin. ſacrileg.* Aponte *conſ.* 70. *num.* 75. *&* *ſeqq lib.* 1. & *conſ.* 15. *lib.* 2 Galeot. *reſponſ.* 23. *in princip.* Cardin. de Luca *de regalib. diſcurſ.* 148. *num.* 8.

5 Quibus accedit in contractibus Principem uti iure communi, & uti privatum haberi *l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor.* Giurb. *cum plurib. allegat* 94. *num.* 6. Valenzuela *conſ.* 2. *nu.* 71. terminanter concludunt Franchis *deciſ.* 17. *num.* 6. Regens à Ponte *conſ.* 70. *nu.* 70. *&* 77. Fuſar. qui ſupra *q.* 674. *num.* 19. Surd. *conſ.* 223. *num.* 34.

6 Neque ſufficiens erit iuramentum in pacto, ſeu contractu appoſitum etiam cũ generali hypotheca bonorum in ſimilibus privilegiis demanii ad annullandam alienationem, ſeu infeudationem iuriſdictionis, & impediendam dominii translationem, ſed requiritur ſpecialis hypotheca ad hunc effectũ *l. ſi creditor* 7. §. *fin. ff. de diſtract. pign.* optimè in ſpecie Natta *conſ.* 589. *num.* 3. *&* *ſeq. tom.* 3. Hermoſilla ad Lopez *gloſ.* 43. *tit.* 5. *p.* 5. Theſaur. *quæſt. foren. lib.* 2. *q.* 81. Fuſar. *d. q.* 674. *num.* 13. Peregrin. *de fideicom. art.* 51. *num.* 74. *&* *ſeqq.* Gutierres *de iuramen. confirm. cap.* 45. *num.* 4. Fontan. *de pact. clauſ.* 4. *gloſ.* 25. *à num.* 63. & *deciſ.* 92. *num.* 23. Latio *deciſ.* 143. *à n.* 46. *lib.* 2. Franciſcus Roccus *de offic.* §. 7. *nu.* 18. *pag.* 313. rationem aſſignans *num.* 19. quia in omni iuramento excepta cenſetur auctoritas legis, non ſolũ Canonici, ſed etiam civilis, & *nu.* 20. iuramentum intelligi rebus in eodem ſtatu permanentibus allegat Barboſa, Gratian. Cravetta, & Reginel. concluditque rebus notabiliter mutatis non obligare promiſſionẽ ex Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſput.* 63. *num.* 2. Covarruv. *in cap. quamuis p.* 1. §. 3. *de pact.* Delbene *de Parlam. cap. de immunit. Eccleſ. dub.* 4. *ſect.* 27.

Auctoritate noſtri R. Senatus 7 prędductæ propoſitiones fulciuntur in cauſa Nobilis Phederici Deſboſch, & Sant Vicens contra Vniverſitatem de Vilaſar, Premià, & Cabrera Regia Sententia lata 8. Iulii 1659. referente Magnifico Ioſepho Alegre R.S. ſcriba Ioſepho Ferrer, ibi: *Quia promiſſio de non alienanda, ſeu in feudanda aliqua re particulari promittentis in contractu facta abſque ſpeciali hypotheca eiuſdẽ rei non impedit dominii translationẽ illius rei, ſi poſtea alienetur, ſed dumtaxat datur actio ad intereſſe contra promittentem, quemadmodum enim in contractibus dominium ſola voluntate transferri non poteſt, ita nec ſola*

voluntate illius translatio impediri valet, quod nedum in priuatorum, sed etiam Regum, & Principum contractibus locum habet. cum in contractibus Reges, & Principes priuatorum iure utantur, & in memorato Regis Alphonsi priuilegio nulla adest specialis, nec generalis hypotheca quam prætendunt Vniuersitates specialiter, & expresse habere ob iuramentum ei adiectum, consequenterque per illam, ficati per specialem dominii translationem impediri: Caterum quia cum generalis hypotheca pacto de non alienando adiecta ex se dominii translationem non impediat, nec iuramentũ illi adiectum operatur quod vim expressæ, & specialis habeat, cum iuramentum semper reguletur secundum terminos iuris, & dumtaxat tendat ad confirmandum actum aliàs inualidum, & non ad extendendum vires priuilegii, seu contractus, cui adiicitur, quas omnino extenderet si alienationem ex natura contractus soluendo interesse permissam impediret.

8 Similem contextum continet Regia Sententia lata 19. Februarii 1685. referente Nobili Iacobo de Potau, & Molas R.S. in causa Nobilis Marię de Agullò viduæ, & D. Ioſephi de Agullò, & de Pinòs illius filii contra Vniversitatem Villæ Bergę Actuario Galceran.

9 Alia exemplaria antiqua, & moderna noſter protulit Senatus, infeudationes ob remuneranda ſervitia approbando, veluti in cauſa Comitis de Caſtellfollit cõtra Comitem de Montagut, prout refert Fontanella *de pact. claus. 4. gl. 10. p. 2. num. 19.* Ramon *conſ. 37. nu. 110.* ubi legitur expreſſum motivum, *& conſtat per dicta priuilegia incorporationum per Regem Petrum conceſſa non cenſeri prohibitam alienationem factam in remuneratione ſeruitiorum, &c.*

In cauſa Nobilis Ludovici Deſ- 10
callar contra Vniverſitates de Beſora, Monteſquiu, & Sederra fuit ita declaratum referente eruditiſſimo Senatore D. Raymundo Rubi de Marimon 23. Ianuarii 1631. his verbis, *& per incorporationem Regis Petri infeudationes prohibitæ nõ ſunt, quę ob ſeruitia remuneranda à piiſſimis Principibus, & Regibus noſtris vaſſallis benemerentibus condonantur.* Similis in cauſa inter Michaëlem Çarriera, & Syndicum vallis de Ozor, de qua in proceſſu de Caſtellfollit fol. 1346. Similis in cauſa DD. Ioſephi Deſpalau contra Vniverſitatẽ de Granera Regia Sentẽtia lata referente Magnifico Michaele Carreras 25. Octobris 1638 Actuario Payſſa.

Nititur prædicta obſervantia 11
validiſſimis rationibus, ſtrenuis, & legalibus fundamẽtis, ſit prior quia Princeps ex cauſa publicæ utilitatis poteſt alterare contractum, revocare decreta, & conventiones Reipublicæ, & alia quæ regulariter eſſent irrevocabilia *l. quod ſemel, ff. de decret. ab ordin. faciend. cap. in noſtra de iure iur.* Alciat. *conſ. 165. nu.*

5. *lib.* 6. Anton. de Nigris in *cap. cum nihil. Rubr. de postulan. num.* 18 *cap. exercere num.* 23. *de composit. & commut. pœnar.* Franciscus Roccus *de offic. Rubr.* 10 *de milit. stipend. num.* 120 *pag.* 134.

12 Remunerationem servitiorum esse causã publicæ utilitatis expensa hac, & præcedenti decisione satis demonstrant, & terminanter Cæsar. de Affict. *in resolut iur. controv. d. cap.* 23 *num.* 56. *pag.* 209. ubi exuberanti allegatione probat causam remunerationis servitiorum non solum iustissimam, & publicã, sed necessariam in Principe contemplari, & *num.* 29 *Versic. communem pag.* 206. pluribus cumulatis concordantibus vult ubi de remuneratione servitiorum agitur Principem iuri gentium derogare posse, & dominium subditis auferre ut feuda benemerito dentur, aliàs rationes addit Roccus *de offic. rubr.* 10. *num.* 130. & non inferior est, *ne à servitio Reipublica vbi assistere debent abstrahantur* Regens Constantius *in l.* 1. *num.* 122. *C. de filiis Official. &c.*

13 Secunda illa est ratio quã omnes prælegati Doctores in memoratis locis adhibent, nempè in quolibet privilegio, seu concessione demanii semper censeri exceptam causam alienandi, seu infeudandi pro remuneratione servitiorum, quam etiam expressam cernimus in præponderatis decisionibus.

Tertia adducitur relata per Capic. Galeota *respons. fiscal.* 23. *nu.* 273. 277. & 330. ibi: *& non sine ratione, nam cum per hanc concessionem demanii nullum dominium transferatur, nec alteri transferri impeditum sit, ideo revocari potest,* & hæc ratio alia innitur, nimirum neminem paciscendo efficere posse ne sibi liceat rem suam quousque sua manet alienare *l. nemo paciscendo, ff. de pact.* Amaya *observat. lib.* 1. *cap.* 4. quare Cardinalis de Luca *in theatro veritat. & iustit. lib.* 2. *de regalib. num.* 1. & 6. ex Anna promit quod quãdo Rex concedit alicui Civitati, vel loco privilegium demanii nõ abdicat à se dominium, nec illud in concessionarium transfert, sed pro se retinet, & consequenter sibi non præcluditur facultas disponendi. 14

Plures alias rationes, solidaque fundamẽta præhabiti prodiere Doctores, qui egregiè articulum istũ decidunt, sicque brevitati studendo addo solummodò conclusionẽ quam inde elicit Fajardo *allegat. fiscal.* 1 *nu.* 121. perpendens quod cum omnia regalia sint capacia ut concedantur, vel alienentur, aut in feudum dentur, & in omnibus regalibus sit insita eadem natura, ut ea Reges habeant ad salutem, & decus Reipublicæ, & solum superioritas, seu supremum dominium non sit alienabile, & semper reservatum censeatur, æqualis ratio suadet, ut omnia regalia rehaberi 15

& recuperari possint etiam in fortioribus terminis, scilicet translati dominii in concessionarium.

16 Vsquequò præfiota nedum in bonis Principum obtinent, sed etiam in alienatione Ecclesiæ, quæ non prohibetur in remunerationem servitiorum bona distrahere, & benemerentem investire si locari fiat solita, etiam neglecta utilitate Ecclesiæ, ut voluit Barbosa *de reb. Eccles. non alienand. cap. 3. tot.* per text. *in cap. ex parte 2. de feud.* de quo puncto optimè Saminiati *controuers. 2. num. 49.* quod indubitanter complures intelligunt procedere quando agitur de alienandis fructibus ex bonis emphiteuticis Ecclesiæ colligēdis, vel mobilibus illius, & ita in casu quo distrahatur tantummodò dominium utile remanente semper directo penes Ecclesiam concedētem, quicquid sit tenendum de immobilibus, & proprietate, ita defendunt Magon. *decis. 67. num. 41.* latissimè Bossius *de alienat. bonor. Eccles. tom. 6. tit. 18. num. 181.* Barbosa *de offic. & potest. Episcop. allegat. 65. num. 62.* & *cap. 3. num. 4. de reb. Eccles. non alien.* Passerin. *de stat. & offic. homin. art. 7. q. 185. num. 520.* Turricel. *de reb. Eccles. non alienand. cap. 15. num. 4. in princip.*

17 Sedtamen prohibitam esse quācumque rerum ecclesiasticarum alienationem, aut emphiteuticam concessionem, nisi in evidentem resultet Ecclesiæ utilitatem, & simus in casibus à iure permissis firmarunt Doctores ex pervulgato textu in *extrauaganti ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat. 95. num. 22.* Caball. *cons. ciuil. 127. num. 12.* Rota apud Merlin. *decis. 710. num. 8.* ubi ab utilitate potissimum pendere venditionis validitatem, sive agatur de directo, sive de utili Ecclesiæ dominio, & plenius idem Merlin. *decis. 756. 764. 775.* Samaniati *controuers. 5 à num. 66.* afferens in seqq. casus a iure permissos ad alienationem bonorum Ecclesiæ absque solemnitatibus Vtcecol. *de transact. q. 23.* & utilitatem ad hunc effectum scatescere ex ipsa causa meritorum, quę inde iustam alienandi bona Ecclesię, seu de novo infeudandi bona Ecclesiæ præbeat occasionem considerant Raudens. *respons. 17. p. 6. num. 26. & seqq. lib. 1.* Passerin. *de stat. homin. q. 185 art. 7. num. 520.* Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap. 18. num. 17.* Cardin. de Luca *de alienat. discurs. 1. num. 51.* Rota coram Merlino *d. decis. 756. num. 12.* & *decis. 764. num. 5. Vers. urget* & ad hunc effectum pariter utilitatem debere esse undequaque claram, indubitatam, & evidentem Rota *decis. 124. à num. 35. p. 9.*

Vnde probè subinfert Balducc. 18 ad Ramon *cons. 37. in obseruat. n. 31.* quod quoties evidenter de iustis meritis, & servitiis apparet neutiquam prohibetur Prælatus benemerentem recognoscere, seu remune-

munerare, remque Ecclesiæ locati solitam infeudare, seu emphiteticare, etiam absque solemnitatibus, si fiat de bonis mobilibus, & per modum solius fructuum concessionis, secus autem si fiat de bonis stabilibus per modum alienationis perpetuò dominii; nam tunc absque solemnitatibus, & causa non subsisteret concessio, per supradictos, & alios auctores quos acervat.

19 Quapropter iuxta superius allegatos scribentes in casu remunerationis meritorum non infliguntur pœnæ impositæ in relata extravaganti *ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand.* per quam non solum interdicitur alienatio rerum Ecclesiæ, seu beneficiorum ecclesiasticorum ad longum tempus, & in perpetuũ absque solemnitatibus, & beneplacito Apostolico, sed etiam fructuũ illarum ultra triennium locatio, ut pluribus cumulatis Doctoribus firmat Romaguera *ad Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 6. cap. vnic. à num.* 1. Milazo *assert.* 34. *num.* 2. *& seqq.* Pignatel. *consultat. canonicar.* 95. Covarruv. *lib. 2. variar. cap.* 16. *& ibi* Faria Ripoll *variar. resolut. cap.* 12. *num.* 145. Philipp. Castaldus *consultat. forens.* 29. *num.* 3. *& seqq.* Pacian. *de locat. & conduct. cap.* 24. § 7. *num.* 4. Pilata *decis.* 6. *num.* 9. Cardinalis de Luca *de alienat. discurs.* 2. *num.* 33. *de locat discurs.* 22. *num.* 2. Sperell. *decis.* 154. *nu.* 29. Ciarlin. *controuers. forens. cap.* 205. *num.* 127. *& seqq.*

DECISIO LXXVI.

ANTERIORI PRIVILEGIO PROPTER SERVITIA obtento an per posterius derogetur, & numquid Principis assertio illa probet.

PRINCIPIS assertiones merita enarrantis in privilegiis, & donationibus concludenter ea non probant in demanii præiudicium, etsi aliter specifica mentione compactæ magnæ sint efficaciæ, quia magis ex deprecantium suggestione, quam ex dominantis voluntate promanasse præsumuntur, at si aliis documentis fulciantur plenam constituunt probationem, & adeò utiliter influunt ut gratiæ validę remaneant, nec inde charta contra chartam emergit, cum anterior demanii concessio semper casum remunerationis servitiorum tacitè secum exceptum trahat, si verò illa veraci meritorum gratificatione nitatur nullatenus per subsequentem infringitur. Ita Senatus in casibus infra exponendis.

AN-

ANNOTATIO.

NUCLEUS.

1 *Argumentum decisionis.*

2 *In prohibitis negotiis non statur partium assertioni quoad merita, sed ea sunt probãda vbi qualia in vxore sufficiant vt ei à viro donari possit.*

3 *Principis sola assertio probat merita etiam in præiudicium tertii, sed contrarium Senatus decidit.*

4 *Meritorum specificam mentionem ea probare aliqui tenuere, secus genericam.*

5 *Alii Principis assertioni stari in subiecta materia scripsere vbi ille in meritis suam fundat intentionẽ.*

6 Fontanella *vbi hic enodatus.*

7 *Remunerationis causa cõcessa non comprehunduntur in priuilegiis alienationem prohibentibus.*

8 *Papæ assertio quando illius dispositio super ea fundatur causam alienationis bonorum Ecclesiæ probat.*

9 *Alius articulus in causa discutiendus proponitur.*

10 Constit. 4. & 5. Tit. si contra dret, y otilitat, &c. *contextura, & num.* 13.
Charta contra chartã in Cathalonia concedi non potest, & ita per Principem donatio remuneratoria revocari nequit cum vim contractus habeat.

11 *Vt donatio remuneratoria sapiat naturam tituli oneroſi æqualitas meriti cum donato attenditur, de quo vide decis. sequenti, priuilegium anterius ob merita præualere Senatus decreuit, vbi de priuilegio in corpore iuris clauso.*

12 *Publica dictante vtilitate etiam præcedenti priuilegio ob merita concesso derogari nonnulli scribentes putarunt.*

13 *Priuilegia demanii in visceribus continent exceptionem casus remunerationis seruitiorum, & ita ipsa gratificãdo nulla est charta contra chartam cum Senatu.*
Vbi alia decisio qua extitit definitũ non fuisse de mẽte Principis præcedentia priuilegia ob merita cõcessa subuertere.

14 *Opinio tenens ita demum rem alienari prohibitam infeudari posse ob grandia merita si Princeps aliundè non habeat vnde remunerare posset, impugnatur num.* 15 & 16.

17 *Argumentum ab inconuenienti, & absurdo vtendo non inefficax existimatur.*

18 *Quamuis priuilegium demanii fuerit pecunia mediante concessum gratia in illius lesionem obtenta subsistit, & nu.* 19. ac 20.

21 *Decreta Principis cum voto Regii Senatus expedita maturitate, & circumspectione pollent, vbi de Regiæ Cancellariæ diplomatibus sit emissis.*

Gra-

22 *Gratiæ quæ in contradictorio iudicio effectum habuerunt pro reuocatione demanii enumerantur.*

23 *De ratione speciali quæ iuxta supra stabilita in remuneratione meritorum viget.*

24 *Diues, nobilis, doctus, iustus, & sapiens à quibusdam reputatur, sed fallūtur merita enim excelsa sunt quæ vix æstimationem recipiunt, & sic pecunia obtenta priuilegia facilius reuocanda forent quam ob strenua seruitia elargita.*

25 *De officiorum iustitiæ, aliarumque gratiarum concessione soluta pecunia obtenta remissiué.*

26 *Decisio Senatus definiens sustineri priuilegium ob eximia seruitia datum non obstante demanio pecunia interueniente obtento.*

1 DVo nunc discutiēda se se offerunt hac in decisione super ea quam suscepimus Provincia, & meritorum materia, primum quādo ista probata censeantur in civilibus præsertim accedente Principis assertione, secundum numquid si incorporationis, & unionis Regiæ Coronæ extet privilegiū possit nihilominùs alienatio, sive infeudatio consistere.

2 Assertio sola Principis an ad probanda merita sufficiat potissimùm disquirunt scribentes, & generaliter in prohibitis, & suspectis negotiis non stari partium assertioni, sed imò merita esse probanda ut remuneratoria dicatur donatio probat pluribus Fōtanell. *de pact. claus. 4. glos. 7. par. 2. quasi per tot.* Iul. Clar. *de donat. q. 1 num. 2. & q. 8. num. 2.* Socin iun. *cons. 67. num. 12. cum seqq.* Iacob. Menoch. *præsumpt. 19. num. 24. lib. 3.* Ioannes Gutierres *de iurament confirmat. 1. p. cap. 5. num. 16.* Franciscus Vega *cons. 13. num. 4.* Seraphin *de priuileg. iuram. princip. 40. num. 1.* Hieronym Laurent. *decis. Auenionen. 23. à num. 10.* qui idem tenent etiamsi pater in specie exprimeret filii benemerita, veluti asserendo se redemptū ab hostibus, repetit hanc conclusionem Fontan. *claus. 5. glos. 8. p. 4. num 68.* se remittens ad ea quæ dixerat *claus. 4. glos. 10. p. 2. num. 64.* exinde inferens cum Frāchis *decis. 428.* impossibilem videri probationem inter virum, & uxorem, saltem respectu eius meriti speciei, quę veram donationem remuneratoriam facit, videlicet quæ talem obligationem in recipiente pariat ut necessaria in eo remuneratio affirmetur, cum omnia maritus uxori debeat, & è contra, cęterùm non diffitetur Fontanella *num. 70.* casus dari in quibus donatio veré remuneratoria inter virum, & uxorem adsit.

3 Vetumtamen Fontanella qui proxime quatenus inquit nostrum Senatum suam approbasse opinionem ita expresse declarando in causa vassallorum Egregii Comitis de Montagut contra Dominum suum de mense Iunii 1607. ita intelli-

telligendus venit ut de Principis assertione non loquatur, etenim de eadem causa pertractans *d.cl.4. gl. 10. p.1. num.23.* non dubitat firmare quod quamuis de meritis aliàs non appareret quam per solam Principis assertionem hæc plenam probationem faceret, etiam in p. ę iudicium tertii confirmans ex Iason *cons.227. volum.1.* Beroio *cons. 65. num.6.* Mascard. *de probat. concl. 184. num. 31.* & *conclus. 128. num. 127.* Natta *cons. 367. num.16.* conclusionem perlustravi in archivio Regio, & inveni merita concessionarii non solum constitisse ex assertionibus Principum in privilegiis, sed etiam ex Regiis epistolis in processu insertis, aliisque probationibus, & in causa Nobilis Ludovici de Cartella, Desbach, & Descallar contra Syndicum Vicariæ strictæ, & Baiuliæ foraneæ Gerũdæ Regia Sententia lata 17. Septembris 1678. referente Magnifico Thoma Marañosa A.B. G.C. insequendo conclusionem Regiæ A. expressè fuit dictũ ibi *neque per assertionẽ illius probata dicũtur, sed aliunde legitimis documẽtis iustificãda sũt.*

4 Volunt aliqui probare quãdo agitur de particulari, & speciali mẽtione meritorũ, nẽpe propter talia servitia, ea enarrando, non in genere propter eximia beneficia, prout distingũt plurimi ex scribẽtibus sentientes primo casu stari debere, in secundo vero minimè Petra *de potestat. Princip. q.68. concl.2. num.33.* Garcia *de nobilit. gl.2. num.17.* & 20. Cæsar Barzius *decis. 118. num.* 12. quibus additur talem meritorum, & servitiorum narrationem, seu assertionem in genere potius ex stylo notariorum, quam ex deliberata mente Principis in privilegiis inveniri scriptam ad tradita per Canc. *var.3. cap. 15. num.159.*

Accedit supradictis quod ubi 5
Princeps in meritis suam fundat intentionem sufficit illius assertio ad eorum probationem Iason *cons. 227. num. 58. volum. 2.* Surd. *cons. 323. n.3. volum.3.* Mascard. & Garcia citati per Fontan. *d.cl.4 gl. 10. p. 2. à nu.23.* qui hoc procedere apprimè notat quando Princeps suam fundaret intentionem in facto corã se gesto, non in eo quod ab aliis, & eorum relatione accepisset; nam tunc huiusmodi assertionem ad probanda merita sufficere tenent indubiè Socin. *cons.87. num.19. volum.3.* Mascard. *d.concl. 1228. n.19. cum seqq.* & supra laudatus Garcia, præsertim si concessio iuramento roboretur quia tunc assertioni stãdum esse refert Fontanella ex Mascard. *concl. 184. num.13.*

Cum has omnes propositiones 6
de probatione assertionis Principis intextas Fontanella qui supra enixè extulisset se obtinuisse tradit *d. claus.4. gl.10. p.2. num.64.* per ea quę allegaverat, & sic propter assertionem per Principem factam de meritis, & servitiis concessionarii, tametsi non abnuat *alia* concurrisse

adminicula, quamobrem ſtabilita per eundem Fontan. *de pact. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 4. *num.* 68. volentem in cõtractibus prohibitis non ſtari donantis aſſertioni circa merita donatarii nullatenus evinceretur per pręhabitam Senatus deciſionem in cauſa Comitis de Montagut editã, ſcilicet quando donator eſt Princeps iuxta per eum tradita, quę tamen examinata deciſione ut annotavi præclariùs eluceſcunt.

7 Vlterius conſiderari volo privilegia prohibentia alienationem, & ſeparationem à Regio diademate non comprehendere alienationes ad remunerationem ſervitiorum emanatas, ut præcedenti deciſione ſolidavi, & ideo quando de his agitur non verſamur in caſu prohibito.

8 Redeundo ad Principis aſſertionem eam probare in ſpecie de qua tractamus defendit Ramon *conſ.* 37. *num.* 112. & eius additionator Balduc. in *obſeruat. n.* 39. ornans Rotæ *deciſ.* 338. *n.* 7. *& ſeqq.* Rubeo *deciſ.* 150 *à n.* 98. *p.* 9. *recent.* & de aſſertione Papę optimè probare cauſam alienationis bonorum Eccleſiæ præcipue quando ſuper ea Põtificis diſpoſitio fundatur elicit ex Altogrado *conſ.* 91. *n.* 1. *& ſeqq.* Cardinal. de Luca de *feud. diſcurſ.* 4. *nu.* 13. Rota *deciſ.* 357. & coram Seraphin. *deciſ.* 126. *à num.* 3. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand.* §. 44. *nu.* 31. & generaliter de materia præter adductos *deciſ.* 33. *num.* 6. videas *Canc. p.* 3. *cap.* 3. *à num.* 75.

Vrgentior indagatio in ea ſiſtit 9
quid tenendum eſſet ſi privilegiũ præcedens incorporationis „ ſive demanii fuiſſet conceſſum intuitu ſervitiorum alicuius Vniverſitatis; nam tunc videtur non poſſe per aliud privilegium poſterius ob remunerationem meritorum emiſſũ illi derogari.

Quæ dubitandi ratio vigorem 10
ſumit ex Vſatico *quoniam perinequum* 1. *Tit. de guiatges Conſtit.* 4. *&* 5. *tit. ſi contra dret, y vtilitat, &c.* quibus cavetur Principem (ſalva ſua clementia) cartam contra cartam concedere non poſſe, nec privilegium revocare, tranſeunt enim in Cathalonia omnia privilegia in contractum; nam confirmantur in Curia cũ ſtipulatione notarii Marquilles, & Valleſicca in prælegato Vſatico Canc. *variar. p.* 3. *cap.* 3. *à num.* 152. ubi ſtatuit Principem revocare non poſſe donationem remuneratoriam, ex quo vim contractus habet ex Saliceto Baldo, Curtio iuniore, Luca de Penna, Romano, Salon *de pace conſ.* 25. *nu.* 49. Garcia *de donat. remunerat. num.* 9. *&* 10. plene Sabell. *verbo priuilegium num.* 13. *Verſicul. Quando fuit conceſſum, &c.* & copioſius ac punctim de remuneratoriis Caſtejon etiam *verbo priuilegium num.* 8. adde Ramon *conſ.* 37. *num.* 74. Bald. *in l. ſi qui ſe pactis C. vnde liberi* Aretin. *in cap. nouit. vbi Felin. nu.* 8. *de iudic.* Caſtrenſis *in l. digna vox*

C de

C. de legib. Tiraquel. in *l. si vmquam Versicul. donatione largitus C. de revocand. donat. num.* 14. Georgius Acatus *de privileg. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. Carol. Tapia in *l. beneficium, ff. de constitut. Princip. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 6. Costa Siculus *cons.* 1. *nu.* 6. Matienzo *lib.* 5. *nouæ Recopilat. tit.* 20. *de donat. lib.* 6. *gl.* 2. *num* 9. & ibidem Azevedo in *l.* 1. *tit.* 20. & *seqq.* Suares *de legib. lib.* 8. *cap.* 37. *num.* 9. Ferdinandus de Castro Palao *in opere moral. tom.* 1. *tract* 3. *disput.* 4. *punct.* 21. §. 2. *num.* 2. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disputat.* 33. *num.* 9. qui in eo concordant quod privilegia in vim contractus transisse dicuntur, quę à Principe ob merita, vel ob aliquo datū, vel dandū, factum, vel faciendum conceduntur.

11 Data æqualitate meritorum cōcessionarii primævæ gratiæ, & obtinentis secundam durissimū quidem esset priori derogari, præmaximè si privilegium esset in corpore iuris clausum, de cuius differentia ab aliis Vela *dissert.* 40. *à nu.* 27. & 34. Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellar. glos.* 26. *num.* 34. & fuit facta specialis mentio de eiusmodi privilegiis in illa Nobilis Phederici Desbosch, & Sant Vicens contra Vniversitatem Loci de Vilassar Regia Sententia lata 8. Iulii 1659. quam etiam referam infra *num.* 26. sed tamen animadverti velim, quod ut concessio, seu privilegium ob merita, vel pecuniam concessum dicatur in contractum transiisse, sapiatque naturam tituli onerosi oportet ut servitia, aut pecunię gratiæ, seu concessioni equivaleant *cap. cæterum de donat. cap. relatum lo segon de testament.* Tiraquel. *in l. si vmquam verbo donatione largitus num.* 79. Natta *cons.* 525. *num.* 8. Aponte *post quæstion. laudemior. tit. qui feud. dare poss. num.* 98. Bossius *tit. de Principe num.* 323. (de hac tamen proportione, & æqualitate dicam decisione sequenti.)

12 Non desunt etiam qui tutantur succedente publica utilitate, & ob bonum regimen universale licere Principi à privilegiis demanii, seu incorporationum discedere, etsi ipsa concessa essent in remunerationem servitiorum Fulu. Lanar. *in addit. ad Regent. Lanar. in cap.* 1. *De his qui feud. dare poss.* & pluries practicatum, & iudicatum in Regno testatur Capic. Galeot. in *allegato responso.* 23. confert Sanfelic. *decis.* 68. *à num.* 21.

13 Constitutiones, & iura statuentia concedi non debere privilegiū contra privilegium, & cartam contra cartam non adversantur, quoniam ut superiùs deteximus, & abundè Fontanella *d. claus.* 4. *glos.* 10. *p.* 2. *num.* 30. casus remunerationis servitiorum exceptus censetur ab omni promissione, & privilegio demanii, unde cum ex natura, & visceribus privilegii oriatur facultas remunerandi servitia, utēdo ea non conceditur privilegium contra privilegium, nec carta con-

ita cartam, prout expendit Ramon *conſ.* 37. *num.* 138. & hunc intellectum amplexus fuit Regius Senatus in ſupra adducta cauſa Nobilis Phederici Desboſch, & de Santuicens contra Vniverſitates de Vilaſar, Cabreta, & Argentona Verũ eſt quod in memorata cauſa Nob. Ludovici de Cartellà, & Deſbach reperio deciſum, ibi: *& tandem licet de aliquibus ſeruitiis, & obſequiis conſtaret adhuc difficillimum reputaretur infeudationem ſuſtineri poſſe, fuiſſeque in mente Regiæ Maieſtatis Philippi quarti tot priuilegia Sereniſſimorum Regum Aragonum tot clauſulis ſtrenuæ ſecuritatis, & religione iuramenti roborata Ciuitati Gerundæ, Vicariæ, & Vniverſitatibus illius conceſſa, ob ſimilia, vel maiora ſeruitia, & ſignanter ob redemptionẽ ſuis propriis pecuniis faciendam reuocare.*

14 In eadem cauſa declaravit Regius Senatus non nimis ſcrupuloſe ſequendum eſſe Excellentiſſimũ Vicecancellarium Creſpi de Valdaura *obſeruat.* 34. aſſerentem ita demum rem alienari prohibitam Coronæque Regiæ incorporatam ob remunerationem benemeritorum alienari poſſe, ſi Princeps aliũde non habeat unde remunerare valeat ad inſtar *authent. res quæ Cod. commun. de legat.*

15 Huicque obiectioni reſpondent Natta *conſ.* 367. *num.* 15. Loazes in *allegatione oppid. de Mula argument. 3. pro Marchion. verſ. nec obſtat pag.* 185. Riminald. iun. *conſ.* 601. *num.* 51. Surd. *conſ.* 323. *num.* 29. Fontan. *d. clauſ.* 4. *gl.* 10. *p.* 2. *nu.* 31. affirmantes Principis in facultate reſidere eligere quem admodum velit pro remunerando, & poſtquã elegit ſervandum venire, ſic populus Romanus elegit pro remunerandis ſtrenuis militibus agros privatorum, non obſtante quod aliũdè illos remunerare poſſet, & tamẽ poſtquam illos elegit visũ fuit ex iuſta cauſa feciſſe, nec agrorum ablatio impugnari valuit *l. item ſi verberatum*, §. 1. *ff. de rei vindic. l. Lucius* 11. *ff. de euict.*

Fontanella ubi proximè ſolutio- 16
nem præbet ab inconvenienti aſſerens quod ſi verum foret nõ poſſe Principem niſi in ſubſidium, & non extantibus bonis liberis remunerare de prohibitis inanis foret iuris diſpoſitio, quæ ei facultatem tribuit ad remuneranda ſervitia, niſi prohibita alienari, & demanialia concedere vaſſallis poſſet; nam Regium patrimoniũ, & præcipue noſtri potentiſſimi Hiſpaniarum Regis non ita exhauſtum creditur ut præter alienari prohibita non remaneat in illo unde condonatio, & remuneratio fieri poſſit, quinimò Fiſcus ſemper eſſe ſolvẽdo dicitur, diveſque reputatur *l.* 2. *ff. de fund. dotal.* Fontanella *deciſ.* 254. *num.* 6. Peregrin. *de iur. fiſci lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 34. & punctim fuit diffinitum per Senatum in illa Nobilis Phederici Desboſch.

17 Argumentum ab inconvenienti quoties cum eo iungitur absurdū nō inefficax exstimatur Barbosa in *tract. loco* 2. pro quo latè Garcia *de nobilit. glos.* 3. *num.* 40. Salgado *de Reg. protect.* 2. *p. cap.* 13. *num.* 131. Castillo *lib.* 6. *controu. cap.* 166. Barbosa *cap.* 55. *num.* 4. *de elect.* Vela *differt.* 15. *num.* 84. & *differtat.* 26. *num.* 8 *&* *differtat.* 39. *num.* 31. Pareja *de instrument. edit. tit.* 2. *resolut.* 2. *num.* 49. Riccius *p.* 6. *collectan.* 2557. Roxas *de incompatib.* 4. *cap.* 5. *num.* 14. Escobar. *de purit. lib.* 2. *q.* 2. *glos.* 8. Mieres *de maiorat.* 1. *p. q.* 2. *num.* 280. Cyriac. *controu.* 522. qui differunt quid sit agendum ut absurdum evitetur.

18 Vsquequò adducta obtinent etiamsi privilegium demanii, sive incorporationis fuerit pecunia mediante concessum, nam etiam gratia in illius læsionem ob servitio ū remunerationem tenet publica ita exigente utilitate Cardinalis de Luca *in theatro veritat.* *&* *institut. tractat. de regal. lib.* 2. *in Romana, seu Salernitan. revocat. deman. discurs.* 148. *num.* 5. *pag.* 509. qui non dubitat publica causa suadente revocari posse demanium, & concedi non obstantibus privilegiis quamuis ea pretio mediante, & ex causa onerosa elargita essent remanente sola inspectione an reficiendum esset necne id quod receptum extitit.

19 Hæc percurrit de Luca in casu quo Rex noster intuitu sublimium meritorum Beatissimi Gregorii decimi quinti, & Cardinalis Ludovici Ludovisii concesserat privilegiū infeudationis Principi Nicolao Ludovisio de Civitate, & Principatu Salernitano, & etiam in remunerationem servitiorum, & meritorum eiusdem, quæ maxima erant præsertim impensa in sedanda, ac extinguenda revolutione popularīū Neapolitanę Civitatis, ac totius Regni de anno 1649 & conciliando omnes opiniones suam exponit firmans liquere vi directiva Magistratibus consulere suę Regię Maiestati super privilegio concedendo, non vero coactivè.

Eidem resolutioni subscribunt 20
Aloysius Riccius *collectan.* 3570. *p.* 8. *pag.* 206. de Ponte *cons.* 70. *per tot.* *&* *præcipue num.* 35. *&* *num.* 45. *usque ad Versicul. sed rursus* decisiones referens proditas *in* causa Santi Serverii, & Ferami, & declaratas adversus Vniversitates Seminarię, & Salerninum affirmans nō posse Regem revocare absque causa de novo supervenienti, secus vero existente nova causa, præsertim expressa per Principem cum Concilio.

Magnam vim habent quę per 21
Principem cum Concilio fiunt, sive gratiosam potestatem concernant, sive œconomicam; propterea quę videmus plura R. Cancellariæ diplomata eam continere clausulam *negotio peracto in Regio Concilio, eiusque sensum insequenda* sic reperies efformatum 9. Iunii 1658. pro cō-

muta-

mutatione pœnæ poſt latam ſententiam contra reum ibi nominatum, & antea 12. Iunii 1655. in gratia facta benemerenti de fructibus bonorum quorundam confiſcatorum ubi legitur *durante beneplacito ſuæ Maieſtatis, & noſtro*, & ſimiliter *peracto negotio in Regio Concilio*, ac complurima alia circumferri valerent ſub eodem contextu in rebus arduis emanata, cum in illis cõſulere ſemper tutius ſit ut diſerui *deciſ.* 24. *à num.* 15. ubi etiam de decretorum Senatus auctoritate, vide Solorzano emblem. 45. ſub lemmate *conſulendum in arduis*, pleraque ſunt Regia reſcripta in peculiaribus materiis circa hunc articulum diſponentia ne fiant inſcio Regio Concilio, & inſtructiones ſecretæ, quæ Proregibus dantur valde commendant, & iubent ne inconſulto Senatu gravia negotia terminentur.

22 Inter cauſas quæ effectum habuerũt (ut inſtituũ nõ deferamus) pro revocatione demanii fuit conceſſio Civitatis Amalphitanę facta ſtrenuo, ac celebri militi Octavio Picolomineo, alia oppidi Mulæ in Provincia Barii facta Michaëli Vahez, alia Octavii, cuius mentionem facit Marinis ad Reverter *deciſ.* 22. *num.* 3. ſic Cardinalis de Luca *in theatro veritat. & iuſtit. d. lib.* 2. *de regalib. diſcurſ.* 148. *num.* 9. & punctim nõ obſtante quod privilegium demanii fuerit obtentum pretio convento, ac ſoluta pecunia adhuc revocationi eſſe obnoxium publica utilitate concurrente tenuere Iaſon Marian. Socin. Cabedo *deciſ.* 75. *num.* 3. Pereira *deciſ.* 119. *num.* 7. & 8. Hermoſilla *ad leg.* 53. *gloſ.* 6. *tit.* 5. *p.* 5. *num.* 7. *pag.* 243. Ludovicus de Caſanate *conſ.* 43. *nu.* 43. Capycius Galeota *reſponſo* 23. *nu.* 264. Capycius Latro *deciſ.* 174. *num.* 53. & *deciſ.* 199. *num.* 6. *lib.* 2. qui omnes caſum remunerationis inſignium meritorum urgentem eſſe ad privilegii demanii revocationem profitentur.

Cuncta hæc procederent ulla 23
cum difficultate ſi ageretur de revocatione privilegii, verumtamen præſens, atque ſequentes deciſiones non eò tendunt ut privilegia revocentur, ſed ut demonſtretur in quacumque prohibitione alienãdi caſum remunerationis ſervitiorum exceptum venire.

Addo prædictis magis firmum 24
videri privilegium obtentum ad gratificanda inſignia ſervitia quam impetratum pecunia mediante, nã tunc prærogativæ, honores, & proventus non ob merita conferuntur, quæ multoties equivalentẽ non recipiunt æſtimationem, ut benè fuit expenſum in cauſa Syndici Vniverſitatis Baronię de Caſtellfollit contra Egregium Comitem de Montagut Regia Sententia lata 8. Iunii 1607. referente Magnifico Hieronymo Senjuſt ubi enarrando prægrandia ſervitia Nobilium Galcerandi, Hugueti, & Pontii de Sancta

Pace

Pace ea *inæstimabilia fore, & publicam vtilitatem concernentia* nuncupat, secus tamen pecunia ponderãtur, quæ minoribus præpollentibus animi virtutibus non rarò favet quicquid cecinerit Horat. *satyra 3. lib. 2.*

Virtus fama, decus diuina, humanaque pulchris.
diuitiis parent, quas qui construxerit ille.
clarus erit, fortis, iustus, sapiens, & Rex
& quidquid volet hoc veluti virtute paratum.
sperabit magnę laudi fore, &c.

25 Cæterum prædicta vates non laudat, sed execratur, pro quo pũcto adeas Doctores detestantes vẽditionem officiorum iustitię, & quæ de aliis venditionibus considerant, præcipuè Solorzano de iure Indiar. *tom. 2. cap. 30. num. 20. & lib. 4. cap. 4. num. 12. & lib. 6. Politica cap. 25.* Larrea *allegat. 119.* Salgado *in labyr. 1. p. cap. 35. à num. 2.* Bovadilla *lib. 2. Polit. cap. 24.* Covarruv. *lib. 3. var. cap. 19. in fine* Escal. *lib. 1. Gazofil. cap. 44. num. 2. & 2. p. cap. 2. num. 2.* Araujo *tract. 5. q. 32. difficult. 7. & de stat. ciuil. disputat. 8.* Marques *lib. 2. Gubernat. cap. 20. fol. 121.* Molina *de iustit. tract. 2. disput. 91.* Roxas *de incompatib. p. 7. cap. 3. num. 150.* Antunez *lib. 1. de donat. Reg. p. 2. cap. 14.* R. Matthęu *de re crimin. controu. 76. à num. 35.* ubi de inferiore à Rege in vim facultatis sibi datę ea vendente, noster Ximmar *de offic. iudic. p. 1. q. 21.* apud quos plura ad scopum adaptabilia reperies.

Quamobrem iure optimo in 26
illa Nobilis Phederici Desbosch, & de Sant Vicens contra Vniversitatem Loci de Vilassar Regia Sententia lata 8. Iulii 1659. fuit iuxta superiora decisum referente Magnifico Michaele Alegre ibi *casus remunerationis seruitiorum tacitè de iure est exceptus, etiamsi talis promissio in vim contractus mediante pecunia, & cum hypotheca specialt, vel generali iuramẽto vallata cõcessa sit*

DECISIO LXXVII.

DE QVALITATE MERITORVM QVÆ PROBARI debent vt demanio in illorum remuneratione præiudicetur.

MERITA levia non sunt ea remuneratione digna quæ demanii præiudicent privilegiis, benè verò celebertima, & magna, quæ condignam nusquam recipiunt æstimationem, quamvis à vassallo Principi præstentur: nam licet quicquid ille pro suo Rege fecerit debitum

bitum reputetur, qui tamen ita huic obligationi satisfacit ut singularis, aut strenuus inter alios agnoscatur, & glorioſior, talis debet emicare in premiis qualis enituit ingestis; nam secus agendo, & Regnantis celsitudo denigraretur, quę exuperando in gratiis facinora adamatur præstantior, & servientis amor, ac zelus tepesceret, qui stimulante mercede, & Regia liberalitate ardentiùs excitatur. Ita Senatus in casu huius decisionis.

ANNOTATIO.

NUCLEUS.

1 *Donatio facta per Principem vassallo ob merita per hunc debita simplex est, ac gratuita, & non vim contractus habēs, neque illius causa Princeps de euictione tenetur, sed vide num. 5.*

2 *Princeps ratione donationis remuneratoriæ ad euictionem obligatur, & num 3.*

3 *Donatarius aduersus fiscum de euictione agere valet, & obtenta sententia aliam rem per viam gratiæ impetrat.*

4 *Gratiæ, & remunerationes debentur etiam seruientibus cum salario, & qualiter sint impertiendæ.*

5 *Donationes à Principibus ob remunerationem emissæ prætextu obsequii, & seruitii à vassallis debiti non euertuntur.*

6 *Aliqua sunt seruitia, & beneficia á filio in patrem, ab vxore in virum collata quæ donationes validas efficiunt.*

7 *Beneficia, ac merita aliqua sunt quæ non recipiunt æstimationem vbi exempla.*

8 *Tota donatio subsistit etsi donatio remuneratoria quantitatem meritorum excedat regulato arbitrio dimetiendo.*

9 *Principis celsitudo coæquat seruitia aliter inæqualia remunerationi.*

10 *Debent tamen seruitia esse grandia, insignia, & præclara, nam per leuia demanii priuilegia non laduntur cum Senatu.*

11 *Homines gestis mirabiles plerumque ea non extollunt, nec probari curant, é conuerso autem alii ignobiles facinoribus, & aliquando à turpibus parentibus editi, & illis similes super æthera fidissimi haberi conantur, & ibidem de clarissimis genere, & fidelitate familiis de Cartellà, & Desbach.*

12 *Quando plura oppida vni Vicario subsunt aliqua ab eius iurisdictione separari Princeps non prohibetur, & ibi Senatus decisiones, & num. 13.*

14 *Intellige si iurisdictio sit data tātum in administratione, nam si in dominio fuerit concessa non potest reuocari, nec diuidi.*

15 *Infeudari nequeunt loca insignia, vel in confinibus Regni posita,*

& si ex infeudatione notabile dānum Regali iurisdictioni sequitur, & quando grauiter lædi Regnum dicatur arbitrio Iudicis committitur inspectis circunstantiis de quibus hic.

16 *Vassalli Baronum num seruis cōparari valeant.*

17 *Casalia, & Ciuitas diuisa quoad iurisdictionem possunt, quoad alia esse vnita.*

18 *Oppida nonnulla sunt quæ pro vtico Barcinonæ habentur, ac priuilegiis Ciuium illius gaudent eorum incolæ, & tamē quoad iurisdictionem sunt diuisa.*

1 ANteriorum Decisionum traditio non erit indistinctè, & universaliter intelligēda, si enim cōcessionarius esset vassallus Principis donantis censerentur adhuc privilegia simplicia, mera, & gratuita, non autem vim contractus habentia præsupponendo quod servitia impensa debita à vassallo Principi essent per text. *in l. si servus, ff. de hæredib. instituend.* terminanter Garzias Gallicus *de donat. remuneratoria num.* 34. quitamen nimis hanc declarationem extendit, ut infra inspicies Regens de Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 5. *de tract. seu extract. nu.* 24. *Vers. hoc tamen intelligitur num.* 25. *& plurib. seqq.* ubi quod iuxta iuris interpretationem huiusmodi donatio, seu privilegium non reputabatur in remunerationem concessum, & *num.* 28. refert in lite Ducis Sessæ, qui prætendebat refectionem interesse ex causa evictionis passę Baronię Sancti Georgii sibi à Rege donatæ ob notoria servitia ab ipso præstita uti eius Capitaneo Generali, nullam evictionem debeti, ex quo donatio illa respectu Regis cui servitia prædicta debebantur dici non poterat remuneratoria sequitur Carena *resolut.* 59. *à n.* 7.

Indubium autem agnoscitur Principem donatione remuneratoria concedentem ad evictionem obligari, Guzman *de evict. qu.* 52. *num.* 43. Cabreros *de met. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 60. Regens de Ponte *cons.* 59. *num.* 18. *& seqq.* affirmans servitia obsequialia, & alia pro quibus non datur actio adversus donantem nō esse sufficiētia ad reddēdū donationē remuneratoriā, & generaliter de materia. Gomez *lib.* 2. *var. cap.* 2. *nu.* 35. Riccius *par.* 4. *collectan.* 1030. Cyriac. *controuers.* 39. *num.* 6. Solorz. *de iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *à nu.* 32. *& lib.* 3 *Polit. cap.* 11. *fol.* 324. *vers. con esto, & sequentib.* Iul. Capon. *tom.* 5. *discept.* 331. Antun. *lib.* 2. *de donat. cap.* 3. Roxas *de incompatib. par.* 5. *cap.* 6. *à num.* 60. *&* 68. ubi eius additionator D. Ferdinandus Alphonsus del Aguila. 2

Planè materiam hanc radicitus examinando verior sententia hæc est, cui subscribimus libenter nempè Principem teneri de evictione quādo donatio fuit remuneratoria, velut ultra allegatos tenuere Rebuff. *ad leg. Gallic. art.* 2. *glos. ult.* But- 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſat. *conſ.* 31. *num.* 5. *lib.* 1. Calix. Ramirez *de leg. Reg. q.* 30. *num.* 16. & 27. Capyc. *deciſ.* 197. *num.* 8. Rhenar. Chopin. *in deman. Franc. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 6. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 58. Capyc. Latro *conſultat.* 38. *num.* 14. & 38. Cabedo *deciſ.* 219. *num.* 12. & 13. notans in Regno Luſitaniæ ſolere expedirt Regium reſcriptũ ut procurator Regiæ Cameræ litẽ adverſus donatarium motam tueatur, cum hæc donatio remuneratoria non ſit propriè donatio, ſed potiùs quædã permutatio, ſeu titulus oneroſus Peregrin. *conſ.* 78 *nu.* 6. Covarruv. in *cap. cum officius nu.* 29. *de teſtamen.* & ſimilem eſſe hanc donationem dationi in ſolutum perpendit Solorzano citatus, dicique contractum innominatum do ut des Reyniſ. *obſervat.* 31. *n.* 1. hiſque & aliis laudatis doctiſſimus Dominicus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *à n.* 57. qui *n.* 61. benè advertit tunc demum donatarium adverſus fiſcum agere poſſe quãdo facto Principis evictio contingeret putà quia mihi dedit cõmendam, vel aliã rẽ, quã alius iuſto titulo poſſidebat, vel quæ extincta fuit, vel extingui iuſſa, & in Coronam Regiam incorporari, tunc enim tenebitur Princeps quã primùm poterit donatarium proũidere de alia re ſimili, vel commẽda per text *in cap. inter cætera* 17. *de prebend.* Solorzano qui ſupra *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 65. & donatarius obtentã ſententia in caſibus recenſitis per Roſental. *de feud. cap.* 4. *concluſ.* 10. & *cap.* 6. *q.* 8. & 18. & *cap.* 8. *concluſ.* 29. per viam petitionis gratiæ ſatisfactionem petere debet ut fuit deciſum ſententia relata à Cabedo 2. *p. deciſ.* 36. latè Gabriel Pereyra *deciſ.* 4.

Probat etiã eruditè Antunez Regẽ ex iuſtitia benemeritos remunerare debere, & apud omnes nationes etiã barbaras hanc remunerationẽ admiſſam fuiſſe, nec tantũ eadem menſura, ſed multò maiore, ſi poſſit, decere beneficium remunerare, & benè cumulatam gratiã referre, & etiamſi præciſè non teneatur remunerare eos qui ſerviũt cum ſalario, tamen id facere debere, & ſolere quotidiana teſtante experientia de his qui in Palatio inſerviunt Principi, & in aliis officiis Reipublicę per text. *in l.* 1. *C. de privileg. eor. qui in ſacro palat. milit. lib.* 12. *l. cũ Nauicularius C. de Nauicular. ſeu. Naucler. lib.* 11. *l. fin. C. de præpoſit. agentib. in reb.* Solorzan. *d. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 113. & puchrè de modo exercendę liberalitatis per Principem, idem Antunez *dict. l.* 1. *cap.* 2. obſervando ne conferantur gratiæ hiſtrionibus, citharœdis, & aliis huiuſmodi, erogandeque iuxta patrimonii, & ſtatus vires, uni non adimendo, alterique dando, plurimis gratificando, non verò in unũ omnia profundendo. 4

Egregiè præ cæteris, quos viderim, punctum hoc elaboravit conſul- 5

sultissimus Don Ioannes del Castillo *tom. 7. lib. 6. cap. 18. de tertiis à nu.* 51. ubi nullum ex Doctoribus illud pertractantibus omittens amplexo, maximèque celebrato Ferdinando Loazes *in allegatione super controversia oppidi de Mula*, & Menochio *cons.* 1003. concludit negari non posse per Principes gratias, & remunerationes fieri his à quibus servitia, & merita acceperunt ut gratos se ostendant, & ob benemerita ipsis compensanda, atque ideò re, effectu, & veritate remuneratorias dici debere, & privilegiis remunerationum perfrui, aliàs prætextu obsequii, & servitii Regibus, & Principibus à vassallis debiti tot, tãtaque ab scribentibus mille in locis circa donationes Principum remuneratorias dicta, & resoluta subverterentur, & inania fierent, quod ferendum non esse censet, nam etiam præhabita consideratione dicti servitii quod debetur sic statuerunt, & prætextu eiusdem servitii donationes prædictas non amittere nomẽ, & prærogativas remuneratoriarũ, & tandem firmat à communi sententia non esse recedendum.

6 Et præsuppositio Principem remunerationis causa donare nõ prohiberi çquivalentiam in remuneratoriis donationibus non esse attendendam indubitanter *num.* 74. asseverat & antea *num.* 61. *Vers. servitii*, ponderat servitii, etiam iure debiti considerationem non excludere, quin ob benemerita donari possit adhuc inter personas prohitas exemplificans in filio, cuius etsi dicamus nulla videri merita erga patrem, cum iure ei inservire, & obsequia præstare teneatur, & nihil sit quod non à filio debeatur patri, attamen aliqua sunt servitia, & beneficia à filio in patrem collata, quibus adeò de patre benemeritus tedditur, ut eorum causa iure ei donare pater possit, veluti permulti relati per Menochium *cons.* 1003. *num* 74. commemorant, idem sentientes in servo, qui etsi ad omnia domino teneatur, nihilominus propter singularia servitia dignus est remuneratione, exindè donationes inter patrem, & filium, maritum, & uxorẽ aliàs veritas propter grandia, & insignia servitia Doctores, iuraque unanimiter validas iudicarunt.

7 Præterea Castillo *num.* 72. constituit beneficia, & benemerita aliqua esse quæ non recipiunt æstimationem, & quorum remuneratio non est commensurabilis cum accepto, ut si tu me à morte imminenti liberasti, si me ab hostium manibus, & servitute eripuisti, si tua opera, & industria patriam defendisti, si in bello singularia, & eximia seruitia Regi, Regno prestitisti, & alia similia.

8 Mirificè Angelus Thomas 2. 2. *q.* 106. *art.* 6. resolvit non dici satis gratum qui tantum reddit quantum accepit, & ita si idquod datur in remunerationem excedat

quantitatem benemeritorum totã nihilominus donationem remuneratoriam dici, in quo regulato inſpecto arbitrio communior cõcurrit ſchola, & præſtantiùs in Principe, cuius donationes ut optimè expendit Caſtillo à *num.* 75. numquam immenſæ iudicantur, de quo poſt Tiraquellum Hypolit. Riminald. in §. 1. *inſtit. de donat. num.* 1220. *Verſicul. quartus eſt caſus* Marcus Mantica *conſ.* 1. *num.* 15. unde Princeps remunerans nunquã dicitur læſus, & in conceſſione Regia propter ſervitia, & benemerita facta læſio enormiſſima conſiderari nequit, quamuis donatio merita exuperet: nam celſitudo Principis, eiuſque munificentia iudicat ea eſſe æqualia recompenſationi, ita ex Cumano, Barbato, Tiraquello, Menochio, & Riminaldo Caſanate *conſ.* 7. *num.* 20. Phæbus *deciſ.* 111. *num.* 14. & 15. & cum aliis Ramon *conſ.* 24. *num.* 156. & *ſeq.* qui inquit quod Regia Corona ex donationibus remuneratoriis nunquam dicitur læſa Gabriel Pereira *deciſ.* 101. *num.* 3.

9

10 Re ergo iſta maturè, & iuxta iuris terminos, & authores ſuperius traditos perpenſa, ac conſiderata ambigendum non erit non ſubſiſtere Principum donationes propter levia ſervitia emiſſas extãtibus, privilegiis incorporationum ſicque curare debent impetrantes, gratiã ut in privilegio de eis fiat ſpecifica mẽtio iuxta notata *deciſ.* 76. & quod ea ſint præclara, & præcellentia, ac grandia, & inſignia, prout utrumque deciſum extitit referente Magnifico Thoma Mariãoſa B.G.A. concluſionem R.A. inſequente in cauſa Syndici Gerundæ contra Nobilem Ludovicum de Cartellà, & Desbach Regia Sententia lata 17. Septembris 1678. ibi: *Cum de eiuſmodi ſeruitiis nulla fiat mentio in prædicta infeudatione, neque verba illa quæ in diſpoſitiuis dicta Regia conceſſionis leguntur ibi perpendentes obſequia per te nobis præſtita &c. æquiualere valeant mentioni ſeruitiorum, ſeu meritorum, ſaltem eorum, quæ Principum remuneratione digna exiſtimantur, cum obſequia proprie dicantur ea, quæ à vaſſallis, ſeu ſubditis intra debitum vaſſallagii, & ſubiectionis præſtantur domino, ſeu ſuperiori, quę dum regularia ſunt, & non præſtantia, ſeu inſignia remunerationem non merentur, & dato quod obſequia, & ſeruitia æquiparata, & vniuoca iudicanda eſſent certum eſt quod de dictis ſeruitiis, ſeu obſequiis conſtare debet concludenter ad hoc vt poſſit efficaciter Princeps bona Regiæ Coronæ incorporata propter remunerationem ſeruitiorum alienare, & ſegregare, in caſu autem de quo agitur non ſolum probata non fuere ſeruitia aliqua inſignia, aut alia per dictum Nobilem Franciſcum Deſbach impenſa ante diem 14. Aprilis 1635. in quo infeudationem impetrauit imò nec mentio aliqua per dictum nobilem Franciſcum in pre-*

cibus dicta impetrationis, saltem specifica extitit proposita, nec per Regiam Maiestatem in dispositivis adhibita.

11 Perplura sunt, & præsertim in hac specie quæ ob incuriam absque præmio infœliciter relinquuntur, & solemus experiri homines gestis mirabiles vix de illis constare facere, aut gloriam affectare, & è converso nonnullos esse qui pusilla gesserunt facinora, & grandia comprobant, ac perennem famam assequuntur, & alios, quod peius est exaudimus, qui inversa veritate heroes se iactant, & ut tales honoribus, ac dignitatibus afficiuntur surreptitiis meritis cumulatis cum potius pœnas, Regiamque indignationem mereantur, aut saltem eius sint indigni munificentia. O humanæ fragilitatis, atque cõditionis miserrimũ argumẽtũ! O mortaliũ pravitatis efficax evidẽtia! Evidẽs documẽ ũ! Ingẽtia sanè sũt clarissimorum generũ de Cartellà, & Desbach servitia, obsequia, & merita omni ætate impẽsa, nedum per viros, sed, & quod magis est per sũmè laudabiles fœminas, ut cũ Larrea *allegat.* 65. *n.* 26. memini *decis.* 22. *num.* 17. & nunc addo horrida illa turbulenta de anno 1640. nostri Principatus tempestate verè constantiorem fœminam appellari potuisse in hac pariter prænobili stirpe effulgescens iubar de qua sinceriores Historiographi narrãt Gerundæ in illius domum, in qua degebat viduata Nobili Francisco Desbach eius viro, qui in obsidione de Salses duobus vulneribus cæsus strenuè prælijs deperierat, mulieres plures à seditione insequutas confugisse, ipsamque vocatam Domnam Magdalenam Desbach, & de Oms, sororem Don Geraldi de Oms pietate simul, ac generosa audacia permotam plebeis illis tumultuantibus ita effatam fuisse: *quæritis furore rabido profugas? eas ego receptaui misericors, comburite domum, in me ferrum conuertite, minori namque mea ruina voti compotes non euadetis, virum perdidi, quo plus perdere nequibam, nihil extimesco, me enecate, moriar ea quæ sum, & vos viri estis agetis:* quibus plusquã fœmineis exauditis clausulis, & vocibus inordinatę gentis agmen ab ædibus, quarum vestibulum intraverat egressum fuit, quid præstantius in fœminæ ore proferri, quid inuicto pectore dignius effingi potuit?

Quæ omnia arctiùs procedunt 12
quando plura oppida privilegium incorporationis obtinuerũt ut subsint Vicario Regio, nam tunc separare aliqua oppida propter insignia servitia à iurisdictione Vicarii Princeps non prohibetur, ut cum observantia Senatus probat Cancer. *p.* 3. *variar cap.* 9. *num.* 17. *& fin.* ius Universitatis de Cambrils per privilegium Baiuli de Mombriò in nihilo fuisse alteratum, tantumque per illud aliquantulum derogatum fuisse auctoritati

Ba-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Baiuli de Cambrils quod ita latè eius iurisdictio in posterum non pateret, & id licuisse Regi disserit, ex quo auctoritate sui Officialis quilibet derogare valet, prout ex Bartolo, Ruino, & aliis comprobat, & definiisse Senatum in relata causa Don Bernardi de Aymerich contra Civitatem Minoriss. & demum cõcludit posse Principẽ moderare iurisdictionem suorum magistratuum licet ius tertii læderetur ex Carolo de Tapia, Alexandro, Hieronymo Gonzales, ac Seraphino.

13

14 Complures alii idem affirmant distinctione amplexa, quod aut iurisdictio est data vassallis in dominio, vel tantum in administratione, si primo modo sit data per contractum non potest revocari, nec dividi, prout est in Cathalonia, regulariter loquendo, iurisdictio omnium Baronum, si vero solum est data in administratione, tunc potest supprimi á Rege in totum, dividi, aut dismembrari, ut punctim firmat Marius Cutellus *decis.* 2. *num.* 61. allegans nostrum Iosephum Ramon *cons.* 24. *à num.* 52. *&* 127. *cum seq.* ubi copiosè additionator Balduccius, Casanate *cons.* 43. *&* 44. itidem Cutellus *decis.* 21. in eisdem terminis pro Universitate Civitatis Aceys Aquilea *num.* 11. ubi postquam longa Doctorum allegatione asseruit Regẽ esse animatum fontem iurisdictionis, à quo solo fluunt, & refluunt ait quod ideò potest unire, & dividere iurisdictiones, necnon in totũ supprimere ad sui libitum, deducendo terminanter ex Covarruv. *practicar. qq. cap.* 1. *num. fin. Versicul. primum etenim*, & *cap.* 57. *num.* 7. *Versic. secundo maior.* Suarez *allegat.* 7. *in fin.* Socin. iunior. *cons.* 1. *num.* 4. *lib.* 2. Beroi *cons.* 74. *lib.* 1. Cravetta *cons.* 74. *lib.* 1. Mandello *cons.* 113. *cum seqq.* Hondedeo *consil.* 13. *num.* 14. *volum.* 2.

Aliam limitationem regulę cõcedentis alienationem bonorum demanialium ob meritorum remunerationem Doctores adducũt ut fieri nequeat quando infeudãtur loca insignia, vel in cõfinibus Regni posita, vel si ex infeudatione damnum, seu detrimentum notabile Regali iurisdictioni possit evenire de qua Menchaca *illustr. cap.* 4. *&* 5. Ramon *cons.* 37. *num.* 7. Solorzan. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 50. Larrea *allegat. fiscal.* 8. *à num.* 40. Castillo *de tert. d. cap.* 18. Menoch. *cons.* 1003. Galeota *responso fiscal.* 23. *num.* 113. Don Didacus Fajardo *allegat. fiscal.* 1. *num.* 74. latè Antunez *de donat. Reg. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. ac *num.* 7. volens arbitrio iudicis relinqui disquirere quando Civitatis, vel oppidi donatio dicatur graviter lædere Regnum, Regiamque Coronam, & dignitatem pensata qualitate Regis donantis, Regnique magnitudine, necnon donatarii cum Loazes, Castillo, Menochio.

15

chio, Cabedo, Mieres, Mastrills, & comprobarunt expressim decisiones Senatus in illis Nobilium de Aymerich, & Phedetici Desbotch.

16 Quando loca non sunt insignia, nec in confiniis Regni sita investigant Doctores num notabile eis damnum ex infeudatione inferatur Fontanella *claus. 5 glos. 10. p. 2. num.* 52. nonnumquam existimat Barones melius tractare vassallos quam Officiales Regios, & *num.* 204. considerat quod cum in hoc Principatu tot vias habeant vassalli ut à Baronum oppressionibus se liberent non debet eorum vita servitus appellari, nullumque versari beneficium Universitatis ut sit de demanio, imò eorum perditionem agnosci, & paupetes quotidiè gravari à duobus, vel tribus ex eo oppido qui illis dominātur graves Doctores voluere.

17 Sed quicquid de his sit ad moderationem iurisdictionis redeundo invenio Regentis Sanfelic. *decis.* 327. *tot.* in qua casalia, seu suburbia quędam Civitatis Neapolis ab ea fuerunt dismembrata, & separata, nempè casalia Marani fuerunt infeudata Comiti Cerbelloni ob eius benemerita, & casalia Panicoquuli fuerunt vendita Antonio Parisio pretio mediante, & non fuit altercatum de dismembratione, sive separatione à Civitāte Neapolis, quamuis casalia fuissent de demanio Regis, & unita cum ea, ac de corpore illius, & decisio prodiit 27. Februarii 1646. sub his verbis *Illustrissimus, & Excellentissimus, &c. providet, decernit, atque declarat casalia Marani, & Panicoquuli esse comprehensa in conclusione huius fidelissimæ Civitatis Neapolis oppositis non obstantibus, &* ibi lem addentes ex Marta *cons.* 1. *num.* 77. Franchis *decis.* 22. *num.* 1. & *decis.* 316. *num.* 4. quod casalia, & Civitas divisa quoad unum, & sic quoad iurisdictionem, possunt quoad alia esse unita, & sic habere cum Civitate territorium commune, licet quoad iurisdictionem sint separata, siquidem ex divisione iurisdictionis non inducitur divisio territorii.

Quę assertio in complurimis 18
oppidis posset exēplificari quæ per Regia privilegia, habentur pro vico Civitatis Barcinonæ, & illius oppidani, & municipes pro civibus Barcinonæ, eisdemque privilegiis, & prærogativis gaudent, prout huiusmodi oppida post Marquilles, & Ripoll enumerat Petrus Fōtan. *com. decis.* 578 *num.* 19. *& seqq.* & de oppido de Tona testatur Xāmar *de privileg. Civitat. Barcinonæ* §. 17 *à nu.* 42. ubi ex plurib⁹ declarat in quo differant civis, & procivis, ad nostrum verò institutum sufficit quod talia loca quoad iurisdictionem non sunt unita Civitati Barcinonæ, imò suos Baiulos peculiares habēt ab illa, Baiuleque Barcinonæ independentes.

DE-

DECISIO LXXVIII.

DE TESTIMONIO, ET ASSERTIONE IVDICIS NON attendendis.

IVDEX in ferenda ſententia non ex privata ſua conſcientia movetur, ſed ex his quæ aliundè in proceſſu probata comperiuntur; unde teſtis in cauſa qua iudicat eſſe nequit, quantumvis veritas aliter erui non poſſit, nec ſuper propria aſſertione iudicium promere quaſi ſui dicti iudex valet, quæ iuris diſſonantia non tollitur tametſi alii cum eo interveniant coniudices, præſertim inquiſito de illa obiiciente. Ita deciſum in themate infetiùs exprimendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Factum, per incautos Religioſos populus incitatur ad ſeditionem vbi de concionatoribus.*

2 *Deſpicientes conſilia, & miſcentes iocoſa ſeriis reffelluntur.*

3 *Caſus atrocitas declarata.*

4 *Monaſterium pro carcere aſſignatum.*

5 *Dubium primum de iudicis teſtimonio.*

6 *Iudex, & teſtis nemo eſſe poteſt, ſed limita caſu quo veritas aliter haberi nequit, de quo num. ſequenti.*

7 *Quando pendente cauſa iudex præciſe debet deponere alius iudex eſt nominandus, nemo enim coram ſe vnquam & iudicis, & teſtis munere fungitur.*

8 *Ex ſua priuata conſcientia iudex non iudicat.*

9 *Actio, & paſſio in eodem ſubiecto non concurrunt.*

10 *Validum ſit teſtimonium iudicis de conſenſu partium.*

11 *Quando plures ſunt arbitri vnus nequit coram alio teſtimonium ferre.*

12 *Si plures ſint iudices, & vnus ex eis ſit ſuſpectus valida erit aliorũ ſententia.*

13 *Limita ſi ſuſpectus principalior eſſet.*

14 *Iudex delegatus Breuis Apoſtolici in cauſis appellationum iudicat de voto duorum Senatorum, ac in declaratione caſus atrocis, & nu. 15.*

Ex duobus Commiſſariis vnus nõ iudicat ſine alio.

16 *Si mandatur pronuntiari iuxta conſi-*

consilium, seu secundū consilium, & pronuntietur contra, vel præter illud actus nullus redditur.

17 *Subdelegatus Brevis Apostolici caput est sui Tribunalis.*

18 *Quando ex pluribus iudicibus delegatis alter recusatur, si alii cum recusato procederent in causa processus propter admixtionem inhabilis est nullus.*

19 *Assertioni iudicis non in forma testimonii prolatæ minimè creditur, siue causa vertatur coram se, siue coram aliis.*

20 *Limita nam iudicis assertioni standum quando est adiuta aliis coniecturis, & verisimilitudinibus, sed vide num. 21.*

22 *Attestatio criminis patrati in præsentia actuarii dum suum munus exercebat facta de mandato iudicis probat.*

23 *Testis, & actuarius quis esse nequit, nec compatitur officium tabellionis cum officio aduocati.*

24 *Iudex cognoscit de offensa sibi ratione officii illata, & quid in causis ciuilibus.*

25 *Duæ specialitates concurrere nequeunt.*

26 *Exitus casus decisionis.*

1 REgularis quidam Prælatus à Iudice subdelegato Brevis Apostolici hortatus extitit, prout alii Religiosi superiores exhortati fuerant quatenus suos subditos admoneret ut in ponderoso, valdèque gravi negotio uti maximè Regii servitii, prudentèr prout decet, sanctè, & mature se gererent, indiscretisque loquutionibus animos non conturbarent, veluti non semel accidit, & pulchrè animadvertit Regens Don Petrus Frasso *de Reg. patron. Indiar. cap.* 73. *à num.* 18. ubi quod per huiusmodi incautos homines populus incitatur ad seditionem, oblitos salubrem sententiam dictantem Religiosos debere imitari mansuetudinem Christi Regens Calderò *decis.* 65. *num.* 37. cui addimus Solorzano *emblem.* 49 *nu.* 58. alios laudantem, & differentem de modo adhibendo per concionatores in corrigendis Principibus, & recolimus exarata *decis.* 23.

Admonitionem despexit Prælatus, & authoritatem hortantis non meditatus *despicientem consilia risu, & subsannatione dignum esse Prouer. cap.* 1. & minus deprehendens *quāto magis se sapere quis putat consilio alieno uti debere Prouerb. cap.* 13. qua, & alia eruditione ornat Hieronym. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. glos.* 46. *tot.* & præsertim *à num.* 49. imò stolidorum instar (si plenè de crimine constitisset) qui magis ardua, & quibus veraciùs intendere oportet deludunt, & in seriis materiis iocosis oblectamentis tempus consumunt (quod non parum nostris temporibus inofficiosum experimur) derisit Subdelegatū, & quod peius, & intolerabile visum fuit indecora in eum, suumq; munus verba protupit, gestu quandoque de-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

risorio, vultu deindè indignato,& minaci, tumidoque verborum sonitu.

3 Ita retulit Tribunali Subdelegatus, sic assertionem in scriptis redegit, non enim alia probatio submini-strari potuit quia solus erat cũ regulari quando narrata evenerũt, de atrocitate criminis nemo dubitavit cum, & gravitas rei,& personæ in quam illata fuit iniuria, & pessimum exemplum sceleris,reliquæve circunstantiæ patefacerent; quare casus atrox de more procul difficultate declaratus fuit, & captura in regularem provisa.

4 Et quia iuxta qualitatem facinoris circumspectionem personç,eius alioquin merita, & gradus, suçque Religionis splendorem congruum visum fuit inquisitum in carcerem publicum non coniici, fuit ei assignatum pro honesta mansione suç detentionis,& carceris Monasterii B. M. de Gratia Fratrum Carmelitarum Excalceatorũ, situm in territorio Barcinonæ, ubi instrumento speciali peracto extitit arrestatus præsente, & ordinante Iudice subdelegato, & alio instrumento perfectum extitit iniuncta Priori illius Monasterii securitas prædicti regularis, pro carcere, vel sequestro eligi Monasterium tradidere relati per Cortiada *decis.* 173. *num.* 6. & dicam latiùs in compilatione practicali.

5 Cum autẽ religiosus esset moribus, & doctrina clarus, & de Regio servitio aliter benemeritus, sicque nullis adminiculis,& coniecturis iudicis assertio, seu relatio muniretur eius probatio admodùm fuit controversa.

Crimen nullatenus esse probatum plures suadebant considerationes. Prima, quia iudicem, & testem neminem esse posse iure statutum reperitur, ut exposuimus *decis.* 32. *num.* 42. ubi de ratione,& licet Farinac. *de testib. q.* 60. *nu.* 128. limitet quod regula non procedat quando veritas aliter haberi non potest, volens quod in iis,quæ aliis quam iudicibus,& arbitris cognita esse nequeunt eorum testimonium recipitur. 6

Attamen *num.* 129. sequenti tenet obtinere si iudex, aut arbiter causa finita deponat coram alio,& etiam quando ea pendente testificatur, isto enim casu ob inopiam probationum, si delegatus sit iudex ad hũc effectum removetur à munere iudicandi,& inter alios contestes allegat Albericum de Malet *in tract. de testib. cap.* 4. *num.* 23. *Vers. concludite primo*, ad quem se refert, cum locum ex proposito inspexi, & inveni distinguentem ita, quod aut iudex vult testificari coram se, aut coram alio, & relicto secundo casu uti ad institutum non pertinẽte, in primo omnium conclusionẽ esse dicit non posse coram se testimonium perhibere triplici ratione suffultus, altera quia iudex non debet fungi duplici officio iudican- 7

di,

di, & testificandi, de qua ratione nos ubi supra.

8 Secunda quia de sua privata cō-scientia non iudicat, *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid.* de quo articulo latè Covartuv. *lib. 1. variar. cap. 2.* Bovadilla *lib. 1. Politic. cap. 15. num. 25.* & *lib. 5. cap. 1. num. 137.* ubi de iudice superiore Robert. *lib. 1. rer. iudicat. cap. 4.* Gutierr. *lib. 2. Canonic. qu. 29.* Tolet. *lib. 5. instruct. cap. 56. num. 7.* Riccius *collecta* 717. 1229. 2853. & 1948. Mancin. *de iur. sacror. dissert. 4. cap. 17.* Filesaca *tract. de conscientia fol.* 230. Segura *par. 2. directorii cap. 14. num. 14.* & *cap. 16. nu. 17.* Narbona *in l. 82. glos. 2. à num. 61. tit. 5. lib. 2. Recopilat.* Escobar *de purit. p. 1. q. 5. num. 20.* & *qu. 13. §. 4. num. 25.* & *par. 2. q. 9. §. 1. à num. 29.* Vela *de offic. ordinar. par. 1. num. 40.* Marquez *lib. 1. de Gubernat. cap. 12. fol. 64.* Cortiada *decis. 24. num. 5.* & *seqq.* Lara *lib. 1. de anniv. cap. 10. à nu. 35.* ubi an secundum locorum inspectionem, & tunc secundum cō-scientiam iudicet.

9 Tertia quoniam idem agens ageret in se ipso: nam iudex debet deferre iuramentū testi, & sic hoc casu sibimet defert, quod non est concedendum, ne actio, & passio in eodem subiecto concurrant cōtra constituta in specie *decis. 34. nu. 18.* quibus addo Portoles ad Molin. *verbo testis num. 69.*

10 Limitat insuper Farinacius *dict. quæst. 69. num. 144.* propositam à se regulam, ut non procedat quando iudicis, aut arbitri testimonium reciperetur de consensu partiū, quia tunc illud validum esse non dubitat multis confirmans, quapropter esto doctrina ista casui esset adaptabilis iuvare Fiscalem instantiam nequivit, quippe de prædictis inquisitus opposuit.

Pariformitèr ponderatum impedimentum obest quoties iudices, & arbitri plures sunt, nam nec etiā testimonium ferre possunt in causa coram eis vertenti, & ideò ex tribus arbitris, vel iudicibus nequit unus coram alio deponere Farina. *d. quæst. 60. num. 115.* qui limitat in seqq. respectu arbitratoris. 11

Nec iuvabat argumentum syndicatorū qui si plures sint, & unus suspectus extet, & se immiscet in causa valida etiam erit aliorum sēntentia; quia alii non suspecti alterius suspecti validitatem supplent Franc. *cap. postremo num. 20. de appellat.* Parisi. *de syndicat. cap. 1. verbo suspicio num. 20.* 12

Verumtamen hæc theorica locum sibi non vindicat quando talis suspectus principalior esset, vel eius successor Guazzin. *defens. reor. 1. cap. 19. num. 37.* & ex eo Giurba *cons. 9. num. 4.* 13

Ambiguitati certè non subest Iudicem Brevis Apostolici, sive eius Subdelegatum principalem esse in suo Tribunali, quamvis teneatur iudicare de voto duorum Senatorum istiusce Regiæ Audientiæ, in themate expresso per Pontificia di- 14

plomata, & præcipuè in illo bis, terque Beati Pij V. clauſulam irritantem continenti ſub die 6. Octobris 1567. expedito, ibi: *quam quod Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, cui cauſa appellationis huiuſmodi commiſſa fuit de voto duorum Doctorum Rotæ Ciuitatis Barcinonæ, & non aliàs, aliter, nec alio modo vſque ad ſententiã inclusiuè procedere debeat.*

15 Et quoad declarationem atrocitatis caſus adeſt breve Clementis ſeptimi, ſub die 6. Iunii 1531. hunc referens contextum, ibi: *præfato Epiſcopo, de cuius prudentia, & dexteritate ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus adhibitis ſecum duobus, vel tribus Rotæ, ſeu parlamenti Ciuitatis Barcinonę iuris Canonici, & ciuilis Doctoribus quæcumque dubia ſuper præmiſſis atrocibus, & grauibus caſibus deinceps ſuboriri contigerit prout iuris fuerit interpretandi plenam, & liberam authoritatem tenore præſentiũ licentiam concedimus, ac etiam facultatem*, per quę non ſolum in ſpecie antecedentis numeri vigore clauſulę irritantis, ſed etiam in nuper tradito Brevi cognitio de qua ibi fit ſermo reſpectivè, & Epiſcopo, ſeu illius Subdelegato, & Regiis Conſiliariis commiſſa extitit, ſicque unus ex commiſſariis ſine altero cognoſcere nequiret ex traditis per Canoniſtas *in cap. prudentiam de offic. iud. deleg.* ſequitur Cevallos *commun. contra commun quæſt. 61.* ubi de proceſſus nullitate Barboſa *in leg. 18. nu. 18. de iudic.* Bovadilla *in Politic. lib. 3. cap. 8. num. 192. Verſ. 9 de aqui, & à nu. 233. 237. &* 240. poſt Alexand. *in l. Pomponius num. 9 ff. de re iudic.* Bernard. Diaz *in regul. 353. & ibi addit. Salzedo fol. 123.* Avil. *in forma Syndic. artic. 49. gloſ. condenar. num. 4.* Paz *in pract. 6. p. cap. 1. §. vnic. num. 11. fol. 203.* Azevedo *in addit. ad Piſam lib. 4. cap. 6. num. 73. lit. O.*

Exploratum pariter apud omnes eſt, quod ſi mandetur pronuntiari iuxta conſilium, ſeu ſecundum conſilium, & pronuntietur contra, vel præter illud tunc forma tradita violatur, & actus corruit, *cap. cum dilecta de reſcript. cap. cui de non ſacerdotali de prabend. in 6.* Lapus *in regula nullus ex conſilio de reg. iur. in 6.* Franch. *in cap. vnico, §. fin. num. 5. in fine, Ne ſede vacant. lib. 6.* videndi Larrea *alleg. Fiſcal. 67.* Queſada Pilo *controuerſ. 26.* cum multis laudatis à Cortiada *deciſ. 23. à num. 38. ad 52.* & præcipuè Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 46. per tot.* 16

Quamobrem indubitanter inefficax redditur ponderatio, quæ fiebat de ſyndicatoribus quando unus eſt ſuſpectus, quod aliorum ſuſpicione carentium valida ſit sẽtentia ſupplemento accepto unius ab aliorum aptitudine, & habilitate, cum innegabile fateamur Brevis Apoſtolici ſubdelegatum caput eſſe ſui Tribunalis, tametſi Regii Senatores acceſſiti in declaratione atrocitatis ſceleris votum habeant deciſivum. 17

Hinc ſi plures delegati iudices dati 18

dati fuerint, quorum alter recuſetur, tunc ſi alii cum recuſato procederent in cauſa proceſſus propter admixtionem inhabilis eſt nullus *cap. cum ſuper & ibi gloſ. 2. de offic. deleg. cap. ſi contra vnum, & ibi Doctores de offic. deleg. in 6.* Prępoſit. in *cap. poſtremo num. 11. Franc. num. 20. de appellat.* idem Franc. *cap. cum ſpeciali num. 28. eodem tit.* Tuſch. *litt. 1. concluſ. 422. num. 8.* Laurent. *de iud. ſuſpec. cap. 4. num. 41.* & alii allegati per Gio. ba *conſ. 9. num. 5.*

19 Proinde hac paritate reiecta diſcutiendum venit quam probationem iudicis aſſertio faciat Farinac. *de teſtib. d. q. 60. num. 124.* pro certo tradit aſſertioni iudicis non in forma teſtimonii prolatæ haud credi, ſive de iudicialibus, ſive de extraiudicialibus actis tractetur, & ex Henrico Bayc. tenet nedum hanc regulam veram eſſe quando cauſa adhuc coram eo iudeciſa pendet, ſed etiam quando vertitur coram aliis.

20 Præterea Farinacius *num. 126.* remiſſivè ad Maſcardum *de probat. lib. 2. concluſ. 949.* quæ revera eſt 951. hanc concluſionem limitat pluribus modis, & illam ſolam amplectitur, quod ſcilicet iudicis aſſertioni ſtatur quando eſt adiuta aliis coniecturis, & veriſimilitudinibus.

21 Sed tamen omiſſo quod, nec Maſcardus, nec Farinacius loquũtur de aſſertione iudicis in cauſa coram eo vertenti ad hanc evertẽdam ſpeculationem perlegas à me firmata de aſſertione Principis *deciſ. 33.*

Conquerebatur acerrimè Fiſcus 22
de ſuarum allegationum eliſione: nam, aiebat, ſi atteſtatio criminis patrati in præſentia actuarii dum ſuum munus exercebat facta de mandato iudicis plenè probat, ut pluribus evincit Regens Don Laurentius Matthæu *de re crimin. controu. 28. tota*, & præcipuè *num. 72.* non erit minor adhibenda fides iudicis aſſertioni, cuius maior, & præſtancior eſt auctoritas, ſiquidem ſi- 23
cut iudicem, & teſtem eundem eſſe interdictum præſupponitur, pariter teſtem, ac actuarium quempiam eſſe non poſſe minimè diffitemur, imò nec compatitur officiũ tabellionis cum officio advocati, vel procuratoris in cauſa, ut obſervat Roxas *de incompatib. p. 6. cap. 4. num. 52.* & ad hoc propoſitum conferunt adducta *deciſ. 32. tot.*

Augebatur vis quia iudex non 24
prohibetur cognoſcere de offenſa ſibi facta ratione officii, & non ut privatæ perſonæ, prout ſtabilitum reliqui *deciſ. 1. num. 69.* addo Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 16. num. 140.* qui indiſtinctè loquitur de cauſis civilibus, & criminalibus, & in utriſque recipi teſtes coram Baronibus tenet, etſi intereſſe habeãt, & conſuetudine induci poſſe ut ipſi de ſuis cauſis, ſeu iniuriis cognoſcant, iunge etiam Sabellum *verbo iniuria num. 5.* & *verbo Officialis*

cialis num. 5. &. §. *iudex num.* 10. Concrol. *resolut. criminal.* 7. *verbo iudex* ubi probari ex coniecturis quando iniuria dicatur facta ratione officii, vel personæ, unde consequens esse perpendebatur quod idem offensus qui in propria causa ob officii contemptum iudex esse poterat, militante ipsamet ratione spretę dignitatis, & non personæ testimonium perhiberet, vel assertionem proferret, maximè in casu, ut hic, quo veritas aliter haberi non poterat.

25 Nihilominus non urgere Fisci ratiocinationes fuit iudicatũ; quia tametsi actuarius testis esse nequeat, valet tamen fidem prębere de his quæ gesta fuere in exercitio sui muneris, quæ nullam inducunt inter se repugnantiam, qualis esset si iudex super sua assertione iudicium ferret, & ipsum cognoscere de iniuria sibi facta ratione officii specialitas non levis est, at velle etiam de hac iniuria eundemmet testificari, duæ sunt specialitates que concurrere nequeunt etsi veritas aliter detegi non possit Gomez *in l.* 45. *Taur. num* 91. Barbosa *in l.* 1. *p.* 2. *num.* 2. *& p.* 3. *à num.* 43. *solut. matrim.* Váleuzuela *cons.* 4. *à num.* 15. Hermosilla *in l.* 7. *gl.* 2. *num.* 28. *tit.* 4. *p.* 5. Vela *dissertat.* 6. *num.* 19. *& dissertat.* 17. *num.* 42. Salgado *p.* 3. *de protect. cap.* 9. *à num.* 204. Ayllon *ad Gomez lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 20. Escobar. *p.* 1. *de purit. q.* 9. §. 3. *num.* 69. Pareja *de edit. tit.* 6. *resolut.* 7. *num.* 92. & *tit.* 7. *resolut.* 8. *num* 39. Lara *de Anniuersar. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 94. ubi quando concurrant.

Ex quibus cum inquisitus negasset qualitates aggravantes in assertione iudicis narratas, & eam non probare opposuisset in supplicatione quam defensionum loco porrexit meritò 23. Februarii 1696 facto verbo in Concilio Brevis Apostolici fuit provisum quod regularis ille relaxeretur ab arresto, sub quo detinebatur in monasterio B. M. de Gratia ordinis Carmelitarum excalceatorum territorii Barcinonæ, & liberè ad claustra suæ Religionis, & honorificum, quod moderabatur exercitium Prælaturę fuit restitutus. 26

DE-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO LXXIX.

DE CAVSIS DISTRIBVENDIS, ET DELEGANDIS.

CONSCIENTIÆ alterius causas committere, & honestum, & à suspicione alienum protinus dignoscitur, sicque suspectus in iudicando neutiquam in delegando talis esse consideratur, quæ delegatio superioris licentiam præcisè exigit, nec implicat iudicem causas distribuentem sibi ullam retinere, si à lege eius cognitionem capiat, conctaque hæc diversarum causarum exemplis patefieri nefas non erit. Ita Senatus in casu istius decisionis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Commissiones sibi ipsis quandoque faciunt Præsidentes Regiæ Audientiæ, & nonnunquam antiquiores in aulis in ipsis existentes.*

2 *Antiquiores tũc potius sibi retinent causas quam committunt.*

3 Constit. Poch valdria 11. Tit. de observar Constituc. *dispositio & Doctores de ea agentes.*

4 *Decretationes, & prouisio quæ fiũt in causa firmæ dubii quando instituitur iudicium ob violatas Constitutiones, & num* 5.

6 Constit. 2. Tit. de recusac. de tots lurges *obseruantia.*

7 *Commissio quæ fit per Præsidentes Doctoribus Reg. Audientiæ non est delegatio, sed causarum distributio.*

8 *Suspectus in votando non est suspectus in committendo & num.* 9.

demptis causis inimicitiæ, vel interesse proprio committentis.

10 *In iudicando suspicione notatus non est suspectus in delegando.*

11 *Dominum feudi non posse recusari aliqui tenuerunt, sed ei esse dandum adiunctum, & qualiter in Regno Castellæ associati designentur iudicibus recusatis, & nu.* 12.

13 *Principes superiorem non recognoscunt suspecti allegari nequeunt, causas tamen suas de honestate aliis committunt decidendas.*

14 *In causis feudalibus dominus feudi habet facultatem nominandi iudicem.*

15 *Patronus non potest se ipsum præsentare benè verò per Prælatum vocari eique conferri beneficium, cuius est patronus.*

16 Casus decisionis & num. seq.

Offi-

18 *Officialis absque superioris licentia substitutum dare non potest, & illi ex iusta causa est impertienda.*

1 COmmissiones sibi pluries faciunt Reverendus Cancellarius,& Nobilis Regens Regiam Cancellariam in causis specialiter eis spectantibus,& illis absentibus à loco in quo residet Regia Audientia antiquiores in quacunque ex aulis respectivè causas committunt, & si opportuerit ipsismet, ut evenit de mense Iunii 1677. quo ab urbe aberat uterque ex his Præsidentibus,& causas commiserunt antiquiores dum in aulis existebãt, & ego in tertia solus tunc assidens mihi ipsi præcisé causas commitebam, quę necessitas diutinis moribus induxit ne iustitiæ umquam cursus cessaret.

2 Nec tunc actio, & passio in eodem subiecto contra superiùs stabilita coniungitur, duplicis enim personę eo casu antiquior vicem refert, & Præsidis propter antiquitatem, & particularis Senatoris, ptimo modo est committens, secundo causam recipit,& Præsidẽs, qui sibi causam remittit proprie remittere non dicitur,sed retinere, & ut parti de retentione constet remissionis abusivè nomine significatur, hacquæ forma antiquioris remissio retentio appellari poterit.

3 Propterea Constitut. *Pach vualdria* 11. *Tit. de observ. Constit.* vulgariter appellata *de la observança, Vers. entès empero que si à instãcia de part,* &c. disponit quod proposito dubio modo ibi designato per Officialẽ de violatione Constitutionum impetitum eo tunc Cancellarius, Vicecancellarius, & suo casu Regens Regiam Cancellariam, dummodò non sit is contra quem iudicium agitatur,& casu quo contra omnes procedatur antiquior Senator præsens in aulis relationem intra sex dies facere teneatur; unde sequitur commissionem illam à lege provenire, ipsamque committentem esse,& sic non Præsidentem in rigore, nec verè dici posse adesse in eadem personæ committentis, & commissariæ concursum, nisi quatenus uti antiquiori lex committit, & uti talis magis à lege, quam à se ipso commissionem recipit de prælibata constitutione videndi Fontanella *de pact. claus. 6. gl. 2. p. 2. nu.* 15 Xammar *de offic. iud. p. 2. q. 7.* & *p. 1. q. 7. à num.* 59. Ripoll *de Regal. cap. 27. num.* 23.

Quare in supplicatione firmæ dubii, quod pro instituendo iudicio contrafactionis proponitur sequens solet fieri decretatio *Committatur Reuerendo Cancellario, qui super supplicatis debitè prouideat,* & postea subsequitur *Prouisa per eundem Reuerendum Cancellarium ex deliberatione R. A. die 1. Barcinonæ.*

Provisio autem est huiusmodi tenoris.

Re-

Recepta d. d. & anno facto verbo in R. A. prouidet quod inferantur, seu consuantur producta, & assignat ad relationem in R. A. diem 1. cum sequentium continuatione copia concessa intimetur.

6 Similis obseruantia viget in causis suspicionum, quas *Const. 2. Tit. de recusat. de tots lurges* Præsidenti in aula committit, ut retuli in formul. ad *Praxim. ciuil. Pegueræ Rubr. 9.*

7 Accedit prædictis quod commissio, quæ fit Doctoribus Reg. Audientiæ non est delegatio, sed causarum distributio, ut ex Otiba, Berart, Bosch, Ferrer, Fontanella, Franchis, Carleval, Suelves, Matthæu, & aliis probat Cottiada *decis. 10. num. 36.* cum iurisdictionē habeant à lege, non à committente, seu verius distribuente, & nulla ratio impedit distribuentem sibi aliquid ex his quæ distribuit relinquere.

8 In hac materia accidit controverti an suspicio allegata, & obtenta versus personam Præsidis S.C. in votando causas militabit in decerrationibus supplicationum ei porrectarum per aduersarios concernentibus causarum commissionē, & similium, & decisū fuit in Collaterali Concilio die 11. Iulii 1581. super suspicione allegata in personam Antonii Orificii Præsidis S. C. negativè, excepto si fuisset suspicio ex causa inimicitię, vel ex eo quia ageretur de suo interesse Regens Rovit. *in Pragm. 11. num. 1. de suspic. offic. Iul.* Cæs. Galupp. *in prax. S.C.p. cap. 4. num. 34* & cum his Thoro in *compend. decis. Versic. suspicio allegata pag. mihi* 535.

Plus refert Thoro etiam *in compend. decis. verbo Præses pag.* 410. nimirum, quod Præses S.C.R. si in alia causa esset suspectus posset supplicationes suspicionum eiusdem causæ audire, easque decretare iuxta solitum sui officii, & Regiis Consiliariis distribuere, decisumque testatur in Collaterali Cōcilio referente Regente Salernitano 11. Iunii 1587. demptis causis suspicionis ex capite inimicitię, vel interesse proprii eiusdem Præsidis. 9

Quinimò tritum profertur suspectum in iudicando non esse suspectum in delegando Decius in *l. Prætor ff. de iurisdict. om. iudic.* alios allegās Ripoll *var. ca. 2 á n. 76.* qui ex eo tenet dominum feudi recusatum alium delegare posse. 10

Quicquid in contrarium non posse huiusmodi dominum recusari, sed stante causa suspicionis ei dandum esse adiunctum tenuerit Iason in *l. apertissimi, authent. ad hæc C. de iudic.* quemadmodum in Regno Castellæ propter leges Regias illius practicator Bovadilla *lib. 2. Polit. cap. 20. num. 169.* & *lib. 5. Polit. cap. 1. à nu. 236.* Riccius *p. 4. collectan. 1365.* & *1399.* Castillo *decis. 87.* Escobar *p. 1. de purit. q. 6. §. 6* & quomodo iste adiūctus iudicare debeat Bovadilla *lib. 3. Polit. cap. 15.* 11

12 *num.* 83. *Verſ. aduierta* latè Faria *ad Couarruu. in pract. qq. cap.* 26. qui num. conſpicuè declarat cur ſuſpicio iudicis inferioris, qui in ſolidum iuriſdictione oritur elidatur per unius ſocii, vel duorum adiunctionem iuxta leges Recopilationis, nec removeatur à cauſę cognitione, & aliud ſerveturin illis qui uno gremio congregati ius reddunt, qui probata recuſationis cauſa penitus repelluntur, non ſpectata ſociorum aſſiſtentia, præſertim in ſupremis Prætoriis ubi viri celeberrimi concurrunt, & diſparitas in eo ſiſtit, quod in Regno Caſtellę leves admodum cauſæ ad recuſationem iudicum inferiorum ſufficiunt ſolo recuſantis iuramento comprobatæ, ſed non in Regiis Auditoribus, & aliis ſimilibus, cum in his tales cauſæ eſſe debeant, quæ iudicem iuriſdictione in ſolidum fungentē prorſus excluderent, ideoque cum illi ſolummodo cauſæ gravitate vigente arceantur meritò nec cum adiunctis admittuntur, qui in aliis ob ſuſpicionis tenuitatem optimè accerſiuntur.

13 Sic quoque quamuis regulariter nemo poſſit dare alium iudicē, qui de eius cauſa cognoſcat, ut voluit perfusè declarans *Blaſ. Altimar. de nullitatib. rubr.* 9. *q.* 20. *fere per tot.* & Papa, Imperator, vel Princeps qui nequeunt ſuſpecti allegari tamquam non recognoſcentes ſuperiorem Cortiada cum multis *deciſ.* 18. *num.* 5. Altimar. qui proximè *à num.* 57. de honeſtate tamē cauſas propias alteri ſolent committere decidendas Cortiada citatus *num.* 22. Ridolphin. *in prax p.* 1. *cap.* 7. *num.* 77. Cardinal. de Luca *de iudic. diſcurſ.* 3. *num.* 58.

In cauſis ſimiliter feudalibus dominos feudorum habere facultatē de iure nominandi iudicem habetur in *cap. fin. §. penult. de prohib. feudi alienat.* Federic. *in cap. ceterum, & ibi Innocent. aliique ordinarii de iudic.* & in *cap. tranſmiſſa cap. verū de for. compet.* Curt. iun. *in tract. de feud. p.* 1. *q.* 8. *in* 2. *effectu, & p.* 7. Petrus Gregor *in tractat. de conceſſ. feudi p.* 11. *num.* 6. Oliba *ad Vſatic. Alium namque de iur. fiſci cap.* 9. *à num.* 8. Matta *de iuriſdict. p.* 4. *caſu* 102. *num.* 16. cum aliis congeſtis per Ripoll *ad Peguer. in prax. ciuil. Rubr.* 4. *num.* 82. & perſpexiſti *deciſ.* 61. *à num.* 10. 14

Omnibus prædictis concinit, quod licet clericus patronus non poſſit ſe ipſum præſentare *cap. per noſtras, & ibi glaſ. verbo præſentare de iure patronat*, cum debeat intercedere differentia inter dantem, & recipientem *cap. fin. de inſtitut.* inter eligentem, & electum *cap. qualiter de elect.* Flamin. *de reſign. lib.* 2. *q.* 17. *num.* 112. Spino *in ſpecul. teſtament. gl.* 4. *princip. num.* 80. Aloyſ. Ricc. *deciſ.* 36. *num.* 1. *p.* 1. Vivian. *de iure patron. p.* 1. *lib.* 6. *cap.* 8. Ciarlin. *controu. forenſ. lib.* 1. *cap.* 69. *num.* 8. ſi autem Prælatus, ad quem pertinet inſtitu- 15

stitutio motu proprio vocet clericum patronum, eique conferat beneficium vacans, in quo ille clericus habet ius patronatus valida erit collatio, quia à patrono non trahit originem, ut benè ex Abbate, Vgolino, Viviano, & Ciarlino tenet Barbosa *de offic. & potest. iud. p. 3. allegat. 72. num. 90.* cum ergo cõmissio causarum à lege, ut præmittitur, in casibus supra narratis exoriatur incongruum non erit modo præexpresso eam fieri.

6 Superiora vero de iudice etsi suspicione laborãte in votãdo, nõ inde fieri in delegando suspectum disputari evenit in causa Magnifici Iosephi Guell, antea clarissimi Advocati, nunc perspicui I.R.C. contra Syndicum Civitatis Barcinonę; nam fuit ille sorte extractus ad officium Promotoris Fiscalis visitationis Officialium domus huius Civitatis, fuitque suffocatus, & processum ad alterius extractionem, & deinde suffocatio per Conciliũ centumvirale præsentis Civitatis confirmata extitit eo solo motivo; quia memoratus Magnificus Dr. Iosephus Guell erat tunc gener Petri Trelles civis honorati Barcinonæ, & scribæ maioris domus eiusdem Civitatis, sicque subiecti præmissæ visitationi, verumtamẽ Regia provisione facto verbo 2. Iulii 1685. in causa secundæ appellationis per me tunc tertiæ aulę Senatorem facta fuit decisum præhabitum Magnificum Iosephum Guell habilem, & idoneum esse ad obtinendum antememoratum officium, ad quod fuerat extractus, & in consequentiam fuerunt revocatæ declaratio contra eum facta 8. Ianuarii 1685. per Concilium ordinarium eiusdem Civitatis cum reliquis inde sequutis, necnon confirmatio prolata per Consiliarios, & Concilium centumvirale 15. Februarii 1685. istique condemnati fuere ad illi dandum, & solvendum salaria, & emolumenta dicti officii, eorum liquidatione reserva. ta. Actuatio Golorons.

Permoti fuimus ex eo quia memorata visitatio erat adversus omnes Officiales antedictæ Civitatis, & ita contra plures, allegata autem suspicio limitabatur ad unum solum, ideòque non arcebat ab officio tot alios respiciente, præsertim cum accidere posset nullam querelam institui adversus socerum dicti Magnifici Guell, quibus adiungebatur quod licet diligens debeat esse advocatus visitationis in disquirendis excessibus Officialium, & instruendis processibus ad dictũ officium pertinentibus talis diligẽtia Procuratori Fiscali etiam incũbit, & casu quo omissio dicti Magnifici Guell in eo officio suspicaretur facile esset ei occurrere, & deinde subnectuntur verba formalia, ibi: *Etsi forte contingeret socerum prædicti Doctoris Guell querelari posset per eum quantumuis suspectum delegari alius in dicto munere cum ap-* 17

probatione Conſiliariorum huius Ciuitatis.

18 Circa quam clauſulam aduertas Officialem abſque ſuperioris licẽtia ſubſtituti dare non poſſe Campan. *R. N. cap. 19. quia de Vicariis num.* 3. Matoll. *ad Capyc. deciſ.* 151. *num.* 1. Leonard. *de offic. p.* 2. *num.* 55. *ad text. in authent. vt nulli iudic. in rubr. l. inter artifices vbi Bartol. ff. de ſolut.* & in *l.* 1. *C. de propoſit. agent. in reb. lib.* 12. Bortell. *ad Belluga in ſpecul. Princ. rubr.* 10. *num.* 16. *litt. G.* Ponte *deciſ.* 28. *nu.* 45. reddentes rationem quia in officiis habentibus adminiſtrationẽ annexam, vel ſi maximę qualitatis ſint perſonæ induſtria electa cenſetur vt per alium exerceri nequãt abſque conſerentis illa permiſſu, & ideò Officiali ſubdelegare non licet Iaſon *in l.* 1. *ff. de offic. eius* Alexand. *conſ.* 218. *num.* 8. *tom.* 2. Cephal. *conſ.* 1. *num.* 31. Tuſch. *litt. I. concluſ.* 105. *num.* 2. Grammat. *deciſ.* 22. *num.* 12. electa enim perſonæ induſtria adimitur poteſtas ſerviendi per ſubſtitutum Azevedo *l.* 6. *num.* 4. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recopil.* Scaglion. *tit.* 2. *num.* 1. Giuba *conſ.* 36. *à num.* 2. Solorzano *in Politic. Indiar. lib.* 3. *cap.* 27. *fol.* 430. *Verſ. y no deben* & ſeqq. ubi quod ex iuſta cauſa concedenda eſt licentia & *tom.* 2. *de iur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 25. *à num.* 17. *& lib.* 5. *cap. vnic. à nu.* 112. Riccius *p.* 7. *collectan.* 2542. *&* 2657. Roxas de incompatib. *p.* 7. *cap.* 5. *num.* 108. *&* 110. Iul. Capon. *tom.* 3. *diſcept.* 161.

DECISIO LXXX.

DE ARBORVM INCISIONE.

NAVIVM fabricæ penitùs neceſſariç exiſtimantur, nauigationiſque uſus ſicut magna induſtria inuentus, ingentique ſtudio, ac iteratis experimentis perfectiùs acquiſitus innotuit, ita humano commercio undequaque expediens concelebratur; unde ad Regalem Maieſtatem, cuius proprium eſt vaſſallorum tutamen, & propagatio, & Regnorum incrementum, pertinet etiam navium conſtructio, & ad eam lignorum inciſio, quæ uti æqualiter in ſubditorum ſolamen, & decus cedit, ita eo conſilio exerceri debet, ut non in unius iacturam vergat, ſed iuſto ſpectato arbitrio, arborum qualitate inſpecta, locorum ubi frondent, & perſonarum illis fruentium, variiſque deciſionibus infra referandis Regalia iſta illuſtratur.

AN-

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Institutum decisionis, & cap. 48. Curiæ anni 1599 contextura.*

2 *Regalia est suæ Maiestatis antiquissima consuetudine in hoc Principatu ex necessitate, & vtilitate Reipublicæ introducta præcipiendi arbores scindi ad nauium, & triremium fabricam solutis duobus regalibus, & dimidio, & quid de iure communi sit dispositum, ac in aliis Regnis seruetur.*

3 *Apud Romanos syluarum, & nemorum custodia Consulibus adnotabatur.*

4 *Decretũ in Regno Neapolis editum refertur.*

5 *Inuictissimi Imperatoris Caroli 5. Pragmatica circa subiectam materiam adducitur.*

6 *Arbores aptę pro confectione triremium radicitùs incidi nequeunt, similiterque cupressorũ incisio prohibetur.*

7 *In Regno Neapolis Rex habet ius incidendi lignamina in nemoribus feudalibus priuatorum tametsi specialis mentio non fuisset facta in concessionibus feudorum.*

8 *Exemplaria Senatus.*

9 *Eiusdem Senatus decisio excusans contrafacientem præconio iudicis ordinarii ob inssum superioris, qui ligna aduehi ad opus Regiarum triremium iniunxerat.*

10 *Consultatio Regii nostri criminalis Concilii de hac re.*

11 *Scindendę non sunt arbores plantatæ ante domos priuatorum, vel ad impediendas inundationes aquarum, neque in viri dariis positæ, sicut nec nuces.*

12 *Instructiones Officialibus pro arboribus scindendis qualiter dari oppporteat.*

13 *In diuersis oppidis, & terminis arbores sunt scindendæ arbitrio regulatore totum damnum vnus patiatur.*

14 *De nauium fabricæ, & nauigationis vsus vtilitate remissiuè.*

15 *Arbores, & vites incidentes iuxta qualitatem excisionis variè puniuntur.*

16 *Merè operarii pretio conducti, & soliti operas locare excusantur ob asportationem lignorum extante prohibitione.*

17 *In his quæ sunt de genere permissorum excusat mandatum.*

18 *Credulæ rusticitati quãdoque parcendum cum Senatus Sardoi decisione.*

19 *In materia delicti non releuat mandatum ad liberandum mandatarium.*

FRequens in nostro Cathaloniæ Principatu valde est arborum incisio pro fabricandis navibus, & triremibus de ordine suæ Ma-

Maieſtatis,& cum pervigili ſtudio Senatus noſter inveſtigaſſet, tũ in archivio Regio,tũ in Baiulia generali,tũ in officio Magiſtri Rationalis an aliquæ adeſſent Regiæ Pragmaticæ,ſeu reſcripta de hac materia diſponentia nihil reperimus, nec quicquam per noſtrum ius municipale ſancitum,ſolummodò enim adeſt *ea.* 48.*Curiar.anni* 1599. quo continetur Curiam ſupplicaſſe quatenus Dominus Rex ſtatueret, & iuberet quod non fieret apprehenſio plauſtrorum,& animalium pro conductione lignorum,& aliarum rerum ad fabricam Regiarum triremium,& Præſidiorum niſi illa capiendo á perſonis ſolitis locare, & in ſubſidium à reliquis, demptis menſibus Iunii, Iulii, Auguſti, & Septembris,ac dimidii Decembris ſolutis prius iuſto, & currenti pretio, cui petitioni Regium annuit placitum ita, videlicet quod pretium conductionis augeretur in duobus denariis pro quintali plus quàm tunc ſolvebatur iubendo officialibus ne quoad poſſent Provincialibus moleſtias inferrent.

2 Quare peculiaribus diſpoſitionibus, & iure deficientibus opus fuit ad ius commune recurrere, necnon ad conſuetudinem,& aliorum Regnorum Pragmaticas, & compertum extitit antiquiſſima conſuetudine introductum fuiſſe ſuam Regiam Maieſtatem præcipiſſe arbores ſcindi ad navium, & triremium fabricam ſolutis duobus regalibus,& dimidio pro quacumque arbore,& prædiorum dominis iuſſiſſe ne arbores aptas ad huiuſmodi conſtructionem inciderent, & idem de iure communi probatur Regens Conſtant. in *l. vnic. C. de claſſic. lib.* 11. *num.* 152. Ioann. de Platea in *l.* 2.*C.de Cupreſſ. ex Luco Daphn.non excidend.lib.* 11. Lucas de Penna *ibid. in Rubr.* & in Regno Neapolis adeſt Pragmatical *ſub tit. de inciſione arborum*, idoneas ad conſtruendas naves excindi prohibens, de cuius Pragmaticæ expoſitione Novarius,& Rovitus ibidem Tazon *in obſeruat. ad Pragmat. de anteſato. fol.* 183. Tapia *ad Conſtit,& Pragmat.Regni Neap. d.Pragmat.* 1.*de inciſ. arbor.* qui hanc Regaliam deſumunt ex neceſſitate, & utilitate Reipublicę.

Hinc apud Romanos ſylvarum, 3
ac nemorum cuſtodia Conſulibus adnotata legitur Caſſaneus *in catal. glor mun p.*7.*cõſider.* 21.*in fin.* Cælius Rodig.*lib.* 14.*cap.* 5. Forcatul. *in Cupid.Iuriſperit.c.*4.*n.* 1.& Conſtantius ubi ſupra *num.* 153.advertit in Regno Neapolis inter alia iura Regalia illud eſſe quod Princeps in nemoribus feudalibus privatorum abſque pretio valeat ligna incidere ad naves,& triremes conſtruẽdas, videndus Pariſ. *de reintegrat. feud. in cap. quod incipit,& iuxta præmiſſa ſub rubr. vaſſallor. an feud. poſſit extirpare fol. mihi* 31. *num.* 8.

Amplius Conſtantius laudatus 4
tranſcribit antiquum decretũ quo

de:

declaratum fuit Regiam Curiam manutenendam esse in possessione incidendi omnia, & quęcumquę lignamina necessaria pro usu domus, & habitationis Cæsareę Maiestatis, & successorum in Regno, ac pro reparatione Regiorum Castrorum necnon pro usu, servitiis, & operibus quibuscumque, & quomodocumque necessarius Regiæ Curiæ, liberè, & absque solutione aliqua pretii lignaminum.

5 Carolus Tapia ad Cõstitutiones, & Pragmatic. Neapol. in *d. Pragmat. 1. Tit. de incisione arbor.* affert Pragmaticã Imperatoris Caroli 5. qua fuit cautũ quod in nemoribus, tã regalibus, quam privatorum per trigiota milliaria circa Neapolim non possint incidi arbores idoneæ ad dictas triremes, nisi ex aliqua causa licentia per Proregem concederetur.

6 Novar. *collectan. 2 in his* quę ad eandem Pragmaticam compilavit refert fuisse iniunctum ne arbores aptæ pro erectione, & confectione triremium radicitùs incidantur, iunge Boerium *decis. Senat. Burdegalen. 177.* Rovitum in dicta Pragmatica, perquirendus Cæsar à Costa *lib. 1. variar. ambiguitat. cap. 5.* ubi plura perpulchra, & cupressorum incisionem prohiberi; quia non reviviscunt. Confer. *l. 7. tit. 24. part. 2.*

7 Thoro *in compend. decis. p. 2. Versic. ius incidendi lignamina pag. 320.* proponit huiusmodi ius incidendi lignamina in nemoribus feudalibus privatorum habere Regem pro servitio suæ domus, munitione Castrorum, & triremium Regiarum, non obstante quod specialis mentio nõ fuisset facta in cõcessionibus feudorum, adeò quod vigore generalium verborum subintelligitur iuxta formam antiquarũ concessionum, & ita iudicatum in causa Fabricii Matamaldi tunc Baronis Octaviani cum Regio Fisco per Reg. Cam. in anno 1536. refert eum Reg. Constantio loco citato, sequitur Don Petrus Quesada, & Pilo *differt. 4. num. 18.* qui memorat iuxta hanc doctrinam ex ordine spectatissimi Proregis Marchionis de Castel-Rodrigo fuisse excisas quamplurimas arbores pro servitio triremium ex territorio Ducis de Gandia in Batonia de Osilo, adde Romaguera *ad Conciol. in statut. Eugub lib. 6. Rubr. 15. à num 9.*

8 Aliqua exemplaria suggerit Don Sebastian. de Cortiada *in tract. de la jurisdiccion del Virrey &c. q. 17. à num. 16.* recitans conclusionem factam 16. Septembris 1633. qua fuit iniunctum sub pœna 6tt, & aliis benè visis hominibus Villę de Valls quod in suis domibus hospitarent Officiales qui pro servitio Casteriç, seu navalis, vulgò ataraçanas huius Civitatis Barcinonæ arbores scindebant. Aliam sub die 3. Ianuarii 1637. qua præcipitur conducb ligna ad navale pro constructione triremium; aliam 16. Octobris

1637.

1637. qua resolutum extitit publicari præconia prohibendo arborũ incisionem, aliam die 21. Octobris 1637. ad relationem Magnifici Pauli Guiamet Iudic. R.C. qua fuit evocata causa ad Reg. Concilium contra excidentes arbores, & devastantes nemora in præiudicium fabricarum triremium contra tenorem edictorum, similis 9. Decembris 1638. similis 26. Octobris 1638. ad relationem Magnifici Iosephi Ramon I.R.C.

9 Perelegantem decisionem subministrat Fontan. *de pact. nupt. cl.* 3. *gl.* 2. *num.* 43. *Versic. conducit.* editã referẽte Egregio S. Francisco Descamps, postea Reg. Cancellariam Regente, qua declaratum fuit non potuisse agentes molestari per Baiulum del Callar pœna præconii, & edicti publici de non extrahendis lignis à termino, quamuis reperti fuissent actu extrahentes ligna, & edicto contrafacientes, quia id fecerant iussu iudicis, Vicarii scilicet Tarraconę, qui eis mandaverat sub certa pœna quatenus cum suis bestiis, & curribus certa ligna sciſſa ad opus triremium suæ Maiestatis ad certum locum veherent, & portarent, cui parere necesse habebant, ac proinde à qualibet culpa, & pœna excusandi erant.

10 Præallatas omnes propositiones firmavit Regium Criminale Concilium me suffragium dante consultatione emissa Excelientissimo Domino Proregi 25. Iunii 1682. respondendo decreto suę Excellentiæ diei 18. eiusdem mensis, quo iusserat ut sensum nostrum daremus super modo quo hoc ius Regale explicandum esset, & an extenderetur ad arbores viridariorũ, & eas quæ ante ianuas domorum extarent.

Arbores necessarias ad triremium, & navium constructionem dixerunt Domini iuxta authores superius citatos, & antiquas, quas viderunt instructiones, esse pinos, populos, vulgò alamos, robores, vulgò robles, ilices, sive alsinas, suberem vulgo alcornoque, & alias similes, & scindendas non esse ante domos existentes, nec illas, quæ plantãtur ad impediendas inundationes aquarum, aut in aliqua statione voluptaria, seu ad recreationem parata, neque in his, quæ viridarii venustatem componunt, neque in nucibus pro quibus conductiones particulares, vulgariter nũcupatæ affientos fieri solebant. 11

Ad certò sciendum numerum arborum, earumque qualitatem ad hanc triremium fabricam solitum fuit exprimere quot arbores cuiuslibet generis scindendæ erant ad evitandum excessus qui per Officiales commiti poterant, & hac cũ præcautione expeditæ fuere instructiones, demptis nonnullis generalibus, in quibus notorium inconveniens fuit perpensum. 12

Hæc fuit Senatus sententia, seu consultatio adiecto etiam', quod 13

ne

ne damnum in unius tantum vergeret præiudicium,& debita servaretur æquitas scinderentur arbores in diversis locis,terminis, ac oppidis arbitrio regulato boni viri.

4 Ad ornatum istius materiæ,& ut cernas quantum expediat navium fabrica, & navigationis usus adi *l.* 1. 7. *&* 12. *tit.* 10. *lib.* 7. *Recopilat.* Volaños *de commerc. naual. lib.* 3. *cap.* 2.

5 Et generaliter vites, ac arbores incidentes iuxta qualitatem, & modũ excisionis variè puniri probatur in *tit. ff. de arbor. furt. cess.* & cum Menoch Christin. Farinac. Baiard. ad Clar. Caballo, & aliis Sabellus *in* §. *arbor. num.* 4. Carpzou. in *pract. crimin. q.* 83. *num.* 2. Cardinal. de Luca *de seruitut. in supplement. discurs.* 111. *num.* 6. & *de iurisdict. discurs.* 8. *num.* 3. *&* 4. ubi discutit an, & quãdo iudicium hoc sit civile, vel criminale Pegas *ad ordinat. Regni Portugal. tom.* 4. *cap.* 26. *tit.* 51. *num.* 1. *&* *tom.* 5. *tit.* 65. §. 31. *num.* 39. adde allegatos à Romaguera *ad Conciol. d. lib.* 6. *rubr.* 15. *num.* 9.

6 Merè operarii excusantur quando aliquid faciunt de mandato cõducentis Iul.Clar. *in pract. crimin* §. *fin. q.* 60. *Versicul. solet dubitari numquid* Boss. *tit. mandat. ad homicid. num.* 12. Ludovic. *decis. Perus.* 103. *p.* 2. *num.* 1. limitans *num.* 2. quando actus fuisset factus nocturno tempore Anton. Gomez. *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. Socin iun. *cons.* 54. *num.* 23. *lib.* 4. Farinac. de pœn. temperand. *q.* 97. *num.* 131. Sesse *decis.* 112. *num.* 7. *tom.* 1. qui tenent operarios, & laborantes in fundo alieno nullam incurrere pœnam, & punctim excidentes arbores de mandato alterius non incidere in pœnam statuti contra excidentes ligna indictam voluere Rolland. à Valle *cons.* 54. *num.* 6. *tom* 1. ex ea 17
de ratione, quia mandatum in his quæ possunt esse de genere permissorum, cuiusmodi est lignorum incisio Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 37. *num.* 2. mandatarium excusat Molin. *ad for. Aragon. verbo accusatus de furto.*

Quare in terminis Pragmaticæ 18
Sardiniæ, qua excisio lignorum ex alieno territorio interdicitur non incidisse in pœnam per illam impositã abducentes, vel baiulãtes ex mãdato alterius declaravit in gradu appellationis Senatus Sardous appellãtes absolvẽdo teste Quesada Pilo *d. dissert.* 4. *num.* 337. eo fundamento quod essent rustici, quorum credulæ rusticitati in subiecta materia est parcendum Mascard. *de probat. conclus.* 1081. *ex num.* 24. Doctor. in *l. venia C. de in ius vocan.* præsertim cum isti operarii soliti fuerint operas suas locare, & habito respectu ad artem suam dederint operam rei licitæ Bald. *cons.* 144. *colum.* 2. *vol.* 1. de quo puncto Calderò *decis.* 64. *tot. abundè tom.* 2.

Revocataque extitit sententia 19

primitiva qua memorati appellantes coodemnati extiterant in pœnam Regiæ Pragmaticæ ex doctrina Menchac. *illustr. cap.* 80. *nu.* 8. Azevedo *lib.* 2. *num.* 6. *tit.* 11. *lib.* 7. *Recopil.* Mascard. *de probat. concl.* 1390. *num.* 82. firmantium in materia delicti mandatum non esse relevans ad mandatarium liberandum.

DECISIO LXXXI.

DE EADEM MATERIA, ET SERVITVTE LIGNANDI.

QVAMVIS Dominus Rex legibus sit solutus, & quæ inter privatos servantur illum alligare non possint, si tamẽ æquitate nitantur congruit Maiestati, ut iuris supremus protector, ac custos, & rationis maximus amator, nedum generaliter in tuitionibus, sed etiam speciatim in rebus ad se pertinentibus excolatur, indeque profluit ut quæ inter subditos prædia dominantia possidentes ius disposuit ad negotiatorum abusus tollendos; in Regalibus exactionibus practicentur ad excessus vitandos, sic interesse publicum, & præeminentiæ Regiæ tuẽtur, ac vassallorum damnis occurritur. Habes infra quid Senatus de servitutibus definierit, ut inde proportionatim noscas qualis debeat esse usus Regaliæ in triremium fabrica.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Superior non potest alii cedere ius lignandi, & pascendi quod habet in bonis Vniuersitatum, & aliter faciendo vassallos gravat.*

2 *Adimpriuium, seu seruitus lignandi, pascendi, & similium seruituti vsus comparatur.*
Vsuario tantum licet vti ad necessitatem.

3 *Seruitutem lignandi habens, aut aliam similem dumtaxat ad necessitatem vtitur.*

4 *Vsufructuario sylua non cedua neutiquam permittitur ramos, & prdamenta scindere ad uendendũ.*

5 *Concesso vsufructu nemoris pro animalibus suis simpliciter non intelligitur de his quæ causa mercimonii emuntur, sed contrarium tenent citati num.* 12.

6 *Habens seruitutem non potest alii similem seruitutem concedere, benè vero dominus prædii seruientis valet pluribus idem genus seruitu-*

tutis indulgere : dummodò vsus vnius alteri non præiudicet, & num. 7.

8 *Per concessionem macelli à Rege vni factam non censetur Rex priuatus similem gratiam alteri facere in loco distanti, etiamsi per postremam concessionem prima lucrum minuatur, vbi ista priuatiuè ad quoscumque non emanauit, & idem dic de molendinis si per posterius stabilimentum non diminuatur aqua prioris molendini, sed dumtaxat lucrum.*

9 *Præiudicium quod consistit in lucri amissione non est considerabile.*

10 *Seruitus seruitutis dari nequit.*

11 *Æquiparatio vsus dominii territorio demaniali Vniuersitatis cũ vsu vassalli.*

12 *Concessio facta Vniuersitati de animalibus suis simpliciter, intelligitur, tam de suis ad proprium usũ, quam pro industria.*

13 *De iure ciuico in subiecta materia.*

14 *Senatus decisiones, & num. 15.*

16 *Regalia fabricæ triremium quomodo in Regno Neapolis, & qualiter in Cathalonia exerceatur, & num. 17.*

REgaliam ostendimus necessitate dictãte exortam ad lignorum excisionem, & navium fabricam, execremur amodò excessus, si forte per Officiales de ipsa curantes committantur, turpe profectò esset illos pecunia corruptos nonnullos vassallos cum suis relinquere arboribus, & aliorum contribuere renuentium sylvas excidere, non enim in negotiationis nefarium lucrum debet converti, quod in commune commodum cœpit institui, idque procedit in servitutibus, nam licet superiori comperat ius pascendi, lignandi, aquandi, & similium in bonis Vniversitatum, aliis tamen cedere, locare, vel vendere nequeunt Regẽs de Ponte *de potestat. Proreg. tit. de elect. offic. §. 2. n. 11.* Novar. *in Schol. ad tres poster. lib. Cod. Rubr. de pascuis num. 1.* Monach. *in addit. ad Minad. decis. 32. num. 33.* Rendell *in tract. de pasc. Reg tit. de Baron. pasc.* Ioann. Maria Novar. *tom. 1. de grauam. vassall. grauam. 31. num. 2.* ubi refert iuxta hanc opinionem vidisse bis provisum in Reg. Audientia Capitanatæ Apuleæ, & cõcludit vassallos gravari ubi Barones usum quem habẽt in bonis demanialibus Vniversitatũ aliis ceduot, locant, aut vendunt.

Ratio autem evidens patet; nam adimprivium, seu servitus lignandi, pascendi, & similium servituti usus æquiparatur Matthæu *de Regim. Regn. Valent. cap. 5. §. 3 à num.* 18 Quesada Pilo *dissert. 4. num. 16.* Franciscus Rocco *respons. 82. nu. 3.* & triti iuris est usuario dumtaxat licere uti ad necessitatem, & usus proprios, cum nec fructum, nec rei utilitatem percipiat, sed exiguam solummodò, sive tantulam quæ

ipsi satis sit ad usum vitæ quotidianum *tot. tit. ff. de vsu, & habit.* §. *minus vbi communiter D. D. Instit. eod.* latè Castillo *de vsufructu cap.* 21. Donell. *lib.* 10. *comment. cap.* 24. *& seq.* Vigell. *lib.* 7. *in method. iur. ciuil. cap. vlt.* Connan. *lib.* 4. *comment. cap.* 5. *&* 6.

3 In specie servitutum lignandi, & pascendi docuere Don Laurent. Matthæu *d. cap.* 5. *num.* 20. Rebuff. *ad l. carbonum. ff. de verb. signific.* Thomas Cormet. *in Cod. lib.* 8. *tit.* 1. *cap.* 22. Alberic. in *l. in tantum,* §. *Vniuersitatis, ff de rer. diuis. n.* 11. Cæpola *de seruitut. rustic. cap.* 22. *num.* 10.

4 Præmaximè si sylva non sit cædua, in qua nec usufructuario permittitur ramos. & pedamenta scindere ad vendendum, sed ad proprios usus tantum Barbosa ad *l. divortio,* §. *si fundum num.* 11 *ff. solut. matrim.* ub quod fructuarius videatur hoc casu redactus ad instar usuarii Castillo *de vsufr. cap.* 25. *nu.* 37. Anton. Fab. *in l. sylua ff. de vsufr.*

5 In terminis pascuorum pro animalibus suis resolvit Masuer. *in prax. tit. de vsufr. num.* 9. concesso ad hunc effectum usufructu in nemore intelligi de animalibus quæ sunt ad usum concessionarii tantum, non autem de venalibus, id est de his quę emit ad vendendum, & multò minus de his quæ conducit, vel accepit ad incrementum, sed hæc opinio contradictores habet expendendos num. 12.

Subtilis est distinctio observata à Pareja *de instrument. edit. tit.* 2. *resolut.* 6. *spec.* 1. *à num.* 177. docente illum qui habet servitutem non posse constituere usumfructum, vel aliam servitutem, sed qui habet fundum servientem potest concedere servitutem ibi, non quia illa servitus sit servitus servitutis, sed est alia servitus habita à fundo, non ab illa seruitute, & fuit doctrina Bartoli in *l.* 1 *ff. de vsufruct. legat.*

Quamobrem qui per certum locum iter, aut actum alicui cessisset cum pluribus per eundem locum, vel iter, vel actum cedere posse nõ dubitatur, expressus text. in *l. qui per certum* 15. *ff. comun. prædior.* concordat *l.* 2. §. *aquæductus* 1. *ff. de seruitut. rustic. prædior.*

Hinc per stabilimentum, seu cõcessionem tabulæ macelli à domino Rege uni factam non censetur Rex privatus alteri similem concessionem facere de alia tabula cum facultate scindendi, & vendendi carnes, dummodò apponatur in loco distanti, etiamsi ex posterna concessione minuatur lucrum primæ, nisi in hac fuerit dictum quod fiebat cum prohibitione ne ullus alius posset in eodẽ termino macellum tenere, nec dominus Rex posset alii aliam concessionem indulgere Xãmar cũ Senatu *rer. in dic. p.* 2. *def.* 90. ubi *n.* 8. tenet molẽdinum novum neminem posse ædificare in præiuditium antiquioris,

cuius

cõius aqua diminueretur, secus respectu frequentioris concursus molientium.

9 Rationem reddit quia prejudicium ex eo quod per novum ædificium diminuatur lucrum, quod alius antea faciebat non est regulariter in consideratione, quam amplectuntur Gratianus, Oddus, Barbosa, Vrsellius, & Cardoso relati per Cortiada *decis.* 221. *num.* 3. *tom.* 4. dum docent præiudicium quod consistit in lucri amissione non esse considerabile, cum damnum pati, & lucrum nõ facere non sit par ratio, & appellatione damni non veniat lucri amissio.

10 Ex his optimè Pareja loco citato defendit dominum fundi servientis posse itineris, & actus servitutem pluribus concedere gradum suum unicuique servando, at non licere illi cui servitus constituta fuit illam in alium transferre, ne servitus servitutis sequatur, quę nostrũ rectè comprobant argumentum.

11 Redeundo ad lignandi, & pasculandi servitutes placet ratiocinatio Ponte *de potest. Proreg. d. tit. de elect. official.* §. 2. *num.* 11. parificantis usum domini in territorio demaniali Vniversitatis usui vassalli in suo Baronali territorio, & ita sicut indubitatum est vassallum nõ posse vendere, nec cedere usũ quẽ haber, tam in territorio Baronali, quam Vniversitatis, ita id nefas erit Baroni.

12 Quicquid sit de concessione facta Vniversitati de animalibus suis simpliciter, quam intelligi, tam de animalibus suis ad propriũ usum, quam pro industria testatur Gizzius ad *decis.* 66. *Capyc. Latro. num.* 12. & 13. & *num.* 14. advertit decisionem quoad pascua continuisse quod uteretur Vniversitas etiam cum pecoribus emptis causa mercimonii, sive lucri, sed fuit pariformiter dictum quod inciderent incolæ ligna ad eorum usum, & utilitatem, & ita non negotiationis causa, consonat eximius Cardinalis de Luca *de seruitut. discurs.* 40. *num.* 6. qui narrans pluriès dubitatum fuisse an facultas, seu ius civicum restringi debeat ad sola animalia necessaria pro cultura, & victu, ita ut non tutragetur pro illis, quæ emerentur ad industriam, & mercaturam verius contrariũ procedere respondit, quoniam esset nimia restrictio, atvetò annota cũdem Cardinalem *discurs.* 42. *num.* 13 3. magnam considerare differentiã inter casum, in quo agatur inter duos privatos de iure pascendi, lignandi, & aquandi, iure servitutis, vel etiam inter duos populos, quorum unus prętendat hoc ius in territorio alterius, & casum ubi populus iure civico, & naturali vult depasci, aliaque præmissa facere in suo territorio.

Hucusque exarata & alia memo- 14
rabiliter declaravit R.S. antiquitùs in causa Vniversitatum de Olzinellas, & Vallgorguina contra Vniversi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

versitatem, & singulares homines Villæ de Sant Celoni, & novissimè inter eadem partes referente Egregio Senatore Iosepho Aleny 27. Septembris 1666. his notatu dignis verbis *hoc tamen intellecto, & declarato, quod Vniuersitas, & singulares Villæ Sancti Celidonii manuteneantur, & conseruentur in possessione, seu quasi adempriuii, & iuris, seu facultatis lignandi, seu scindendi ligna ad comburendum tantum, & ad proprios vsus singularium dictæ Villæ tantum, non verò ad dicta ligna vendendum, locandum, vel alteri dandùm, & in syluis, nemoribus, garrigiis, & terris incultis terminorũ dictarum Parochiarum de Olzinellas, de Vallgorguina, de Palau Tordera, & de Vilardell tantum, non vero in terris, honoribus, & possessionibus cultis, ad culturam redactis, & nec in illis, quæ in posterum redigentur quãdo iam redactæ fuerint, & quod in dictis syluis, nemoribus, garrigiis, & terris incultis possint ligna scindere ad comburendum, & ad proprios vsus ex arboribus infructiferis tantum, scilicet de pi bort, arbossos, brachs, alauerns, cutells, mollsfulls, salses, salichs, polls, greuols, matas, salsas, ginestas, tremolenchs, estepas, romanins, aranyons, & ex aliis similibus infructiferis, si quæ sint, in dictis syluis, nemoribus, garrigiis, & terris incultis, & ex istis arboribus tam ligna viridia, quam sicca. & quod dicta ligna ex dictis arboribus infructiferis, & in dictis locis ad proprios vsus, & ad comburendum tantum scindere possint, & debeant arbitrio boni viri, hoc est quod non possint syluam, nemus, aut garrigiam aliquam in totum scindere, nec in vna, vel alia assiduè lignari, sed nunc in vna, nunc in alia, prout facerent si sylua, nemora, & garrigiæ prædictæ propria illorum essent, & quod de arboribus fructiferis, veluti quercu, pino hortensi, vulgò piuer, ilice, vulgò alsina, tergoraria, vulgò roldor, & aliis fructiferis ligna scindere non possint, nec viridia, nec sicca, nec etiam ligna, quæ vulgò dicuntur tella de pi ver.*

Similis fuit Regia prouisio assistentię 7. Iunii 1680. instante Fisco ad scandala resecanda, quæ sępiùs eueniebant promiscuè facto verbo in R. C. concessæ referente Nobili Iacobo de Potau, & Molas, I.R.C. expensis ambarum partium interesse habentium, qua fuit iniũctum quatenus Algutzitius Regius assisteret Vniuersitati, & singularibus Villæ Bergæ in usu, & facultate iuris lignandi in nemoribus, garrigiis, & sylvis terminorum de Blãcafort, Merolla, lo Estany, Nou, Comas, Viloslu, & Segalès, & impediret ne vis infereretur per Nobiles Mariam, & Iosephum de Agullò in usu illius seruitutis iuris lignandi, & quod assisteret eisdem Nobilibus de Agullò in facultate prohibendi abusum dictæ seruitutis, taliter quod ea uterentur cum limitationibus seqeentibus, videlicet quod non liceret Vniuersitati

Vil-

Villæ Bergę, eiusque singularibus scindere ligna in tertis cultis, seu ad culturam redigendis, postquã fuerint redactę, sed in eremis, & incultis tantum dictorum terminorum, taliter tamen quod non fieret fraus dictę servituti, & inutilis redderetur, neque de arboribus fructiferis, veluti de pinu vera, Tergoraria vulgò Roldò, & aliis, nec de quercu, ilice, & faig, quæ conservantur ad alendos, & impinguendos sues, sed tantum de infructiferis, veluti arbossos, bruchs, & aliis, quę ad comburendum tantum destinantur ad usus suos proprios, & privatos tantum, non ut aliis locarent, venderent, seu gratis concederent, nec ad furnos figulorum ad opus fabricandi, & coquendi ollas, & alia vasa fictilia, neque scindere arbores infructiferas, quæ propriè destinantur ad trabes, postes, aut aliam similem materiam conficiẽdam, nec etiam ligna scindere, quæ vulgò dicuntur tessa de pi, nec ad carbonarias in dictis nemoribus, sylvis, & garrigiis faciendas, sed tantum ad usum coquendi, & se calefaciendi, & denique sic ut ab huiusmodi lignatione omnis abesset fraus, & dolus, & quod dicta servitute lignandi uterentur Universitas, & singulares arbitrio boni viri, hoc est quod non possent sylvam, nemus, aut garrigiam aliquam dictorum terminorum in totum scindere, nec in una, seu in alia assiduè lignare Actuario Badia, hanc provisionem memorat R. Calderò *decis. 72. num. 6. tom 2.*

16 Io terminis Regaliæ fabricę triremium liberalior se habet Gotholana consuetudo quam Neapolis; nam in eo Regno teste Annibale Moles *decis. Camerę Summar. §. 5. quæst. unic. à num. 11.* licet aliqui Barones teneantur ex suis nemoribus dare lignamina pro construendis triremibus, id tamen intelligitur pro inservientibus in specie custodiæ eiusdem Regni, & fuisse ita iudicatum tradit 11. Ianuarii 1572. & postea, cum Serenissimus Ioannes ab Austria ex Civitate Messanę petiisset lignamina Neapolis pro refectione, & constructione triremium Hispaniarum, non obstante quod sua celsitudo replicaverit primæ Consultæ, & institerit quod lignamina sibi darentur gratis pro servitio suæ Maiestatis, pariterque refert fuisse expeditam aliam consultam sub anno 1565. per Regiã Cameram pro lignaminibus, quæ petierat Prorex Regni Siciliæ ad construendas triremes illius Regni, & pro bonis, ac munitionibus, quę transmittuntur à Neapoli pro Castro, & Præsidio Agolectę fuisse decisum quod tametsi Fiscus sit immunis debet id coarctari ad illud Regnum, & non intelligi de bonis quę emuntur à Fisco ut deserviant extra Regnum, & tandem notat de his fuisse interpositam consultationem Domino Regi, cui sua Regia Maiestas rescripsit,

quod

quod obſervaretur votum Camerę.

17 Cæterùm in Cathalonia Dominus Rex Regaliam conſuetudine antiquiſſima acquiſivit iubendi ſcindi arbores pro quibuſcumque triremibus Hiſpanię, vel aliorum Regnorum ad ſervitium ſuę Maieſtatis deſtinatarum, non tamen admiſſis Officialium negotiationibus, & abuſibus, quos in ſervitutibus minimè permitti præmiſi, arbitrioque boni viri omnimodè ſervato.

DECISIO LXXXII.

DE REGALIARVM VSV, ET EAS POSSIDENTIBVS

REGALIAS per legitimos tramites tueri, & poſſeſſores rerum ſub illis comprehenſarum iuris remediis deiicere, nedum rationi conſonum arbitrandum, ſed muneri incumbere iudicantium, atverò eiicere de facto, aut ſpoliare abſque cognitione cauſæ, & ex abrupto, præſertim lite pendente, nec Princeps patitur, neque Senatus ſanctiones aſſentiuntur, ſicut & Regalias conſuetudine introductas ultra eam ampliari, ac extendi. Ita in caſibus infra exponendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Deciſionis ſcopus.*

2 *Carbonum appellatione an ligna contineantur vſque ad num.* 8 *& num* 4. l. ligni appellatio 55. §. 1. ff. de legat. 3. *enodata.*

9 *In his quæ Regi ut tali à iure cõcedũtur Fiſcus abſq; poſſeſſione nõ litigat, & ſic vbi agitur de rebus à iure communi ad Principem pertinentibus poſſeſſor non manutenetur contra Fiſcum in ſua poſſeſſione abſque titulo.*

10 *In his quæ ſunt iuris publici, & de regalibus non datur poſſeſſorium abſque titulo.*

11 *Limita primò, vt non procedat hæc cõcluſio in regalibus minoribus extante diuturna poſſeſſione, vtpote decem annorum, & de ratione num.* 12.

13 *Regaliæ maiores quæ, & quænam minores dicantur remiſſiuè.*

14 *Merum imperium in Cathalonia eſt impræſcriptibile.*

15 *Declara quando quæſtio eſt potius facti quam iuris, veluti ſi dubitetur an res ſit publica, vel non, tũc enim poſſeſſor non eſt ſua poſſeſſione ſpoliandus de facto.*

Quan-

16 Quando possessor habet titulum saltem coloratum, vel quamuis videatur discoloratus est manutenendus in summarissimo.

17 Declara amplius conclusionem vt non sit ita stricte sumenda quod inaudita parte ex abrupto expellatur quis à possessione, sed summarissima causæ cognitione precedente.

18 Litteræ Regiæ emanatæ pro restitutione Abbatis, & Conuentus B.M. Riuipulli in possessionem iurisdictionis illius Villæ à qua indebitè fuerant spoliati.

19 Senatus decisio qua fuit declaratum restitutorium iudicium per Fiscum introductum super iurisdictione villæ de Ripoll non procedere.

30 Alia Senatus decisio qua in casu Regaliæ litteræ expeditæ per Proregem contra possessorem postquam is litem in R. A. introduxarat fuerunt reuocatæ.

21 Attentata si petatur reuocari in iudicio summarissimo retinendæ possessionis remittitur declaratio ad diffinitiuam, & quid in causis contentionum inter curias ecclesiasticam & secularem.

22 In causa interdicti summarissimi appellato interim spreto altercato spolii ad eius declarationem Senatus progreditur.

23 Quando spolium est super eadem re de qua petitur manutentio qualiter spoliatus deducere, ac petere debeat vt illa suspensa restituatur cum Senatus decisionibus.

24 Etiamsi versemur in casu Regaliæ spoliatus lite pendente est restituendus.

25 De Regalia flaminum littorum, & riparum sermo instituitur, & num. 26.

27 Quando flumen paulatim discedendo alueum antiquum deliquit, & nouum facit vetus pertinet ad dominos qui prope ripam prædia possident vbi de ratione.

28 Amplia vt proximè firmata æquè procedant in alluuione sicut in alueo, & quid in insola.
Nouus alueus à flumine paulatim occupatus Principis fit.

30 Ager per inundationem à flumine occupatus publicus non fit, & an possessio amittatur à domino.

31 Quoties impetu flumē naturali alueo derelicto per aliam partem fluere cæperit, tūc antiquus alueus fit eorum qui prope ripas prædia possident, & quomodo diuidatur, & de ratione.

32 Alueus per impetum à flumine voviter occupatus publicus fit.

33 Alueus nouus quem iuxta terminos prædictos postea in prestinum, & naturalem rediens flumen dereliquit si totus ager non fuerit occupatus ad priorem dominum redit.

34 Si vero totus fundus occupatus fuerit, & discessit paulatim nihil iuris in alueo antiquus dominus habere potest.

35 Alluuione acquiritur dominium,

tam de rigore iuris quam ex aquitate.

Quando alueus per impetum discesſit æquitate attenta ad priſtinũ dominum redit.

36 *Flumen an præſcribendi ſit capax, & num.* 37.

38 *Tondutus in loco de quo hic enucleatus.*

39 *Regalia riparum quamdiu flumini inſeruiunt nequit de iure extendi ad alueos derelictos, & ad acquiſita iure alluuionis, & Doctores de ripis à flumine occupatis pertractant dum eas Principi tribuunt.*

41 *Conſuetudo eſt probanda in ſpecie caſus de quo agitur, & cum eiſdẽ qualitatibus.*

42 *Non extenditur contra ius, & intelligi debet vt minus iuri communi deroget.*

43 *Loci particularis eſt attendenda.*

44 *De aliquibus regaliis in hoc Principatu conſuetudine acquiſitis, & earum vſu.*

1 SErvitutum priuatorum, & Regaliarum Principis tractationẽ proſequentes ſuccedit inueſtigemus quæ, præter expenſa, fundamenta Senatus deciſiones continerent, & qualiter Fiſcus in Regaliarum uſu verſetur.

2 Quoad primum aduertas notãter in Regia proviſione aſſiſtentiç contineri, ibi: *nec ad carbonarias* propter expreſſum text. in *l. carbonum* 157. *ff. de Verb ſign.* ibi *carbonum appellatione ait Oſilius materiam non contineri, ſed an lignorum, & fortaſſis quis dicet nec lignorum, non enim lignorum gratia habuit,* explicat Rebuff. ad d.l. addens eum qui donat carbones, aut vendit non intelligere de lignis, etſi ex lignis carbones fiant, exemplo ſumpto chartarum libri, etenim legando, vel donando libros non videtur donata papyrus alba, ex qua libri fiunt concordat Andreas Alciatus ad prehabitam legem addens eum, qui dicit calcem non intelligere de lapidibus, & è converſo nec appellatione materiæ quod ex eo ortum eſt comprehendi, ſi ſpeciali nomine nuncupetur, ſed limitat Alciatus ſi huiuſmodi ſit ex materia cõpactũ, vt in illã redigi rurſus poſſit, qualiter ſe habet argentum, vel ſi aliter mentem teſtatoris coniiciamus, ſequitur Cuiacius ad ſupradictam legem, qui benè notat ea quæ proprium nomen habent videri certam ſpeciem conſtituere.

Adſtipulatur Franciſcus del Barri *de ſucceſſ lib.* 9. *tit.* 15. *num.* 5. tenens legatarium lignorum alicuius nemoris non poſſe inde accipere niſi ad combureendum, non ad faciendum carbonariam, nec ad vineas fulciendas. 3

Quibus non adverſatur Vlpian. 4

in

in *l. ligni appellatio* 55. §. 1. *ff. de leg.* 3. & Rebuffus ad prælla tam leg. carbonum Verſic. Tertia cõcluſio, in qua lege Vlpianus ex Oſilii opinione refert, ibi: *Oſilius quoque lib.* 5. *iuris partitit ita ſcripſit cui ligna legata ſunt ad eum omnia ligna pertitinere, quæ alio nomine non appellantur, veluti virgæ, carbones, nuclei oliuarum, quibus ad nullam aliam rem niſi ad comburendum poſſit uti.*

5 Nam reſpondetur cum gloſſa poſteriora verba *quibus ad nullam*, &c. non eſſe referenda ad immediatè præcedentia, ibi: *veluti virgæ, carbones, &c.* ſed ad ligna quæ aliud nomen non ſortiuntur, & tantum ad uſum comburendi inſervire poſſunt, approbat Barri de *ſucceſſ. d. tit.* 15. *num.* 4. annuens ligni appellatione venire quę regionis conſuetudo pro lignis habet, ut ſunt nuclei olivarum quando ad nullum alium uſum deſtinãtur quã ad cõburendũ, ſecus ſi ſervirẽt etiã ad alĩ uſum, ut in Occitania, & deinde cõcludit ligni vocabulo cõprehẽdi quę cõburẽdi cauſa habẽtur, & quę aliud proprium nomen non habent, & hunc eſſe ſenſum dicit *d. legis ligni* §. 1. *ff. de legat.* 3.

6 Cuiacius *lib.* 20. *qq.* Papiniani ad *l. acceptis* 93. *ff. ad leg. Falcid.* fir mat virgas, carbones, & nucleos olivarum non includi ſub lignorum expreſſione propriè loquendo, quamuis generaliter poſſint dici ligna, & combuſtionis uſui deſtinentur, & ita interpretatur §. 1. memoratæ leg. ligni, & hanc ipſam enodationem approbant Bartol. in repititione ad illam, & Alciatus in pręcitata lege carbonum, quare cũ concluſione num. 2. ſtabilita per tranſit indubiè Barboſa *de verb. ſignific. verbo lignum. num.* 2.

Circa Regaliarum exercitium 9
opportunum erit regulam vulgatam examinare qua docemur Fiſcum abſque poſſeſſione non litigare in his, quæ Regi ut tali à iure conceduntur Covarr. *practic. cap.* 15. *num* 6. Menoch. *de retinend. poſſeſſi remed.* 3. *num.* 154. Peregrin. *conſ.* 3. *num.* 119. Cancer. *var.* 3. *cap.* 14. *num.* 42. Larrea *allegat.* 5. *num.* 15. Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſ.* 16. *num.* 133. Regens Matthæu *de Regim Regni Valent. cap.* 6. §. 1. *nu.* 37. quamobrem concludunt ipſimet Doctores, quod ubi agitur de rebus ad Principem iure communi pertinẽtibus, & pro Principe adeſt iuris præſumptio, tunc poſſeſſor contra Fiſcum non eſt manutenẽdus in ſua poſſeſſione lite pendente ex eo ſolum quod de dicta poſſeſſione per ſummariam informationem conſtet, niſi appareat de titulo, qui valeat elidere iuris præſumptionem, ſaltem ad effectum manutentionis Montan. *de Regal.* §. *flumina nauigabilia num.* 9. *pag.* 61. tradidit Ripoll *de Regal. cap.* 1. *à num.* 16. Ramon *conſ.* 9 *à num.* 6. Ripoll itidem *ad prax. ciuil. Pegue. Rubr.* 15. *num.* 15.

Exinde etiam exploratum ha- 10
be-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

betur in his, quæ sunt iuris publici vel de Regalibus non dari possessorium absque titulo *l. quicumque C. de feud. Limitroph. lib.* 11. Peregr. *de iur. fisc. lib.* 7. *tit* 3 *num.* 20. Burat. *decis.* 312. *n. penult. & fin. decis.* 605. *num.* 8. *& decis.* 615. *num.* 5. *par.* 5. recent Cardinal de Luca *de Regalib. lib.* 2. *discurs.* 138. *num.* 2.

11 Quæ conclusio multi fariam limitanda, & declaranda venit, primò enim limitatur, ut non procedat in regaliis minoribus extante diuturna possessione, utpote decē annorum Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 52 *à num.* 139. *usque ad* 144. maximè *à num.* 142. *versic tertia est ratio* Marta *de iurisdict. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 36. Tondut. *qq. ciuil p.* 2. *cap.* 133. *n.* 3. *&* 4. Post. *de manuten. obseruat.* 44. *num.* 25. Capiblanc. *de Baronib. pragmat.* 1. *num.* 135. *versicul. sublimita tamē* de Luca *d. discurs.* 138. *n.* 3. qui sermonem instituit de ripa fluminis, & littore maris.

12 Rationem assignant relati authores, & præsertim Cardinalis de Luca quia præsumendum non est talem possessionem tandiu publicè toleratam fuisse, nisi legitimus præcessisset titulus in petitorio iustificandus.

13 Regaliæ maiores, quæ, & quænam minores dicantur vide apud Montan. Ripoll, & alios in tractatibus de Regaliis Mastrills *de magistratib. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 17. post Felin. in *cap. quoad translationem versicul. siquidem de offic. delegat. num.* 33. Camerar. in *cap Imperialem de prohib. feud. alienat.* per Feder. Ioan. Andr. de Georg. *allegat.* 49. *num.* 33. Ilsetu *in cap.* 1. *de feud. tit quæ sint Regal.* Peregrin. *de iure fisci lib.* 1. *tit.* 2 *à num.* 100. Hieronym. Rocca *disputat selectar. cap.* 69. *à n.* 18. Capyc Latro *consultat.* 2. *num.* 4. 8. *&* 9.

In his adverte prælibatam limi- 14
tationem in Cathalonia non esse amplectendam quoad merum imperium, in illius namque exercitio manutentio ex sola decennali possessione non concederetur, cum merum imperium in hoc Principatu sit imprescriptibile, & per ullum temporis spatium absque vero, & legitimo titulo non acquiratur *usatic. hoc quod iuris est sanct.* 1. *sub. tit. de præscrip.* ubi Marquilles *fol.* 305. *versic. potestas agit.* Iacob. de Montelodaic. *in fin.* Guillerm. de Vallesic. *num.* 3. Oliba in usatic. *alium namque de iur. fisci cap.* 6. *num.* 35. Canc. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 117. Socarrats *in commentar. Petri Alberti cap. si vero aliqui allodiarii n.* 26. *pag.* 173. Ludovicus Ferrer egregius olim Senator *in discursu pro iurisdict. Regia num.* 176.

Declaratur præiacta assertio ut 15
habeat locum cum certo presupposito quod agatur de iure de sui natura Regalibus adscribendo, quę sine Principis concessione possideri non possunt, ita ut factum sit certum circa rei possessæ qualitatem, atque sola quæstio reducatur

ad

ad punctum iuris, an scilicet longæva possessio absque titulo sufficiat necne, nimirum quia agatur de littore maris, de via consulari, de iure exigendi vectigalia, & similibus, quæ certam, & notoriam habent faciem loci publici, & ita indubitanter includantur sub Regalia, secus verò quando res esse potest iuris privati, atque possessor contendat eam esse talem, adeò ut quæstio sit potius facti quam iuris, tunc enim non intrat conclusio quod possessor de facto sit sua possessione spoliandus, his verbis perdoctè explicat de Luca *d. discurs.* 138. *num.* 4. ex Peregrin. in *cons.* 1. 2. & 3. *lib.* 1.

16 Limitatur etiam præmissa regula quando habet titulum saltem coloratum, vel quamuis videatur discoloratus; nam utroque casu etiam contra Fiscum est manutenendus in summatissimo Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2 *lib.* 2. *cap.* 28. *á num.* 46. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 52. *num* 135. & 139. Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 15. *num.* 469. Peguera *tom.* 2. *decis.* 46. *num.* 1.

17 Amplius declaratur supradicta conclusio ut non sit ita strictè sumenda quod inaudita parte ex abrupto expellatur quis à possessione, sed summarissima causæ cognitione præcedente R. Matthæu *de Regim. Regni Valent. cap.* 6. §. 1. *sect.* 1. *num* 38. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 53. decisum tradens, & antea docuere Peregrin. *de iure fisci lib.* 1. *tit.* 3. *nu.* 55. & *lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 3. Cutell. *decis.* 2. *num.* 19. & *decis.* 24. *num.* 1. ne alias tollatur defensio à iure naturali debita Cutell. *decis.* 4. *num.* 21. Larrea *allegat.* 5. *num.* 6. & *allegat.* 8. *nu.* 20.

Siquidem non est Regiæ Maie- 18
stati gratum vassallos spoliando illius ampliari, & propagari iurisdictionem, ut expressit Serenissimus Rex Alphonsus Regiis litteris expeditis 14. Maii 1452. mirabilibus sanè, & tanto Principe dignis verbis, ibi: *quamuis saluberrimè pro nostro patrimonio redimendo, & recuperando legibus, Pragmaticis, statutis prouisionibus, atque ordinationibus in dies per Illustrissimos Reges prædecessores nostros, & nos prouisum, & opportunè satis arbitremur, non tamen ista decretum esse præsciemus quod per eundem sensum cuiuspiam iura ledantur, neque earum vigore fas est alicui præter ea quæ de nostro sunt dominio ad illud in alterius præiudicium quicquam adducere, vel augere,* quapropter iussit dominus Rex Abbatem, & Conventum Sanctæ Mariæ Rivipulli, qui indebitè fuerant spoliati à iurisdictione illius Villæ per Locumtenentem Baiuli Generalis Cathaloniæ restitui in possessionē in qua erant, prout ita fuit executum.

Et quamuis per Procuratorem 19
Fiscalem deinde fuisset introductū restitutorium iudicium prætendēdo quod memorata Villa fuerat oc-

occupata inciviliter per Abbates R. ſententia lata 11. Septẽbris 1424. fuit declaratum dictum reſtitutorium iudicium modo quo poſtulatum fuerat non procedere cum reſervationibus ibidem exaratis.

20 Sic quoque quamuis agatur de Regaliis quę non poſſunt poſſideri à privato abſque titulo ſaltem colorato per ſupra ponderata, nihilominus lite pendente nequeunt à Proregibus expediri litteræ Regiæ ad eiiciendum poſſeſſorem à ſua poſſeſſione prout evenit in caſu ſtabilimenti minarum obtenti ab Excellentiſſimo Locumtenenti Generali, nam cum illi fuiſſet contradictum, & mota lis in R. A. ſuper poſſeſſione miſſę fuerunt litteræ ex parte Domini Proregis præcipiendo quatenus ſequeſtrum apponeretur in minis, ne partes venirẽt ad arma, ſed poſſeſſor dictas litteras uti attentativas ſua poſſeſſione lite pendente eum ſpoliando revocari petiit, & pro revocatione fuit deciſum de menſe Maii 1604. ſine præiudicio iurium partium, & Fiſci Regii tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, ſed tamen de reſtitutione ſpolii, quæ etiam inſtabatur, nihil Senatus decrevit ex quo poſſeſſor titulum ſaltem coloratum non exhibuit, ut refert Peguera *deciſ.46.to.1.*

21 Potuit Senatus ſuſpendere declarationẽ ſuper ſpolio; quia in cauſa interdicti retinendę poſſeſſionis, ſi una pars turbetur in ſua poſſeſſione lite pendente per adverſarium conſilium eſt ne petat revocationẽ illius facti per viam attentatorum, quia non obtinebit, cum declaratio attentatorum ſoleat remitti in illo iudicio ad diffinitivam, ne eius merita pandantur Capyc. *deciſ.72.* Lancellot. *de attentat. 3.p. cap.27. q.19.* Borgni. Cavalcau. *deciſ. 23.n. 218.p.2.* Canc. *var.p. 3. cap. 14.à num.73.* & in cauſis contentionum inter Curias eccleſiaſticam, & ſeculare aliquando ſervatur R. Cortiada *deciſ.22.num.39.*

Imò in cauſa huius interdicti 22
ſummariſſimi vulgariter appellati interim non admittuntur attentata, & licet petantur non declaratur ſuper illis, ſed ipſo altercato ſpolii ſpreto in cauſa principali illius interdicti, & ad eius declarationem Senatus progreditur Poſt. de *manuten. obſervat.16.num. 29.* ex Fontan. *de pact. cl.7, gl.10.p. 10.nu. 79.* Ripoll. ad Peguer. *in prax. ciuil. rubr. 15. num.22.*

Attamen ſi ſpolium eſſet de eadẽ 23
re ſuper qua peteretur manutẽtio, & deducatur per viam actionis, & ſic reconventionis per eam ſuſpẽditur petitio actoris, & conſequitur ſpoliatus rei reſtitutionem ante ingreſſũ cauſæ principalis ſuſpenſa etiam manutentione Abbas in *ca. fin.n.6. verſic. ſi verò proponit ſuper eadem re de ordin.cognit.* & in *cap. ex conqueſtione num.6.&* 8. *de reſtitut. ſpoliat.* Canc. *var. 3.d.cap. 14. nu. 78.* ita fuit declaratum me referente

te in causa Vniversitatis Villę Tarregæ contra Franciscum Vila Regia provisione facta 15. Ianuarii 1693. scriba Abrell. Similis me referente in causa Petri Lapuja studentis Villæ Campirotundi contra Susannam Raures viduam Regia provisione facta 16. Aprilis 1693. in actis Topi, & Gomes, & antea fuerat declaratum in causa Nobilis Mauricii de Cardona contra Syndicum Nalech Regia provisione facto verbo facta per Nobilem Michaelem de Cortiada 5. Octobris 1671. Actuario Bas, & nota quod spoliatores per spatium plusquam viginti annorum in possessione continua exiterant fuit enim dictum probata possessione ex parte spoliati de tempore commissi spolii, & antecedenti esse insubsistentem, & impertinentem totaliter possessionem spoliatoris, relatis circonstantiis non concurrẽtibus quãdoque Senatus super manutentione spreto spolio ius dixit.

24 Quamobrem etiam quando agitur de regaliis spoliatum lite pẽdente indistincte esse restituendũ tenuit Ripoll *d. rubr.* 15. *num.* 15. *ex* Menoch. *de recuperan. possess. remed. vlt. num.* 32. Rota *decis.* 14. *in. nou.* Ausred. *decis. Tholos.* 15.

25 Et quia ut præcedenti decisione enervavi, & Neapolitanus Senatus perpendebat in Regalia scindendarum arborum pro triremium fabrica cõsuetudine acquisitam fuisse, & istam non amplius extendendam esse quam usu diutino inductum fuerit, ut ea quæ *decis.* 62. de Regaliis excripsi lucidiús, ac præclarius declarata relinquam non præteribo ibi firmasse ex totius orbis observantia, flumina littora, & ripas esse de regalibus, & in dominio Principum ex Carena, Calixto, Ramirez, ac aliis, & ex nostris Calic. *in Margar. Fisc. dub.* 8 *num.* 11. & in extravagat. Cur. *dub.* 7. §. 80. & hanc obs[illegible]ntiam, seu consuetudinem probatam fuisse retuli in causa, de qua ibidem memini.

Ne tamen exinde putes talem 26
consuetudinem nimis generaliter sumendam esse attendas quid ius disposuerit cum distinctione casuum, & quid unoquoque casu cõsuetudo introduxerit, ut sic quod uno casu fuit acquisitũ ad aliũ indiscriminatim nõ trahas. Alueorũ materia in hac indagatione incidit.

Primus est casus quando flumen 27
paulatim discedendo alueum antiquum dereliquit, & novum facit quoad alueum antiquum exploratum est pertinere ad dominos qui prope ripam prædia possident pro modo latitudinis eorum Donell. *lib.* 4. *comment. cap.* 28. *& ibid. Oswald. litt. B.* Alvarez Velazquez *de iur. emphiteu. q.* 16. *nu.* 10. Antun. Portugal. *de donat. Reg.* 3. *p. cap.* 4. *num.* 38. *tom.* 2. *qui num.* 40. idem tenet quoad partem aluei dimissi Don Ferdinandus Arias de Mesa *var. lib* 2. *q.* 42. *num.* 1. Bonden. *collectat. legal.* 26. *num.* 18. *to.*

1.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

1.qui *num.*25. defendit ſpectare ad vicinos iure dominii, & poſſeſſionis adeò, quod non ſit opus nova apprehenſione : reddita ratione quia omne id quod cohæret prædio,vel agro non eſt novum prædium,ſed pars veteris,& ſic uti accedens eodem iure poſſidetur *Beincas de alluuion.p.2.num.4.* Aymo *eod.tract. lib.1. cap.8.num 9.* Anguiſol.*conſ.*90.*num.* 4. Corne. *conſ.* 15. *num.7 lib.*4.Curt.iun.*conſ.*204.*num.* 16.Rimoal.iun *conſ.* 237.*num.* 9. & *conſ.*573.*num.*2.Scarder *de feud. p.*5.*cap.*6. *num.*27. Peregrin.*de iur. fiſc. lib.*8.*num.*59 *in fin.* & *num.*74. *verſic.* & *quod amplius eſt* Cyriac. *controuerſ.*376.*num.*7. Gratian. *diſceptat.forenſ. cap.* 425. *num.* 21. & *ſeqq tom.*3. Otoz. *de apicib.iur.ciuil. lib.*4.*cap.*12.*num.*19. Poſt.*de manuten. obſeruat.* 73.*num.*86.

28 Hincque concluſionem non ſolum obtinere advertit Bonden. *num.*26. in terminis alluvionis, de qua loquuntur prædicti Doctores, ſed etiam ſi agatur de alueo, etenim poſſidens fundum ſine alia apprehenſione efficitur ſtatim, & ipſo iure verus poſſeſſor aluei uti partis fundi Paſech. *conſ.*16.*nu.*22. Poſt. *de manuten. d.obſeruat.* 73.*nu.* 25.Rota *penes Caſſador. ſuper regul.* 8.*Cancellar. tit. de acquir.rer.dom deciſ. cvn. num.*19. dummodo alueus ipſe non intercedat; quia tunc ad inſtar inſulæ à fundo diſtinctæ nova eſt opus apprehenſione ut illius poſſeſſio acquiratur Aym.*de alluvion.lib.*2.*cap.*8.*num.* 12.Cyriac. *d. controuerſ.* 376.*num.*8.9.Poſt. *d. obſeruat.*73.*n.*86.*verſic.niſi intercedat alueus* Gratianus,& Rota allegati.

Hoc in themate novus alueus 29
quem ſibi fecit flumen paulatim ab antiquo diſcedendo eius eſſe incipit cuius eſt ipſum flumen , & ita domini Regis,atque ita domini quorum agri ſenſim occupantur eorum dominium amittunt *l. ergo* 30.§ *alluuio, ff.de acquirend.rer. domin. l.*1. § *ſi foſſa, ff. de flumin.* Corneus *conſ.*191.*num.*8. *lib.* 3. Arias de Meſa *var. reſolut. lib.*2. *cap.* 42.*n.* 9.Antunez Portugal. *de donat. Reg.d.p.*3.*cap.*4. *num.*36.& 37. *tom.* 2.

Secundus eſt caſus in inundatio- 30
ne(id eſt fluminis extra ripas evagatione)tunc ager à flumine occupatus remanet domini cuius antea erat,quia inundatio locum publicum non facit,neque ſpeciem fundi mutat,ideòque cum maior fluminis vis impediri nequat non debet dominus re ſua privari,ne alioquin damnum ſentiat ex eo cuius non tenetur Hotoman *in* §. *praterea Inſtit.de rer.diuiſ.* Duaren.*in paraphraſi ad tit.ff.de acquiren. rer. domin.cap.*11.Connan.*lib.*3. *cõmentar. cap*5.*nu.*3. Oſuald.Hilliger. *in not. ad Donell.lib.*4.*comment.cap.*27. *litt. C.* Arias de meſa *d.lib.*2.*cap.* 43. *nu.* 2.qui *num.*5. docet durante inundatione poſſeſſionem amitti quãdo fundus non poteſt pedibus callari,vel ab animalibus paſci, vel a-

lius

lius actus possessionis continuativus exerceri, nisi inundatio esset tantum triduana, quæ solum momento durare dicitur, & sic per eā possessio non interrumpitur elegantes videas textus in *l.3.§.labeo, l.qui vniuersas* 30. *ff.de adquir.possess. l.cum vnus* 11. *§.vltimo, ff.de bon.auctor.iud possiden.l.Pompon.*13 *ff.de acquir.poss.*

31 Tertius agnoscitur casus quando discessus fluminis cōtingit per impetum taliter quod naturali alueo derelicto per aliam partem fluere cœperit tunc constans est conclusio antiquum alveum eorum esse qui propè ripas prædia possident, *l. adeo* 7. *§. quod si toto l. ergo* 30. *§. alluuio, ff.de adquirend. rer.domin.* & inter eos dividitur pro modo latitudinis ripam contingentis non pro indiviso, sed pro regionibus quoque divisis, *l.insula* 56. *§.item quaro, l.inter eos* 29. *ff. de acquiren. rer.dom.* Vivius *decis.*498. *nu.*1. *& vlt.lib.*3. Decian. *cons.*58. *num.*3. *lib.*1. Arias de Mesa *d.lib.*2. *cap.*44. *à num.*1. qui rationem assignat *num.*4. quoniam qui propè ripam prędia possident fluminum incommoda, aquarum inundationes, agrorum convulsiones sustinent, & ripas magno sumptu muniunt, quapropter æquitati cōvenit ut eū sequátur cōmoda qui tot patitur incōmoda, ex vulg.tex. *in l.2.§.sicuti, ff.de hæred.vel act.vē. l.secūdū naturā* 10. *ff.de regu.iur.* quę ratio genuina est pro ōnib⁹ casib⁹ in quibus concludimus dominiū alvei derelicti ad possidentes prædia vicina redire: nam usum quem occupando abstulit flumen discedendo restituit, ut considerant Pōpon. *in l.ergo* 30. §. 1. *de acquir. rer. domin.* Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 20. *cap.*8. Cassador. *decis.vnic. nu.* 11. *tit. de adquirend.rer.domin.* Donell. *lib.*4. *commentar.cap.*28. meritòque Iureconsultus *in l. adeo* 7. §. *quod si toto Versic.cuius, ff.de acquiren.rer. domin* hoc lucrum inquit cedere ratione vicinitatis.

In hoc tertio themate quæritur 32 quid iuris sit de alveo quem flumen noviter per impetum fecit, & resolvendum venit huiusmodi alveum publicum fieri, & ita Principis *d.l.adeo* 7. *§.quod si toto Versic. si cuius, ff.de acquir.rer.dōin.d.l.ergo* 30. *Versic.itaq; ff.eod.* Arias de Mesa *d.lib.*2. *cap.*44. *num.fin.* inquiens quod licet domino imputari nequeat culpa propter impetum, & maiorem vim fluminis mutatur tamen forma agri, & ager esse desinit, & etiam semper attendenda in hac materia militat ratio quod impossibile comperiatur alterius iuris esse alveum quam ipsum flumen, ut profitentur Curt. senior. *in addit.ad cons.*72. Beroius *consil.* 140 *num.*1. *lib.*3. Alba *cons.*82. *nu.* 4. *lib.*1. ubi quod semper sequatur fluminis causam, & plures alii ex superiùs laudatis nixi *l.* 1. *§.simili modo, ff.de fluminib. d. l. ergo* 30. §. *duobus, ff.de acquir.rer.domin.*

33 Alia ſubintrat quæſtio in terminis tertii caſus mutationis alvei per impetum videlicet de alveo novo quem flumen poſtea in priſtinum, & naturalem rediens, vel alio curſum dirigens dereliquit, quo caſu diſtinguas ita quod ſi agrum nō totum, ſed pro parte flumen occupaverit, tunc, ſive paulatim, ſive per impetum diſceſſerit ager ad primitivam cauſam redeat, & eius eſſe incipiat, cuius antea fuerat *d. l. adeo 7. §. quod ſi toto Verſic. cuius. ff. de acquir. rer. domin.* Arias de Meſa *d. l. 2. cap. 46. num. 2.* inquiens quod ſi ſenſim receſſit flumē iure alluvionis, ſi verò impetu ratione vicinitatis fundum ſuum antiquus dominus recuperat, neque in hac ſpecie ad benignam iuris interpretationem neceſſe eſt recurrere.

34 Si verò totus fundus occupatus fuerit per alveum hoc in caſu inquirendum eſt an flumen ſenſim, paulatim, ſecretaque diſceſſione, an verò per impetum alveum occupatum dereliquerit; nam quoties flumen paulatim, & occulto greſſu diſceſſerit nihil iuris in eo alveo antiquus dominus habere poteſt, ſed iure alluvionis eis alveus derelictus acquiritur qui propè ripas prædia poſſident, *l. Aitius 38 ff. de acquir. rer. domin.* Bartol. *de flum. §. flum. nu. 7.* Decian. *conſ. 123. num. 64. lib. 3.* Peregrin. *de iur. Fiſci d. lib. 8. num 72.* Bonden. *colluct legal. 26. num. 24.* Arias de Meſa *d. lib. 2. cap. 46. num. 3.*

Cum regulare ſit ut quod per alluvionem accedat iure gentium nobis quæratur; tam de æquitate, quam rigore iuris, *d. l. adeo 7. §. præterea, ff. de acquir. rer. domin.* Bald. *rubr. 27. de rer. diu.* Aretin. *in §. præterea*, Corneus *conſ. 191. à num. 8. lib. 3.* Mazzol. *conſ. 118. num. 41.* Aymus *lib. 2. de alluuion. cap. 23 §. 1. num. 3.*

Sed tamen ſi flumen per impe- 35
tum diſceſſerit alveus novus ab eo derelictus, quicquid ſit de rigore iuris, æquitate autem attenta ad priſtinum dominum redit, *dict. l. adeo 7. §. quod ſi toto Verſic. cuius ibi ſed vix eſt ut id obtineat, ff. de acquir. rer. domin.* Bartol. *in Tibiriade tit. de alveo*, poſt Dinum Baldum *in rubr. 27. de rer. diuiſ.* Ioann. Baptiſta Aymus *d. cap. 23. §. 2. num. 7.* Arias de Meſa *d. lib. 2. cap. 46. num. 9.* qui *cap. 47.* rationem ſuppeditat, quippè antiquus dominus inſpecta rei origine agit de damno vitando, & de recuperando quod flumen occupaverat, & publicum effecerat, ſicque quando deſinit publicus eſſe ſuadet æquitas ut efficiatur eius, cuius antea fuerat, pro quibus ponderanda venit, *l. vlt. §. etſi præfatam, C. de iur. deliber.* probarunt Alciat. *conſil. 59. à num. 8. lib. 5.* Natta *conſ. 55. num. 2. lib. 1.* Vivius *deciſ. 498. num. 15. lib. 3.*

Limitant tamen præiactam re- 36
gulam nonnulli authores volentes non procedere quando flumē

per

per decennium inter præsentes,& viginti inter absentes per illam partem fluxit,tunc enim per tanti temporis spatium,sicut quilibet privatus;ita & flumen præscribere poterit, cuius opinionis antesignanus est Bartol.*in Tiberiade tract. de alveo*, sequuntur Aretin. *in §. quod si naturali Instit. de rer. diuis.* Corneus *cons.* 191.*nu.*6.*lib.*3. Franciscus Marc.*decis.*79.*num.*2.*par.*1. Vivius *decis.*498.*num.*7.*lib.*3.

37 Atverò opinio prædicta reprobatur à Socino *cons.* 28. *num.* 39. *lib.* 4. Francisco Marco *decis.*589. *num.*2.*par.*1.*&* *decis.*110.*num.*18. *par.*2. Arias de Mesa *d.l.*2. *cap.*47. *num.*9. ex quo præscriptio possessionem requirit, & sine animo consistere nequit, & ita cum flumen sit res inanimata, neque possessionis,neque præscriptionis capax est.

38 Neque his obsistit Tondut. *quæst. ciuil. cap.*71.*tom.*1. ubi concludit incrementa per alluvionem territorio alicuius loci accedentia per Officiales fisci peti posse si talis sit consuetudo, ut ad Fiscum, seu ad Cameram Principis pertineant ex Peregrin.*de iure Fisci lib.* 8.*num.* 70. quam consuetudinem vigere in Gallia refert ex Bacquer *de droits de iustice cap.* 30. *num.*5. *&* 6. & posteà fatetur Tondutus cessante consuetudine contraria Principis fiscum nihil prætendere posse super insula in publico flumine nata.

Nam omisso quod absque casuum supra expensorum discrimination loquitur Tondut. valdè inter se differunt quæ hic, & *decis.*62.*n.*23. attulimus constabilientes ex universali Orbis observantia flumina,ripas,& littora esse in dominio Principum,& ulterius excogitare quod alvei à flumine derelicti,& ea quæ per alluvionem adiecta fuere de Regalibus censeantur: nam Doctores aperte tradũt alveũ dumtaxat esse publici iuris quamdiu flumini deservit Peregrin.*de iur. Fisci dict. lib.*8. *num.*54. Salgado *in labyrinth. creditor.par.*4.*cap.*2.*num.*28. Antunez Portugal. *de donat. Reg.d.p.*3. *cap.*4. *à num.*36. complurimis cumulatis Calvin. *de æquit. cap.*234. *lib.*3.qui omnes,& alii desuper allegati docent alveum à flumine dimissum desinere esse publici iuris,& dividi inter eos,qui ab utraq̃ parte fluminis prædia possident pro mensura,& portione latitudinis cuiusque prædii,& idem de alluvione ipsimet Doctores firmãt adde Rot.Roman.*decis.*111.*àn.*1. *par.*16.*recent.* Paul. Christin. *decis.* 86.*lib.*7.*volum.*4. 39

Nullusque ex Doctoribus hucusque allegatis loquitur de consuetudine quoad alveos dimissos quod sint de regalibus, sicut neque Cardinal. de Luca *de regalib. discurs.* 138. & quatenus ad alluviones expressim Peregrin.*de iure Fisci lib.*3.*num.*70. affirmat Fiscũ 40

non occupare, nec vendere fundum alluvionatum, seu per alluvionem alteri addictum.

41 Quibus omnibus adstipulantur certa conclusio nimirum consuetudinem esse probandam in specie, & casu de quo agitur, non autem in genere Cavaler. *decis.* 172. *num* 5. Rota *p.* 9. *recent. decis.* 489. *nu.* 18. ubi quod non suffragatur, nisi concurrant eædem circunstantiæ, & qualitates ad unguē Thomat. *decis.* 131. *nu.* 34. *& seqq.* *Ludouis. decis.* 162. *per tot.*

42 Accedit consuetudinem cōtra ius nō extendi Dueñas *regul.* 136. *&* 137 *per tot.* Sperell. *decis.* 37. *nu.* 34. & ita intelligēdam esse ut minus iuri cōmuni detrahat Franch. *decis.* 640. *nu.* 9. Carleval. *post tract. de iudic. in apolog. num.* 27. & de consuetudine cōtra ius publicum vide Solorzan. *de iur Indiar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 63.

43 Adde consuetudinem loci particularis attendendam esse, adeò quod ea extante non inspiciatur observantia loci, sive Civitatis dominantis Cavaler. *decis.* 73. *num.* 3. *decis.* 95 *per tot.* Diana *p.* 6 *tract.* 5. *resolut.* 31. Leoncil. *decis Ferrar.* 47. *nu.* 5. Cachier *cons. feudal.* 21. *num.* 35. Garcia *de nobilit. glos.* 1. §. 1. *à nu.* 62. Acuña *cap.* 5. *nu.* 3. *distinct.* 11. Barbosa *cap.* 6. *num.* 4. *de consuetud.* ubi an deficiente cōsuetudine propria ad Regni, vel vicini loci consuetudinem recurrendum sit.

44 Sic videmus quod in Cathalonia dominus Rex, seu eius Locūtenens Generalis, ac Reg. Aud. & Vicarii Regii in suis Vicariis ex immemoriali consuetudine cognoscunt de causis ecclesiasticorū exemptorū, qui in Principatu non habēt superiorē & quia talis consuetudo dūtaxat viget in causis civilibus descēdētibus ex contractu, vel quasi, ideò nō fuit ampliata, & protracta Regalia ad causas spirituales, nec criminales Calic. *in Margar. fisc. dub.* 6. *Versic.* 151. Mieres *in cur. Barcin. Reg. Petri* 2. *p.* 1. *col.* 2. *c.* 11. *nu.* 1. *fol.* 21. *in nou.* Ferret *p.* 1. *obseruāt. c.* 63. *&* 73. Canc. *p.* 2. *var. cap.* 2. *nu.* 17. *&* *p.* 3. *cap.* 5 *à nu.* 119. Ripoll. *de regal. c.* 11. *à nu.* 49. Fōta. *decis.* 288. *n.* 14. & cū his R. Cortia. *decis.* 10. *n.* 190. *&* *n.* 201. quod memorata regalia practicetur, & practicari possit, & latè ibidē qualiter observetur in aliis Regnis etiam quoad causas criminales, adde de Valentino eruditissimū Ioannem Baptistā Trobat *de effecti. immemo. q.* 15. *ar.* 5. *n.* 78. pariformiter R. Cor. *decis.* 8. *n.* 94. quoad Equites S. Iacobi, & aliorū ordinum militarium quamlibet Provinciā suo sensu abūdare notat, & in Cathalonia illos, quatenus adeorū bona propria esse de iurisdictione domini Regis, & personas seculares cēseri, at quoad eorū personas pro ecclesiasticis iudicari, & demū nullę sunt Regalię consuetudine acquisitæ, quæ istius terminos, & fines egrediantur, ut pluribus exemplis palam fieri, commonstrarique posset.

DECI-

DECISIO LXXXIII.

DE LITTERIS CAVSA RECOGNOSCENDI.

PRINCIPIS tutamen ad gravamina subditis vitanda studiosè leges præcaverunt variis ad id solatiis, ac mediis adhibitis, & aliquando iudicibus inferioribus iubendo ut acta transmittant, & donec quid agendum sit rescribatur inhibiti remaneant, at hocce remedium non indistinctè, & generaliter conceditur, sed magnis, iustisque de causis Regium animum permoventibus. Ita Senatus in casu infra referando ad expositionem *Constitut. vnic. sub tit. de causa recognoscendi Constit. 4. tit. de accusac. denunc. &c.* & aliorum iurium municipalium.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Decisionis institutum.*

2 *Constitut. 4. tit.* de accusacions, denunciacions, &c. *conclusio.*

3 *Gubernator Rossilionis, & Ceritaniæ litteras causa recognoscendi expedit.*

4 *Casus subvicarii Ilerdæ memorabilis.*

5 Constit. unic. sub tit. de causa recognoscendi *expositæ.*

6 *Antiquo iure ad vnius ex litigatoribus querimoniam relatio non concedebatur, & quid hodie seruetur in Regno Valentiæ.*

7 *De Siciliæ, ac Castellæ Regnis circa hoc remedium, & de statu Mediolani.*

8 *Senatus decisio.*

9 *De consultatione interposita per Ordinarium non habentem pœnam condignam.*

10 *Differentiæ inter recursus, & remedium litterarum causa recognoscendi.*

11 *Regium Concilium in restitutione causæ recursus non potest apponere conditionem Ordinariis iudicibus quod eam decidat cum voto, & consilio Doctorum Senatus, sed tenetur iste super recursu simpliciter prouidere.*

12 *Nequit mandare Princeps Baronibus, vt non iudicent in aliqua causa nisi de consilio talis personæ.*

13 *Princeps non indistinctè vtitur remedio litterarum causa recognoscendi, sed ex vrgenti causa.*

14 *Remedium istud in quo assimiletur antiquo stylo relationum, & in quibus diuersificetur iuxta praxim*

xim Valentiæ remiſſiuè.

15 *De relationibus, & conſultationibus qui Doctores peregerint.*

16 *Litteræ noſtræ cauſa recognoſcēdi qualiter differant à practicatis in aliis Regnis remiſſiuè.*

1 NVllus ex modernis ſcriptoribus peregit de tempore quo curſus cauſarum criminaliū poteſt à ſuperiore ſuſpendi, neque ſermonem fecere noſtrates noviſſimi authores de cauſis recognoſcendi, & quia eiuſmodi materiarum indagatio proficua eſt ad aliquarum Conſtitutionum intellectum, ideò de illis nunc alloquar.

2 *Conſtit. 4. tit. de accuſacions, denunciacions, &c. in primo volumin. Conſtitut.* diſponitur quod quandocumque Dominus Rex, eius Primogenitus, & Gubernator motu proprio, vel ad Fiſci, aut alterius inſtantiam reſcripſerit, vel mandaverit Ordinario, ut proceſſum alicuius delati ſibi mittat, eidem inhibendo ne interim in aliquo procedat contra ipſum delatum, ſi ex die quo tale reſcriptum, vel præceptū Ordinario intimatum fuerit infra duos menſes ex tunc proximè ſequentes non fuerit per dominum Regem, aut alios prædictos iterum reſcriptum de ſua intentione poterit Ordinarius, & tenebitur lapſis duobus menſibus procedere in cauſa iuſtitia mediāte prout poterat antequā dicta inhibitio emanaret. Ita hanc Conſtitutionem ſummavit Thomas Mieres *in Cur. Barcin. Regin. Mariæ collat. 10. cap. 24. pag. mihi* 445. ſequitur Boſch *dels titols de honor de Cathalunya lib. 2. §. 12. Verſic. acoſtuman per tots los Veguers, &c. pag. mihi* 240. ubi qnod Gubernator Roſſilionis, & Ceritaniæ ſolet expedire litteras *cauſa recognoſcendi*, directas Vicariis, Baiulis, & aliis Officialibus illorum Comitatuū, & poſt recognitas inquiſitiones providet, quid ſibi iuſtum videtur. 3

Michael Ferrer *3. par. obſeruant. cap.* 100. (qui tamen in reſolutione principali illius capitis non eſt ſequendus iuxta exarata *deciſ.* 69.) retulit quendam Aragonenſem qui ad Civitatem Illerdæ devenerat obtinuiſſe guidaticum à Vicario Illerdæ, poſtea conſanguineus occiſi inſtavit Subuicarium, ut caperet talem Aragonēſem, eo quia in Aragonia homicidium commiſerat, Subvicarius de conſilio ſui Aſſeſſoris illum captum in carcerem detruſit, excitata ſuper captura quæſtio fuit, & pro eius validitate Subvicarius Aſſeſſoris ſenſum ſectādo declaravit, à qua proviſione fuit appellatum, & propter privilegium Illerdæ per Locumtenentem generalem fuit aſſignatus iudex appellationis, deindè idem Locumtenens generalis cauſa recognoſcendi dictum proceſſum criminalem ſcripſit in forma ſolita iudici quatenus illum mitteret ei inhibendo ne interim cōtra inquiſitum procederet iuxta 4

ta *Constitut. prouehim, è ordenam tit. en quin lloch den eſser conuingut per crim* hæc de narrata theſi ſcripſit Mieres.

5 Tranſeamus nunc ad *Constitut. vnic. ſub. tit. de cauſa recognoſcendi* in qua ſtatuitur officiales ordinarios ſub pœna privationis officiorum nequire impetrare, nec in hiare proviſionem aliquam cauſa recognoſcẽdi ſuper quocumque delato, qui in eorum poſſe reperiatur captus, alioquin talis proviſio ipſo iure irritetur, & pro infecta habeatur, & ea non obſtante captus, ſi crimen de quo fuerit impetitus pœnam corporalem nõ mereatur ſub idonea manuleuta relaxetur, & recte Andreas Boſch citatus *d. lib. 2. §. 12. Verſiculo acoſtuman per tots los Veguers, &c.* obſervat hanc conſtitutionem non eſſe contrariam ſuperius præfinitis, cum ea tantum loquatur de litteris cauſa recognoſcendi expeditis ad inſtantiam officialis inferioris, nos autem perſcrutemur caſum quo expediuntur Fiſco, vel parte privata adprecante.

Regens Matth. *de regim. Regni Valent. cap. 12. §. 4. num. 32.* de his litteris cauſa recognoſcendi tractatum inſtituens, & ibi de civilibus cauſis effatus inquit antiquo iure prohibitum fuiſſe ad unius ex litigatoribus querimoniam relationem concedere ex *l. fin. C. Theodeſian. de relat. & l. 2. C. Theodoſian. de appellationib.* atverò in Regno Valentino dumtaxat eſſe neceſſariam unius partis inſtantiam probat, & caſus dinumerat, quibus relatio, ſeu actorum tranſmiſſio facienda erit litteris ex mero Iudicis officio emanatis.

Sicolos hoc remedium in cauſis feudalibus à Regibus Aragonum participaſſe refert Matthæu laudans Leo *deciſ. 95. num. 13. cum ſeqq.* poſt Intriglolum, Milanenſem, Petrum Gregoriũ, Maſtrills, ac alios, & nunc ad Supremum Senatũ Italiæ proceſſus acta tranſmittuntur cauſa videndi, & recognoſcẽdi Petrus Gregor. *in tract. de cauſ. feudal. q. 36. Verſic. ad rem ſpectanda,* & hoc veſtigium à Senatu Italiæ à Supremo Aragonũ mutuatum remanſiſſe advertit idem Matthæu, *num. 36.* qui memorat has pariter litteras uſu haberi aliquãdo in cauſis ſtatus Mediolanenſis, neque in Regno Caſtellæ incognitum eſſe hoc remediũ ait, cũ ſæpè pars, quæ creditur gravata, à procedimẽtis aulæ Supremæ Criminum ad Concilium Supremũ Caſtellę recurrit, in quo cauſæ cognitio nõ aſſumitur, ſed dici ſolet *el Relator venga à hazer relacion citadas las partes*, & ea audita quæ fienda ſint Aulæ inſinuat. 7

Sanè inveni ſub die 2. Octobris 1591. in facto proceſſus cauſæ recognoſcendi in R. C. proviſæ, & litterarum Regiarum inde emanatarum ſuper facto proceſſus in Curia Criminali Civitatis Dertuſæ actitati adverſus, & con- 8

tra

tra Ioannem N. aliàs dictum lo frare delatum, & inculpatũ quod per Regentem Vicariam dictæ Civitatis fuit repertus, & captus deferens archabusium tormentarium, vulgò dictum *pedrenyal* longitudinis unius palmi parum plus, vel minus contra generales Constitutiones Cathaloniæ facta relatione per Vbach fuisse conclusum quod dictus Ioannes condẽnaretur ad servitium Regiarum triremium remigando ad decennium, & quod pro his expederentur litteræ, ac aliæ provisiones opportunæ iuxta R. C. stylum, notaque fuisse præexpressam pœnam inflictam nulla facta mentione præconiorum, sed generalium constitutionum.

9 Obiicies fortasse hasce litteras, & mãdata de quibus agimus in desuetudinẽ abiisse, respondebo tamen, me nõ negare de meo tẽpore non vidisse practicari, & ideo in Practicali Compilatione formulam non tradidi, atvero non idcirco ignota manere debet ista materia; recentia namque deficiebant similiter exemplaria consultationis interpositæ per ordinarium Regio Concilio, quibus in illo concluderetur quid declarandum esset, & nihilominus me Fisci Advocati munere fungẽte prodiit decisio relata per Calderò *tõ. 2. in additionib. ad primam par. nu. fin.* & aliæ permultæ præsertim in specie qua ordinarius non habet pœnam condignam, ut quia flagitium solum per indicia sit probatum, tunc enim iudex inferior pœnam ordinariam imponere nõ potest, ut primo tomo perspeximus, & hoc medio inferiorum iurisdictio coadiuvatur, & fontes in loco maleficii pœnas luunt, quod exemplo publico, & iustitiæ expeditioni valde congruit.

Replicabis litteras causa recognoscendi, & recursus in idem coincidere, aut inutiles istos esse, saltem qui ante sententiam interponuntur, si talibus litteris uti liceat. Attamen non perdifficilis est solutio: nam si recursus sit à procedimentis potest aliquando remedium dari oppresso, statimatque recurrit, & constat de oppressione, ut ostẽdi in compilatione practicali *tit. 19.* sed non ita quoties expediuntur litteræ causa recognoscendi; nam tunc nisi inspecto processu non valet quicquam provideri, rursus iustificari debet gravamen ut recursui à procedimentis locus sit, quando autem petitur processus ad recognoscendum nihil tale desideratur, ulterius nec recursus per arreptionem itineris cum hoc remedio cõvenit, siquidem ubi recurrens timet capi per Regium Concilium sub arresto ponitur, & si captus erat in carceribus inferioris, pariformiter Regiis carceribus mancipatur, ut habetur in compilatione practicali *tit. 20.* neutrum autem horum fit quoties recognosci per superiorẽ vult processus ordinarii.

10

Am-

11 Amplius te exaudio conquerentem, quia si huic remedio locus daretur ordinariis causarum cognitio auferetretur, neque evocatione illarum opus esset contra firmata *decis.* 1. ac peræquè eluderetur regula qua instruimur Regium Concilium in restitutione causæ recursus non posse apponere conditionem ordinariis iudicibus, quod eam declarent, & decidant quoad merita cum voto, & consilio Doctorum Senatus, sed teneatur iste super recursu simpliciter providere benè, vel malè recursum interpositum *Constit.* 57. *curiar. anni* 1599. Peguera *in prax. crimin. cap.* 22. *num.* 13. Canc. *var. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 309. Xammar. *de offic. iudic. p.* 1. *q.* 24. *num.* 21. *in fin.* Fontan. *decis.* 318. *num.* 13. *p.* 2.

12 Cui assertioni proxima est illa, nimirum Principem non posse mandare Baronibus, & eorum Officialibus ut non iudicent in aliqua causa nisi cum consilio talis personæ, quippe esset illis turbare iurisdictionem, ut ex Natta, Rossental, Mastrills, Xammar probat Cottiada *decis.* 24. *num.* 89.

13 Excluditur namque non obscurè istiusce argumenti vis, quandoquidem, hoc remedium non est recursus, sed alia Regalia Principi competens, qua non indistinctè Princeps utitur, sed difficillimè, & rarò, ut admonet Vicecancellar. Crespi *decis.* 26. *in fin.* de causis sui Regni Valentiæ, quæ vigore huiusmodi litterarum ab ipso extrahuntur, & ideo ponderat ad earum concessionem requiri magnam, & evidentem causam ob vitandas expensas, quibus subditi extra regnum vexantur, extra propriam patriam, proptiam domum, & maximè in Regia Curia ubi longe maiores sumptus in omnibus se offerunt, quibus concordat Leo *decis.* 95. *nu.* 9. *tom.* 1. ubi ait dominum nostrum Regem consuevisse in causis gravibus illius Regni ex iusta causa prædictas litteras concedere, nec dissentit Matthæu *de regimin. Regni Valent. d. cap.* 12. §. 4. *num.* 8. ubi quod huic remedio locus non sit nisi in paucis negotiis, & ex magna, ac evidenti causa, & his perpensis, atque pensatis non obsunt ex adverso considerata.

14 Prædictum remedium litterarum causa recognoscendi antiquo stylo relationum de tempore Romanorum usitatarum æquiparat Regens Matthæu nuper laudans, & in quo inter se differant iuxta recentem practicam demonstrat, expenditque varios textus Cod. Iustiniani, & Theodosian. titulorum de relationibus, & appellationib.

15 Cætera de consultationibus, & relationibus suggerunt R. Matthæu *de cr crimi. cõtrou.* 3. Escobar. *de puritat. p.* 1. *quæst.* 6. §. 7. *per tot.* Vigell. *Digestor. iur. ciuil. lib.* 7. *cap.* 10. *per tot.* DD. *ad tit. C. de Relat.* Canonistæ *in cap.* 68. *de appellat.* Barbosa *in l.* 79. §. *iudicibus*, *ff. de iudic.*

iudic. Escalon. *in gazophylac. Regni Peruſ. lib. 1. cap. 11. num. 6.* Bovadilla *in Politic. lib. 3. cap. 25. num. 116.* Valenzuel. *conſ. 70. num. 96.* & alii cumulati per Don Ferdinand. Alphon. del Aguila *ad Roxas de incompatibilit. par. 2. cap. 4. à num. 75.* nonnullos aggerat Caſtejon *in alphabeto iuridic. verbo relatio.*

Per Doctores ſupra adductos, & leges huius Principatus expenſas facillimè liquebit qualiter noſtra iura, & praxis à Romanorum ſanctionibus, & aliarum regionum obſervantia diſcrepent, & de Regno Siciliæ vide itidem Tapia *deciſ. 1.* 16

DECISIO LXXXIV.

DE ADVOCATIONE, VOTO, ET CONSILIO REGIIS SENATORIBUS INTERDICTIS.

SENATORIA dignitas non ſolum ſublimis honos, ſed & maximum onus exiſtimari debet, quapropter ut iniuncto ſibi muneri Regiæ Aud. Doctores reſpondeant aliena ab illo effugiant, ne dum de aliorum negotiis curant, & ſupererogatoria gerunt propria, & obligatoria omittant, ſed cauſæ ſpecialitate ſuadente Regia cognitione approbata conſilium, votum, & patrocinium dare non prohibentur. Ita practicatum in caſibus inferiùs numerandis. 11

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 Conſtit. unic. tit. que los Doctors de la Real Audiencia, y Conſell Real, no pugan advocar, ni aconſellar *contextus.*

2 *Summatur* Conſtit. los Doctors 20. tit. de coſas prohibidas als oficials.

3 *Licentia ad aduocandum, ſeu cõſulendum à domino Rege, ſeu eius Locumtenente Generali conceſſa prohibitio per memoratas Cõſtitutiones inducta nõ viget, & qualiter talis facultas concedatur, ac num. 4. 5. 6.* 13

7 *Sodomia crimen quomodo iudicetur in Cathalonia vbi de* Conſtit. unic. tit. de crim de ſodomia.

8 *Inquiſitores non coercent ſodomia maleficium ſi iuriſdictio ordinaria in cauſa præuenerit.*

9 *Proximè tradita aſſertio hodie abſque*

absque vlla difficultate transit, & num. 10.

11 *Casus in quibus R. Senatores de licentia Proregum votum perhibuerunt connumerantur, & num.* 12.13.14.

15 *Nemo duas, pluresve militias, vel dignitates diuersi generis, vel ordinis regulariter obtinere potest vbi rationes.*

16 *De ratione cur iudices ab aduocatione arceantur.*

17 *Iure communi potest quis Regio permissu duo officia habere.*

1 *Constitut. vnic. tit. que los Doctors de la Audiencia, y Consell Real no pugan aduocar, ni acõsellar,* fuit statutũ Doctores Regii Concilii advocati munere fungi nequire in aliqua Curia ecclesiastica, vel seculari, nec consilium dare partibus in ullis causis, quæ possint ad Regiam Audientiam devenire, sive sint præsentis Principatus, sivè extra eum; excipiendo ab hac prohibitione consulere iudicibus, seu arbitris litium ecclesiasticarum, & talibus de quibus nõ speretur decisio in Regio Concilio terminanda.

2 Adde *Constit. los Doctors* 20. *tit. de cosas prohibidas als Oficials*, qua similiter cavetur ne Doctores Regii Concilii vaccent commissionibus, aut interveniant uti Assessores, aut aliter in causis ecclesiasticis, nec Baronum, nedum civilibus, sed etiam criminalibus, & quod idem servaretur per Assessores, & Iudices Regios Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ; nisi in casu quo videretur Proregi, aut Gubernatori Cathaloniæ Vice-Regia procedenti expedite.

3 Qua super relata Constitutione inspecta procul controversia est licentia, vel ad patrocinandũ, vel ad consulendum à Domino Rege, seu eius Locumtenente generali obtenta prohibitionẽ prædictam non vigere, & plenè probat Fontanella *decis.* 207. *tot. to.* 1. ubi etiam disquirit quem locum occupare debeat Regius Senator, qui ut Advocatus ad aliquam aulam Regii Concilii prævio Regali assensu accedit, recitat Xammar *de offic. iud. p.* 1. *q.* 12. *n.* 68.

4 Hinc videmus passim practicari in domibus Deputationis, ac huius almæ Civitatis expeti pro negotiis arduis consilia Senatorũ, quæ ut assequantur solet Consistorium cuia interest implorare licentiam Domini Locumtenentis generalis, eaque habita Senatores consilium suum præstant.

5 Idem observatur quando partes desiderant lites transigi interpositis ad id Regiis Senatoribus; nam tũc illæ supplicationem porrigunt domino Proregi, & permissu decreto de transactione Regii Administri agunt.

6 Nonnunquam, si ita Regio servitio congruere videatur, Locumtenens generalis ex officio,

& abſque partis petitione ordinè in ſcriptis tranſmittit Senatoribus quos nominat ad reſecãdas lites, ſeu prætenſiones inter aliquos populos, ſive ptivatas perſonas ſuſcitatas.

7 Quoad cauſas nefandi ſodomię ſceleris adeſt aperta *Conſtit. vnic. tit. de crim. de Sodomia in primo volum. Conſtitut.* qua narrando huius criminis cognitionem in Regnis Coronæ Aragonum eſſe commiſſam Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, cumulativè tamen cum iudicibus ordinariis ſtatuitur quod prævenia cauſa per Inquiſitores contra reum huius maleficii debeat tam in conſtruendo offenſivo proceſſu, quam in defenſivo intervenire aliquis Doctor Regii Concilii, & quod eo caſu procedatur ſicut in aliis caſibus ordinariis extra delictum hæreſis, videlicet cum publicatione nominis, & cognominis teſtium, proferendoque ſententiam contra delatum cum voto deciſivo dicti Senatoris, & aliorum, qui per ſuam Maieſtatem nominati fuerint in Conſultores Sancti Officii, & facta relaxatione rei brachio ſeculari ſententia exequi debeat abſque novo proceſſu, & teſtium repetitione, quapropter concludit Cortiada *deciſ.* 30. *num.* 117. in hoc Principatu, & aliis Regnis Coronæ Aragonum ex Bulla Clementis VIII. & in Regno Luſitaniæ ex Conſtitutionibus Pii IV. & Gregor. XIII. Inquiſitores hæreticæ pravitatis cognoſcere de crimine nefando ſodomię, & beſtialitatis, & ita notari in concordia Cardinalis Spinoſa anni 1568. cap. 40. allegatis Caſtro Palao, Cantera, Simancas, Salzedo ad Bernard. Diaz, Vela, Torreblanca, Narbona, Henriquez, Aguia, Barboſa, Fermoſino, Souſa, Diana, Vela, Matthęu, qui advertit in Regno Valentiæ vocari ad has cauſas iudicandas Regentem Cãcellariam, & firmat Cortiada in Cathalonia intervenire tot Inquiſitores quot Conſultores Sancti Officii Doctores Regiæ Audientiæ, & è contra concluſionibus ad id glomeratis.

Ita Regens Cortiada in impreſſione Barcinonæ, ſed in Lugdunenſi eadem *deciſ.* 30. *nu.* 117. declarat hanc doctrinam ut intelligatur data prævention ex parte Inquiſitorum; nam ſi Regia Curia prævenit cauſa ibi terminatur, & idem annotaverat in prima impreſſione *tom.* 2. *in additionib. ad primam partem*, memorans definitione Senatus per eum adductas *deciſ.* 89. *num.* 79. & 80. 8

Sed hodie ceſſat omnis difficultas: nam à domino Inquiſitore generali de anno 1665. fuit iniunctum Inquiſitoribus quod data prævention per R. C. nullatenus ſe intromittãt in cognitione iſtarum cauſarum, vide concluſionẽ proditam ſub die 8. Iulii 1665. qua 9

in

in facto propositionis factæ per Nobilem Regentē Regiam Cancellariam circa contenta in quadam epistola per Excellentissimū Dominum Locumtenentem generalem ei transmissa unà cum alia Don Fælicis Vbago, & Rio Inquisitoris Principatus Cathaloniç fuit conclusum quod dictæ epistolæ inserterentur de verbo ad verbum.

10 Epistola Inquisitoris inclusa in missa per Protegem erat diei 4. eiusdem mensis Iulii, & continebat Tribunal istius Inquisitionis à sancta, & generali ordinem habuisse quatenus cessaret à cognitione flagitii sodomiæ in causa quam prævenerat Nobilis Iosephus Balaguer tunc I. R. C. & subiungit aliud notatu dignum, nēpe præcepisse Supremū illud Concilium Inquisitori quod notum faceret Proregi eum iubere posse exequi sententiam fustigationis ob fracturam carceris latam contra Salvatorem N. qui in Regiis carceribus detinebatur delatus de nece perpetrata in personam cuiusdam familiaris Sancti Officii super cuius necis cognitione firmata competentia pendebat inter Tribunal Sanctæ Inquisitionis, Regiumque Concilium.

11 Si autem casus quibus Regii Senatores votum præbuerunt in causis criminalibus curiarum Baronum præeunte licentia Proregis edisscere velis accipe sequentes. In facto processus criminalis, & inquisitionum receptarum, tam in Curia Vicecomitatus de Bas, quā in curia Villæ Hostalrici, & totius Vicecomitatus de Capraria, & de Bas contra Ioannem N. agricolam, & habitatorem loci Sancti Stephani de Oculo dicti Vicecomitatus de Bas in carceribus castri dictæ Villæ Hostalrici detentum delatum, & inculpatū quod secum adduxerit Bartholomęum Buygues ætatis sex, aut septem annorum filium Ioannis Buygues quond. & Annæ illius viduæ extra memoratū locum Sancti Stephani, & illum suffocaverit, & strangulaverit, & ita suffocatum proiecerit, & demeserit in aggerem molendini vulgo appellati *den Torrò* Magnifici Regii Senatores Mur, & Vbach fuerunt voti, & intentionis quod præexpressus reus subiiceretur quæstionibus, & tormentis ut veritas ab eius ore elici posset.

Postea vero die 22. Octobris 12
1584. Ferdinandus Garcia V.I.D. condemnavit ad torturam præhabitum reum dictum votum insequēdo, & die 9. Septembris 1595. visis votis per eosdem Senatores præstitis eaque sectādo iudex prefati Vicecomitatus aliam confecit conclusionem.

Similis 7. Iunii 1631. in facto 13
Fisci procuratoris Baroniatū monasterii Mōtisserrati adversus Salvatorem N. cultorem termini S. Pauli de la Guardia delatum, & inculpatum de nece per eum prodito-

ditoriè perpetrata in perſonã Pauli francigenæ eius famuli ante diẽ carniſprivii illius anni in quo caſu fuerunt voti Regii Conſiliarii accerſiti quod per procuratorẽ præmiſſi Monaſterii Montiſſerrati de cõſilio ſui Aſſeſſoris declararetur quod dictus Salvator condemnaretur quod ſubiiceretur quæſtionibus, & tormentis ut veritas ab eius ore haberetur.

14 Extat clauſula in eo voto ut ſequitur *Viſa licentia per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem generalem conceſſa Doctoribus Regii Concilii infraſcriptis pro huiuſmodi voto perhibendo.* Alia exemplaria conſimilia de meo tempore practicata producere fas eſſet, quæ præterinitto.

15 Ad ornatũ præcedentium pertinent quę de officiorum incompatibilitate Doctores ſcripſere de qua eſt ſelectus text. in *l. his quidẽ. 5. C. qui milit. poſſ. vel non lib. 12.* Roxas *de incompatibilit. p. 6. cap. 4. tot.* Leo *deciſ. 29.* Reverter *deciſ. 308.* ubi Matinis, *& lib. 1. reſolut. cap. 3 12.* R. Matthæu *de re crimin. controuerſ. 48. à num. 3.* Matthæus de Affict. *in conſtit. Neapolit. lib. 1. Rubr. 58. de offic. magiſtrat. Camerarii num. 1.* Xammar. *de offic. iudic. p. 3. q. 5. tot.* qui regulam conſtituunt duas, pluresve militias, vel dignitates diverſi generis, aut ordinis ſimul, eodemque tempore quempiam habere non poſſe diverſas aſſignantes rationes, nempè quia ſi duo officia quis exerceret duorũ vice fungeretur, quod de iure eſt incõpatibile, rurſus quoniam duobus, pluribuſve officiis, ſi unus deſervire intendat nulli, vel non niſi uni tãtum ſatisfacere poterit, tertia quia ſecundum iuſtitiam diſtributivam dividi debent officia, quarta quippe idem congruit iuſtitiæ commutativæ, quinta quia ex pluralitate perſonarum in officiis redditur reſpublica perpulchrior, & ſpecioſior, indeque apud nos *Conſt. 1. tit. que ningu puga tenir ſino un ofici de* juriſdictiò cavetur in rubro, & nigro ne quis in eadem civitate, vel oppido poſſit ſimul habere plura officia juriſdictionis.

Hinc ad allatam *Conſtit. unic.* 16 *tit. Que los Doctors de la Real Audiencia, &c.* duas conſiderat rationes Fontan. *d. deciſ. 207. num. 4.* nimirum ne advocando Regii Senatores diſtraherẽtur à præſcripto eis munere iudicum, & deinceps ne ſe voluntarie redderent ſuſpectos in cauſis patrocinando ut vellent contra ſtabilita in tit. *de recuſaciò de tots lurges.*

Hæ autem rationes, & incõ- 17 venientia non militant ubi pro certa cauſa licentia Regio Senatori conceditur ad advocandum ſicut etiam de iure communi, Regio permiſſu poteſt quis duo officia incompatibilia obtinere *l. libertus, §. præſcriptio, ff. ad municipal. l. 1. C. quemadmod. ciuil. muner.* Antunez *de donat. Reg. tom. 1. p. 2. cap. 35. num. 29.* ita etiam Principis

pis accedente licentia impermissum non erit R. Senatori patrocinium præbere; Regiæ enim meditationi datum est disquirere, & resolvere quæ rationes dictent facultatem concedere, & qualiter illa præiudicium causæ publicæ, litiumque expeditioni inferre nequeat, & de meo tempore nonnulla vidi Regia rescripta permittentia Regiis Consiliariis advocare, & consulere, secretò tamen, & non se subscribendo in causis arduis, quarum erant advocati antequam ad Regiam dignitatem assumerentur.

DECISIO LXXXV.

REGII SENATORES PROCVRATORES ESSE MAGNATVM, & aliorum prohibentur.

EADEMMET ratione qua ab advocando, & consulendo Regiæ Audientiæ Doctores removentur procuratores esse Magnatum, & aliorum interdicuntur, sic plurib⁹ patriæ iurib⁹ præscribentibus, quæ licet ambiguam aliquando habuerint interpretationem exemplaribus præcedentibus à pœna in syndicatu excusantibus; hodie tamē Regali diplomate prohibitionem præstituente omnis resecata fuit difficultas, sed non deest adhuc Maiestatis arbitrium ut in casu dispenset particulari. Ita in Regiis rescriptis statim expromendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Regii Senatores syndicati fuere ea quia procuratores erant quorundam Magnatum.*

2 Constitut. alguna 9. tit. de cosas prohibidas als Officials *tenor.*

3 *Sub nomine officii quæ comprehēdantur remissiuè.*

4 *Doctores Regiæ Audientiæ pluribus gaudent prærogatiuis.*

In generali sermone seu dispositione non veniunt ea quæ speciali nota sunt digna.

5 Constit. 1. tit. de la elecciò, nōbre, y exrmen dels Doctors de la Audiencia, y Consell Real, &c. *contextus.*

6 *Recitatur* Constit. 1. tit. de procuradors.

7 *A maioritate rationis valet argumentum.*

8 *Adducitur* Constit. sancim 15. tit. de cosas prohibidas, &c. & *num.* 9.

10 *Iura glomerantur pluralitatem officiorum in uno subiecto prohibentia.*

De

11 *De prohibitionis rationibus.*

12 *Statuta recenſentur aliorũ Regnorum quibus Regii Conſiliarii procuratores eſſe vetantur, ac num.* 13. 14.

15 *Ad ius aliorum Regnorum quando ſit recurrendum remiſſiuè.*

16 *Officialis faciens ea quæ ſui prædeceſſores fecerunt excuſatur in ſyndicatu.*

17 *Amplia tametſi factum ſit contra Conſtitutiones Cathaloniæ.*

18 *Exitus ſyndicatus vbi de Regia epiſtola prohibente Doctoribus R. Aud. & Aſſeſſoribus Baiuliæ generalis procuratores eſſe Magnatum, & aliorum.*

19 *Regio accedente permiſſu licet R. Senatoribus aliena negotia gerere, ſeu dirigere.*

20 Conſtit. 1. tit. de la elecciò, nõbre, y examen dels Doctors de la Audiencia, &c. *iterum illuſtrata.*

21 *Multorum vota integrum reddunt iudicium.*

22 *Licentia à Domino Rege conceſſa R. Senatoribus vt procuratores ſint, vel Aduocati in aliqua cauſa nulli Conſtitutioni contrauenit.*

IN viſitatione facta de anno 1636. per Nobilem Don Matthiam Vayetola, Cabanillas tunc Regentem in Sacro Supremo Aragonum Concilio pro ſyndicandis Regiis Adminiſtris, & Officialibus fuerunt querelæ expoſitę contra nonnullos Regios Senatores, eò quia procuratores erãt aliquorum Magnatum, & Baronũ contra diſpoſita in generalibus Conſtitutionibus, quare videre oportet quid in hoc puncto illæ ſtatuerint, & an ſyndicati pœnæ ſubeſſent. 1

Conſtitutiones noſtræ ſic ſe habent, & imprimis *Conſtit. alguna 9. tit. de coſas prohibidas als oficials* ibi *alguna perſona tenint ofici noſtre no goga tenir ofici de Prelat, ni de Religios, ni de richom, ni de ninguna altra perſona de qualque condiciò ſia.* & quod nemo poſſit eſſe ſimul Officialis pro domino Rege, & Barone, & quare Sigiſmũd. Deſpujol *in repertor. ad Mieres Verſic. officialis nemo pag.* 143. 2

Circa quam diſpoſitionem dubitabatur an ſub nomine officii procuratoris exercitium veniret, ad quem articulum aſpice cõſcripta *deciſ.* 14. *num.* 7. 3

Alia occurrebat difficultas, nimirum quod Doctores Reg. Aud. plurimis perfruuntur præeminẽtiis excuſſis per Xammar *de offic. iudic. p.* 1. *q.* 2. *à num.* 36. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *à nu.* 26. Praſſo *de Reg. patron. Indiar. cap.* 100. *à num.* 62. & ita videntur ſpeciali nota digni, & non ſub generali voce Regiorum Officialiũ comprehenſi, cum in generali ſermone, ſeu diſpoſitione non veniant, nec intelligantur comprehenſa ea, quæ ſpecialem notam merentur niſi expreſſa fiat mentio *l. in teſtamento, C. de teſtament.* 4

& ibi ordinarii Tusch *practicar. litt. P. verbo priuilegium conclus. 763. num. 8.* Roxas *decis. 31. nu. 20.* Larrea *allegat. fiscal. 10. nu. 7.* Andreol. *controu. forens. 1. nu. 9.* Citoch. *disceptat. 54. num. 38.* & ita obseruamus iura nostra quoties Doctores Reg. Aud. comprehẽdere voluerunt de eis specificam feciſſe mentionem, ut per non pauca exemplificari valeret, & præcipuè per relata *decis. præcedenti num. 1. & 2.* vide amplius tradenda *in compilatione practicali tit. 34. num. 34. pag. 320.* quamobrem expendebatur Regios Consiliarios non explicatos in memorata constitutione neutiquam comprehendi.

5 Atverò oberat positiva *Const. 1. tit. de electio nombre, y examen dels Doctors de la Audiẽcia, &c.* ibi *E mes volem que los demunt dits Canceller, Vicecanceller, Regent la Cancellaria, vuyt personas, è dos Iutges de Cort no pugan aduocar, ni pendrer pensiò de aduocaciò alguna, ni tenir altre ofici* quæ solum hæsitationem admittebat voculæ *ofici.*

6 Vlterius *Constit. 1. tit. de procuradors* præfinitur ibi *per euitar suspicions ordenam, è statuim ab aprobaciò, è consentiment de la present Cort, que algun familiar, ó domestic de algun Doctor del nostre Concell, ò començal, ò prenent soldada no gos, ni li sia permes directament, ò indirecta, en pales, ò en secret procurar, ò rahonar algun litigant en qualseuol causa, ó causas que se hajan à decidir en la nostra Real Audiencia* ad cuius cõstitutionis exornationem ponderabantur *l. 1. C. ne liceat potentiorib. vbi Sichard.* ibi *quæ fiunt à coniunctis, seu familiaribus ea præsumuntur fieri cum consensu dominorum* concinit Mieres *ad Constit. 1. que no sia licit cessionar. collat. 6. cur. Reg. Petri Montissoni cap. 3. num. 4.*

Accedebat argumẽtum à maioritate rationis quod in iure validum existimatur Everard. *in topic. legal. loco 66.* Barbosa *in loc. communib. argument. loco 67.* Ricc. *collectan. 2802. & variar. resolut. cap. 17.* si enim domesticis procuratoris ministeriũ interdicitur, multò maiori ratione prohibitum censeri debet Regiis Senatoribus. 7.

Insuper adducebatur *Constit. Sancim 15. sub eodem tit. de cosas prohibidas, &c.* qua cavetur Vicarios, Baiulos, Assessores, ac alios quoscumque Officiales, & eorũ tenentes, aut aliquos de eorum domo, & familia non admittere procuratorium munus, aut commissiones alterius personę super reditibus, aut aliis iuribus, quæ colligi debeant in illorum districtu. 8

Cæterùm Constit. 1. elidebant Regii Senatores extra casum contentiosum esse expendentes, & Constitut. 15. de illis non loqui demonstrantes. 9

Vtroque autem iure prohibitionem niti accusantes insistebãt, Canonico scilicet *cap. quia in tan-* 10

tum de præben. cap. cum singula eodem tit. in 6. cap. 1. de consuetudin. eodem lib. Can. volumus Can. diaconus can. quia in quibusdam can. docenter. can. vlt. 89. distinct. quæ pluralitatem officiorum in uno concurrere detestantur, ex iure civili *l. libertus 12. §. præscriptio temporum 2. ff. Ad municipal. l. his quidem 5. C. qui militar. poss. lib. 12. l. hac parte 10. C. de proxim. Sacro Scrinior.*

11 Rationes inductivas congerebant easdemet quas præcedenti decisione referavimus, nempe ne distraherentur Senatores aliis intenti negotiis ab eis ex præscripto sui officii, & dignitatis illis incumbentibus, aque Regaliarum tuitione & quia Regia Audientia instituta fuit pro pauperibus contra potentes, magnates, divites, pro viduis, orphanis, pupillis, religiosis, & advenis Oliba *de iure fisci cap. 11. num. 44.* Bosch *tit. de honors de Cathalunya lib. 2. cap. 36. §. 36.* qui scopus frustraretur si præsidium quod pauperes protelare deberet propugnaculum fieret potentiorum.

12 Muniebantur exteris statutis, siquidem in Regno Neapolis leguntur duæ Regiæ Pragmaticæ compilatæ à Carolo Tapia *tit. Ne officiales officia à Baronibus petant*, qui est *tit. 30. lib. 2. pag. 381. & seq.* per quas Pragmaticas stabilitur Officiales Regios, & eorum consanguineos obtinere nequire officia Baronum, & Thoro in *compendio decis. in verbo Officialis Regius* tenet Officiales Regios non posse esse procuratores generales alicuius Baronis absque licentia Proregis.

Itidem Tapia d. libro, & titulo refert Pragmaticam invictissimi Imperatoris Carol. 5. vetantem Consiliarios, seu Officiales Regios esse Baiulos, seu procuratores alicuius Baronis, sive alterius ad exercendam iurisdictionem alicuius privati. 13

De Regno Siciliæ testatur Marius Cutel. *ad ll. Martini in Cod. leg. legũ sicul. c. 27. nota 27. n. 3.* prohiberi Ministros Regios esse procuratores, & in rebus magnatũ præcipuè agentes, talemque prohibitionem ex Pragmaticis, & Regiis diplomatibus derivari, quæ tamen, ut enarrat, punctim non servantur. 14

Ad ius aliorum Regnorum quando recurratur, præsertim si vicina sint exponitur in *cap. super eo 22. de censib. cap. statuimus de maiorit. & obedièt.* Cabedo *decis. 211.* Gutierres. *practicar. cap. 17. num. 215.* Mascard. *de statut. conclus. 2. nu. 123.* Vicecãcellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat. 9. art. 2.* Oliba in §. *fuerat de actionib. num. 27. fol. 360.* Fontan. *decis. 3. num. 20.* 15

Ab obiecto crimine Regii Senatores se defendere conabantur, nedum perpẽdentes non obloqui 1

supra

supra intextas Constitutiones ob rationes iam discussas, sed etiam quippe plures recitabantur casus, & Senatores qui procuratorium munus gesserant, & propositio indubia circumfertur officialem facientem ea quæ sui prædecessores fecerunt excusari in syndicatu Berart *de visitat. cap. 25. num. 75.* Cãc. *var. 3. cap. 12. num. 220.* Salgado *de supplicat. ad Sanctissim. 2. p. cap. 20. à num. 41.* Giurba *consil. 72. à nu. 2.* Fontan. *tom. 1. decis. 295. nu. 8. decis. 459. num. 20. decis. 356. nu. 12.* Solorza. *de iur. Indiar. lib 2. cap. 24. num. 82. & cap. 14. num. 54.*

17 Quæ regula procedit etiam in terminis Constitutionum Cathaloniæ Fontan. *decis. 356. num. 2.* Xammar *de offic. iudic par. 1. q. 21. num. 30.* Mieres *in cur. Barcinonæ Reg. Ferdinan. cap. 6. num. 6.* pro cuius doctrinæ veridica intelligentia adeas indagata *decis. 11. à num. 2.*

18 Ex quibus, & aliis Regii Senatores fuerũt in iudicio syndicatus absoluti, sed longum post tempus Regio diplomate expedito 24. Octobris 1670. fuit iniunctum quatenus à cætero Doctores Regiæ Audientiæ, & Assessores Baiuliæ generalis Cathaloniæ non admitterent procuratorium exercitiũ, aut administrationes Magnatum, Titulorum, & personarum particularium, & illicò dimitterent qui haberent.

19 Sed tamen iustis, & urgentibus de causis postea Sua Regia Maiestas dignata fuit ad partis petitionem memorato Regio decreto dispensare, ut evenit in Regio rescripto edito 22. Octobris 1686 quo adprecãte primi fastigii Magnate fuit mihi elargitum illius negotia dirigere, & procurate, & adhuc ea facultate utor.

Hinc in *Constitut. 1. tit. de la elecció dels Doctors de la Real Audiencia, &c.* reservavit sibi Dominus Rex facultatem conferẽdi Regiis Senatoribus alia officia dummodò non essent incompatibilia. 20

Neque præiudicium litigantibus ex hoc permissu, sicut ex advocatione infertur; nam supposito, ut ita est, Regios Consiliarios in causis personarum, quarum sunt procuratores, vel pro quibus patrocinium præbent non intervenire non est cõsiderabile damnum quod partibus irrogatur, & enodatis *num.* 10. adiici posset, videlicet auferendi votum illius Senatoris in quo nocumentum reperierunt scribentes nostri ex trito principio, scilicet integrum esse iudicium quod multorum sententiis comprobatur *cap. prudentiam Versicul. illis quippe de offic. delegat' Clement. 1. §. quod autem de sentent. excommunic.* Mantic. *decis. 344. num. 2.* Fontanella *decis. 3. num. 23.* 21

Etenim præterquam quod hoc præiudicium venit in consequentiam, ideòque non attendi- 22

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rur, ex adductis *decis. 69. num. 17.* ut alibi exposui, quando Reges nostri ob inclytam suam clementiam voluerunt sibi abdicare facultatem removendi Regios Senatores ab interventione, & voto in aliqua causa id expresserunt ut habetur in *Constit. 5. tit. de recusac.* *de tots Iurg.* quam plenè percurrit Fontanella *d. decis. 3.* cum autem licentiam concedendi Regiis Senatoribus pro advocando, vel procuratione, aut directione præstanda in certa causa auctoritatem sibi Princeps non abstulerit, nefas de ea erit dubitare.

DECISIO LXXXVI.

DE DELEGATIONIBVS, ET LITTERIS REQVISITORIIS.

DELEGATVS propriè is est qui in sibi commisso negotio omnimodam iurisdictionem à iudice delegante accipit, & ita si Regium Concilium de causa militis commissa specialiter per Ducem belli iudicet uti delegatus procedit, è converso autem si delegetur ad executionem qui iure proprio iurisdictionem habebat in exequendum, appellatio ad superiorem exequentis interponitur, si verò nulla ei competebat cognitio appellatur ad superiorem delegantis. Ita Senatus in casibus infra recitandis ubi plura de iudice requisito, & de materia *cap. pastoralis de off. iud. deleg.*

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Casus, & num. 2.*

3 *Similis contingentia in Regno Neapolitano.*

4 *Commissio per quam iurisdictio ordinaria tantum excitatur non est delegatio.*

5 *Delegationis vera diffinitio.*

6 *Omnino delegantem representat delegatus.*

7 *Vsus iurisdictionis in delegato existit cum præeminentia, & superioritate delegantis.*

8 *Exitus causæ.*

9 *De quæstione an quando iudex requisitus in executione aliquem grauat sit appellandum ad superiorem iudicis exequentis, vel ad superiorem iudicis qui requirit.*

10 *Delegatus ad executionem non admittit exceptiones contra sententiam, neque cognoscit.*

Intellige in inferiore iudice, non inter pares, & qui iure proprio exequuntur vbi de interpretatione

ne

ne cap. pastoralis de offic. & potest. iud. delegat.

11 *Cognitio iudicis requisiti de exceptionibus quæ coram eo proponuntur est incidenter tantum, & per modum causæ, scilicet ad effectum concedendi vel denegandi manum suam, non vero ad finem pronuntiandi super huiusmodi exceptionibus.*

12 *Executor merus nõ cognoscit vllo modo de exceptionibus coram eo oppositis.*

13 *Si nullitas, seu iniustitia sententiæ exequendæ est notoria etiam merus executor habet cognitionem ad manum denegandam.*

14 *De articulo an iudex requisitus ad sententiæ executionem teneatur exequendum citare.*
In executione sententiæ latæ in alio Regno facienda in nostro Senatu citanda est pars exequenda.

15 *Variæ distinctiones brachii, & assistentiæ à Doctoribus circumferuntur.*
Vbi de iniustitia iudicis ecclesiastici constat iudex secularis familiam aduersus clericum concedere non tenetur.

16 *Quando licet propria auctoritate aliquid facere, & ad eam exercendam quis petat assistentiam iudicis, seu suæ familiæ debet ei concedi absque partis citatione, veluti si de facultate constet per publicum instrumentum guarētigium.*

17 *Ecclesiasticus, & spiritualis gladius sibi mutuò suffragari debēt iuris scrupulositatibus prætermissis.*

18 Constit. 2. tit. de invocació delbras secular *solemnitatem citationis personæ exequendæ in iudice requisito videtur dispensare.*

19 *Per* Constit. 2. tit. de lletras requisitorias *subsidiarum litterarum executio præcipitur, & quomodo.*

20 *Executio facienda in Cathalonia sententiæ criminalis latæ Tholosæ traditur remissiuè.*

21 *Nouitates non facilè amplectendæ, & quare Senatus se abstineat ab executionibus quæ sibi à Romana Curia contra clericos committuntur.*

EXcellentissimus D. Comes de Melgar sub die 13. Octobris 1688. Proregis munus tunc moderans, nunc verò Almiratus Castellæ (cuius admiranda sublimia gesta alibi retuli) præceperat Nobili Francisco de Rius, & Bruniquer eo tempore I.R.C. quatenus inquireret super crimine perentiũ pecunias cum litteris incussio metu alicui istius Civitatis, de quo maleficio imputati erant quidam iurisdictioni ordinariæ subditi, & alii de foro militari, & iussit quod contra utriusque fori reos (ex speciali delegatione quoad militares) iudicaret Regium Criminale Concilium Relatore remanente memorato de Rius, & ut de mente, & delegatione Principis constaret epistolam prædicta enarrā-

tem

tem nobili Regenti Regiam Cancellariam misit, quæ in processu consuta fuit.

2 Instructo processu, & publicata contra militem sententia, qua arbitrarie puniebatur ex discussis *decis.* 48. *num.* 1. supponendo supplicari posse per reum; inopinatum incidit dubium, an scilicet alicui Doctori R. A. civilis causa committenda esset, iuxta indagãda *in compilat. practic. tit.* 18. an vero in gradu supplicationis iudex militaris cognoscere deberet.

3 Resolvi valebat istud dubium ex indagatis per Præsidem Donatum Antonium de Marinis *decis.* 556. *& seq.* ubi recitat in causa Ducis Suessæ cum Marchione Turris maioris commissa à sua Cæsarea Maiestate Don Petro Toletano Regni Neapolis Proregi, ac Regiam Cancellariam Regentibus tunc extantibus, & futuris cum lata esset sententia ad fauorem Marchionis appellavit Dux ad suam Catholicã Maiestatem prætendens Regentes in secunda instantia amplius intervenire non posse eo præsupposito quod in prima fuerint iudices delegati.

4 Ex adverso replicabatur quod cum Regentes iudices essent ordinarii per illud commissionis rescriptum solum fuerat eorum iurisdictio excitata, non autem delegata ex text. in *cap. lites in corrigendis vbi omnes Canonistæ de offic. iud. ordin.* & addas allegatis à Marinis Amato *resolut.* 65. *num.* 18. Franchis *decis.* 143. *num.* 8. Cottiada *decis.* 10. *nu.* 33. 35. *&* 36. Barbosa *de dictionib. verbo committimus* 61. *& dict.* 196. *num.* 4. Blas Altimar. *de nullitat. rubr.* 10. *q.* 17. *à num.* 48.

5 Aliæ denique rationes hinc, inde in causa Marinis producebantur ad dispiciendum, an commissa iurisdictio esset ordinaria, vel delegata, at in thesi nostra indubie delegata erat quoad milites, ut rescriptum apertè decantat, & à iure depromitur, siquidem omissis pluribus delegationis diffinitionibus quas excogitarunt Doctores congesti à Don Gabriele de Pareja *de instrument. edit. tit.* 5. *resolut.* 5. *à nu.* 5. *ad.* 10. Don Emanuel Gonzales Tellez *in commentar. ad lib.* 5. *decretal. cap.* 11. *de offic. & potest. iudic. delegat. num.* 5. vera expositio ea est, nempe iudicem delegatum illum dici cui cõmittitur cognitio, & executio causę non ut sua authoritate quid agat, sed ex tributa per delegantem, ut proxime allegati authores adstabilierunt.

6 Quapropter delegatus omninò delegantem repræsentat, itaut in eo dumtaxat resideat usus iurisdictionis sibi delegatæ Sperell. *decis.* 126. *num.* 45. Gratian. *discept. forens. cap.* 111. *à nu.* 72. Francisc. Merlin. *de Brach. secul. cap.* 6. *num.* 11. Bovadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 9. Gutierres *de matrim.*

trim cap. 63. nu. 29. Bellon. *de mandat. iurisdict. d. cap. 3. num. 5. q. 9.* Molin. *de iustit. & iur. tom. 6. tract. 5. disput. 26. num. 1.* Altimar. *de nullitat. rubr. 10. q. 17. num. 66.*

7 Vsus autem iurisdictionis in delegato existit cum præeminentia, & superioritate delegatis respectu aliorum iudicum, & tribunalium, sive Principis sit iurisdictio, sive inferioris magistratus Gonzales Tellez *ad d. cap. 11. num.* 5. Ansald. *de iurisdict. eccles. p. 2. tit. 11. cap. 30. num. 40. cum seqq.* Graffis *de effect. clericat. effect. 1. num:* 500.

8 Delegationis ergo proposita diffinitio optimè adaptabatur in themate supra expresso cognitioni per Proregem Regio Concilio tributæ, cum nullam citra delegationem haberet in militem, ut sæpe hoc in opere fit mavi, quare ad resecãdas difficultates fuit per Excellentissimum Proregem remissio reo facta proportionato pacto iniuncto, quæ non prætermittere libuit ut scias quam periculosum sit novitates introducere, cum eis admissis, in scopulos incidas non opinatos, de quo pũcto recurre ad constituta *decis. 23. num. 30. & seq.*

9 Circa ea quæ supra affirmavi tenens iudicem delegatum nihil propria authoritate facere, sed ex ei communicata per delegantem revoluenda est quæstio à Doctoribus controversa, nimirum quãdo iudex requisitus in executione aliquem gravat ad quem sit appellandum, an ad superiorem iudicis exequentis, an verò ad superiorem illius iudicis qui requisivit, hanc disceptationem tetigi in additionib. *ad prax. ciuil. Peguer. Rubr. 27. à num. 227.* ubi cum decisione Senatus probavi appellationẽ interponendam esse ad superiorem iudicis exequentis, si talem executionem faciat iure proprio, non vero si exequatur ut delegatus alterius iudicis.

Scias itidem delegatũ ad exe 10
cutionem non admittere exceptiones contra sententiam, neque cognoscere *cap. pastoralis in fin. de offic. deleg.* quæ intellige in inferiore iudice, non inter pares, & qui iure proprio exequatur, cuiusmodi est iudex secularis quando ab ecclesiastico requiritur, ut in laicum executionem faciat Canc. *var. 3. cap. 19. nu. 16.* & antea *num.* 3. docuit quod iudex secularis requisitus ab ecclesiastico est mixtus executor, non merus; cum licet ecclesiastica potestas sit maior seculari ad sententiarum executionem authoritatem habent æqualem quicquid Canc. impugnando dicat Pereyra *de man. Reg. tom. 2. lib. 2. tit. 8. cap. 5. num. 7.* concordant Monach. *in cap. si eo tempore de rescript. in 6.* Alciat. *in cap. 1. de offic. ordin.* Gigas *de crimin. læsæ Maiest. tit. qualiter in crimine læsæ Maiestat. procedatur* Belluga *in speculo Princip. rubr. 20. §. tractandum*

Iacob.

Iacob. de Graffis *in decis p.* 1. *lib.* 2. *ap.* 10. Navarr. in cap *cum contingat remed.* 1. *de rescript.* Suarez de Paz *tom.* 2. *pract. in prælud. num.* 7. Gail *lib.* 1. *observat.* 115. Azevedo *lib.* 15. *num.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ recopilat.* latè Farinac. *in prax. q.* 97. *à num.* 67. Franciſc. Molin. *de brach. ſecul. cap.* 11. *à num.* 15.

11 Hæc verò cognitio iudicis requiſiti de exceptionibus, quæ coram eo proponuntur eſt incidenter, & per modum cauſæ tantum, ſcilicet ad effectum dumtaxat dãdi auxilium requirenti vel non, ſeu exequendi, aut non illius ſententiam, non autem ut ſuper exceptionibus pronuntiet, & ideò ſi videat eas obſtare nihil aliud facit quam ſuperſedere in conceſſione manus ſuæ, Canc. *var. p.* 3. *cap.* 19. *num.* 14. variè diſtinguit Percyra *domam Reg. tom.* 2. *lib.* 2. *tit.* 8. *d. cap.* 52. *n.* 18. perbellè Altimar. *de nullitatib. lib.* 1. *q.* 22. *tit. coram quo poſſit nullitas num.* 20. poſt relatas pugnantes Doctorum ſententias inquit ſemper ei placuiſſe dicere poſſe iudicem requiſitum cognoſcere de nullitate, vel notoria iniuſtitia, non ad finem cognoſcendi de meritis cauſæ, ſed ad finem cõcedendi, vel denegandi brachium petitum, & ſic utramque opinionẽ certiſſimam eſſe, & quod poſſit cognoſcere, ut tenent innumeri laudati per Merlin *controuerſ. to.* 2. *cap.* 98. & quod nequeat cognoſcere de meritis ad effectum ut ſuper illis pronuntiet: nam alioquin ſequeretur quod iudex inferior infringeret ſententiam ſuperioris, ſive paris contra *l. nam. & magiſtratus de recept. arbitr.* Regẽs de Ponte *deciſ.* 13. *nu.* 2. Myoſing. *obſeruat. centur.* 3. *obſeruat.* 69. *num.* 1. Oliba *de iure fiſci cap.* 15. *num.* 36. *Verſicul. in cauſis ciuilib.* Cailev. *diſput.* 17. *num.* 15. ubi deciſum per Sacrum Cõcilium refert Scialoya *de for. competent. cap.* 54. *num.* 37. ſequitur Carol. Anton. de Luca *ad Gratian. in animaduerſ. ad cap.* 146. *num.* 10. & per hæc intellige relata ſupra *deciſ.* 70. & attende ſubnectenda *num.* 14.

Indagatio iſta tota ſiſtit in diſ- 12
querendo an iudex requiſitus ſit mixtus executor, qui in reum habeat iuriſdictionem, vel ſit executor merus, cui nulla competat iuriſdictio in exequendum, vel ratione perſonæ, quia iſta ſit eccleſiaſtica, & iudex requiſitus laicus, vel ratione rei, veluti ſi iudici laico quicquam committatur excõmunicationem concernens, de qua nullatenus cognitionem habet etiam incidẽter, & modo nuper explicato, qui tantum applicatur iudici mixto, non mero, ut numeris præcedentibus enumerati authores dilucidant.

Quæ tamen nõ indiſtinctè pro- 13
cedunt; nam ſi nullitas, vel iniuſtitia ſententiæ exequendæ eſt notoria etiam merus executor habet cognitionem ad manum retrahẽ-

dam,

dam, seu denegandam Canc. *var. p. 2. cap. 15. à num. 35.* qui *num. 65.* probat idem operari notoriam iniustitiam quod nullitas notoria, vide alios allegatos in *addit. ad praxim ciuil. Peguer. Rubr. 29. num. 75. & seq.* & eundem Peguera *decis. 184.* præclarè Merlin. *cõtrouers. forens. tom. 2. cap. 98. tot.*

14 Inde exagitant scribentes an iudex requisitus ad sententiæ executionem teneatur exequendum citare. Sanè Otiba in *Vsatic. alium namque de iure fic. cap. 15. num. 76.* affirmat in quocumque auxilio petito esse necessariam citationẽ partis contra quam petitur, & iudicem secularem executoris vices gerentem summariè cognoscere debere, & tantummodo ad aliqualem sui instructionem quatenus latens nullitas, seu iniustitia detegatur, non ut probationes recipiat, neque ut pronuntiet, vel interloquatur, sed ut condemnatum tantummodo moneat ad dicendum causam quare non debeat exequi sententia, sicque adhibendo tantummodò qualem qualẽ cognitionẽ, velo scilicet levato ex bono, & æquo docet expressim Merlin. *tom. 2. discep. 98. num. 41.* post Cynum, ac Bartol. Rebuff. *ad Constit. Gall. tract. de litter. requisit num. 22.* Didac. Perez *ad l. 4. tit. 1. lib. 3. ordinat. verbo inuoque ayuda* Farinac. *d. q. 97. nu. 74.* Aviles *in cap. prætor. verbo vsurpet num. 20.* Molin. *de brach. secul. lib. 2. cap. 25. nu. 19. & 26.* ac præ cæteris commendat Canc. *lib. 2. variar. resolut. cap. 15. num. 14. & seqq.* & *lib. 3. cap. 19. num. 3. & 12.* sequitur Portoles ad Molinum, §. iudex *num. 148.* Pereyra *de man Reg. tom. 2. lib. 2. tit. 8. d. cap. 52. num. 18.* qui *num. 23.* contra Cancer defendie ad nudam etiam assistentiam requiricitationẽ Xammar *rer. iudic. p. 2. defin. 101. à num. 4.* ubi probat executionẽ sententiæ in alio Regno nostri Monarchæ latæ si vigore litterarum executorialium, & requisitoriatum ad Regium Senatum huius Principatus trãsmissarum in ea fieri petatur, non aliter practicari debere, nisi citatione expedita per eundem Senatũ, & præmissa cognitione causæ an executioni locus sit.

Variæ distinctiones brachii, & 15
assistentiæ excogitantur à Doctoribus, & coincidunt cum his quæ de requisito iudice exequẽte sententiam requirentis hic disseruimus, nam & in his terminis de brachio, seu manu Principis loquuntur, & vocabula cõfundunt, ut eis attentè perlectis servabis, veluti invenies in *compilat. practic. tit. 34. in animaduersionib. à nu. 23. pag. 317.* & peroptime posset ad scopum trahi Cassiodori sententiosum dictum *de anima in exordio* ibi *oportet prius nominum similitudines quasi ramos obuiantes abscindere, ne semitam disputationis nostræ, vocabulorum consonantiũ syl-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ua, vmbrosis imaginibus videàmur intexere videnda. Pereyra *de man. Reg. tom. 1. prælud. 1. & tom. 2. lib. 2. tit. 8. cap. 51. num. 8.* profectò in confirmationem adductorum *num. 13.* etiam in brachio facti defendit Canc. *p. 3. cap. 19. num. 24.* ubi de iniustitia iudicis ecclesiastici constaret nec familiam adversus clericum iudicem secularem concedere teneri.

16 Ibidem autem Canc. *num. 25. & 26.* subiungit quod si liceat etiam privato aliquid facere propria authoritate, & ad eam exercendam ut urbanius se gerat petat assistentiam iudicis, sive suæ familiæ, aut ipsius associationem debet ei concedi absque partis citatione, & exemplificat, si de tali facultate constet per publicum instrumentum guarentigium.

17 Hoc unum semper præ oculis habendum non nimis desidiosè manum Regiam esse iudicibus ecclesiasticis impertiendam Riccius *p. 3. collectan. 1990. & 2084.* Anguian. *lib. 3. de legib. controu. 32.* Pareja *tit. 2. de edit resolut. 8. à num. 5.* Miñano *tract. 2. Pontif. iurisd. q. 6. §. 4. sect. 8. & seq.* proclamant enim iura ecclesiasticum, & temporalem gladium sibi mutuò suffragari debere *cap. dilecto de sent. excommunic. in 6. can. princeps seculi can. administratores 23. q. 5. cap. cum Episcopus de offic. ordin.* prosequitur Merlin. *controu. forens. tom. 2. d. cap. 98. à num. 1.* post Canc. *var. p. 2. cap. 15. num. 2.*

Hinc *Constit. 2. tit. de inuocac.* 18
delbras secul. de qua *in compilat. d. tit. 34. à num. 20. animaduers.* ubi agitur de iudice seculari requisito ad exequendam sententiã ecclesiastici (& de ea tractando in sententia contentionis *d. tit. 34.* recitanda petere debere assistentiam iudicem ecclesiasticum advertitur) ibi *hagen, y sian obligats essent requests de fer execució* citationis solemnitatem videtur dispensasse dum dicit eadem Constit. ibi *è si la execució sobredita no se porà fer lo dit Iutge seglar haja de fer relació al ecclesiastic del impediment perque no ses pogudafer,* quę omnia denotãt apices iuris in hac re fuisse explosos, & valde summario examini iudicis requisiti fuisse commissum an executioni sit locus, vel manus Regia deneganda investigare ad Concilii autem Tridentini *sess. 25. de reformat. cap. 3.* & sic pro materia *d. Constitut. 2.* vide Salzedo *in praxi cap. 149. num. 5.* Avalos *in director. iudic. eccles. cap. 13. num. 37.* citatos per Pereyra *de man. Reg. d. tom. 2. lib. 2. tit. 8. cap. 52. nu. 14. Versic. respondetur.*

Similiter in *Const. 2 & seq. tit. de* 19
lletras requisit. de quibus Canc. *var. p. 2. cap. 15. num. 65.* propter damna, quæ in dies experiebantur ob recusationem Officialium ordinariorum Regiorum, & Baronum in exequendis litteris subsidiariis ab aliis curiis emanatis, &

à iu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

à iudicibus emphiteuticariis fuit ſtatutum, quod præfati Officiales tenerentur in executionem deducere proviſiones executivas, & alias per iudices ordinarios factas Regios, & Baronum, iudiceſque emphiteuticarios.

20 De notabili caſu criminali ad inſtitutum Michael Ferrer 3. *p. obſeruant. cap.* 339. ubi invenies fuiſſe peractum de executione ſẽtentiæ criminalis latæ Thoioſæ, & ſic per alium iudicem, & Regem, & diſceptatum extitiſſe an poſſit, vel debeat fieri in Cathalonia, & ita per alium Regem, & non omittam (ut ad noſtrę deciſionis exordium redeam) quando aliquid noviter intenditur vix eſſe quod inopinata non emergant inconvenientia, ut in caſu à num. 1. relato comperimus, & memoror de meo tempore incœpiſſe emanare à Romana Curia litteras directas Regiæ Audiẽtiæ pro executione facienda adverſus clericos, & quia paſſim occurrebant difficultates Regiæ Audientiæ authoritati non parum præiudiciales, ſe abſtinuiſſe poſtea Senatum à ſimilibus executionibus. 21

DECISIO LXXXVII.

DE ADVOCATIS, ET MALI CONSILII PVNITIONE.

ERROREM appetit qui in ponderoſis negotiis conſilium non petit, propterea præcellens, & valdè laudabile Advocatorum munus extollitur, qui non ſolum ſibi ſciunt proſpicere, ſed etiam ſui inſtituti præcipuũ habent ut alios quoque tueantur, & bono conſilio confirment, at ſi malè conſulant remedium in venenum convertunt, incolumitatem in exitium, & aliquando Rempublicam, quam religiosè ſuum officium obeuntes ſalubriter erant propugnaturi in deplorabilem ruinam perducunt, quare meritò nonnũquam in civilibus litibus calumnioſi patroni expenſas ſolvere coguntur, & interdum criminali ultione, ſi dolus detegatur, iuxta eius gradus coercentur. Ita Senatus in caſibus infra exponendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Conſpicuum Aduocatorum munus proponitur.*

2 *Ad patrocinium præſtandum compelli poſſunt.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Eis incumbit Regis quæ sunt defendere scriptis, vti militibus armis.

3 *Qualis debeat esse Aduocatus, & eius conscientia.*

4 *Aduocatus qui scienter, & dolosè patrocinatur expensas sustinet, & quandoque diriùs plectitur, etsi pro Fisco postulet.*

5 *Consilium neminem obligat regulariter in contractibus, nisi sit dolosum, secus in delictis. Enodantur,* l. consilium 147. ff. de regul. iur. cap. nullus ex consilio de reg. iur. in 6.

6 *Regii Consiliarii qualiter teneantur ex consilio, & quomodo depulsa formidine, prudenter tamen consulere debeant, & num. 7. vbi veritas commendatur, & adulatio refellitur.*

8 *Iudex si aliquid iniustè facit de consilio sui Assessoris à superiore sibi dati excusatur in syndicatu, secus si ipse eum assumpserit, at nusquam malum consilium inultum remanet.*

9 *Quæ requirantur vt consilium obliget in delictis, & num. 10.*

11 *Ad quæd obstringatur qui delictum consuluit vt illud euitet.*

12 *Nefarii Aduocati detestabilia enormiter moliuntur.*

13 *Refertur supplicium calumnioso prauo Aduocato irrogatum.*

14 *Senatus decisio qua in ciuili lite Aduocatus fuit in expensis condemnatus.*

15 *Aduocatus qui manifestum scelus consulit arbitrariè animadvertitur, vbi Senatus decisio.*

16 *De his qui mala consilia affectãt, & assequuntur, exindeque dantes, & accipientes prolabuntur.*

17 *Effugientes superiorem consulere, vel non sinteré, & distinctè factum exponentes improbantur.*

18 *Consultatione pendente nihil est innouandum, & quomodo hæc regula intelligatur.*

ADvocatorum officium cõspicuum, nobile, pluribusque prærogatiuis decoratum effulget Baeza *de inop. debit. cap.* 16. Garcia *de nobilit. glos.* 35. *à num.* 15. *& glos.* 48. §. 3. *num.* 75. Pareja *tit.* 10. *resolut.* 2. *num. fin.* Bovadilla *lib.* 3. *politic. cap.* 1. *num.* 56. & *cap.* 14. *à nu.* 56. Riccius *p.* 6. *collectan.* 1206. prosequitur Xammar *de offic. iud. p.* 2 *q.* 2. *tot.* Cassiodor. *lib* 1. *variar.* 12. Olea *de cession. iur. tit.* 3. *q.* 11. *á num.* 1. Parladot. *lib.* 1. *quotidiã. cap.* 2. *num.* 20. qui denuò citati in eorum laudibus diffunduntur Fontanella *decis.* 155. *à num.* 3. qui eos ad Senatoriam dignitatẽ promouendos esse probat Ioann. Connã. *lib.* 1. *commentar. cap.* 15. *num.* 1. Benius *priuileg.* 59. ubi quam honorandi sunt à iudicibus Hermosilla *in prolog. p.* 5. *gl.* 2. *num.* 91. Eximius Iurisconsult. Don Ludovicus de Exea *in discursu Ecclesiæ Cæsaraugustan. p.* 3. *num.* 37. Barbosa *in votis decisiu. tom.* 2. *lib.* 3. *vot.* 76. *ex nu.* 72. qui perpendunt Advocatos esse

esse Iudicum associatos, seu adiunctos.

2 Adeòque necessarium est illorum munus ut patrocinium exhibere teneãtur, & ad hoc compelli possint Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *nu.* 5. Bovadilla *lib.* 3. *Polit. cap.* 14. *à num.* 56. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. cas.* 369. qui quomodo facienda sit compulsio exponunt, & advertãt quod eis incumbit Regis quæ sunt defendere scriptis, uti militibus armis Solorzan. *lib.* 1. *Politicor. cap.* 9. *fol.* 37. *Versic. Digo.*

3 Debet autẽ advocatus esse verus in sermone, iustus in iudicio, plenus in consilio, cautus, & prudens in patrocinio Xãmar *de offic. iudic. p.* 2. *q.* 2. qui permulta aggerat adversus nimis loquaces, & verbosos, avaros, cavillosos ac turbulẽtos & *q.* 8. *num.* 15. ac passim ubi quod si advocatus in progressu causæ repererit eam esse iniquam, & non dimittat tenetur ad restitutionem omnium damnorum adversario, & clienti suo, si nõ monuit de causæ iniustitia, de quibus omnibus articulis Solorzano *tõ.* 2. *de iure Indiar. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 8. Robert. *lib.* 2. *rer iudicat. cap.* 19. *fol.* 202. *& seqq.* Gutierrez *lib.* 1 *pract. q.* 26. *&* 27. Pareja *de instrument. edit. tit.* 20. *resolut.* 2. *num. fin.* Fontanella *decis.* 154. *à num.* 18. Sanchez *lib.* 1 *summæ cap.* 9. *à n.* 49.

4 Quamobrem advocatus qui scienter, & dolose patrocinium præbet in expensis condemnatur, etiãsi sit Fisci Advocatus Iul. Clar. *§. fin. q.* 7. *nu.* 12. *Versicul. numquid, & q.* 62. *num.* 4. *Versicul. sed numquid* Portoles *in §. expensæ n.* 4. Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 90. *num.* 5. Farinac. *in prax. p.* 1. *q.* 16. *num.* 22. Cevallos *cõmun. contra commun. q.* 539. *num.* 6. Azevedo *l.* 5. *num.* 6. *tit.* 13. *lib.* 2. *recopil.* Xammar *de offic. iudic. p.* 2. *q.* 6. *num.* 82. R. Cottiada *decis.* 20. *à num.* 23. plures casus enumerans quibus advocati Fiscales in expensis condemnantur, & concludit eos quando sunt in calumnia præsumpta de iure, & consuetudine excusari, attamen quando constat de vera, notoria, & evidenti calũnia secus esse, quia tunc non solũ in expensis de proprio condemnantur, sed etiam gravius puniuntur, & *decis.* 26. *num.* 103. firmat quod quando Fisci advocatus instituit calumniosam litem, & venit in expensis condemnandus, si non habet in ære debet luere in corpore.

Huc pertinet investigatio an ex 5
consilio quis teneatur, ac quando, & quomodo puniatur delictum consulens, de qua quæstione *l.* 21. *vbi Gregor. glos.* 2. *tit.* 12. *p.* 5. Cyriac. *controu.* 484. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 43. *& seq.* post Farinac. *in prax. q.* 129. *& seqq.* in eaque materia conclusiones sequentes veniunt præstatuendæ, prima sit consilium neminem obligare regulariter, nisi sit dolosum, intelligendo in contractibus; nam in

deli-

delictis regulariter obligat, & ita est interpretanda regula tradita *in l. consilii* 47. *ff. de regul. iur.* ibi *consilii non fraudulenti nulla obligatio est, caterum si dolus, & calliditas interceſſit de dolo actio competit*, cui conſonat *cap. nullus ex conſilio de regul. iur. in* 6. Clar. *§ fin. q.* 88. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 352. *per tot.* Farinac. *q.* 129. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 226. adde Boetium *deciſ.* 262. *num.* 5. Bernard. Diaz *in regul.* 175. Pichard. *in §. interdum Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* & in *§. non ſolum Inſtit. de iniur.* Molin. *de iuſtit. tom.* 4. *diſput.* 33. *memb.* 2. ubi optimè diſtinguit, & declarat an ex conſilio incurratur irregularitas Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 13. *& dubitat.* 2. *&* 3. *ex nu.* 15. Ægid. Trullench *in decalog. lib.* 7. *cap.* 23. *dub.* 2. *§.* 1. quæ ulterius declara videlicet ut attendatur maior, vel minor dolus; nam aliqualis numquã in delictis deeſt per probaaa *deciſ.* 36. *tota.*

6 Secunda erit concluſio conſtituens quod quando aliquis ratione officii tenetur cõſulere, ut ſunt Regii Conſiliarii Principum obligantur in foro exteriori, & conſcientiæ ex malo conſilio, etiam non doloſo, & tenentur non ſolum bona, & iuſta conſulere, ſed etiam contraria refellere conſilio, & facto quantum poſſunt (prudenter tamen, & non aliter) alioquin ultra refectionem damnorum ab officio ſunt removendi, & puniẽdi cum Principum adulatores, non Conſiliariorum, ſed hoſtium, & deceptorum, vel traditorum nomen mereantur, nec valent excuſari ob metum; quia debent eſſe liberi, & liberum dare conſilium, ita Sabellus in ſumma *verbo conſilium num.* 1. *Verſicul. quando* ubi refert melius eſſe pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione conſequi beneficium, prout effusè expendit Cabedo *deciſ.* 84. *per tot.* vide quæ de iuſſione Principis conſcripſi *deciſ.* 11. *num.* 7 *&* *deciſ.* 21. *num.* 43.

Principum Cõſiliarii circumſpectè, ac religiosè ſemper conſulere aſſueverunt, idem obſervent Aſſeſſores Baronum, aliorumue ordinariorum, ne ob malum conſilium in mille inſanias (ut ſæpiſſimè accidit) ipſorum ſenſum ſectãtes cum negotiorum pernicie, boni publici noxa, ſubditorumque luctuoſis gravaminibus prolabantur, ſciant equidem quod iudex ſi aliquid iniuſte fecerit de conſilio ſui Aſſeſſoris excuſatur in ſyndicatu ſi ipſe eum non elegerit, ſed fuerit ſibi datus à ſuperiore, ſecus vero ſi elegerit Xammar *de offic. iudic. p.* 1. *q.* 2 *num.* 30. 31. *&* 41. Michael Ferrer *p* 3. *obſeruat. ca.* 53. Canc. *p.* 2. *variar. cap.* 2. *à num.* 162. Giurba *conſil.* 31. *per tot.* Portoles ad Molin. *§ Aſſeſſor à num.* 2. *ad* 9. Bovadilla *in politic. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 42. R. Matthæu *de regimin. Regn. Valent. tom.* 1. *cap.* 6 *§.* 5. *à num*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

num. 68. & alii allati à Cortiadâ *decis.* 24. *num.* 62. per quos etiam callebis non remanere inultum pravum consilium, quinimò plecti Assessorem.

Tertia accedit conclusio consilium in delictis ut obliget consulentem ad pœnam pluta requiri, primò quod sit super actu pœna digno, secundò quod sit ad malum, itaut si dubitationem habeat ad bonum sit interpretandũ, tertiò quod præcedat delictum, quartò quod cõsulens perseveret, secus si ante delictum illud revocet efficaciter contrarium suadendo, vel notum faciendo illi qui offendendus erat, si adhuc dubitet de malo futuro, quintò quod ob tale consilium deinde sit sequutũ delictum, sextò quod principalis delinquens sit pro sequuto delicto condemnatus, ita compilavit Sabellus *in summa d. verbo consilium num.* 3. ex Menoch. *de arbitrar. cas.* 351. *num.* 1. *& seqq.* Claro, & Baiard. *q.* 88. Farinac. *q.* 129. *p.* 3. Boer. *decis.* 262. *num.* 11. *&* *decis.* 167.

10 Sed ego præexpressum sextum requisitum non enumero; non enim necessariũ autumo ad vindicandum consulentem delictũ, eo sequuto quod principalis delinquens sit condemnatus, neque ullo in maleficio talem regulam invenio, quinimo probavi *decis.* 4. principalem quandoque in delictis à pœna immunem evadere, aut saltem levem subire, & consulentem actiùs coerceri.

Et circa delictum quod quis consuluit vitandum placet opinio Farinac. *d. q.* 129. *ex num.* 90. volentis sufficere tacitam revocationẽ per pacem, vel parentelam contractam cum inimico, & *num.* 92. explicat cum aliis quod requiritur ut consulens non puniatur esse certum quod alter non committet delictum, & si non sit certus debet denuntiare illi in cuius necem consilium fuit præstitum, non tamen nominare personam per quam erat cõmittendum delictum, videndi Leffius *de iust. lib.* 2. *cap.* 13. *dubitat.* 3. *ex n.* 15. Ægid. Trullench *in decalog. lib.* 7. *cap.* 13. *dub.* 2. §. 1. *nu.* 3. Sayrus *in clavi Reg. lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 8. & in *tract. de censur. lib.* 7. *cap.* 2. *per tot.* 11

Redeundo ad advocatos, quidam sũt nefarii, & innumera producunt damna, ut benè perpendit Gaspar de Baeza *de inop. debitor cap.* 16. ibi: *Certè aduocati præsertim indocti quidam tabulę canibus quam hominibus per fas, & nefas lucellum parantes indigni videntur omni favore, patrocinium enim non æquitate, sed pecunia metiuntur.* & ut venustè expressit D. Bernardus *ca.* 9. *de aduocatis*, ibi: *aduocatorum, & pugnæ verborum magis ad subuersionem quam ad inuentionem proficiunt veritatis, hi sunt qui docuerũt linguas loqui mendacium, diserti adversus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt vt faciant mala,* 12

elo-

eloquentes vt impugnent verum, hi sunt qui instruunt à quibus fuerant instruendi, adstruunt non comperta, sed sua, destruunt simplicitatem veritatis, obstruunt iudicii vias.

13 Galeacius Dux Mediolani sciēs quendam advocatum falsitatibus, & calumniis lites defendere ad se venire iussit, & proposuit se debere pistori centū aureos, & non libere solvere, & petiit quod eum tueretur in iure, advocatus se promptum obtulit, quare ex templò Dux illum arripere præcepit, in malamque crucē tollere, moxque quadrifice, ferro, seu quatuor equis in contraversis discerpere, ne in posterum Respublica caperet ab ipso aliquod corruptionis detrimentum, Iustus Lipsius *de monit. & exempl. politic.* Corrocet. *in apothegmat. pag.* 126. qui ad satietatem de his perlegere desideret adeat Don Melchiorē de Cabrera in libro inscripto *Idea de vn Abogado perfeto*, ubi doctè, & perpolitè prudentis causarum patroni laudes, ac talè munus indignè, seu malevole exercentis pœnas inveniet.

14 Noster Senatus in civilibus litibus advocatos nimis cavillosos, qui causas fundamento destitutas defendunt assolet in expensis de propriis pecuniis condemnare, ut multoties extitit practicatum (utinamque sæpius servaretur) & fuit in praxim redactum in causa Marię Tarasco, & Rovira uxoris Martini Tarasco civis honorati Barcinonæ contra Michaelem Llorell, & alios Regia provisione facto verbo facta per Nobilem Franciscum de Rius, & Bruniquer R.S.2. Martii 1694. qua fuit provisum quod memoratæ Mariæ advocatus solveret expēsas, Actuario Iosepho Forès, & Cortell.

Quando autem scelus apertè in advocato cōperitur arbitrarie iuxta facti circunstantias vindicatur, sane 21. Septembris 1593. in facto fisci procuratoris R.C. contra Ioānem N. V. I. D. civem honoratum præsentis Civitatis Barcinonæ delatum, & inculpatum quod cum Ioannes Baptista Çorita Algutzirius ordinarius Gubernationis Cathaloniç capturam cuiusdam rei fecisset Regiam usurpando iurisdictionem capi fecisset dictum Çorita, & detineri, & propter dictæ Regiæ iurisdictionis usurpationem factus, & formatus fuisset processus Regaliç in vim Vsatici Barcinonæ incipiētis *auctoritate, & rogatu*, & decreta provisio capturæ contra eundē qui antea captus fuerat, & cū iste validam fecisset resistentiam Paulo de Fluvià Regio Algutzirio ordinario, cui dicta captura commissa fuerat ab illius manibus se exemisset, hominesque armatos congregasset ad resistendum Regiis Officialibus, & per aliquot menses ipse licet iudicialiter in sua depositione capturam de persona 15

dicti

dicti Çorita factam nulliter, & perperā processisse confessus fuisset, conductus ad consulendum salario 100 ℔ quolibet mense nihilominus prædicto resistēti, eius sociis, & fautoribus consuluit captam eiusdem resistentis minimè fieri potuisse, ex quo consilio plura facinora, & absurda sequuta extitere in grave damnum, & contemptum Regiæ iurisdictionis, quietem, & pacem publicam perturbando, & iustitiæ administrationem impediendo, qui advocatus referente R. S. Mur fuit condemnatus ad bannimentum perpetuum à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, ac Ceritaniæ, & ad privationem perpetuam à munere, & officio advocandi, & patrocinandi, & quod esset inhabilis in perpetuum ad obtinenda, & regenda quælibet officia, & munera publica, tam Regia, quam alia, & privaretur etiam quacumque gratia à sua Regia Maiestate impetrata, si quam obtinebat. Vidi etiam interdum turbulentum Advocatum æconomica politica notione in vim Regiæ iussionis, ac diplomatis ab exercitio suæ facultatis privatum.

16 Aliquando autem petentes cōsilium nimis affectatè illud exposcunt, animum, & desiderium suū declarantes, & subsistere cupientes inceptum per eos errorem; unde evenit expetitos ad consulendum ut placeant ipsos vocantibus nocivum consilium præbere salutis æternæ interdum immemores sinceritate neglecta, quo fit ut dantes, & accipientes consilium in foveam cadant.

17 Alii sunt qui superiorem consolendo possent perfacile rectam eligere semitam, sed ab illo aufugiunt, aut si quærunt, vel falsis allegationibus, aut nodosis ambagibus involuunt non noscentes consulentem distinctè consulere debere, aliàs ei non responderi *cap. 6. vbi Cuiac. de sponsalib.*

18 Sed sciant hi qui superiorem consulunt consultatione pendente nihil esse innovandum Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. num. 2.* Cortiada *tom. 1. decis. 39. nu. 10. & decis. 22. fere per tot.* Salgado *2. p. de retent. cap. 9. §. 4 num. 2.* Barbosa *ad leg. 79. §. fin. de iudic.* & hæc intellige ita, quod subditus, qui superiorem adivit innovare nequit, at si ipse solus, non autem iudex (qui propriè loquēdo consultationem interponit) superioris mentem perquisierit, non idcircò iudex suspensus manet in sua iurisdictione.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO LXXXVIII.

DE HONORIBVS, ARMIS, SIVE INSIGNIBVS, AC nobilitate.

ASTRORVM fulgor à Solis luce excerpitur, vaſſallorũ iubar à Regio ſplendore deſumitur, exhaurire prorſus ſolarem lampadem audacia ſtulta eſſet, ebibere omnes Maieſtatis radios ambitioſum ſcelus foret, emicent ſubditi quatenus Princeps honorat, nec ultra quid ſibi arrogent, ſic nobilitatis coruſcant ornamenta, arma, inſignia, hoc modo nobiles ab ignobilibus diſcriminantur, Dignitates ſecernuntur, Reſpublica decoratur, & ne circa prædicta exceſſus accidat Regii Fiſcalis Patrimonialis curæ apprimè committitur Regio diplomate infra tranſcribendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Ex quolibet delicto agi poteſt ciuiliter, & criminaliter.*

2 *Contra vſurpantem honorem, ſignum, vel nomen alienum vtroque iudicio valet experiri.*

3 *Honores, gradus, præcedentiæ, & prærogatiuæ à Principis voluntate omninò pendent.*

4 *Præeminentiæ quãdoque iudicialiter declarantur vbi Senatus deciſio.*

5 *Marchio cæteris paribus præfertur Comiti.*

6 *De controuerſia orta inter Marchiones, & Comites huius Principatus, & in illorum fauorem per Regem deciſa.*

7 *Falſi crimen committit qui gerit ſe pro Doctore, vel nobili cum non ſit, vbi de nominis mutatione, & de vtente ſigno per alium præoccupato.*

8 *De Doctore falſo priuilegio vtente in Senatu inquiſito.*

9 *Ciuiliter ſuper mutatione nominis quãdoque agitari vbi exemplar.*

10 *Regium diploma ſuper vſu honorum, & curam huius rei Aduocato Fiſcali Patrimoniali commiſſam eſſe num. 11.*

12 *Nobiles ex lõga antiqua ſerie ſua habent arma diſtincta, & ſeparata, & in aliquibus Regnis rigoroſè practicatur vt vnus non patiatur quod alius portet arma ſua, etiamſi eſſet de familia, domo, & nomine; niſi cum aliqua differentia.*

Limi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

13 *Limita proximè adductam regulam si non versetur præiudicium, quia tunc licet alterius arma portare.*

14 *Arma, & insignia sicut nomina, & cognomina possunt variari ad libitum.*

15 *Sicut nomen quis potest propria authoritate assumere; ita etiam insignia non tamen portando, vel impingendo in alieno.*

16 *Declara quod imò villanis, & rustiùs non habentibus aliquā præeminentiam, vel dignitatem nefas sit portare arma propria authoritate, secus nobilibus. Arma, seu insignia sunt argumentum nobilitatis si probetur vsus antiquus.*

17 *Nequeunt rustici in armis apponere galeam, vel accipere arma antiquæ domus, vel familiæ.*

18 *De armis, siue insigniis Regum.*

19 *Coronam absque Regio priuilegio appenere quis non potest in scuto armorum, & quid de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, & de seruandis in Coronis illorum.*

20 *Ensem, & sceptrum qualiter deferre possint obtinentes dignitates Regales, & quando audire missam sub cortina, & deosculare Sacrosanctum Euangelium.*

21 *De iuribus Castellæ circa Coronas & de priuilegiis quibus concessum fuit aliquibus familiis Catalanis non titulatis illas deferre in scutis armorum.*

22 *De galearū generibus, & figura.*

23 *De insignibus quoad figuras, & materiam remissiuè.*

24 *De metallis, coloribus, & ornatibus scutorum. & non licere regulariter depingere metallum super metallum, & superponere colorem colori vbi exceptio.*

25 *Incompatibilitas an, & quando ex nominis, & armorum immixtione causetur.*

26 *Fauore familiæ maximæ dignitatis potest quis eius insignia deferre, & præferre vbi de insignibus Castellæ.*

27 *Bastardi num possint portare arma domus nobilium, & quid obseruetur in Hispania, & Francia vbi bastardos Regum non posse Infantes vocari.*

28 *Titulo de* Don *qui vti possint.*

29 *Eo vti valent Duces, Marchiones, & Comites, qui indubiè nobiles existimari debent.*

30 *De cura adhibenda per Fisci Aduocatum Patrimonialem ne quis sibi arroget honores indebitos.*

31 *Nobilitas aliquando est solarii, siue de solar, sicque absque priuilegio competit, vbi multifariam acquiri insignia.*

32 *In causis nobilitatis testes à Senatoribus examinari debent, nisi impediti accedere nequeant.*

33 *Pendente lite super nobilitate an pro ignobili habeatur litigans, & ad quos effectus?*

34 *Quando nobilitas est valde notoria captus pro debito ciuili pendēte causa super nobilitate est di-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

mittendus absque fideiussione, & similiter ad officia nobilitatis admitti debet.

35 *Euellentis arma alicuius pœna.*

36 *Arma, seu insignia existentia in ecclesia non possunt tolli, nec mutari inuito domino, seu eius hæredibus, et sic illa renouetur.*

37 *Per affixionem, & picturam armorum, seu insignium designatur rem esse illius cuius sunt insignia, sed inde non resultat probatio iuris patronatus nisi probentur apposita in limine fundationis, & num.* 38.

39 *Arma in ecclesiis, aut monasteriis apponere an sit laudabile.*

1 EX quolibet delicto duplicem oriri actionem, civilem scilicet, & criminalem *decis.* 6. *num.* 42. *& seqq.* erui, ubi inter alia exemplificavi in crimine suspecti tutoris; nam potest agi civiliter, id est ad solum effectum removendi ab onere tutelæ, & etiam criminaliter ad finem ut imponatur pœna pro malè gestis fraudulenter, & dolosè.

2 Pariformiter procul dubio est contra assumentem honorem nomen, vel signum, quæ sibi nõ spectent procedi posse criminaliter ut plectatur, & in consequentiam ut usurpatis honoribus non utatur amplius, similiterque valere conveniri dumtaxat ut declaretur sibi licitum non esse talibus honoribus perfrui absque ulla pœnę applicatione.

Exploratum habetur honores, gradus, præcedentias, & prærogativas à Principe tamquam ab indefectibili fõte emanare, eruditè, & venustè Solorzan. *tit. de honorar. y jubilad. num.* 133. & in hac materia quod illi placuit legis habere vigorem *l.* 2. §. *quodcumque ibi, ff. de Constitut. Princip.* Regens Don Petrus Fraſſo *de Reg. patronat. Indiar. tom.* 2. *cap.* 97. *nu.* 54. & 57. post Cyriac. *tom.* 2. *controuers.* 202. *num.* 89. Ripoll *de Regal. cap.* 5. qui benè concludũt solum Regem posse creare Duces, Marchiones, Comites, nobiles milites, alioſque similes honores conferre.

Aliquoties iudicialiter præeminentiæ deciduntur, ut evenit in causa suscitata inter Illustrẽ Marchionem de Vilassor, & Egregiũ Comitem de Quirra in cõtroversia permota an ille ob suam Marchionis dignitatẽ hunc præcedere deberet, & in favorẽ Marchionis fuit declaratum Regia Sententia in Senatu Sardoo lata prima Iulii 1602. cuius causæ processus asservatur in Regio huius Principatus archivio.

Quæ sententia iuridica, atque valde rationi cõsentanea prodiit, Marchio enim cæteris paribus præfertur Comiti ex traditis à Bovadilla *in politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 19. & 27. Garibay *lib.* 15. *cap.* 54. Franciscus Niger Cyriac. *lib.* 2. *controuers.* 201. *num.* 72. & 73. Andræas Bosch tit. de honor de Catalu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

talunya *cap.7.§. 1. Versicul. lo titol, y dignitat de Marques* Franch *dec.* 363. citatus per Solorzano in *operib. posthum. in allegat. super præcedent. Concil. Suprem. Indiar. §. 13. nu.* 77. confert Oliba *de iure fisc. cap. 6. num.* 4. Thoro *in compend. decis. p.* 1. *verbo Marchio pag. mihi* 331. qui decisum testatur, & decerpitor ex titulo *Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus* Salzedo *in theatr. honor. in princip. in pragmat. de las cortesias* Don Alphonsus Nuñes de Castro in libro *Solo Madrid es Corte pag. mihi* 132. R. Cortiada *tom.* 4. *decis.* 248. *nu.* 18.

6 Quandoque vero colluctatione in iudicium nō perlata sua Regia Maiestas æconomicè illā Regio diplomate dirimit, ut evenit in suborta inter Marchiones, & Comites huius Principatus; nam hosce ab illis præcedi Rex præcepit sub die 12. Septembris 1692. & ita observatur.

7 Exinde mutans sibi nomen in contractu, necnon etiam gerens se pro Doctore, nobili, notario cum non sit pœna falsi omnes tenentur Carpzon. *in pract. crimin. q.* 93. *num.* 34. *& seq.* R. Cortiada *decis.* 88. *num.* 22. *& seqq.* Romaguera *ad Conciol. super statut. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 52. *num.* 6. R. Calderò *decis.* 61. *à num.* 23. qui casus recenset in quibus licita est nominis mutatio, & per totam decisionem probat alieno signo præoccupato utentem cum fraude, vel dolo incidere in pœnam falsi, & in allatæ propositionis confirmationem perpulchra est conclusio me referente facta 26. Augusti 1672. quam ad litteram transcribit idem Regens Calderò *decis.* 63. *num.* 17.

De meo tempore Fisci Advocati partes agens inquisivi contra quendam qui Doctoris medicinæ privilegio ab Vniversitate Tolosæ obtento utebatur arguens illud fuisse falsum, & falsitatem probabam ex die privilegii testes ministrans deponentes tunc, multò ante, & post Barcinonæ memoratum hominem commorasse, sicque Tolosæ, ut in privilegio asserebatur, examen non subiisse, & revera Doctoratum assequutus fuerat per alium eius nomine (ut pluriès contigit) falsò sumpto, remissus fuit reus à Principe, sed amplius gradu prædicto usus non extitit. 8

Nonnumquam civiliter super mutatione nominis agitatur, & memoror in causa vertenti ad relationem Nobilis Don Francisci de Rius, & Bruniquer R. S. 27. Martii 1694. fuisse facto verbo provisas litteras de nihil innovando directas Officialibus Curiæ Vicarii Barcinonæ, & aliis ad quos spectaret, & prætensionem actoris in ea lite in hoc sistere, videlicet quod declararetur non licere reo gestare nomen quo utebatur. 9

Civiliter ergo, ac criminaliter 10

usur-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

usurpãtes honores urgeri valent, & ut scias qua sedulitate in his est incedendum sequens audi Regium decretum.

EL REY.

Illustre Marques de Castelrodrigo, Primo, Gentilhombre de mi Camara, mi Lugartiniente, y Capitan General. Hauiendo entendido, que en esse Principado, y Condado vsan algunas personas de titulo de Don, no siendo nobles, y que otros se intitulan Caualleros, no siendolo, ni teniendo priuilegio mio, y que tambien vsan de Corona en sus escudos de armas, sellos, y reposteros los que no tienen drecho para ponerla, y que en la Audiencia, y otros Tribunales no se repara en darles estos titulos à los que no les toca, sino que se passa con connivencia: y siendo assi, que tengo dadas repetidas ordenes, para que no se haga, ni permita sin priuilegios, y licencia mia, y conuiene à mi seruicio se obserue inuiolablemente lo dispuesto en ello: os encargo, y mando lo aduirtais ahora de nueuo à la Audiencia, y demàs Tribunales, para que assi se cumpla, y execute en ellos. Dat. en San Lorenço el Real à 27. de Otubre 1663.

YO EL REY.

Vt. Don Christ. Crespi Vicecancel.

Don Didacus de Sada Secret.

Vt. Comes de Albatera.
Vt. Don Georg. de Castellvi.
Vt. Don Michaël de Zalbà.
Vt. Don Antonius Ferrer.
Vt. Don Petrus Villacampa Reg.
Vt. Exea Regens.
Vt. Fernandez de Heredia Reg.

11 Postea verò strenuè excitando Regalis ordinis obseruantiam alio Regio decreto dato Matriti 31. Octobris 1664. sua Regia Maiestas iniunxit Excellentissimo D. Don Vincentio de Gonzaga, tunc Proregi quatenus moneret Aduocatum Fiscalem Patrimonialem, quòd vigilantem de prædictis haberet curam, uti ad suum officium pertinentem.

12 Attingamus circa ea quæ de insignibus, & scutis armorũ in Regio decreto disponuntur quid ius statuerit, de illis peregerunt Doctores iam citati, & peculiariter, Garcia *de nobilit. glos.* 18. *num.* 40. Bovadilla *lib.* 3. *Politic. cap.* 5. *num.* 58. Gutierres *lib.* 3. *practicar. quæst.* 16. *à num.* 42. Riccius *par.* 5. *collect.* 160. Tondut. *qq. Canonic.* 73. *lib.* 1. & imprimis scias nobiles ex origine longa serie, & prosapia prædecessorum habere sua arma distincta, & separata, & ita rigorosè in aliquibus Regnis practicatur ut unus non patiatur quod alius portet arma sua, etiamsi esset de familia, domo, & nomine; nisi cũ quadam differentia, videlicet quod pri-

primogenitus familiæ suæ domus portet ea plana, & integra sine aliqua distinctione, alii verò posteriores quilibet cum quadã discrepantia, Gutierrez *practic. quæst. d. lib. 3. q. 16. num. 42.* & quod aliena arma sumere quis non possit Riccius *par. 4. collectan. 1062.* D.D. *in rubr. & text. C. vt nemo privat. tit. præd. suis, vel alien. imper.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 6. n. 17.* cum aliis cõgestis per Rot. *p. 13. recent. dec. 253. n. 13. & seqq.* optimè Vicecancell. Crespi *obser. 1. n. 231.* & antea ubi de regaliis cortinæ rhedariorum, sivè aurigarum capite nudato, & currus cum sex mulis intra oppida, & civitates.

13 Hæc tamen sibi locum non vẽdicant quando sumũtur arma aliena sine præiudicio alterius propter regulam quod tibi non nocet, & alteri prodest venit cõcedendum, imò iniquum esset denegari Franciscus Marc. *decis. 882. num. 4. p. 1.* Riccius *collectan. 4129.* ubi quod hodie nobiles silent licet ab aliis eorum arma assumantur, fuisse tamen quandoque reclamatum, & prohibitum.

14 Arma, & insignia sicut nomina, & cognomina posse variari ad libitum tradiderunt scribentes ad *l. vnic. Cod. de nomin. mutat.* Cassan. *in catalog. glor. mund. considerat. 38. conclus. 31. Versic. sed quid de armis, p. 1.* Rot. *p. 14. recent. decis. 511. nu. 5.* ubi in materia fideicommissi cum gravamin. assumpt. armor. sed qua liter possit ista variatio fieri, scilicet absque tertii præiudicio eruditè explanat Cassanęus qui proximè.

Præcipuum certè hic disquirẽdum venit punctum ad regaliæ, de qua agimus disciplinã, an populares arma sibi propia auctoritate assumere possint, & affirmativè Doctores concludunt ea de ratione quia sicut nomina inventa sunt ad cognoscendum homines, *l. ad recognoscẽdum, C. de ingen. manum*, ita etiam ista insignia ad hoc excogitata fuere, ut una parẽtela discernatur ab alia, & non fiat alteri præiudicium, *l. sanctum, §. 1. ff. de rer. diuis.* & consequẽter, sicut cuilibet licet imponere sibi nomẽ ad placitum; ita etiam huiusmodi insignia cuicumque fas est portare, & impingere in suo, nõ tamen in alieno; *l. 2. C. vt nemini liceat sine iudic. authorit.* Cassanęus *in catalog. glor. mundi p. 1. concl. 28.* 15

Veruntamen duo Cassanęus ibidem firmat, nimirum villanos, & rusticos non habentes aliquã præeminentiam, seu dignitatem nequire portare arma, hoc est scuta in quibus sunt arma, cum talia solum competant nobilibus ex aliqua nobilitate cuiusmodi sunt plures, & quod illis licet propria authoritate assumere aliqua arma aliis non, propter usitatam, & inviolabiliter observatam consuetudinem, qua talibus solum competit usus armorum, & non villanis, 16

&

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& rusticis; & iure optimo quia arma, & insignia sunt argumentum nobilitatis in utente ab antiquo, & quid ad effectum susceptionis habitus in Religione Equitum Hierosolymitanorum, Merlin. *decis.* 164. *per tot.* Ludovis. *decis.* 463. *num* 5. Rota *p.* 16. *recent. decis.* 229. *in fin.* & *decis.* 383. *per tot.*

17 Similiter Cassaneus d. loco annuit quod admisso rusticos posse arma assumere, nequire tamen in eis apponere galeam, seu cassidem tymbratam, & cavere ne accipiant arma alicuius antiquę domus, & familiæ, quoniam tunc posset prohiberi; *l. fucanda 1. C. quæ res vend. non poss.* amplè Bonus de Curtilli *in tract nobilit. 2. p. n.* 178. & probatur ex traditis supra *num.* 12.

18 Arma, sive insignia Regum, & Principum sunt Corona, Sceptrũ, Solium, Ensis, sive gladius, & Purpura, ac alia de quibus Polydor. *de inventorib. rer. lib.* 2. *c.* 3. Cassanæ. *in catalog glor. mund. conclus.* 1. & 2. latè Antunez Portugal *de donat. Reg lib.* 2. *c.* 5. & *seqq.*

19 Vndè absque Regio privilegio nequit quis Coronam in armorũ scuto ponere, ut ipsimet Doctores adstabiliunt, & signanter illa utũtur Duces, Marchiones, Comites, & Vicecomites, ac aliqui ob dignitatem quam obtinuerunt veluti Proreges, Mastril. *de magistr. lib.* 4. *c.* 5. *à n.* 16. Bosch *titols de honor de Cathalunya lib.* 5. §. 3. *versic. antigament pag. mihi* 561. cum hac differentia quod insignia illorum sunt pileus rotundus cum corona pariter rotunda non erecta, nec elevata, sed in forma offendicis, vulgo cordò, corona siquidem erecta solummodò est Regum, debet etiam esse Corona stricta, magis exigua cum quibusdam lapidibus prætiosis sculptis in ea, floribus diminutis, & æqualibus, attamen tales lapides prætiosos deferunt solum in insigniis Duces uti magis præeminentes quam reliqui, & adhuc Corona Comitum minor debet esse quam Ducum, Capyc. *decis.* 2. *nu.* 46. Mastril. *de magistrat. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 31. & 33. Bosch *titols de honor de Cathalunya lib.* 5. §. 4. *Versic. las insignias p. mihi* 563.

Prædicti Doctores etiam firmant quod memoratas dignitates Regales obtinentes possunt in suis insigniis deferre ensem cum cuspide tamen alto ad differentiã Regis, qui gestat crucem elevatã, valẽt pariter absente Rege in manu portare sceptrũ, & audire missam sub cortina, ac deosculare sacrosanctum Evangelium, Mastril. *de magistrat. lib.* 4. *c.* 5. Bovadilla *in politic. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 25. Cassan. *in catalog. glor. mund p.* 1. *concl.* 9. Bosch *titols de honor de Cathal. lib.* 5. §. 4. *Versic. las insignies pag.* 563.

In Regno Castellæ per *l.* 8. & 27. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recopilat.* cautum fuit non licere in armis privatorũ apponi Coronas, neque Coroneles, & vidi privilegia aliquarum familiarum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rum nobilium Cathaloniæ titulo Ducum, Marchionum, Comitum, nec alio decoratarum quibus concedebatur Coronam parvulã gestare in armis, & aliã eiusdem qualitatis Coronæ Marchionum, & utræquæ illis utuntur iuxta privilegiorum tenorem.

22 Galeæ vulgò *celadas* dupliciter collocantur, quæ planè sunt ex omni facie veluti domini cuncta respicientis solùm spectant Regibus, & Gubernatoribus Beuter *lib.* 2. *cap.* 27. nam quæ per alios ponuntur falsitate laborant, galeæ autem cum facie ad manum dexteram parumper versa quò magis adspiciunt, eatenus denotant familiam magis, vel minùs præstantis nobilitatis, huiusmodi galeæ à latere sunt ordinariæ omnium de genere militari, & etiam militari privilegio gaudentium, scilicet civium honoratorum, Burgensium, iuris, ac medicinæ Doctorum, qui galea pro insigni, sive *timbre*, ò *blaso* uti possunt ad significanda illorum privilegia, prærogativas, & libertates, quibus gaudent Bosch *titols de honors de Catalunya lib.* 5. §. 3. *Versicul. Antigament pag.* 561.

23 De insignibus, sive stemmatibus quoad figuras, nempe scutis, quadratis, seu rotundis, & multiplicibus aliis modis depingendi, & de illorum materiis, scilicet vexillis, columnis, leonibus, aliisque animalibus terrestribus, & volatilibus plantis, navibus, ac similibus sicut de his in quibus apponuntur caput, brachium, Reges victi, seu devicti ad memoriam celebertimorum facinorum Cassan. *in catalog. glor. mundi p.* 1. *concl.* 38. ac aliis Alexand. ab Alexandr. *lib.* 4. *dier. genial. cap.* 2. Borrell. *de Reg. Catholic. præstant cap.* 77. Hieronymus Blancas *in commentar. de Aragon.* qui plura desideret evoluat Stephanum Garibay qui in *compendio historiali chronicarum, & universa historia Regnorum Hispaniæ* tractatum edidit de *stemmatibus*, seu insigniis vulgo *blason, y armeria*, similem intexuit Bartholomæus Moreno de Vargas post librum *de la nobleza de Espanya*, vide etiam nobiliaria impressa per Carrillo, & Haro Salcedo in *theatro honoris* ex authoribus gallicis complurimi venustè, & exactè de hac re scripserunt, & extat liber cui titulus *Mercure armasial.*

Ex relatis authoribus depromes 24
scuta constitui ex metallis, videlicet auro, & argento, coloribus, utpote viridi, rubeo, cæruleo, nigro, & violaceo, ornatibus vulgo affforros hoc est mustelis, seu *armiños*, undis, aliisque oris, sive *orlas*, & pro regula tradi nefas esse pingere metallum super metallũ, & superponere colorem coloti, dẽptis insignibus Hierusalẽ in quibus cãpus aureus expingitur, & insuper adsunt quinque cruces argenteæ.

An, & quando ex nominis, & 25

armorum immixtione incompatibilitas cauſetur Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 582 *num.* 2. & 3. Caſtillo *tom.* 6. *cap.* 127. Barboſa *vot.* 7. *num.* 3. & reperiri in Regnis ob eorum cõſervationem, & præſertim in Regnis Hiſpaniæ, & Franciæ defendit Don Franciſcus Ramos del Mançano *en el manifeſto contra Francia reſponſo ad* §. 13. *num.* 276. & *ſeqq. fol.* 136. Matta *vot.* 73. *per tot.* qui agit an commixtio armorum teſtatoris ſit intelligenda cum præcedentia.

26 Poſſe aliquem ad favorem familiæ maximæ dignitatis eius inſignia deferre, & præferre ſcribit Don Ferdinãd. Alphonſ. de Aguila ad Roxas *de incompatib. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 25. & *ſeq.* ubi præferri notat Caſtellæ inſignia quæ ſunt caſtellum aureum in campo rubeo, & Leo rubeus in campo argẽteo, & de ordine inſignium Hiſpaniæ, & præcellentia Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 42. ubi de antiquitate Legionis Regni, & Caſtellæ prælatione.

27 Baſtardi non portãt arma domus nobilium, cum non ſint nobiles Bald. *in l. cum legitimę nupt. ff. de ſtat. homin.* & in *l. generaliter,* § *fin. C. de inſtitut.* & *ſubſtitut.* effusè Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ.* §. 3. *gloſ.* 1. *Verſicul. iuxta praedicta cũ ſeqq.* & *in catalog. glor. mundi p.* 1. *concluſ.* 24. Guillelmus Benedict. *in repetit. cap. Raynatius de clera nu.* 31. *de teſtament.* ubi tamen concludit quod iſtud non obſervãtur in Francia ibi enim baſtardi portant arma domus cum aliqua barra, quæ incipit à ſiniſtra, & tendit ad dextram tranſverſans per medium ſcuti, ſeu campi armorum, percurrit Coſmas Guymier in *verbo filii tit. de numero.* & *qualitate Cardinal.* §. *ſunt viri* Angel. *in addition. ad Gizzarel. deciſ.* 10. pluribus allegatis Sabellus in *ſumma verbo filius num.* 10. quid autem de legitimatis, idem Caſſaneus *p.* 1. *concluſ.* 77. & quomodo legitimi illis præferantur itidem Caſſaneus *p.* 11. *conſiderat.* 15. de Regno Caſtellæ vide Gregor. Lopez *gloſſ.* 6. *in proem. tit.* 13. *part.* 4. & quę referavi *deciſ.* 25. *num.* 21. adde Bovadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 166. ubi quod filii baſtardi Regum non poſſunt Infantes vocari.

In Regia epiſtola ſupra tranſcripta agitur quoque de titulo de *Don*, ſcias ergo quod eo ſolum perfruuntur hi quibus permiſſum eſt ob ſpecialem nobilitatem, & iſti ſtatum habẽt diſtinctum correſpectivum antiquis Comitoribus Maſtrills *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *à num.* 101. & 110. ac *ſeqq.* de quibus loquuntur *Pragm.* 1. 2. & 3. *tit. de priuileg. milit.* Boſch *títols de honor de Catalunya lib.* 1. §. 1. *Verſicul. eſtos títols pag.* 68. & *lib.* 3. *cap.* 3. §. 3. 28

Notat etiam Boſch *d. pag.* 68. *Verſicul. los altres, que ſon nobles* 29

Duces,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Duces, Marchiones, & Comites posse dicto titulo de *Don* uti propter excellentiam, & fulgorem suarum dignitatum: unde supervacanea videtur investigatio an tales nobiles existimentur, de quo. Garcia *de nobilit. glos.* 18. *à num.* 14. Gutierres *lib.* 3. *practicar q.* 16. *à nu.* 6. Bovadilla *lib.* 3. *Politic. cap.* 5 Tondut. *lib.* 2. *q.* 84. Solorzano *lib.* 3. *Polit. cap.* 25 *fol.* 424. *Versicul. loquitur, & seqq.* & conducit *tom.* 2. *de iure Indiar. lib.* 2. *cap.* 23. *á num.* 125.

30 Attendat igitur accurate Fisci Advocatus Patrimonialis iuxta Regium monitum ne quis honorem sibi atroget indebitũ, utriusque namque, & Regiæ Curiæ, & Regii patrimonii Fiscalium a cta est incumbentia ex longè discussis à Berart *de visitat. cap.* 12. & Ripoll *de Regal. cap.* 51. & nedum Fiscalis debet inspicere inter laicos ne quis insigniis abutabatur alienis, sed etiam inter ecclesiasticos, veluti si Episcopus stemmatibus uteretur Cardinalis, Canonicus Episcopi, & ita de aliis, pertinent enim hæc resecare ad Principis maximam potestatem, ut probant Doctores superiùs allegati alioquin confunderetur ordo dignitatum, & præeminentiarum in Republica, quod Supremum Regis diadema non patitur.

31 Aliquãdo autem nobilitas absque privilegio competit ut ea quę est solarii, sive de *solar*, de qua, & eius probatione cumulatè dixi *decis.* 25. *à num.* 5. adde Vicecancellar. Don Christophorũ Crespi *observat.* 117. *nu.* 31. sic etiam mul. tifariã acquiruntur insignia Bosch *titols de honor de Catalunya lib.* 5. *§.* 2. *pag.* 560.

Admonent autem Doctores 32
quod in huiusmodi causis testes à Senatoribus examinentur, nisi impediti venire nequeant Garcia *de nobilit. glos.* 4 *&* 8. *num.* 21. *§.* 1. *cum seqq.* Narbona *in l.* 33. *glos.* 1. *tit.* 22. *lib.* 2. *Recopilat.*

Lite pendente super nobilitate 33
an pro ignobili habeatur litigans, & an ad omnes nobilitatis effectus, & quid si in nobilitatis possessione erat Gutierrez *lib.* 1. *Practicar. q.* 25. *& lib.* 3. *q.* 14. *à nu* 102. Garcia *de nobilitat gloss.* 10. *&* 11. *à num.* 45. *& glos.* 15. *nu.* 49 *& glos.* 5. *num.* 24. *Versicul. unde* Amaya *in l.* 46. *C. de Decurion.* Facia ad Covarruv. in terminis legis Castellæ *lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 68. firmat quod vertente lite super nobilitate, etsi in eius possessione sit litigans cõpellitur cum plebeis tributa pendere *l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 1. *Recopilat.* sed cum lex Regia excipiat illos qui sunt in possessione nobilitatis notoriæ, in qua etiam fuerant eorum pater, & avus dubitatur utrũ possit obtineri ut petitorio suspenso cognoscatur de tali possessione, ut dum lis vertitur tributa solvãt litigantes, & dissidentes sententias refert, exque Gutierres distinguit,

ut si valde notoria sit nobilitas litigantis admittatur probatio in contrarium ad prędictum effectũ, alias secus, quam distinctionem Otalora *p. 2. art. 2. part. 3. cap. 5.* in praxi non servari asseverat.

34 Atverò huiusmodi distinctionem respectu capti pro debito civili observandam venire, ita ut debitor dum de sua nobilitate disseritur si cognoscatur valde notoria dimittendus sit sine fideiussione, similiterque ad officia nobilitatis admittatur docet ex aliis Faria iam citatus *num. 70.* reliqua habentur supra *decis. 821.*

35 De pœna eius qui arma alicuius evellit, vel tollit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cap. 281.* Bovadilla *lib. 3. Politic. cap. 5. num. 58.* Avendaño *de exeq. mand. lib. 2. ca. 13.* Lambert. 36 *de iur. patron. art. 4. q. 5. lib. 3. num. 9. & seqq.* & quod arma, sive insignia existentia in ecclesia non possint tolli, vel mutari invito domino, seu illius hæredibus ut alia apponantur exponunt Anchar. *cons. 113.* Capic. *decis. 27. nu. 41.* Pacian. Iordan. *lucubrat. volum. 2. lib. 10. tit. 7. n. 450. & seqq. fol. 268.* Tusch. *litt. A conclus. 516.* Arisminn. Tepat. *variar. sentent. tit. 581. per tot.* Seraphin. *decis. 652.* Ludovis. *decis. 463.* Anton. Franched. *consil. 6. per tot.* & idem dicendum de scamnis affirmant Gratian. *lib. 2. disceptat. forens. cap. 210.* Ciatlin. *controu. 119. & 120.* quos impugnat Diana *p. 10. tract. 16. resolut. 64. per tot.* ubi quod renovata ecclesia debẽt poni arma antiqua, & ita non dicit quod in certo templo almæ urbis cum de tempore turbationum istiusce Principatus fuissent amota arma Regia iussit sua Regia Maiestas ibidem reddi.

Quod per affixionem, & picturam armorum, sive insignium designetur rem esse illius cuius sunt insignia Riccius *collectan. 1608. & 4129.* Capic. *d. decis. 27. num. 40. in fin.* Mascard. *de probat. conclus. 551.* Fusar. *de substitut. q. 618. num. 43.* Rota *p. 9. recent. decis. 35. nu. 1.* ubi quod probent rem fuisse in bonis fideicommittentis iunctis tamen adminiculis, & *decis. 115. num. 5. d. p. 9.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 195. & 121. nu. 1. & seqq. volum. 2.* ubi qualiter signa denotent cuius sit res signata, videndus Salgado 3. *p. de Reg. protect. cap. 10. à nu. 169.* Fajardo *allegat. 33 nu. 192.* ubi quod affixio armorũ demonstrat dominium, & iurisdictionẽ. 37

Atverò talia insignia existentia in ecclesia esse fallax argumentũ ad probationem iuris patronatus, nisi probentur apposita in limine fundationis, cum alias potuerint apponi, vel ob restaurationem, vel ob eleemosinam Cavalet *dec. 159. nu. 8. & 9.* Rot. *p. 16. recentior. decis. 299. nu. 6. & seqq.* Sabell. *in summ. verbo Iuspatronat. num 19. & 29.* 38

Apponere in ecclesiis, aut monasteriis arma, seu insignia si causa honoris, vel ambitionis ponan- 39

tur

tur non erit laudabile, benè vero si finis sit ut alii exemplo suo stimulent ut ad benefaciendum ecclesiæ Diana *p.* 10. *tract.* 12. *resolut.* 38. *per tot.* Valero *de different. vtriusq; fori different.* 1. *verbo peccatum* Riccius *collectan.* 4129. Sanfelic. *decis.* 283. *num.* 2. Bovadilla *lib.* 3. *Politic. cap.* 5. *num.* 52. & 58. Solorzan. *lib* 4. *Politic. cap.* 1. *fol.* 517. *Versic. y esta, & seqq.*

DECISIO LXXXIX.

DE LICENTIA REQVISITA AD IMPRIMENDVM LIBROS, ac priuilegiis vlteriorem impressionem, aut venditionem prohibentibus.

NE fidei sanctiones, proborumque morum candor offendantur, erroresque diffiminentur ordinarii ecclesiastici ad impressionem librorum licentia exposcitur, neve in status, aut Regaliarum perniciem quidquam diffundatur Regalis facultas obtinenda erit, at si Princeps privilegium dederit ut absque certæ personæ assensu excudi libri, seu vendi non valeant pœna imposita adversus contravenientes Fisco applicanda, criminali ultione vindicari poterunt. Ita Senatus in casu infra recitando.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Ad librorum impressionem licentia ordinarii ecclesiastici requiritur.*

2 *Regia licentia similiter exigitur ad imprimendum libros, & de Regni Castellæ praxi, & an illa egeant clerici libros edentes, & vide num.* 12.

3 *Necessaria etiam est licentia ad imprimẽdum quamcumque scripturam.*

4 *De licentia qua indigent regulares, libros anonymos non esse imprimendos, & licentiam in scriptis esse obtinendam.*

5 *Sigilli appositio non supplet subscriptionem in scriptura necessariã.*

6 *Subscriptio supplementum non accipit per æquipollens, seu per actũ fictum, siue de estampilla vbi à iure requiritur, & is qui propria manu aliquid facere tenetur nequit per alium explicare.*

7 *Cessante aperta dispositione statuti, vel legis idẽ est aliquẽ rem manu subscribere, & aliũ eius iussu.*

Pro-

8 *Proreges in noſtro Principatu urgente neceſſitate per ſirmam exſculptam vulgò* eſtampilla *plurìes ſubſcripſerunt & referuntur exemplaria.*

Si Epiſcopus ſit omninò impeditus, alius pro ipſo ſubſcribere poteſt.

9 *Numquid in Cathalonia pro forma requiratur ſubſcriptio Proregis in diplomatibus.*

10 *Ex cauſa neceſſitatis à iuris regulis receditur.*

11 *De Conſtitutione Leonis decimi, libriſque hæreſim, aut errores contra fidem continentibus, & retentoribus prohibitorum.*

12 *Epiſcopus mulctatus narratur eo quia typis mandauit quandam allegationem latam pro libertate eccleſiaſtica in cauſa tributorum Regia ſchedula impoſitorum.*

13 *Quomodo licentia obtineatur in diuerſis Regnis ad imprimendum libros, & præſertim in Cathalonia, & de ratione num.* 14.

15 *De priuilegiis prohibentibus ne liber imprimatur intra certum tēpus abſque authoris, vel typographi conſenſu.*

16 *Cauſa contrauentionis dicti priuilegii eſt criminalis cum deciſione Senatus.*

17 *De tenore huiuſmodi priuilegiorum, & pœnis in eis impoſitis, & quod ut incurrantur debent illa publicari.*

18 *Idem procedit in lege, & banno.*

19 *Quoties pœna tranſgreſſorum applicatur Fiſco cauſa eſt criminalis.*

20 *De libris, & librariis perpulchra remiſſiuè vbi de cap.* 54. *edictorum generalium.*

Licentia ordinarii eccleſiaſtici requiritur in librorum impreſſione ut diligenti, & diſerta obſeruatione quæ fidei Catholicæ, aut pietati, morumque honeſtati ſunt contraria examinentur, & luci publicæ nō tradantur Riccius *collectan.* 3968. & 3808. & *deciſ.* 77. & 380. Scottus *in ſelect. Pōtific. Conſtitut. Epitom.* 56. *theorem.* 154. & 155. Aloyſius Bariol. *conſ.* 34. *per tot.* Diana 4. *p. tract.* 1. *reſolut.* 60. Valer. Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 19. *cap.* 13. *ſect.* 4 *num.* 256. Caſtro *li.* 1. *de poteſt. leg. pœnal. cap.* 8. *Verſicul. eſt etiam quædam lex* Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 9. Felician. *de cenſur. tit. de excommunic. cap.* 24. *Verſicul. qui librum* Barboſa *ad Concil. ſeſſ.* 4. *de canonic. ſcriptur.* Fermoſin. *ad cap.* 10. *de Cōſtitut. q.* 3. *à num.* 19.

Requiri etiam facultatem Regiam ad imprimēdum libros præcitati Doctores non ambigunt, ſolummodo Fermoſinus, & Diana cum ab eis laudatis controvertunt an clerici ligentur lege Regia prohibente abſque Principis ſecularis licentia libros imprimi. In Regno Caſtellæ extant *leges* 23. 24. 32. 35. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recopilat.* quibus diſponitur ut libri non imprimantur abſque licentia ordina-

rii ecclesiastici ubi liber imprimẽdus præsentatur, & itidem Regia licentia post librum visum ex mãdato Concilii Supremi Castellæ ab aliquo Doctore, seu Magistro de eius commissione, & si libri impressi extra vendendi veniunt intra illud Regnum præsentantur coram Dominis Consiliariis eiusdem Cõcilii Supremi Castellæ, quibus singulis solet condonari unus liber, & permittunt publicam apud librarios venditionem.

3 Quinimò nedum libros, sed etiam quamcumque scripturam licentiam exigere resoluit Azor adductus à Fermosino *ad cap. 10. de Constitut. q. 3. num. 30.*

4 Disponitur ulterius in Concil. Tridentin. *session. 4. de edit. libror.* quod regulares ultra prædictam licẽtiam ordinarii debeant etiam illam habere à suis superioribus recognitis per eos libris iuxta formam suarum ordinationum, & quod talis licentia ordinarii in scriptis concessa sit porrigenda, & quod nullus liber imprimatur sine nomine authoris propter evidens periculum falsitatis, fraudis, aut doli in similibus libris anonymis latens; nam sub ignota facie quælibet liberiùs, audaciùsque proponuntur Vveytus *in Constit. 24. ex iure antiquo desumptas & per Concil. Tridentin. renouatas num. 12. pag. 182.* Barbosa *in d. session. 4. Trident.* ubi ex illo *num. 4.* & ex Azor *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 17.* assetit sufficere si apponatur nomen alicuius collegii, seu universitatis; quia iam tunc subintelligitur author certus.

Præsuppositolicentiam ecclesiasticam, & Regiam in scriptis esse ab impressoribus producendã non sufficiet illam superiorum sigillo munitã absque eorum subscriptione porrigi ex probatis à Regente Matthæo *controu. 45. à num. 24.* ubi plura de origine, & authoritate sigillorum post Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 11. num. 4. & 5.* Guid. Papæ *decis. 178. num. 1. & decis. 481. in princip.* Matta *p. 1. Digestor. nouissimor. tit. de probat. cap. 22.* adde Salzedo *in theatro honor glos. 9.* Sylva *de salar. famil. q. 26. & seq.* 5

An autem subscriptio supplea- 6
tur per æquipollens, vel per actũ fictum, veluti illum qui vulgariter vocatur per *estampilla* disputant scribentes, conclusio equidem indubia perducitur quod quando subscriptio, vel scriptio manu propria requiritur à iure est forma, & ita tunc rescriptum aliter confectum nullam fidem facit §. 1. *Instit. de empt & vendit. l. fin. ff de operib. publ. l. iubemus 26. C. de erogat. milit. annone*, & ex his iuribus probat Salgado *de retent. bullar. 2 p. cap. 6. à num. 25.* authores allegans docẽtes quod is qui manu propria aliquid facere tenetur non potest id per alium explicare iuxta Matien-

ço *in l. 1. tit. 4. glos. 16. num. 5. lib. 5. Recopil.* Angel. *in l. 3. ff. rem rat. haberi* Imolam, Hostiensem, Ioannē Andreā, & alios *in cap. cū desideres de sentent. excommunic.* & expressiùs Tiraquello *in l. 26. connubialib. verbo consent. num 25. & 26.*

7 Similiter firmat Salgado ex pluribus ubi proximè quod omnis dispositio respiciens personalitatē non verificatur in eo qui per alium facit actum si pro forma ab statuto sit ita dispositum, qua cessante dispositione aperta statuti, vel legis exploratum habetur idem esse quem tua manu subscribere, & alium eius iussu *l. Diuus Claudius, §. item, ff. Ad leg. Cornel. de falsi.* Vela *dissert. 23. à num. 22.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66.*

8 In nostro Principatu necessitate urgente propter infirmitatem pluries Proreges per firmam exsculptam, sive de *estampilla* subscripserunt in aliquibus Regiis diplomatibus, ut evenit in gubernio Excellentis. D. Don Francisci de Orosco Marchionis de Mortara, qui sæpius podagra laborabat complura namque, & decreta, & diplomata per illū hoc modo subscripta reperientur, idem observabis de tempore Excel. D.D. Ioannis Thomæ Enriquez de Cabrera, tunc Comitis de Melgar, nunc verò Almirati Castellæ, pariterque clavum moderante Excel. D. Don Ioanne Emanuele Fernandez Pacheco, Cabrera, & Bovadilla Marchione Villenæ, & iste est casus cōparabilis cum relato à Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. glos. 60. nu. 44.* ubi defendit quod si Episcopus est omninò impeditus infirmitate, aut alia occasione ut neque cū adiutorio alterius subscribere valeat, & minus scribere sufficeret hoc casu, quod stante tali impedimento alius subscribat pro ipso.

In Cathalonia iura non præscribere Principem subscribere manu propria remissiones, nec pro forma requiri quod sint subscriptæ per nobilem Regentem Regiam Cancellariam, & nob. Regentem Reg. Thesauratiam strenuè propugnat Ramon *consil. 44. per tot.* super quo pūcto vide exscribenda *in compilat. practic. tit. 31. in animaduers. num. 8.* & quidquid de his esset ex causa necessitatis à iuris regulis recedituri *l. tutor qui repertorium, ff. de administrat. tut.* Gutierres *lib. 1. practicar. q. 3.* Gonçalez *in regul. 8. Cancellar glos. 8. nu. 37.* Salgado *de protect. 1. p. cap. 1. prælud. 31. à num. 203.* & *cap. 2. nu. 78. & de retent. 1. p. cap. 1. §. vnico, num. 56.* Solorçano *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 1. cap. 13. num. 18. & à nu. 25.* & *lib. 2. Politic. cap. 15. fol. 148. Versicul. ni parece* Castillo *tom. 6. controu. cap. 113. & de tertiis cap. 9.* Bovadilla *lib. 2. Politic. cap. 18. num. 316. in fin. & lib. 5. cap. 5. num. 6.* Escalona *lib. 1. gazophilac. cap. 5. num. 16. & cap. 40. num. 8.* Giurba *ad cōsuetud. cap. 24. glos. 6.* appositè ad

in-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

intentum Fontanella *decis.* 284. *per tot.*

11 Reassumendo impressorum obligationem ulteriùs te monebo in Concilio Lateranens. sub Leone X. *tit. de impress. libro.* statutum fuisse ut nulli liceat imprimere, vel imprimi facere libros quosvis de rebus sacris sine nomine authoris, nisi primùm examinati, & probati fuerint ab ordinario, & sancta Inquisitione sub pœna anathematis, amissionis librorum, & pecuniaria, Hieronymus Rodriguez *in compen. quæst. regular. resolut.* 89. *n.* 1. qui inquit quod dictum Concilium Lateranense quantum ad licentiã ordinarii confirmatum est per Tridentinum, refert Fermosin. *ad ca.* 10. *de Constitut. nu.* 24. de quo puncto plenè Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. p.* 2. *tit.* 10. per decem paragraphos, & num. 1. in princ. recitat varios libros publicè fuisse combustos, & signanter impii Lutheri cum eius statua, necnon etiam libros cuiusdam Magnatis Hispani primæ classis memorat fuisse concrematos per Fr. Lopezium Barrientos Episcopum Conchensem, addè Costa *de fact. scient. & ignorant. distinct.* 33. *per tot.* ubi probat retentionem librorũ prohibitorum scienter habitam reddere suspectũ de hæresi, ignorantiam verò rationabilem excusare.

12 Insuper non diffitetur Fermos. *d. c.* 10. *de Constit. d. q.* 3. *n.* 33. Concilium Supremum Castellæ præcepisse mulctari D. Ioannem Palafox, & Mendoça Episcopum Axonensem, eò quod typis mandaverat quandam allegationem latam pro libertate ecclesiastica in causa tributorum Regia schedula impositorum de mense Iulii 1656 asserens id factum fuisse de facto æconomicè.

In Regno Valentiæ approbatio Fis. Adv. requiritur ut liber edatur, apud Gallos Regius permissus nõ minus desideratur, & Regis Procuratori incumbit librorum examinatio, exigitur etiam Regalis facultas in Aragonia, Romç solus Magister sacri Palatii licentiam concedit, cum id iniunctum habeat à Summo Pontifice, in quo ibi utraque potestas ecclesiastica, & temporalis residet. Neapolis Regentes Concilii Collateralis tales licentias impertiuntur; in Cathalonia Reverend. Cancellarius, vel nobilis Regens Regiam Cancellariam, at utrobique necessaria est licentia ordinarii Ecclesiastici. 13

Ita in libris typis mãdatis in relatis respectivè Regnis invenies, & sũma cũ ratione hçe praxis induxit, Regi namque spectat curare ne Regaliæ suæ scriptis, aut aliter violentur ut quotquot de illis authores scripserunt affirmarunt. 14

Solent etiam Principes, & Proreges in enumeratis Regnis, sicut in Cathalonia privilegia concedere quibus prohibetur ne intra certum tempus absque authoris, aut 15

UAB Biblioteca de Ciències Socials

typographi consensu libri imprimantur, eaque privilegia nituntur ratione assignanda in *compilatione practicali tit. 4. in animadvers. nu. 2. pag. 27.* & hic accomodatur assertio dictans Principem ex causa efficere delictum, quod non erat, prout eruam in *compilat. pract. tit. 40. in animad. n. 30.*

16 Circa talia privilegia accidit, quod in Regia Curia fuit processum contra Michaelem N. & alios Bibliopolas Barcinonæ, quia contra tenorem privilegii concessi authori libri intitulati *Marial de Fr. Felipe Diaz*, eundem librum imprimere fecerunt, sicque instabatur declarari incurrisse in pœnas impositas in privilegiis, fuit firmatum dubium an causa esset civilis, aut criminalis, & die 29. Martii 1597. declaratum quod procederetur ad ulteriora in causa criminali, & supersederetur in causa civili, Farina. *cons.* 222. nostrum casum pertingit proponens privilegium impressori datum pœnam imponens ei qui sine ipsius licentia libros venales habuerit, & quærit quando quis contravenisse dicatur ut pœna privilegii locum habeat, & defendere conabator inquisitum ponderans illum nõ habuisse animum libros vendendi.

17 Vidi in aliquibus privilegiis impressorib⁹ nostris datis ne quis alius imprimat librum imponi pœnam transgressoribus amissionis librorum, typorum, & aliorum apparatuũ impressionis, & quingentum aureorum aurii, quæ omnia Regiis sunt applicanda ærariis, & in Regio privilegio Regẽti Sesse concesso, qui legitur in tractatu de inhibitionibus continetur, quod nemo sine eius licentia posset intra decennium dictum librum excudere, seu imprimi facere, similiterque vendere in Regnis Coronæ Aragonum, pœna adiecta in contravenientes (post publicationẽ tamen privilegii) quingentorum florennorum auri Aragonum in tres partes dividendorũ, videlicet una pro Regiis ærariis, alia pro authore; & pro accusatore alia, ultra pœnam amissionis librorum, & typorum, si typographus esset; undè ad pœnæ inè ursum, & exactionem necessaria est privilegii publicatio ad tradẽda in *compilat. pract. tit. 30. in animad. n. 3. pag. 260.*

Et generaliter quod lex, privilegia, ac banna non obligent nisi fuerint publicata docuerunt, Ioann. Gaufred. vulgo Collectarius *in t. cognoscentes 2. n. 4. vers. sed numquid necesse est*, & ibi Bellamera *sub n. 6. vers. dicit tamen collectari*⁹ Imola *n. 7.* Abbas *n. 7. vers. sed pulchrum dubium.* Franch. *dec. 360. n. 3.* Farinac. *in fragment. verbo Constitut. 65.* Cytiac. *contro. forens. to. 1. contro. 210. n. 53.* Vela *dissert. 45. à n. 69.* Marescot. *lib. 2. var. c. 39.* Fermosin. *in Rubr. de Constitut. quæst. 7. & 8.*

In

UAB Biblioteca de Ciències Socials

19 In privilegiis, & bannis quibus adversus transgressores imponitur pœna applicanda Fisco (ut eveniebat in relato num. 16.) causam esse criminalem hæsitationem non patitur ex firmatis à R. Cortiada *decis. 35. à n. 64. & n. 89. p. 1. & par. 2. in addit. ad eand. decis. 35. nu. 89.* ubi Senatus decisione comprobat adde ab eo laudatis Ridolphin. *in prax. p. 3. c. 1. n. 93.* Paul. Christin. *ad l. municip. tit. 2. in princ.* Hieronym. Cala *respons. 1. post tract. de restitut. in integr. denegan.*

20 Si practicabilia, & non inincúda scire velis de libris, & librariis, impressoribus, ac librorum mercatoribus tibi suggerunt D. Ægidius de Castejon in alphab. iurid. verbo *libri*, & sub eodem verbo, Marcus Anton. Sabellus in summa, sed non omittam *cap. 54.* edictorum generalium, vulgò *del llibret*, prohiberi quod ullus audeat in aliqua Civitate, vel oppido huius Principatus imprimere libros, conclusiones, vel alias quascumq; scripturas, quin prius recognitæ sint de ordine Excellẽtissimi Domini Proregis approbatione habita in scriptis, sub pœna adversus facientes excudere unius mensis carceris, & amissionis librorum, & contra impressores amissionis typorum, ac apparatuum impressionis, & carceris per spatium sexaginta dierum, atque aliis sub pœnis maioribus, aut minoribus arbitrio suæ Excellentiæ, & Regii Concilii.

DECISIO XC.

DE POENIS OB ALIENVM DELICTVM IMPONENDIS vel non.

EX alieno facinore neminem prægravari iura cuncta decantant, nisi iusta causa urgeat quæ ita fieri suadeat, at tunc non pœna corporalis infligitur, sed pecuniaria tantummodò irrogatur, in subsidium tamen, & sonte non solvendo existente. Sic decisum, & observandum in casibus inferiùs expromendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Pro unius delicto alius non punitur, & quare.*

2 *Sacra pagina testimonia, & iura canonica præiactam regulam confirmantia.*

3 *Textus Sacræ Scripturæ probantes iustè*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

iustè posse quem puniri pro delicto ab alio perpetrato.

4 *Canonicæ sanctiones ad idem adducuntur.*

5 *Apud Deum non est perquirenda ratio cur vnum pro delicto alterius puniat, & quare, leges vero humanæ, nisi de causa constet id statuere nequeunt.*

6 *Etiam ex causa nequit irrogari pœna corporalis pro scelere alterius, sed tantum pecuniaria.*

7 *Statuta, & consuetudines Ciuitatum disponentia municipia teneri resarcire damna data in eorum finibus intelligi debent solummodò quando ignoratur damnificans, vel scitur, & is non est soluendo.*

8 *Iusta causa erit ad huiusmodi statuta si vrgeat bonum Reipublicæ.*

9 *Causæ iustæ quæ contemplentur in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ vt filii plectantur ob parentum flagitium remissiuè.*

10 *In confiscationibus ab statuto dispositis non comprehenditur legitima filiorum delinquentis, & qualiter sit æstimanda, & computanda; sed limita vt* num. 14.

11 *Casus in quibus legitima viuente patre debetur, & num.* 12.

13 *Pro delicto filii non debetur Fisco legitima viuente patre.*

14 *Limitatur hæc conclusio quando per statutum cauetur legitimam filii viuente patre publicari quia tunc legitima metienda erit iuxta bona de tempore delicti, & quomodo hæc limitatio intelligi debeat.*

15 *Statuta prædicta locum non habent in filio, vel filia spuria.*

16 *Neque etiam talia statuta procedunt si filius qui deliquit soluendo sit, & de aliis casibus in quibus non vigent remissiuè.*

17 *Contextus* Constit. 1. tit. quant lo pare es obligat per lo fill.

18 *De Regia Pragmatica super exactione, seu iuribus transitus cymbarum disponente vbi decisio, & de stylo Reg. Concilii Baiul. Gen. Cathalon. circa hæc num.* 19.

20 *In subsidium dumtaxat tenentur filii, & famuli pro delictis patrũ, & dominorum.*

21 *In delictis successiuis punitur Vniuersitas ob facinora singularium.*

22 *De aliis punctis ad hanc decisionem concernentibus remissiuè.*

INnumeræ pendent illustres cõtroversiæ ciuiles, ac criminales à proposito argumento, peragam solummodo præclariores breuiùs quò potero, & præmitto regulam satis notam esse pro unius delicto alium puniri non debere; quia pœnæ suos habent authores, nec ulterius contra eos progrediuntur qui procul sunt à calumnia *l. iubemus, C. de pœn. l. si quis, §. legis, C. de inoff. testam l. legem, C. de naturalib. lib. l. ob matrimonium, C. ne vxor pro marito, l. si pœna, l. si crimen, ff. de pœn. l. 3. §. quod pater, ff. de munerib. & honorib.* & pleraque alia iura aggerata per Farinac. *in prax. quæst.* 24. Cuiac. *in cap.* 2. *de his quæ fiunt à maior.* 1

UAB Biblioteca de Ciències Socials

maior. part. Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 8.* Barbos. *in cap. 2. à num. 15. de Constitut.* Solorzan. *li. 5. Politic. cap. 11. fol. 850. Versicul. dando* Riccius *p. 3. collectan. 725. & p. 7. collect. 2810.* Marques de Gubernat. *lib. 2. cap. 31.* Rojas de incompatib. *p. 3. cap. 1. à num. 55.*

2 Sacræ paginæ testimoniis, textibusque canonicis, aliorumque Doctorum authoritate latè idem comprobat Faria ad Covarruv. *d. li. 2. cap. 8. num. 5.* & præcipuè ex Genes. *cap. 28. Versic. 25.* Numer. *cap. 16. Versicul. 22.* Ieiem. *cap. 33. Versicul. 30 sed vnusquisque* D. Paulo. *2. ad Corinth. cap. 5. Versicul. 10. & ad Galat. cap. 6 Versicul. 5. vnusquisque, cap. non debet 22. cum seq de reg. iur. in 6. cap. Iudæi 7 & per tot. quæst. 1. cap. 24. q. 3.* aliisque complurimis textibus ornat, probat, ac convincit Faria.

3 E contra verò quod iustè possit quis puniri pro delictis ab alio perpetratis plura sacra eloquia demonstrant, iura probant, Doctores fatentur ut videre erit Exodi *cap. 34 Versicul. 7. Numeror. cap. 24. Versicul. 18.* Levitic. *cap. 26. Versic. 40.* Deuteron. *cap. 28. Versicul. 46.*

4 Canonicis Constitutionibus similiter eluceſcit *cap. 1. de. fil. presbyter. cap. non est vobis 11. de sponsalib. cap. vergentis 10. de hæret. cap. 2. §. hæretici, cap statuũ 5 de hæretic. in 6. can. cũmulta 3. 15. q. 3* iureque civili pœnas infligi filiis ob scelera parentũ confestim aperietur.

Et quod divino, ac humano iudicio iustis de causis possit ei qui non deliquit pro alieno delicto pœna irrogari docuerunt Tusch. *litt. P conclus. 212. num. 41.* Farinac. *d. q. 24. num. 154.* Castillo *controu. lib. 4. cap. 105. num. 19.* Augustin. Barbos. *in collectan. ad cap. renouantes num. 9. 22. distinct.* & ex his Faria ad Covarruv. *d. lib. 2. c. 8. nu. 13.* ubi inquit quoad iudiciũ divinũ causam quærendam non esse, cum Deus sit absolutus dominus vitæ creatæ, possitque pro suo arbitrio eam donare, vel auferre, & ita poterit ex alieno peccato occasionẽ sumere ad necem alicuius, ut inde suæ iustitiæ rigidas leges oſtẽdat, leges vero humanæ nisi de causa constet ob quam in insontes coercetur facinus alienum iniquæ habebuntur, & servandę non erunt, prout etiam voluit Osasc. *decis. 88. num. 25.* adde Solorzano *de iure Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 14. à num. 68. & 71.* Gutierrez *canonicar. quæstiõ. lib. 2. quæst. 30.*

Iustam igitur causam movere 6
debere Principem, aut statuentem Doctores præcitati firmãt ut quis ob delictum alterius plectatur, & amplius advertunt talem pœnam dumtaxat irrogari valere pecuniariã, nõ verò corporis afflictivam, & ita nullo iure humano constitui posse ut quis pro delicto non suo corporalem pœnam subeat concludunt Suares *de fid. disputat. 22. sect. 3 num. 2.* Farinac. *d. q. 24.*

num.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

num. 190. Guazzin. *defens.* 33. *circa princip. num.* 8. *Versicul. tamen dicta hæra* Caball. *resolut. criminal. casu* 249. *num.* 20. Alphons. à Castro *de potest. leg. pœnal. lib.* 2. *cap.* 9. *Versicul. restat fol.* 77 *litt. C.* quibus concurrentibus, scilicet iusta causa, & pœnæ pecuniariæ dumtaxat impositione non obsistunt *num.* 1. & 2. supra expensa.

7 Insuper exponit Gutierrez *canonicar. qq. d. lib.* 2. *q.* 30. *nu.* 48. quod statuta, & consuetudines quibus disponitur municipia teneri resarcire damna data in eorum finibus non debent intelligi quando scitur à quo est damnum illatum, & is fuerit solvendo, sed quando ignoratur, vel scitur, & is non sit solvendo, & hæc prodesse posse annotat pro defensione statutorum, atque ordinationum Civitatum, & oppidorum quibus ex iustis causis cavetur alterum pro damno dato in re ad ipsam rempublicam, vel communitatem spectante teneri ad pœnam pecuniariam ab ipsis statutis impositam persolvēdam ratione propinquitatis, & vicinitatis, nisi doceat de authore damni, dummodò à Rege sint confirmata, vel approbata cōsuetudine legitima.

8 Inter causas iustas adnumerat Solorzan. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 68. si materia subiecta Reipublicæ sit necessaria, ut in metallorum operatione consideratur.

9 Causę etiam iustæ contemplā-

tur in crimine læsæ Maiestatis divinæ, vel humanæ respectu filiorum qui variis pœnis afficiuntur quamvis paterni sceleris conscii non fuerint, prouti patefeci *decis.* 22. *à num* 9. & probatur ex *cap.* cū *secūdum leges de hæretic. in* 6. *l. quisquis, §. filii vero, C. Ad leg. Iul. Maiestat.* prosequitur Solorzan. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *à num.* 72. ubi ait non obstare quod Imperatores Arcadius, & Honorius *in d. l. quisquis* scribant se vitam filiis ex lenitate concedere: nam non exinde morte plecti posse sentierunt, sed sibi hanc liberalitatem tribuunt, & propterea Solorzano Vazquez liberè, & inurbanè effusum profert.

Nota tamen quod in confiscationibus ab statuto dispositis non comprehenditur legitima filiorū delinquentis, quæ non obstante confiscatione salva remanere debet iuxta veriorem Doctorum sētentiam, æstimatio vero talis legitimæ est facienda à die confiscationis, & condemnationis, & quamvis regulariter sit triens hæreditatis paternæ quando filii sunt quatuor, aut infra, & dimidia quādo sunt quinque, vel ultra, nihilominus ex publicatis bonis si pater habeat unum, vel duos filios erit dimidia totius hæreditatis, at si habeat tres, vel plures filios, tunc non sunt bona publicanda, sed tota hęreditas ex dispositione Adriani Imperatoris reservatur, *l. fin. §. plures iuncta glossa, ff. de bon. damnat.* 10

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nar. & ita practicari debet de iure communi, nisi alia vigeat consuetudo Farinac. *in praxi d. quæst.* 24. *à num.* 25. *ad* 42.

11 Ad hanc classem referenda est discussio an legitima in vita eius ex cuius bonis solvenda est debeatur, & quidem Excellentissimus Vicecancellarius Dõ Christophorus Crespi *observat.* 43. in duobus tantum casibus legitimam vivente patre deberi asseverat, primo cum pater per immensam donationem suum exhausit patrimonium, quo tempus donationis attendi observat, & pro revocatione donationis inofficiosæ revera actio ad supplementum legitimæ tantum accomodatur Bartol. & Castrens *in l. Titia, §. Imperator, ff. de legat.* 2. Honded. *consil.* 43. *num.* 19. *volum.* 1. Costa *de portion. rat. q.* 113. *num.* 2. Peregrin. *de fideicom. artic.* 36. *num.* 35.

12 Secundus casus accidit quando filia dote contenta renuntiavit paternę successioni cum iuramento, & tunc tempus dotis constitutæ inspicitur ad computationem legitimæ quasi tempore renuntiationis pater mortuus effingatur Decian. *consil.* 6. *num.* 52. Riminal. *consil.* 317. Bellon. *consil.* 15. *num.* 8. Menoch. *consil.* 6. *num.* 21. Ioseph. Ludovic. *decis.* 21. Anton Sola *ad nou. Constitut. Sabaud. tit. de alien. bonor. min. gl.* 2. *num.* 12. in cæteris autem casibus inspiciendũ dumtaxat tempus mortis parentis in quo legitima debetur concludit ibidem, Crespi prosequuntur materiam Riccius *p.* 3. *collectan.* 665. Surd. *decis.* 149. & 167. Barbosa *in l.* 1. *p.* 4. *solut. matrim.* Robert. *lib.* 3. *rer. iudicat. cap.* 6. *fol.* 29. Hermosilla *in l.* 8. *gl.* 2 *num.* 20. & *gl.* 13. *num.* 16. *tit.* 4. & *in l.* 13. *glos.* 1. *num.* 8. *tit.* 5. *p.* 5. Barbosa *voto* 126. *n.* 209. Carleval. *tit.* 1. *de iudic. disput.* 25. *n.* 22. Ayllon ad Gomez *li.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 5. *Versicul. octauo* Castill. *de aliment. cap.* 43. & *de vsufruct. cap.* 64. Anton. *lib.* 1. *de donat. p.* 3. *cap.* 23. Giurb. *ad consuetud. cap.* 4. *gl.* 5. *à nu.* 4. & *cap.* 7. *glos.* 12. *n.* 5.

Pro nostro argumento criminali extra casum criminis læsæ Maiestatis in primo capite conclusio communiter recepta stabilitur pro delicto filii non deberi Fisco legitimam vivẽte patre Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius p.* 1. *decis.* 5 *in nouo*, & *vxorem nomine Adelasiam num.* 284. Bartol. *in l.* 1. *§. impub ff. de collat. bonor.* & *in l. omnimodo, §.* 1. *ff. de inoff. testam.* Ioan. de Imol. *in l si filio la segona, ff. solut. matrim.* Padilla *in l. si emancipata, C. de iur.* & *fact. Ignorant.* Canc. *var. resolut. p.* 1. *cap.* 3. *nu.* 25. Peregrin. *de iur. fis. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 133. 13

Limitatur tamen supradicta conclusio quando per statutum caveretur legitimam filii vivente patre publicari; quia tunc legitima commensuratur ad bona tẽpore delicti Hodierna ad Surd. 14

decis.

decis. 167. qui regulam multipliciter ampliat, & præsentaneam limitationem affert, & declarat ita quod ponderanda sint verba statuti an respiciant delictum, an verò condemnationem: nam si dicat quod pater teneatur solvere legitimam pro delicto filii, tunc attenditur tempus delicti, at verò si exprimat tempus condemnationis illud inspici debet, & antea notarunt Mangil. *de imput. q.* 41. & Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 39. *nu.* 3. attestatur in praxi per Rotã Romanam servari inspici tempus condemnationis.

15 Adde perpolitè de puncto differentem Conciol. *resolut. criminal.* 3. *verbo legitima*, & *ad statuta Eugub. lib.* 4. *Robr.* 57. qui *num.* 2 *&* 3. tenet similes Constitutiones non habere locum in filio, vel filia spuria ex Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 34. *nu.* 3. Chartar. *de pœn. innocent. art.* 3. *num.* 500. *& seqq.* benè Franciscus Romaguera ad memoratã
16 *Robr.* 57. *qui nu.* 18. observat non habere locum huiusmodi statuta si filius qui deliquit solvendo sit, & in aliis casibus latè relatis per Antun. Portugal. *de donat. Reg p.* 3. *cap.* 23. *per tot.*

Amplius annotat noster Ro-
17 maguera in hoc Principatu Cathaloniæ *Constit.* 1. *quant lo pare es obligat per lo fill* disponi quod pro delicto commisso per filium viventibus parentibus nequeat fieri executio, neque pro alia causa civili, & criminali in bonis parentum titulo, vel occasione legitimæ filii peregerat Canc. 1. *p. cap.* 3. *num.* 25. ius commune, & municipale percurrens.

Sereniſſimus Rex Philippus 18
Regia Pragmatica data Barcinonæ 13. Iulii 1599. iussit sub pœna 25ti pro quolibet, & qualibet vice qua fuerit contrafactum (cuius tres essent faciendæ partes, una pro accusatore, alia pro Fis. Regio, & alia pro Officiali exequente) quatenus nullus auderet exigere, aut recipere pro iure passagii, seu cymbæ traiectitiæ fluente, & discurrente aqua absque aliquo incremento, imò vero in cursu, & alveo ordinario existente, nisi id quod in simili tempore exigi solitum est, si vero flumen accreverit cum magno incremento propter aquarum inundationem exigi nõ posset sub eadem pœna ex iure transitus cum dicta cymba traiectitia nisi usque ad unum solidum pro homine, & alium pro iumẽto, & quia in illa Regia Pragmatica nihil disponebatur super iuribus prædictis tempore inundationum, & incrementi fluminum, quando per illa est transeundum cum curribus, vulgo *Galeras*, plaustris, sive cotxes, vehiculis, vulgo *carretas*, & similibus, idcircò Regiis præconiis de ordine Baiuli Generalis publicatis insimul cum præhabita Regia Pragmatica discretivè quid quocumque ex his casi-

casibus exigendum foret iniunctum extitit pœna imposita adversus transgressores 100 ℔ pro unoquoque, & qualibet vice qua contraveniens repertus fuerit, aut probetur contravenisse, quæ pœna esset exigenda à memoratis transgressoribus, vel à dominis pōtium, seu cymbarum, aut à suis arrēdatariis conscripta etiam clausula iustificativa, & ulterius addito quod tabulæ ligneæ affigerentur in quocūque ponte, vel cymba ubi taxatio inserta esset.

19 Eveniente casu contraventionis ad instantiam Fisci Procuratoris porrigitur supplicatio in Reg. Cōcilio B.G. qua (ut in aliis causis criminalibus) factū narratur, præconia exhibentur, & transgressores plecti petitur, testes recipiuntur, depositio à delato exigitur, inquisitio publicatur, defensiones admittuntur, & denique sententia fertur per Reg. Consiliarium Assessorem B. G. cui causa fuit commissa, & subscribitur per Fisc. Advocatum illius Regii Concilii, qua equidem sententia declaratur incursus transgressorum in pœnam iuxta tenorem Regiæ Pragmaticæ, vel præconiorum, prout fuit ita obsservatum in prædicto Tribunali sententia lata 5. Iunii 1608. in vim Regiæ Pragmaticæ contra Ioannem N. & Antonium N. qui fuerunt cōdemnati ad pœnā 250 ℔ solvēdatū videlicet duæ partes Receptori Regio Baiuliæ Generalis, residua verò tertia pars Officialibus, & ministris dictæ executionis. Intellecto, & declarato quod attento constabat tempore quo contrafactum fuit dictæ Reg. Pragmaticæ, & ultra ius debitum exactum, scafam, seu cymbam traiectitiam texisse, seu gubernasse Ioannē minorem filium dicti Ioannis, seu eius famulos quod executio prædictarum 250 ℔ fieret tantū contra Ioannem minorem, præfatosque; in subsidium verò contra Ioānem maiorem, & præexpressum Antonium Relator erat Nob. Michael Sala tunc Assessor Baiuliæ Gen. qui eximia postea in Regia Aud. eruditionis, & doctrinæ suæ documenta edidit, non minusque Regentis Reg. Cancellariæ munere perfungens, & crebrò in illo Reg. Concilio decisiones similes prodierunt, & possem recentes producere.

Notanter in his decisionibus 20
patrē, & dominum respectivè in subsidium tantum teneri fuit decisum ex his que *num.* 7. *&* 16. præfinivimus Reliqua non parum utilia quæ hic propriam sedem haberent, nempè an filius teneatur pro delictis patris saltem quoad peculium profectitivum, & quid in crimine læsæ Maiestatis, quidve quoad usufructum quem habet pater in adventitiis, dicentes sint doctorum opiniones, videas apud citatos Do-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ctores, & præcipuè Farinac. *d. quæst.* 24. ubi longè quando dominus respondeat pro delicto famuli, & similiter Officialis Vniversitatis pro delictis suorum Civium, & quando requiratur illius deliberatio, ut puniatur, quod pũctam pertractavi *decis.* 39. *num.* 13. addo nunc Ramon alios allegantem *consol.* 51. *num.* 11. ubi quod in delictis successivis si homines Vniversitatis continuativè delinquant, tenentur singulares, & universitas etiamsi non præcesserit Concilium, & congregatio, ac deliberatio, aliàs numquam deliberationes fierent. 21

Videas etiam Antunez Portugal iam citatum; qui doctè, latèque de peculio castrensi, & quasi castrensi differit 22

DECISIO XCI.

DE SECRETI PRÆSTANTIA, ILLVDQVE ESSE SERVANDUM præcipuè à testibus.

SECRETVM pandere vilis animi notatur effectus, variis à iure afficitur pœnis, gubernio, & iustitiæ administrationi admodum noxium experimur, in testium, atque interrogatoriorum antequam publicentur evulgatione uti suggestionibus, ac falsitatibus viam præbens interdicitur, ac aliquando, si accidat, punitur, & ne contingat subiuramento quandoque parte præsertim petente præcipitur, vel quoties iudici sic expedire videatur. Ita Senatus in casu subiiciendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Secretum quantum expediat, & de pœna illud violantis remissiuè.*

2 *Anciani Vniuersitatis reuelantes eius secreta, & etiam Officiales priuantur officio, & in alias pœnas incurrunt.*

3 *Qui recipitur in testem inter alia iurare debet se non reuelaturum testimonium suum ante publicationem, & quomodo id intelligatur, ac de pœna effrangentis, ac num.* 8.

4 *A iudice interrogatus cum iuramento reuelare tenetur secretum non in vim confessionis, & penitentiæ commissum, sed illud quo dicitur secretè, & protestatione præmissa tamquam si sub sigillo*

con-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

confessionis fuerit communicatū.

5 *Interrogatoria non dantur in criminalibus nisi in certo casu quoad Fiscum, in ciuilibus verò perhibentur tam pro parte actoris quā rei. & quæ sint repellenda.*

6 *Danda non est copia interrogatoriorum parti donec attestationes sint publicatæ, & quare.*

7 *Interrogatoria impertinētia, captiosa. & superflua sunt resecanda.*

8 *Copia non est dāda interrogatoriorum parti donec attestationes sint publicatæ.*

9 *Iuramentum exigendum à testibus de non reuelando testimonium suum donec attestationes sint publicata non est prætermittendum, præsertim parte petente, vel quando iudici expedire videbitur.*

SEcretum quātopere expediat, & qui illud seruare teneantur, quæ ex eius manifestatione mala proueniant, & de pœna qua pandens punitur perpendunt *l.* 82. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopilat.* Bouadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 5. *&* *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 52. *&* *lib.* 4. *cap.* 2. *num* 29. Narbona *in l.* 82. *glos.* 1. *&* *seqq.* ubi quomodo secretum dicatur, & frangatur, eiusque violatio probetur Riccius *p.* 4. *collectan.* 961. Marquez *de Gubernat. lib.* 1. *cap.* 17. *fol.* 103. Molin. *de iustit. tract.* 4. *disput.* 3. *&* *seqq.* Escobar. *de purit. p.* 1. *q.* 6. §. 5. *à num.* 11. Navarr. *in cap. inter* 11. *q.* 3. *concl.* 6. *à nu.* 204. *&* 450. *&* *tom.* 3. *in manual. confessar. cap.* 7. *à num.* 1. *&* *cap.* 18. *à nu.* 51. & in *cap. Sacerdos de pœnitent. distinct.* 6. ubi an sit de iure naturæ Bossius *in tit. de carcerat. fideiussorib. relax. num.* 32. qui refert Franciscum Bellonū in Ciuitate Casalis Senatorem (ex eo quod sententiam à Senatu latā nondum tamen publicatam reuelauerat) fuisse capite obtruncatū, eamque sententiam prius ipsum in se ipsum tulisse; nam cum à Marchione interrogatus fuisset qua pœna dignus esset qui sententiam capitalem reuelasset, & ipse respondisset eadem capitali pœna subiunxit Marchio Montisferati tu igitur hanc pœnam patieris Simanc. *de republic. lib.* 7. *cap.* 14. *&* *seqq.* prosequitur Carena *de offic. Sanctæ Inquis. p.* 1. *tit.* 8. §. 10. *tot.* Valenzuela *consil.* 162. *à num.* 1. itidem Escobar. qui suprà *de purit. p.* 2. *q.* 6. §. 5. *à num.* 28. qui optimè de reuelatione secreti Regis, & alterius, ac de pœna Sanchez *lib.* 6. *consil. cap.* 6. *dub.* 12. ubi an sit virtutis actus secretum seruare, & quomodo sit seruandum Sanfelic. *decis.* 60. *tom.* 1. qui etiam de pœna notarii secretum non seruātis.

Ancianos secreta Vniuersitatis reuelantes priuari officio, & similiter officiales vota pandentes, & vlterius incurrere in pœnam indignationis iræ Regis firmat Baiard. *ad Clar. q.* 73. *à num.* 6. innuens etiam explorationis iustitię reum puniri tamquam fisci cau-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſam prodientem, & in crimẽ prævaricatoris incidere *l. 1. & 2 ff. de prævaricator*; & quod puniatur uti auxiliator ſcribens litteras bannitis Giurb. *conſil. 44. num. 17.*

3 Inter alia iurare debere eum qui recipitur in teſtem ſe non revelaturum teſtimonium ſuum ante publicationem voluit Farinac. *q. 74. nu. 18.* Buccaron. *de differen. inter iudic. ciuil. & crimin. differ. 103. num. 5. & 6.* ubi iuramentum particulare ſuper ſecreto requirit, aliter pœna periurii ceſſat, tenetur tamen huiuſmodi revelans atteſtationes ante publicationem actione in factum Buccaron. ibidẽ, & Bald. *in l. fin. C. de edendo nu. 16.* affirmat iſtum non ſervantem ſecretum puniri *crimine falſi* per tex. *in l ſi quis aliquid, §. is qui inſtrumẽto, ff. de pœn.* ubi quod revelans ſecretum etiamſi non iuret illud tenere nihilominus punitur pœna extraordinaria.

4 E contra vero ſecretum, non in vim confeſſionis, & pœnitentiæ licet ei dicatur ſecretè, & proteſtatione præmiſſa quod non revelet tanquam ſi ſub ſigillo confeſſionis dixiſſet cum iuramento à iudice interrogatum revelare debere tenuit Gomez *lib. 3. var. cap. 13. nu. 9.* poſt D. Thomam *ſuper quarto diſtinct. 13. quæſt. 3. art. 1.* & alios.

5 Interrogatoria non dantur in criminalibus ex parte Fiſci, neque rei ut Doctores per me laudati *deciſ. 30. num. 28.* concludunt ubi de limitatione quoad Fiſcum, in civilibus tamen cauſis admittuntur, tam pro parte rei, quam actoris ut habetur *in prax. ciuil.* Pegueræ *rubr. 13. ſota* reſecanda vero eſſe per iudicem impertinentia, captioſa, & ſuperflua obſervant Salluſt. *in pract. lib. 2. cap. 32. num. 6.* Farinac. *de teſtib. q. 33. nu. 48.* Poſt. *de manuten. obſeruat. 93. num. 8.* & alii laudati per Conciol. *ad ſtatuta Eugub. lib. 2. Rubr. 9. nu. 13.* ubi noſter Romaguera.

Danda ſimiliter non eſt copia 6
interrogatoriorum parti, donec atteſtationes ſint publicatæ, ne ſuggeſtionibus inſtruantur teſtes ad falſum Marant. *p. 6. memb. 7. nu. 20. & artic. 10. num. 57.* Micalor. *de poſition. cap. 3. num. 3.* Conciol. *reſolut. crimin. 1. & 2. verbo interrogatoria* Sabell. *in ſumma diuerſ. tractat. verbo interrogatoria* Speculat. *tit. de teſtib. §. de interrogatoriis, nu. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 175. nu. 2.* Pateja *de inſtrum. edit. tit. 10. reſolut. 1. nu. 17.* Peguer. *in prax. ciuil. rubr. 13. num. 1. & 2.*

Quapropter cum teſtes à iure 7
obſtringantur iuramẽtum præſtare de non revelando teſtimoniũ ſuum donec publicatę fuerint atteſtationes ex adductis *nu. 3.* quibus addas Speculat. *de teſtib. lib. 1. partic. 4. ſequitur num. 2.* Nellum *de teſtib. num. 59.* Rudolfin. *in prax. iudic. p. 1. cap. 11. nu. 16.* inde fit quod tale iuramentum de non revelando

do non est prætermittendum, præsertim parte petente, vel quãdo iudici conveniens videbitur.

8 Ex quibus omnibus Regia provisione facto verbo facta per nobilem Iacobum de Potau R.S. 10. Maii 1690. (quę in iudicatũ transivit) in causa Emerentianę Fontana, & Administratorum filiorum, & bonorum Elisabethis Perez contra Bernardum Sembasart civem honoratum Barcinonæ, & alios fuit provisum ad petitionem actorum quod testes ministrandi per memoratum Sembasart præstare tenerentur ultra solitum iuramentum de veritate dicenda, aliud iuramentum de non revelãdo dicta, neque interrogatoria donec essent publicatæ attestationes scriba Petro Ioanne Fabra, & multoties deinde fuit idem practicatum.

DECISIO XCII.

DE IVRAMENTO PER EXEMPTOS PETENTIBVS gabellariis præstando.

NEGOTIATIONIS lucrum indignum, ac improbum à clericis, & exemptis vitandum, à solutione gabellarum ipsi præservantur, sed non ut negotientur, vel alios perperam cooperiant; eorum enim immunitas ne graventur fuit inducta, non ut gabellarios gravent, & fraudum receptatores fiant, ideòque ad petitionem collectorum vectigalium iutare ea forma tenentur, qua illis, sibique insimul consultum remaneat omni dolo semoto. Ita Senatus in casu confestim proferendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Iuramentum ex causa necessaria permissum est.*

2 *Casus decisionis, & num. 3.*

4 *Exempti, & clerici volentes extrahere res, seu merces tenentur illas ostendere, & manifestare gabellario, & orta quæstione super dominio standum erit iuramento exempti, & num. 6.*

5 *Huiusmodi iuramentum præstandum est per exemptum ad mentem gabellarii absque vlla æquivocatione.*

6 *Ciues Barcinonæ ad instantiam collectorum lezdæ, iurare tenentur nedum res, vel merces introducen-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ducendas esse suas, sed etiam nullam aliam personam non exemptam habere partem, seu communionem in illis, easque venire, vel extrahi vendendas ubi occasio adesset, vel destinatas ad certam villam, aut locum.

Statur tunc iuramento civis, vel eius famuli eo absente, nisi in casibus hic expressis.

7 *Iudex laicus tametsi absolutè nō possit cogere ecclesiasticos ad iurandum; eos tamen compellit supposito quod velint res quas dicunt esse suas sine solutione gabellæ sibi relaxari.*

In eo iuramento nulla iudicialis forma cōtinetur, sed quædam extraiudicialis informatio.

8 *De iuramento litis decisorio.*

9 *Decisiones Senatus.*

1 IVramentum ubi necessarium permissū est *causa* 22. *q.* 1. Tolet. *lib.* 4. *instruct. cap.* 21. Filesac. *de aut. Episcop. cap.* 1. §. 2. & 10. 2. *select. cap.* 2. *& seqq.* Pancirol. *lib.* 2. *variar. ca.* 31. Covarruv. *in cap. quamuis*, §. 6. *de pact in* 6. ubi quibus concurrentibus Sanchez *lib.* 3. *summ. cap.* 3. *& seqq.* Salgado *p.* 2. *de Reg. protect. cap.* 13. *à num.* 237. Barbos. *in cap. num.* 1. *de elect.* Navarr. *tom.* 3. *in manual. confessar. cap.* 12. *à num.* 2. quæ doctrina singulariter amplexata, & discussa extitit in casu sequenti.

2 Mota lite interdicti summarissimi retinendę possessionis per Syndicum Civitatis Barcinonæ contra heretarios, seu dominos lezdarum, Regalis, & de Mediona eiusdem Civitatis, collectores, & arrēdatarios illarum fuit per Magnificum Ioannem de Colomer R. S. facto verbo 24. Ianuar. 1688. declaratum non teneri Civitatem, cives, nec deferentes pecora, vel alia bestiaria, tam grossa, quam minuta accipere apodissia, vulgò *pic* in domo lezdæ, & tam Civitatem, & cives pro rebus, & mercibus suis, quam deferentes pecora, seu armenta manuteneri debere in possessione, seu quasi exemptionis solutionis iuris præmissarum lezdarum pro præfatis rebus, & mercibus, quas extrahunt, vel introducunt in hanc urbem.

Ab ista provisione supplicarunt collectores, & arrendatarii lezdarum contrario imperio tantum, cumque illi prætenderent teneri præexpressam apodissiam, sive *pic* deferre cives, vel iurare nedum res, vel merces introducendas, aut extrahendas esse suas, sed etiam nullam aliam personam nō exemptam habere partem, sive cōmunionem in prædictis rebus, easque venire, vel extrahi vendendas ubi occasio adesset, vel destinatas ad certam villam, aut locum; idcircò hac prætensione vivaciter expensa de eius iustitia extitit quæsitum. 3

Propositio equidem innegabilis circumfertur exemptos, etsi cleri- 4

cos

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ricos volentes extrahere, seu introducere res, aut merces teneri in portis Civitatis, vel oppidi illas ostendere gabellario, ortaque controversia inter exemptum, & gabellarium super dominio rei standū esse iuramento per exemptum præstando Ventrigliol. *in prax. eccles. tom. 1. annot. 14. §. vnic. num. 11.* Carol. de Grass. *de effectib. clericat. effect. 3. num. 257.* & alii citati per Quaranta *in summa bullar. verbo vectigal*, ultra triginta aggerat Cortiada *decis. 208. num. 20. to. 4.*

5 Debet autem præstari huiusmodi iuramentum per exemptū ad mentem gabellarii absque ulla penitus æquivocatione. Delbene *de iuram. dub. 6. petit. vnic. nu. 7.*

6 Etenim exsuscitata quæstione inter exemptum, & publicanum, seu exactorem gabellæ; eò quia is asserat exemptum res, seu merces negotiandi causa deferre, vel ipsas res ad exemptum non pertinere, seu quid simile, quoad res, & bona committitur disputatio iuramento exempti Coell. *in commētar. ad bull. bon. regim. cap. 50. num. 151.* & consequenter liquet in casu dubii fraudis posse iuramētum per gabellarium deferri supradictis circunstantiis, & expressionibus adhibitis cum per eas gabellario, & exempto consulatur, quibus adde Reg. Cortiada *decis. 210. nu. 17. tom. 4.* ubi firmat standum esse iuramento clericorum, & familiarium, si clerici sint absentes, an res quas deferunt proveniant ex causa negotiationis, vel proprii usus comprobans ex Barbosa *de iur. eccles. vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 69. Versicul. quando dubitatur*, nisi quantitas, vel qualitas personarum aliud suaderet, vel nisi in promptu fides de contrario per gabellarium habeatur authoritate Ansal. *de iurisdict. p. 2. tit. 11. cap. 34. á num. 51.* Carol. de Grass. *de effectib clericat. effect. 3. sub. nu. 185.*

Plus adhuc concludit Cortiada 7
decis. 208. num. 26. nimirum clericos, & ecclesiasticas personas cogi posse in his casibus per iudicem secularem ad iurandum, quia tametsi illi absolutè non possint compellere clericos ad iuramentum, tamen supposito quod isti velint res illas quas dicunt esse suas sine solutione gabellæ relaxari æquitas iustitiæ dictat eos ad iurandum compelli, & pro comprobatione adducit Sylvestrum, Lezana, Sanchez, Fagundez, Pereyra, ac Barbosa, & num. 28. aliam subiungit rationem (post plures allegatos Doctores contrarium tenentes, & inter alios Fontanella) nimirum quippe in eo iuramento nulla iudicialis forma continetur, sed quędam extraiudicialis informatio in qua lex ipsa contenta est iuramento iurantis, & ego addo istud esse decisoriū, de quo late *in cap. vlt. vbi Cuiac. de int. eiur. l. 9. & seqq. l. 2. tit. 11. p. 3.* Donell. *lib. 26. comment. cap. 6.* 8

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& seqq Vigell. lib. 15. iur. ciuil. cap. 9. Gomez lib. 3. variar. cap. 12. nu. 5. Cevallos cõmun. q. 452. Robert. lib. 1. rer. iudicat. c. 11. Fab. de error. decad. 19. error. 1. & seqq. Hermosilla in l. 10. gloss. 4. à num. 174. tit. 1. part. 3. Riccius p. 2. collectan. 380. & p. 4. collectan. 1359. & p. 5. collectan. 1883. & 1984. & p. 6. collect. 2169. Vela dissertat. 22. à num. 19. Cyriac. controu. 37. & seq. & 299. & 421. & 516.

2 Quamobrem iuramẽtum modo supradicto esse præstandum decrevit Senatus Regia provisione facto verbo facta per memoratum Magnificum de Colomer 7. Iunii 1691. incidente altercato in causa supplicationis contrario imperio interpositæ, ut præfertur, à Regia provisione prolata 24. Ianuarii 1688. Actuario Fores, & Cottell. Hoc ipsum fuerat declaratum per eundem de Colomer facto verbo similiter 14. Iulii 1689. in causa inter aromatarios istius Civitatis ex una, & hereterios, ac collectores prædictorum iuriumpartibus ex alia; Scriba Vilamala.

DECISIO XCIII.

DE PRIVILEGIIS SENECTVTIS IN CIVILIBVS, ET criminalibus.

AFFLICTO afflictionem non esse addendam iura proclamant, ideòque laborioso senio confectis potius suffragari quam molestias inferre æquitas præscribit, propterea si mentis imbecillitate turbati deliquerint omne supplicium temperatur, sin minus pœnæ quidẽ minuuntur demptis mortis, & pecuniaria, at pro debito civili septuagenarium capi certior opinio non admittit, nisi post eam ætatem completam contractum iuraverit. Ita Senatus in definitionibus infra adducendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Senectus valde est laboriosa, & ita adiuuanda priuilegiis.*

2 *Liberatur senex ab obligatione seruiendi, & operarum præstatione etsi esset obnoxius ratione delicti.*

3 *Senibus quæ pœnæ, & qualiter minuendæ sint.*

4 *Septuagenarius pro debito ciuili carcerari nequit.*

7 *Quid in Reg. Neapolis obseruetur.*

Annus

8 *Annus septuagenarius incaptus sufficit vt pro debito ciuili capi non possit.*

9 *Priuilegium istud limitatur in debitis iuratis.*

10 *Intellige si septuagenarius hac ætate constitutus iurauerit contractum, secus vero si iuramentum præstiterit ante illam completam. Potest septuagenarius prædicto priuilegio renunciare.*

11 *Decisiones Senatus, & num. 12. ac 13.*

1 ÆRumnas complures senectus patitur, & ideò æquũ est illi variis priuilegiis, & immunitatibus succurri Riccius *p. 5. collectan. 1623. & 1862.* Baeza *de inop. debit. q. 7.* Gomez *lib. 3. variar. cap. 1. num 68.* Garcia *de nobilitate gloss. 48. §. 1.* Solorzan. *lib. 2. Politic. cap. 20. fol. 179 Versic. lo qual* Narbona *annal ann. 50. q. 2.* ubi de eius initio, *& quæst seq. & anno 60. q. 1. & anno 70. per tot. quæst.* & *anno 80. 90. & 100.* Lara *de vita homin. cap. 51.* Velasco *de priuileg. pauper. par. 3. quæst. 18.* Giurb. *ad consuetudin. cap. 2. gloss. 14.* Senec. *Epist. 12. 26. 104. & 108.* Ioannes Castagna *de benef. ne egeat, par. 2. cap. 7.* ubi an debitor senectæ ratione excusetur ut non sit addicendus creditori.

2 Liberari senem ab obligatione seruiendi, & operarum præstatione etiamsi teneatur ad eas ratione delicti commissi firmat Castagna qui proxime *de beneficio ne egeat p. 2. cap. 7. nu. 4.* prosequuntur punctum Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 3. à num. 57.* Narbona *annal. anno 55. q. vnic.* Senec. *de breuit vit cap. 4. & 20.*

Et licet senes possint delinquere, & teneri ex delicto; pœna tamen illis est minuenda, dummodò non sit mortis, vel pecuniaria, hæ enim minuendæ neutiquam sunt Carretius *tract. 2. de homicid. §. circa quartum num. 13.* Tiraquel. *tract. de pœn. tempor. cauſ. 8. ex num. 2.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 329. num. 20.* Andr. Gail. *obseruat. 110. num. 34. lib. 2.* Caldas *in l. si curatorem verbo vel aduersarii dolo num. 54.* Dueñas *regul. 259.* Molina *de iustit. tom. 4. disput. 36. ex n. 4.* pleniſſimè Farinac. *in prax q. 92. ex nu. 20.* cum Menoch. *de arbitr. cas. 59. num. 1. & seqq.* ubi docet quod in casibus à iure non diffinitis iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur senex, & *num. 55.* limitat, & declarat regulam quoad pœnas tenens quod quoties in senibus propter senectutem, & sanguinis diminutionem sensus, & intellectus diminuuntur, ita quod repuerescere incipiant pœnæ etiam delictorum minui debent, quæ ita intelligas ut tunc quælibet pœna etiam mortis, vel pecuniaria minuenda sit iuxta gradum imbecillitatis mentis, si verò senectus non sit ita longęua quod intellectum minuat, sed tantum vires

corporales; eo casu pœna mortis, vel pecuniaria minuenda non erit, vide insuper Narbona *de ætat. anno* 70. *q.* 10. *nu.* 9. *&* *q.* 11. *per tot.*

4 Senem septuagenarium pro debito civili non posse carcerari affirmarunt Ancharan. *consil.* 336. *num.* 7. Carol. de Graff. *de excepti. in prælud. num.* 177. Narbona *de ætat. q.* 10. *anno* 70. Paschal. *de viril. patr. potest. 2. p. cap.* 9. *num.* 83. R. Vilosa *de fugit. cap.* 19. §. 2. *num.* 44. Carpan. *sup statut. Mediol. p.* 1. *cap.* 243. *num.* 6. Anton. Niger. *de execut. rei indic. cap.* 14. *num.* 23. Manson. *de caus. execut. limit.* 13. *p.* 325. nec dissentit Cuenca *de commãda. claus.* 30. *num.* 99. ubi Niño *nu.* 40. *&* 42. Tasson. *de antefat. iurisdict. 2. num.* 102.

5 In causis fiscalibus idem fatetur Peregrin. *de iur. Fisc. lib.* 6. *tit.* 9. *nu.* 6 9. Velasc. *de privileg miserab personar. q.* 18. *num.* 62. Quicquid in cõtrarium defendant Natta *consil.* 319. Osasch. *decis.* 123.

7 Propriam domum in Regno Neapolis assignari loco carceris observat Thoro *verbo senex septuagenarius p.* 1. Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de fide memorial. num.* 3. qui ponit formã decreti ibi *quod non capiatur de persona, verum domi se contineat loco carceris, & pro re. sacra, & aliis divinis officiis in diebus festivis in honorem Dei in propinquiori ecclesia valeat interesse, verum si captus fuerit extra fines non gaudeat.*

Et tametsi Rovitus ibidem sen- 8 serit requiri quod senex sit egressus annum 70. at verò cum impugnat Regens Marinis ad Reverter *observat.* 306. probans sufficere cœptum esse, idque favore libertatis, & quia sumus in materia favorabili.

Tenuerunt aliqui prælatam 9 theoricam limitari in debitis iuratis affirmando pro illis septuagenarium capi posse, senectute meque in hoc casu non prodesse Regens Vilosa *de fugitiu. d. cap.* 19. §. 7. *num.* 66. Carol. de Graff. *de except. in prælud. num.* 177.

Hæc tamen limitatio intelli- 10 genda erit in casu quo septuagenarius in ea ætate constitutus se obligasset cum iuramento in aliquo contractu; nam tunc temporis non gauderet hoc privilegio ut tamquam senex non posset carcerari, cum in ea specie eiusmodi privilegio renuntiare visus fuerit, secus verò si iuraverit contractum ante completum septuagesimum annum Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 328. *num.* 20. Narbona *de ætat. d. q.* 10. *anno* 70. *nu.* 7. Paschal. *de viril. patr. potest. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 83. *Versicul. verum non videtur* Carol. de Graffis *de exceptionib. in prælud. num.* 177. per quæ non ambiges septuagẽarios posse huic privilegio renuntiare, prout etiam tenuerunt Amescua *de potest. in se ipsum lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 7. Garcia *de nobil. gl.* 6. *in princip. nu.* 19. Barbosa *in l.*

alia,

alia, §. eleganter, ff. solut. matrimon. Andreol. *controu.* 89. *num.* 6. quicquid neget Calvin. *de æquitat. cap.* 95. Addent. ad Matheſilan. *ſingul.* 108. *num.* 3. Azin. *de executorib. §.* 2. *cap* 7. *num.* 13. Velaſco *d. q.* 28. *num.* 63.

[11] Privilegium hocce ſeptuagenarii approbavit Senatus in cauſa creditorum Frãciſci Mitjans maceratoris coriorum civis Barcinonæ contra Ioſephum, & Victoriam Morell patiter cives Barcinonæ Regia Sententia lata referente Magnifico Michaele Ioanne de Taverner, & Rubì 7. Aprilis 1685. tunc R. S. confirmatoria Regiæ proviſionis factæ per nobilem Chriſtophorum de Potau R. C. 25. Octobris 1684. Actuario Broſſa.

[12] Anteaque fuerat ſimiliter declaratum per nobilem Franciſcum de Ribera Egregium olim Senatorem in cauſa Iacobi Vmbert contra Petrum Paulum Balaguer Regia proviſione facta 28 Novemb. 1669. ſcriba Bas.

In cauſa num. 11. relata fuit adamuſſim materia iſta diſcuſſa quaſi in ſtatera ponderatis omnium Doctorum ſententiis, & prævaluit æquior, ac benignior, quamvis debitum eſſet iuratum recedendo à Regia proviſione facto verbo facta, ſed non expreſſo motivo per eundemmet nobilem Franciſcum de Ribera 11. Ianuar. 1679. in cauſa monialium Sancti Danielis Civitatis Gerundæ contra Geneſium Ventallò loci de Servià Actuario Oriol, & Mercer, nunc Melchiore Cortes. [13]

DECISIO XCIV.

DE BENEFICIO NE EGEAT, ET QVALITER EIVS æquitas in Senatu ſit practicanda.

GRATIFICATIONIS non infimum genus eſt pœnas minuere de Regio ſervitio benemerentibus, in anguſtiis ſuccurrere, ac iuris remediis ſubvenire; ſic quando ob bellum deprædati fuere non tenentur niſi in quantum facere poſſunt, ſi timeant ſpoliari qui ſub Regia dominatione laudabili conſtantia ſubſiſtere conantur præcautio adhibetur, ad penſiones quoque cenſualium dumtaxat pro rata fructuum perceptorum urgentur. Ita Senatus in caſibus inferiùs examinandis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Æquitas introduxit beneficium ne egeat quod in foro exteriori est coarctatum ad certas personas, in foro vero interno minimè.*

2 *Non procedit hoc beneficium stante pari inopia debitoris.*

3 *In Cathalonia aduersus obligationem guarentigiam non admittitur beneficium ne egeat.*

4 *Spoliatus propter bellum conueniri nequit nisi in quantum facere potest cum decisione Senatus.*

5 *Si aliquis fuerit depradatus propter bellū, & possideat bona hypothecata nihilominus ex æquitate non condemnatur ad pensiones censualium nisi pro rata fructuū perceptorum, & quomodo hæc æquitas sit practicanda vbi trium aularum Reg. Aud. consultatio.*

Hypotheca est tota in toto, & tota in qualibet parte rei hypothecatæ.

6 *Casus memorabilis refertur quo fuit præcautum damno imminenti occasione belli vassallis subditione domini nostri Regis constanter subsistentibus vbi definitio Senatus, & num. 7.*

8 *Debitor in diem ante diei aduentum soluere non potest si creditoris interfit, nisi soluere paratus sit interesse quod ille ex dilatione consequi posset.*

9 *Instāte creditore debitori in diem præcipi valet quatenus ante diei aduentum soluat, aut tradat creditori fructus ex re locata perceptos vt in tuto ponantur absque damno debitoris.*

Quod tibi non nocet, & alteri prodest facere debes.

10 *Curandum ne bona ad inimicos vadant.*

11 *De articulo an debitor ex delicto addici debeat creditori si soluendo non sit.*

INtroduxit æquitas ob speciales rationes beneficiū ne egeat, vel ne quis conueniatur vltra id quod facere potest, aut propter reuerentiam, aut ex natura debiti, aut ob officium pietatis, vt obseruabis in administratore, seu curatore adulti, arbitro, ascendentibus, descendentibus, Barone, marito, milite, uxore respectu suorum correlativorum, docuerunt Castagna *in tract. de hoc benefic.* Scanarol. *in tract. de visitat. carcer. lib. 3. cap. 7. per tot. fol.* 477. vbi sigillatim declarant Socin. *regul.* 10. *verbo maritus* Tusch. *litt. O. conclus.* 44. Ridolphin. *in prax. p. 1. cap.* 14. *num.* 325. *& seqq.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 78. per tot.* Ricc. *collect.* 227. Giurba *decis.* 42. *cum trib. seqq.* vbi plenè de hoc beneficio respectu filiifamilias postea sui iuris effecti 1

UAB Biblioteca de Ciències Socials

di Rota *p.* 14. *recent. decis.* 179. *per tot.* Caldas Pereyra *consil.* 14. *per tot.* qui differit de socero Valero *de different. vtriusque fori verbo cessio bonorum differen.* 6. qui concludit hoc beneficium in foro exteriori competere tantum quibusdam personis, in foro vero conscientiæ omnibus indistinctè deductis necessariis.

2 Hoc tamen beneficium non procedere stante pari inopia creditoris firmant Sperell. *decis.* 138. *num.* 63. Ridolphin. *loco citat. nu.* 344. Merlin. *decis.* 673.

3 Adversus obligationem guarentigiam non admitti in Cathalonia beneficium ne egeat affirmant Canc. *variar.* 2. *cap.* 3. *num.* 115. Castagn. *in d. tract. de benefic. deduct. ne egeat in proem.* 2. *p. num.* 82. Fontan. ab eo citatus *de pact. cl.* 3. *gloss.* 7. *num.* 8. sequitur R. S. Tristany *decis.* 42. *num.* 16. *tom.* 2. qui Regii Senatus decisionem suggerit.

4 Spoliatus, seu deprædatus propter bellum similiter conveniri nequit nisi in quantum facere potest Grammatic. *decis.* 55. *nu.* 2. Brun. *de cession. bonor. p.* 4. *q.* 14. Castagna *de benef. ne egeat q.* 11. *ampliat.* 1. Paul. Rub *practic. resolut. cap.* 90. *à nu.* 205. Salgado *de Reg. protect. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 95. & fuit decisum in causa Narcisi Boffill mercatoris Civitatis Gerundæ cõtra nobilem Salvadorum Ornòs Regia Sententia lata 3. Iunii 1690. referente nob. Christophoro de Potau R. S. quæ fuit in gradu supplicationis confirmata referente nobili Iosepho Pastor, & Mora Regio etiam Senatore Regia sententia lata 17. Octo. 1692. in qua hæc verba leguntur (quæ statim intexenda confirmant) ibi *non censeatur absolutè condemnatus dictus nob. Saluator de Ornos ad integram solutionem pensionum pralibati censualis in dictis annis* 1675. *& 1676. sed pro rata fructuum perceptorum in dictis annis in pralibatis cortalibus, &c.* Actuatio Stephano Galceran.

Admisit quoque æquitas nostri Senatus iuxta nuper excussa quod si quispiam ob bellum fuerit deprædatus licet possideat aliqua bona hypothecæ censualium obnoxia, & regula sit hypothecã residere totam in toto, & totam in qualibet parte rei hypothecatę Vela *dissert.* 34. *num.* 5. 9. *&* 13. *& dissert.* 46. *num.* 12. Robert. *lib.* 4. *rer. iudicat. cap.* 5. Salgad. 2. *p. labyrinth. cap.* 11. *à num.* 5. *&* 73. Cyriac. *controu.* 541. Merlin. *lib.* 4. *de pignor. tit.* 5. *q.* 127. *&* 129. Giurba *observat.* 87. sed tamen non condemnetur ad pensiones cessas cẽsualium solvendas nisi pro rata fructuum perceptorum, & ita expressit Regia Audientia iunctis tribus aulis in consultatione suæ Maiestati interposita 12. Maii 1662. pro Illustri Comite de Petralata, Marchione Angulatiæ, annuitque dominus

5

nus noster Rex, & fuit pluries postea observatum præcedentibus Regiis decretis, at verò in eiusmodi portionis ratæ computatione non leves oriuntur difficultates, & summopere est invigilandum, ne æquitas quicquam iniquitatis cõtineat.

6 Favore eorum qui occasione belli damnificantur, & sub sui Regis ditione subsistunt est quatenus fieri poterit arbitrandum, ad quem finem ponderabilis iudicabitur casus sequens. Pro parte obtinentium Dignitates Regias in hoc Principatu, nempe Archidiaconatus Lupricati, Bitulonę Thesaurarii in Sede Barcinonę, ac Decanatus ecclesiarum Gerundæ, & Vicen. supplicatione in R.A. porrecta 22. Septembris 1694. fuit expositum instrumento acto 8. Aprilis 1692. penes Franciscum Vila Notarium publicum Vicen. arrendasse per tempus trium annorum, videlicet 1692. 1693. & 1694. inclusivè fructus, & reditus illis spectantes in parochiis de Castellterçol, Olò, & Montanyola Christophoro Riera linteario, & aliis pretio 1867ℓ 10℔ quot annis solvendarum, videlicet medietatem die, seu festo Natalis domini nostri Iesu-Christi, & aliam medietatem die Paschatis resurrectionis, & alio instrumento acto in posse eiusdem notarii 17. Augusti 1692. arrẽdasse per dictum tempus trium annorum fructus, & reditus parochiæ B.M. del Estany Christophoro Arbell, & aliis pro pretio primo anno 300ℓ, & annis ultimis 400ℓ sub relatis terminis Natalis, & Paschatis resurrectionis solvẽdarum, cumque arrendatarii de tempore porrectę supplicationis fructus percepissẽt arrendamentorum anni tunc decurrentis, & non solvissent pretiũ arrendamenti, recusarentque solvere ante prædictos terminos cõventos, quo illico non recepto essent in periculo dignitates obtinentes præhabitum pretium amittendi ob comminatam invasionem Gallorum eo in districtu, & vicinatibus. Idcircò existimãtes licitum sibi esse ante diem agere ex causa, & ne bona vadarent ad inimicos petierunt arrendatariis mandari quatenus in continenti solverent ex una parte 1867ℓ 10℔ pro arrendamento de Castellterçol, Olò, & Montanyola, & ex alia parte 400ℓ pro arrendamento del Estany, aut in continenti traderent memoratis obtentoribus fructus in specie arrendamentorum ad effectum ut ponerẽtur in loco securo, & à suspicato periculo incolumi se paratos offerendo reficere, & solvere arrendatariis id quod forte plus valerent fructus ultra arrendamẽti pretium, necnon sumptus recollectionis, & quicquid aliud iustũ foret, protestatione adiecta in casu aliter faciendi de damnis prædictis

dictis

dictis obtentoribus obventutis de narratisque omnibus informatione oblata.

7 Maturè res ista tacitis antea nominibus fuit tunctis tribus aulis examinata, & deinde facto verbo provisum per Magnificum Iosephum Claver conspicuum R.S. quod reciperetur informatio, & viso provideretur, ac postea die scilicet 24. prælibati mensis Septemb. Regia provisio itidem facto verbo prodiit ut in reliquis causarũ evocationibus quod expederentur litteræ citatoriæ, & inhibitoriæ, & attento ex informatione recepta constabat de narratis in præchalendata supplicatione mandaretur arrendatariis iurium spectantium obtinentibus Regias quinque dignitates in terminis de Castellterçol, Olò, Mõtanyola, & Sanctæ Mariæ del Estany quatenus in continenti solverent tertias dictorum arrendamentorum tunc cedẽdas pro fructibus collectis illo anno, aut aliàs traderent dictis dignitatibus, aut illarũ procuratoribus fructus collectos ut in tuto ponerentur expensis supplicantium sine præiudicio, & damno arrẽdatariorum, & quod ad eum effectum accederet alter ex Virgariis R.A. ubi oporteret, vel aliquis Regius Officialis, & fierent provisiones opportunæ iuxta stylum actuario Rossinès.

8 Et meritò præcautionem mox expressam concessit Senatus: nam veluti debitor in diem quamvis ante diei adventum solvere non possit si creditoris interest *l. eum qui* 15. *ff. de ann. legat. l. si ante* 10. *ff. ad S. C Trebell. l. ait Prætor, §. in diem, ff. quæ in fraud. cred.* Lattea cum aliis *dec.* 15. *per tot. & allegat.* 85. *nu.* 9. *tom.* 2. Lata *de anniuers. lib.* 1. *cap.* 9. *à num.* 49. Cencius *de censib q.* 84. *per tot.* Donell. *lib.* 16. *comment. cap.* 11. *& ibi Osuald. litt. D.* Salgado *in labyrinth. creditor. p.* 2. *cap.* 29. *num* 56. *& seqq.* Rovitus *in Pragmat.* 1. *de censib.* Carol. Anton. de Luca *ad Gratian. cap.* 141. & nihilominus si solvere paratus sit interesse quod ex dilatione consequi posset recte solvit Menesis *in l. post mortem num.* 11. *C. de fideicomm.* Olea *de cession iur tit.* 1. *q.* 6. *num.* 60.

9 Ita etiam è contrario valet instante creditore debitori in diem præcipi quatenus ante diei adventum solvat, aut tradat creditori fructus ex re locata perceptos ut in tuto ponantur absque præiudicio, & damno debitoris ob duplicem regulam, unam scilicet quod tibi non nocet, & alteri prodest facere debes, de qua *decis.* 38. *num.* 37. & ulterius Castillo *quotidian. controuers. tom.* 4. *cap.* 10. *num.* 36. *&* 55. qui vatiè limitat Dexart *decis.* 29 *num.* 8.

10 Aliaque de ratione quippe omni studio cavendum est ne bona vadant ad inimicos, ut promti, &

Sena-

Senatus deffinitionibus probavi *decis. 42. num. 28. hoc volum.* & recolitur in *compilat. pract. tit. 28. in animaduersionib. num. 3.*

11 Ad institutum criminale connexa superius referatis est quæstio, an debitor ex delicto addici debeat creditori si solvendo non sit, & communis sane resolutio habetur huiusmodi debitorem corporalem pœnam subire teneri ex trito principio qui non habet in ære luat in corpore, pro quo copiosè allegavi *decis. 36. num. 10. to.* 1. sed tamen Castagna *de benefic. ne egeat p. 2. cap. 11. num. 6. Versicul. & ut ingenue proferam* concludit, quod reus condemnatus ob delictum pecuniam solvere, satisfaciet serviendo parti, cui pecunia applicatur, nisi sit eius hostis, vel crimen requirat ut operas det in loco ubi magis torqueatur; quia his duobus casibus putat Castagna reum esse operaturum in Regiis triremibus, vel relegatione, vel in alio simili loco, aut opere publico.

DECISIO XCV.

DE FORO COMPETENTI.

QVAMVIS regulariter reus in loco domicilii sit conveniendus, hæc tamen doctrina de actionibus personalibus est intelligenda, at si actione reali actor experiatur ratione rei sitæ ubi res illa existit forum sortitur, atque urgetur, & adhuc exemptus, in loco delicti, contractus, vel rei coram ordinario iudicium sustinebit si ibi reperiatur. Ita in Regio diplomate inferius transcribendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Quæstio enucleanda.*
2 *Agens actione reali potest conuenire reum in loco vbi est res sita, siue ea sit corporalis, siue incorporalis, mobilis, siue immobilis.*
3 *Amplia in actione hypothecaria.*
4 *Intelligunt aliqui præfatam regulam quando reus in loco rei sitæ præsens est; nam si absit tenens conueniendum esse in loco domicilii.*
5 *Contrariũ defendentes referuntur.*
6 *Tametsi defendens nõ sit præsens in loco rei sitæ si habeat ibi domicilium potest in illo conueniri.*
7 *Nequit defendens allegare exceptio*

tionem fori declinatoriam si citetur per iudicem loci rei sitæ cum litteris subsidiarijs directis iudici loci domicilij.

8 *Prædicto casu si non compareat reus citatus potest mitti actor in possessionem ex primo decreto.*

9 *Missio ex primo decreto non practicatur in Cathalonia.*

10 *Quãdo reus est absens à Prouincia vbi res reperitur sita, & ibi habet procuratorem tunc ibidem potest conueniri.*

11 *Intellige si procurator habeat sufficiens mandatum cum amplis clausulis, vtpote cum libera, & generali administratione, vel generali ad lites tantum.*

12 *Prima citatio potest incipere à procuratore si ad certam litem mandatum habeat.*

13 *Potest conueniri reus in loco rei sitæ si actor nominari instauerit curatorem.*

14 *Quando instituitur actio personalis nequit actor conuenire in loco rei sitæ, sed debet agere in loco domicilij.*

15 *Si reus inueniatur in loco rei sitæ tunc namque ibi bene conuenitur, sicut contrahentes vrgeri possunt in loco contractus, si in eo reperiantur, non autem si absint.*

16 *Limitationes proximè adductæ regulæ remissiuè.*

17 *Altera ex limitationibus quoties in contractu apposita fuerit hypotheca quia tunc in loco rei sitæ, & in loco contractus conueniri reus poterit.*

18 *Vlterius quando in contractu adest renuntiatio proprij fori nedũ reus valet conueniri in loco contractus licet ibi non extet, nec domicilium foueat, sed etiam vbicumque.*

19 *Exornantur cap. 25. tractatus pacis editæ de anno 1660. & cap. 1. ex conclusis in Villa de Figueras.*

20 *Regia epistola articuli susceptæ decisiua.*

21 *Intelligenda videtur Regia definitio quoad actiones reales non solum de realibus simpliciter, sed etiam de personalibus in rem scriptis, & de hypothecaria.*

22 Cap. 1. de privileg. in 6. *exponitur, & ex eo probatur quod si ciues habeant priuilegium non litigandi extra ciuitatem, & conueniantur actione reali in loco vbi res est sita ibique adsit reus priuilegium non obseruabitur.*

23 *Quando ciuitas, vel capitulum habet priuilegium vt ciues non possint conueniri alibi nec ratione delicti, neque rei sitæ, neque contractus tunc licet ibi reperiãtur nihilominùs in loco domicilij tantum vrgeri poterunt.*

AGitabantur in Regio Senatu causæ ratione rerum in hoc Principatu sitarũm contra degentes in Comitatu Roſſilionis 1
post quam ille per capitula pacis cessus fuerat Coronæ Franciæ, & cum de hoc conquesti fuissent rei

UAB Biblioteca de Ciències Socials

conventi quæsitum fuit quid iuxta iuris tramites obseruãdũ foret.

2 Actorem si actione reali experiatur posse reum conuenire in loco ubi res petita est sita, sive sit res corporalis, sive incorporalis, immobilis, aut mobilis quando perpetuo in loco est mansura, nedum si versemur in possessorio, sed etiam si perquiratur de petitorio, veluti in rei vindicatione probant text. *in l. fin. C. vbi in rem actio l. forma, & ibi glossa, ff. de cens. l. sed etsi, §. vlt. ff. de iudic. cap. sane* 3 *cap fin. de for. comp.*

3 Quæ conclusio procedit etiam in actione hypothecaria Socin. *in cap. sane à nu.* 3. *de for. comp.* Frãch. *decis.* 177. *à num.* 1. Tusch. *pract. conclus. litt. F. concl.* 439. Riccius *decis.* 79. *p.* 1. Petrus Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde in artic. de for. rei sitæ à num.* 1. *ff. de iudic.* Augustin Barbosa *in cap. sane de for. compet. & in l.* 1. *C. vbi in rem actio* Trentacinq. *variar. lib.* 2. *de action. resolut.* 4. *à nu.* 1. Carleval *de iudic. lib.* 1. *disput.* 2. *à nu.* 143. Canc. *var.* 3. *cap.* 1. *à num.* 69. Amato *variar. lib.* 1. *resolut.* 73. *num.* 17. Marcus Anton. *variar. resol.* 33. *num.* 17. Thoro in compend. *verbo remissio causæ intentatæ p.* 3. sex rationes principales comperies penes Fermosinum, Balboa, & Grãna *in cap. sane de for. compet.* contrarium tenentibus impugnatis.

4 Voluerunt aliqui præiactam regulam limitare arbitrãtes eam intelligendam esse quando reus in loco rei sitæ præsens reperitur, tunc enim non ambigunt ibi posse conueniri; cæterum si ab eo loco absit nefas id esse defendunt sed conueniendum existimant in loco ubi domicilium fouet, ita sentierunt Paul. de Castro *in l. fin. num.* 2. *C. vbi in rem actio* Socin. *in cap. sane nu.* 12. *de for. comp.* Franch. *decis.* 177. *nu.* 2. Petrus Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde in artic. de for. rei sitæ num.* 15. *&* 16. *ff. de iudic.* Augustin Barbosa *in cap. sane num.* 2. *in fin. de for. compet. num.* 15. & adidem cap. Fermosin. *quæst.* 1. *num.* 9. & moventur ex text. expresso in *cap Romana, §. contrahentes de for. competent. in* 6. *l. sit autem, § sed etsi. C. si in rem actio.*

Hanc tamen sententiam reiiciunt Alexand. Trentacinq. *variar. tit. de actionib. resolut.* 4. *num.* 8. Osoald. *ad Donell. lib.* 27. *cap.* 17. *litt. F.* ubi quod forus rei sitæ ex parte defendentis est necessarius. adde relatos per Amato *resolut.* 33. *num.* 19.

Et quicquid sit de hac sententia, & declaratione eam sublimitant, & subdeclarant Doctores multifariè. Primò si defendens licet non sit præsens in loco rei sitæ habet tamen in ea suum domicilium; quia tunc inibi conueniri valet Paul. de Castro *in l. fin. C. vbi in rem actio* Trentacinq. *var. lib.* 2. *de action. resolut.* 4. *num.* 6. *Versicul. hac declaratio imprimis.*

Se-

7 Secundò quando iudex loci rei sitæ procedit contra absentem à suo territorio cum litteris requisitoriis subsidiariis directis iudici loci ubi defendens commoratur ut eum citet respondendi causa coram iudice rei sitæ, namque eò tunc nequit defendens allegare exceptionem fori declinatoriam Paul. de Castro *in l. fin. C. de in rem act. l. 1. C. vbi de possess. agi opport.* Franch. *decis. 177. num. 3.* Carlev. *de iudic. lib. 1. disput. 2. num. 150.* Fermosin. *in cap. sane q. 1. num. 10. de for. compet.* Trentacinq. *variar. lib. 2. de actionib. resolut. 4. num. 6. Versic. hæc declaratio ibi secundò si fuerit citatus*, iunge enucleata *decis. 86.*

8 Adeò quod si reus postquam fuerit citatus non compareat coram iudice rei sitæ potest iste actorem mittere in possessionem bonorum ex primo decreto Socin. *in cap. sane 3 de for. compet.* Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde in artic. de for. competen. rei sitæ num. 16. ff. de iudic.* Molin. *de brach. secul. lib. 2. q. 27 num. 15.* Trentacinq. *variar. lib. 2. de action. resolut. 4. nu. 6. Versic. hæc declaratio ibi secundò* Carlev. *de iudic. lib. 1. disput. 2. num. 150.* Hermosilla *ad Gregor Lopez tom. 2. fol. 232. num. 133. Versicul. intelligo.*

9 Quæ missio ex primo decreto non practicatur in Cathalonia, sed ad ulteriora progredimur in causa usque ad sententiam diffinitivam inclusivè quamvis reus nõ compareat, verum est quod hoc casu si fuerit condemnatus citatur noviter ante decretum executionis Fontan. *decis. 273. à nu. 2.* Canc. *3. p. variar. cap. 17. nu. 356.* Ripoll *ad Peguer. in prax. ciuil. Rubr. 29. num. 28.*

10 Tertiò subdeclaratur præmissa declaratio quando reus reperitur absens à Provincia ubi res contentiosa est sita, & ibi habet procuratorem; tunc enim ibidem potest conveniri Franchis *decis. 177. nu. 5.* & ibidem Riccius Trentacinq. *variar. lib. 2. de action. resol. 4. nu. 6.* Ripoll *ad Peguer. in prax. ciuil. Rubr. 29. num. 83.* ego *ad eandem prax. Rubr. 6. num. 81.* ubi decisionem Senatus attuli.

11 Verum est quod procurator absentis ut citetur sufficiens debet habere mandatum Regens Vico *ad Pragmat. Regni Sardin. lib. 1. tit. 10. cap. 1. num. 16.* Marinis *in obseruat. ad Reuerter decis. 574. num. 1.* & clausulę mandati debent esse amplæ iuxta casum relatũ à Frãc. *decis. 177. num. 3.* utpote si fuisset concessum cum libera, & generali administratione secundum referata à Ripoll. *variar. cap. 3. à num. 10.* vel si esset generale ad lites Ludovis. *decis. 127. num. 8.* Gratian. *decis. 154. num. 7.* & expressius *nu. 8.* Seraphin. *decis. 654. num. 4.* Suelves *consil. 61. num. 9. in fin. lib. 1.* Mastrills *decis. 116.* Castillo *decis. 13.*

12 Partis etiam appellatione continetur procurator si ad certam li-

tem mandatum habeat ut compareat, & sic tunc prima citatio potest ab eo incipere, ut in specie adducta per Treuissan *decis.* 55. Velazquez *cõsult.* 144. *to.* 5. Frãch. *decis.* 177. *num.* 5.

13 Quartò subdeclaratio declarationis supra firmatę est quando actor utitur iuris remediis circa absentem, veluti si nominari instaverit curatorem ut illum defendat Fermosin. *in cap. sane q.* 1. *n.* 24. *de for. compet.*

14 In actionibus autem personalibus communis resolutio fertur nequire actorem convenire in loco rei sitæ, sed debere agere in loco domicilii iuxta gloss. *in l. forma, §. si vero quis verbo locatur, ff. de censib.* Anan. *allegat.* 74. *n.* 4. Trentacincq. *var. lib.* 2. *de actionib. resol.* 4. *num.* 5. Petrus Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde in artic. de for. rei sitæ num.* 12. *de iudic.* Augustin Barbosa *in l. fin. num.* 9. *C. ubi in rem agi opp.* Franch. *decis.* 177. *num.* 6. ubi Amendola Balboa *in cap. sane nu.* 9. *Fermosin. ibid. q.* 2. *num.* 6. *de for. competent.* Carleval *de iudic. lib.* 1. *disput.* 2. *n.* 151. Marin. *ad Reuerter. obseruat.* 191. *num.* 6.

15 Omnesque hi aliud sentiunt si reus inventus fuisset in loco rei sitæ, tunc namque proculdubio relinquitur posse ibi conveniri, & propositio æqua indubia profertur contrahentes urgeri posse in loco contractus si in eo reperiantur; non vero si absint *cap. Romana, §. contrahentes de for. comp. in* 6. *l. hæres absens in princip. ff. de iudic.* Covatruv. *pract cap.* 10. *num.* 3. Gutierres *de iuram. confirmat. pr.* 3. *cap.* 26. *num.* 1. Borrell *in summ. decis. p.* 1. *tit.* 43. *num.* 48. Petr. Barbosa *in d. l. hæres absens, §.* 1. *num.* 7. *de. iudic.* cum innumeris Cenedo *in collect. ad text.* 33. *in princip.* Augustin. Barbos. *in cap. fin. nu.* 3. *de for. compe. & in prax. exigend. pens. q.* 5. *num.* 2. Carleval. *de iudic. tit.* 1. *disput.* 2. *nu.* 218. Tondut. *de præuent. iudic. p.* 1. *cap.* 18. *num.* 12. Cyriac. *controuers. cap.* 318. *num.* 21.

16 Generaliter admissa resolutio ista perplures recipit declarationes, & limitationes traditas remissivè à *Gutierres de iuram. confirmat. p.* 3. *cap.* 16. *nu.* 3. Covatruv. *pract cap.* 10. Petro Barbosa *in l. hæres absens, §.* 1. *ff. de iud.* Carleval. *de iudic. lib.* 1. *disput.* 2. *à num.* 219.

17 Ad propositum duæ perferentur adaptabiles, prima erit quando in contractu apposita fuit hypotheca, quandoquidem, & in loco contractus, & rei sitæ posse reum tunc conveniri præallegati Doctores adstabiliunt.

18 Secũda accedit limitatio quoties in contractu adest renuntiatio proprii fori, quia tũc nedum reus urgeri valet in loco contractus licet ibi non extet, nec domiciliũ foveat, sed etiam ubicumque præsertim si talis renuntiatio sit iuridica Bartol. *in l. hæres absens num.* 1. *coll.* 1. *ff. de iudic.* Ripoll. *variar.*

cap. 1. *n.* 404. *in fin.* Barbosa *in prax. exig. pension. q.* 3. *nu.* 6. *in fin.* Gutierres *de iuram. confirmat. p.* 3. *cap.* 16. *num.* 5. Bortell *in summa decis. tom.* 1. *tit.* 43. *&* 49.

19 Roborantur que superiora ex cap. 25. attente perpenso tractatus pacis inter Coronas Hispaniæ, & Franciæ editi de anno 1660. & ex cap. 1. ex conclusis in villa de Figueras, quæ conformia esse iuri communi probatur ex Menoch. *de retinend. remed.* 3. *à nu.* 116. Post. *de manuten obseruat.* 6. *num.* 30. Petro Barbos. *in l. hæres absens, §. proinde in artic. de for. rei sitæ num.* 10. *ff de iudic.* Augustin. Barbos. *in l.* 1. *C. vbi de posses. agi oppor.*

Decisa fuit hæc disceptatio Regia epistola sequenti: 21

EL REY.

Illustre Marquès de Olias, y Mortara, Primo de mi Consejo de Estado, mi Lugartiniente, y Capitan General. Hauiendo visto el parecer de las tres Salas dessa R. Audiencia, que me remitisteis con carta de 11. *del passado, con motiuo de las quexas, que dezis se han dado por parte de algunos naturales, que han seguido en tiempo de la guerra el partido de Francia, y despues de las pazes han quedado à la obediencia del Rey Christianissimo en Rossellon de ser citados en essa R. Audiencia por razon de algunos pleytos, pretendiendo, que por no tener domicilio en esse Principado, hauian de ser conuenidos en el parlamento de Rossellon, se ofrece responderos, que el orden, que en estos casos ha de obseruarse es: que las acciones Reales ratione rei sitæ, han de ser siempre del territorio donde estuuiere, y las personales en el lugar del domicilio del reo, y assi os encargo, y mando deis orden se obserue, y execute sin dar lugar à otra cosa. Dat. en Madrid à* 4. *de Março* 1662.

YO EL REY.

Vt. Don Christ. Crespi Vicecancel. *Vt. D. Petrus Vilacãpa R.*

Vt. Comes de Robles R. D. Didacus de Sada Secr. *Vt. D. Ioseph. de Pueyo R.*

Vt. Don Georgius de Castellui. *Vt. Çalbà.*

Vt. Exea Regens.

Vt. Romeu Regens.

20 Videturque intelligenda Regia difinitio quoad actiones reales, non solum de realibus simpliciter, sed etiam de personalibus in rem scriptis, & de hypothecaria ex firmatis à Canc. *variar.* 3. *cap.* 1. *num.* 69. *cum duob. seqq.* Scialoya *de for. compet. cap.* 4. *num.* 1. *&* 4. *&* repete adducta *num.* 17.

Rem criminalem non deferendo expendendus est text. *in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. quo disponitur ex- 22

emp-

emptum posse conveniri coram ordinario loci delicti, contractus, & rei; si ibi exemptus reperiatur, cuius textus occasione exsuscitatur dubium illud, nempe si cives habeant privilegium per quod nō cogantur litigare extra civitatem, & reali actione conveniantur in loco ubi res est sita, an tunc privilegium locum habeat? & ei locū esse ne inutile reddatur censet Cācer *variar.* 3 *cap.* 1. *num.* 73. at verò si civis reperiatur in loco ubi res sita est posset ibi conveniri, non obstante dispositione memorati privilegii, & consuluisse refert Canc. *num.* 75. per dictum *cap.* 1.

Aliud dicendum veniret quā- 23
do civitas, vel capitulum habet privilegium ut cives non possint conveniri alibi, nec ratione delicti, neque rei sitæ, neque contractus; ex quo foro suo tunc renuntiare non possunt, nec ratione cōtractus, nec ratione delicti Canc. qui proximè *num.* 76. Hieronym. Portol. *ad Molinum*, §. *actor num.* 42. *& seq.*

DECISIO XCVI.

DE FISCI SVPPLICATIONE IN CIVILIBVS, ET criminalibus.

CRIMINALES causæ in Cathalonia omninò Fiscī suor, etsi coadiuvando privatum concurrat, civiles verò non prorsus Fiscales hoc casu nuncupari valent ad varios effectus, & præcipuè solvendarum expensarum, appellationisque, seu supplicationis interponendæ. Ita senatus in casibus proximè subnectendis.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Fisci procurator nequit supplicare in Cathalonia à sententiis contra se latis, & quid sit obseruandum vbi Fiscus votum non præbet, & in domo Deputationis, & num.* 2.

3 *Pars quæ concurrit cum Fisco nequit etiam appellare, aut supplicare, sed vide num.* 5.

Adhæsio species est appellationis.

4 Constitut. Pertolre 7. tit. de appellac. *illustratur.*

5 *Quoties Aduocatus Fiscalis interponit partes suas pro priuato, & succumbit adhærere potest supplicationi illius priuati cum decisione senatus, & num.* 6.

6 *Fisci Aduocatus B. G. C. votum*

suum

suum præbet in causis fiscalibus, tam si proferantur diffinitiuæ, quam si pronuntientur interlocutoriæ, & num. 7.

8 *Prosequitur eadem materia.*

9 *Quando Fiscus cum parte concurrit in ciuilibus non æquè reputatur causa fiscalis vt est in casu quo solus principaliter agit. Tunc pars quam Fiscus coadiuuat salarium deponere tenetur cum decisione Senatus.*

10 *In criminalibus etsi Fiscus solùmodo concurrat coadiuuando priuatum appellare, nec supplicare potest.*

1 SVpplicare in Cathalonia nequit Fisci procurator à sentẽtiis contra se latis *Constit. Per tolre 7. tit. de appellac.* Peguer. *in prax. Rubr. 27. num. 36.* vbi Ripoll *num. 119. & seqq.* pluribus congestis R. Calderò *decis. 52. num. 39.* qui ex Berart. *de visit. cap. 27. num. 83.* voluit non solum Fisco prohibitam esse appellationem in causis vertentibus in Reg. Aud. in quibus Fisci Advocatus habet votum decisiuum, sed indistinctè in omnibus Tribunalibus Regiis reddita ratione; quia ius illud Cathaloniæ fundatur in consuetudine generali, & ad tollendas vexationes subditis per huiusmodi appellationes, adducitque Xammar *de off. fic. iud. p. 2. q. 5. à nu. 39.* contra Berart depugnantem, *& nu. 40.* cum Ripoll *in prax. ciuil. d. Rubr. 27. nu. 120.* annotat in domo Deputationis appellationem concedi Fisco, qui ibi tantum habet interessentiam quando causa vovetur, & non vovet.

Amplius addit Calderò *d. decis. 52. num. 41.* nimirum non posse partem appellare quæ concurrit cum Fisco, quippe processus non dicitur partis, sed Fisci, cuius nomine fiunt omnia procedimẽta, *& num. 42.* subiungit neque Fiscum appellationi expresse adhærere posse, quoniam per dictã *Constit. per tolre 7. tit. de appellac.* non est capax appellationis, & adhæsio appellationis quædam species consideratur Amato *resol. 9. lib. 1.* adde Carol. Anton. de Luca *ad Franch. obseruat. 467.* multis cõgestis vbi *num. 6.* exagitant an in curiis Baronalibus prior sententia possit reformari per Fisci adhæsionem. 3

Præallegata Constitutio, si attentè adspiciatur nedum in proemio motiuum sumit à vexationibus quas intendit amputare, & auferre; sed etiam ex eo quia Advocatus Fiscalis quandocumque intervenit in Cõcilio vbi sententiæ conclusio fit, & votum suum præbet, ideòque non facile subverti valet Gabrielis Berart opinio. 4

Meus tamen scopus hic principaliter est speculari Constitutionem prædictam expressè disponere de causis ciuilibus, & criminalibus, & æquè de illis loqui citatos 5

2

3

tos ſcribentes, atverò inficiari nequit eos ad explicationem caſus uſufrequentis non perveniſſe, ſæpè enim accidit Advocatum Fiſcalem coadiuvare aliquam partẽ in Regia Audientia contra quam poſtea ſententia profertur, quotidie videmus hanc partem ſuccũbentem ſupplicare, eiuſque ſupplicationi Fiſcum adhærere, ut evenit in cauſa hominom de Ripoll contra venerabilem Abbatẽ, & monaſterium illius Villæ; etenim Regia Sententia lata in Reg. Concilio Baiuliæ generalis ſectãdo concluſionem in R. Aud. factam 17. Septembris 1683. referente Magnifico, & eruditiſſimo, omnique laude digno Ferdinando de Fivaller & Pol, R.C. & Aſſeſſore B.G. fuit declaratum iuriſdictionem civilem, & criminalẽ, merum, & mixtum imperium villæ, & termini de Ripoll ad venerabilem Abbatem, & monaſterium Sanctæ Mariæ de Ripoll ordinis Divi Benedicti pertinere, & ſpectare, & Procuratori Fiſcali B. G. C. & ſyndico villæ de Ripoll in per eos in memorata cauſa petitis ſilentium fuit impoſitum, dictique Abbas, & monaſterium S. Mariæ de Ripoll à petitis per Procuratorem Fiſcalem B. G. C. & ſyndicum villæ de Ripoll abſoluti fuere Scriba Cabanas.

6 Fiſci Advocatus Baiuliæ Generalis; votum habet in omnibus cauſis, ac proviſionibus formiter factis (non verò in perfumtoris, dempta citatione, prout etiam in Senatu practicatur) quæ in præhabito Regio Concilio expediuntur, ut in ſpecie obſervat Xammar *de offic. iud. p. 2. q. 6. nu.* 55. qui *num.* 64. probat de iure communi Fiſci Advocatum debere intervenire, & eſſe præſentem tam in interloquutoriis, quam diffinitivis, & in toto examine cauſę, non autem votare poſſe prouti præadducta Conſtitutio cõcedit, ac diſponit, & generaliter de hoc pũcto exſcripſi *deciſ.* 10. *nu.* 17. *volum.* 1.

Deinde à prælibata R. ſententia appellavit ſyndicus villæ de Ripoll, & appellationi adhæſit Fiſci procurator B.G.C. & perducta cauſa ad Senatum cum interventu, & voto Fiſci Advocati Patrimotialis omnia fuerunt acta, & deciſa (ut moris eſt) & Regia ſentẽtia lata 31. Martii 1691. fuit primitiva Regia ſententia confirmata referente nobili Narciſo de Anglaſell R.C. tertiæ aulæ, quæ quidẽ fuit in gradu ſupplicationis cõfirmata Regia Sententia lata 6. Decembris 1691. referente nobili Franciſco de Rius, & Bruniquer, R.S. me utrobique pro Fiſci Adv. Patrimoniali interveniente, & ſuffragium dante, ſcriba Ioſepho Arbòs, de hac controverſia memini *deciſ.* 82. *num.* 18.

Videtur profectò exemplar iſtud,

stud, cui multa alia coniungi, & cumulari possent refragari regulis superiùs adstabilitis, Constitutioni expensæ, & rationibus in ea deductis, siquidem sive Fiscus principaliter agat, sive partem privatam adiuvet utrobique vovet, tã in interloquutoriis, quam diffinitivis, vexationes non minus in una, quam in alia specie experiri valent, idcòque non comperio cur diverso iure censeri casus debeant, præsertim restringendo rem ad terminos causæ civilis, non enim disparitas assignabitur cur in illis solo Fisco agente supplicatio excludatur, eo autem cum parte cõcurrente admitti debeat.

9 Nullus ex nostratibus ambagẽ istam extricare cogitavit, ego tamen discrimen in eo sistere autumo, nempè quod Fiscus quando cum parte concurrit non adeo ut suam causam in civilibus respicit veluti quoties solus agit, proindeque non urget periculum vexationum ita vehemens ut in casu quo ipse principalis actor perpenditur, & consequenter nihil mirum eo solo agente supplicationem interdici, non verò si privati instantiam concomitetur, & ita in casu maioris periculi pleniùs erat cõsulendum per regulam ubi maius est periculum ibi cautiùs est subveniendum *l.1. §. sed etsi quis, ff. de Carbonian. edict. l. manifestissimè, C. de furt. l. addictos, C. de appellat. cap. ubi periculum de elect. in 6.* Bertazol. *in repet l. si quis maior, C. de transact. nu. 6.* Tuschus *practic. conclus. tom. 6. litt. P. conclus. 281.* Gratian. *decis. Marchiæ 133. nu. 25.* Menoth *consil. 143. num. 4. & consil. 73. num. 9.* Barbosa *axiom. 177.* Vela *differt. 36. num. 55.*

Non ita fiscalis in hac specie causa dignoscitur sicut quãdo solius Fisci est actio, ut etiam observabis in provisionum, & sententiarum salariis; constans namque est conclusio, & praxis Fiscum quoties solus agit pro parte sua non deponere, nec solvere salarium ex traditis per me in *additionib. ad prax. civil. Peguer. rubr. 30. num. 77.* ubi alii, attamen si Fiscus cum parte concurrit salarium integrum deponitur habita etiam ratione illius quãtitatis quam solvere tenetur pars cui Fiscus favet ut fuit declaratum in causa nobilis Petri de Reguer Barcinonę populati contra syndicum villæ Cervariæ, ac Fisci procuratorem Patrimonialem Regia provisione facto verbo per Magnificum Hieronymum Guerau Egregium olim R.S. facta 18. Decemb. 1630. in iudicatum postea trãsacta, qua fuit provisum quod expederentur litteræ executoriales contra Universitatem, & singulares memoratæ villæ Cervariæ pro medietate salarii per præhabitum de Reguer depositi Regię sentẽtię tunc proferẽdę, & foliorum processus, videlicet pro quantitate 47 ℔ 9 ß

non obstante quod syndicus prætenderet tales litteras non esse expediendas quia interesse illius causæ erat Domini Regis pro tuitione suæ Regiæ iurisdictionis, quæ prætendebatur esse Regii patrimonii, & ita pro parte Fisci non debebatur salarium, motivum fuit quia Vniversitas villæ Cervariæ fecerat partem cum Fisci Regii procuratore; scriba tunc Trobat, nunc Brossa.

In criminalibus etsi Fiscus partes suas interponat ad instantiam privati, & cum eo concurrat semper processus Fisci dicitur, militantque teliquæ considerationes examinatæ *decis.* 1. *num.* 20. proindeque nihil mirum indistincte Fisco prohibitum esse appellare, & supplicare, & sic servari in praxi. 11

DECISIO XCVII.

DE SVPPLICATIONE IN CAVSIS PRÆTENSÆ FRAVdis deneganda.

QVAMVIS in præconiis imponatur pœna Fisco applicanda, & inter eum, & privatum postea dividenda si de illorum contraventione agatur, & contra Fiscum, & privatum communem cum eo causam perducentem sententia proferatur, nefas erit privato supplicare, cum eius conditio in criminalibus nequeat esse potior quam Fisci, cuius totus est processus, & præcipuum interesse. Ita decisum in casu nuper exponendo.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Ius belli, siue pileorum Regio patrimonio fuit incorporatum.*

2 *Casus decisionis, ac eius determinatio, & num.* 3.

4 *Existente connexitate pœnæ statutum prohibens applicationem respectu Fisci prohibet etiam illā respectu partis.*
Connexorum idem est iudicium.

5 *Appellatio remota in vno capitulo censetur etiam exclusa in connexis.*

6 *Magis dignus in hac specie attrahit ad se minus dignum.*

7 *Diuisio causæ, ac sententiæ hoc in casu permitti non debet.*

8 *Nequit pro parte admitti appellatio, & pro parte denegari in indiuiduis.*

9 *Quando circa eandem causā in-*

sepa-

separabilem concurrunt duæ dispositiones, seu statuta, vnum prohibitorium, aliud permissiuum illud attrahit ad se permissiuum.

10 *Extantibus circa idem inseparabile, & indiuisibile duabus regulis vna affirmatiua, & alia negatiua dumtaxat ista attēditur.*

11 *Accessorium etsi sit magis dignum sequitur naturam sui principalis.*

12 *Resoluto iure dantis resoluitur ius accipientis.*

1 CAusis statu dictantibus, iustequè suadentibus ius nuncupatum belli, seu pileorum vulgò *de la noua ampra del dret de guerra de la bolla de sombreros* dominus noster Rex suo Regio patrimonio applicari, seu incorporari iussit, ut habetur in Regiis epistolis datis 15. Septē. 1662. 10. Novemb. 1663. 11. Martii etiam 1663. in quibus narratur illius iuris administrationem cōmissam fuisse nobili, & Magnifico Regenti Regiam Thesaurariam, & non parum notabiliter ordinatur quatenus pro censualibus vocatis *de guerra* non procederetur ratione evictionis contra Generalitatē Cathaloniæ, Civitatem Barcinonæ, nec alios quoscumque.

2 Regia Sententia per Excellentissimum Dominum Proregem lata 13. Maii 1693. Actuario Raymundo Vilana Perlas de consilio nobilis Iosephi Balaguer R. C. in tertia aula Assessoris suę Excellētiæ pro causis præmissi iuris belli me etiam votante pro Fisci Advocato patrimoniali fuit declaratum sexaginta duadenas pileorum apprehensas propter fraudem prætensam in vim Regiorū præconiorum non incidisse in cōmissum, & ex consequenti fuit sublatum sequestrum in illis appositum, & eorum dominus à petitis contra ipsum absolutus, impositumque silentium Fisci Procuratori Patrimoniali, & arrendatario prædicti iuris, ac neutra pars in expensis extitit condemnata.

Ab hac Regia sententia fuit 3
supplicatum per arrendatarium; sedtamen domino pileorum, qui obtinuerat petente supplicationē aduersarii cruce Sanctæ Eulaliæ signari fuit illa lineata ex sequentibus fundamentis.

Primò, quia pœna apposita in 4
prælibatis præconiis est una dumtaxat, licet ex post facto divisibilis sit inter Fiscum, & arrendatarium præfati iuris belli, existente autem connexitate pœnæ statutum prohibens appellationem respectu Fisci prohibet etiam illam respectu partis, cui portio dictæ pœnæ applicatur, cum connexorum idem sit iudicium Marsil. *consilio* 84. *num.* 13. *&* 14. & generaliter in *cap. translato de Constitut.* ubi *Barbosa à nu.* 2. *cap.* 2. *vbi Vergas num.* 12. *de caus. possess. & propriet.* Salgado 3. *p. de Reg. protect.*

cap.25. à num.38. & 4.p.cap.10. à num.37. & 2.p.de retent.cap.14. & in labyrint.2.p.cap.4.à num.15. Castillo *lib.6.controuers. cap.165.* Bovadilla *lib.3. Politic.cap.8.nu.244.* Riccius *p.2.collectan.364.* Iul. Capon. *tom.2. disceptat. 27.* at in Cathalonia Fiscus, neque in civilibus, neque in criminalibus supplicare, aut appellare potest, ut abundè præcedenti decisione probavi; consequens est igitur supplicare non posse partem quæ portionè pœnæ est perceptura, præsertim impręsentiarum ubi unica sententia reiecta fuit Fisci prætensio, ac absolutus dominus pileorum ex firmatis in specie per Ruginell. *de appellat.§.2.cap.3.nu.404.* Salgado *de Reg.protect.p.2.cap.7.num.47.*

5 Secundò, ex eo quod appellatione remota in uno capitulo cēsetur etiam remota in aliis connexis Abbas *in cap. requirit. 2. de appellat.* Baldus *in margarit.verb. appellatio versic.5.* Marsil. *d. cons. 84.nu.19.* & liberatio super principali extenditur ad connexa, & dependentia, etiam non expressa Bartol.*in l. Aurelius §. Gaius, ff.de liberat.legat. Marsil. ibid. num.23. & 35.*

6 Tertiò, ex quo Fiscus tamquā magis dignus, attrahit ad se privatum, seu partem tamquam minus dignam ex *l.quod religiosis, ff. de rei vindic l.si communem, ff.quē ad seruitt.amit.cap. in dubiis de consecrat. Eccle.* Tusch.*lit. D. conclus. 335.nu.44.* Salgad.*de Reg. protect. p.2.cap.7.num.9.* & sicut Fiscus nō potest appellare quoad suam partem ita nec privatus quo ad suam Marsil.*d.cons.84.num.36.*

Quartò, quia ex quo pars privata posset appellare sequeretur divisio causæ, & dictæ Reg. sententiæ, quod iura non permittunt Marsil.*d.cons.84.num.58.* Socin.*in cap. 2. de mutuis petit* Tondut. *de præuent.part.1.cap.13.à nu.1.* Cortiada *decis.36.num.32. & 47.* nos *decis.8.á nu.24.& decis.13.à n.42.* 7

Quintò, quia cum dicta Reg. sententia unicum tantum caput contineat, tam respectu arrendatarii, quam respectu Reg. Fisci imponendo ipsis silentium, individua est, ac dicitur *l.in hoc iudicio, ff fam.Ercis.* Salga. *de Reg. protect. p.2.cap.7.num.67.* cum individua dicantur quæ pendent ab eodem facto, & ratione Tusc.*lit.A.concl. 366.nu.4.* & ideò dividi nequit ut pro parte admittatur appellatio, & pro parte non Bartol.*in l.1.Cod. si ad vers.rē iud.* nam sententia non potest pro parte valere, & pro parte non *d. l. in hoc iud. ff. fam. ercis.* Tiraquell.*de retract.in fine nu. 44.* Salgado *d. cap.7. num.21.* & una, & eadem res nequit diverso, nec contrario iure censeri *l. cum qui, ff. de vsucap. l. iam hoc iure, ff. de vulg.* Salgado *ibidem num.23. & 24.* & aliàs quia individua non possunt pro parte acceptari, & pro parte impugnari, separationem 8

nem etenim non recipiunt Angelus *conſ.* 203. Bald. *conſ.* 242. *nu.* 2. Tuſc. *litt. A. concl.* 366. *nu.* 8. & 9.

9 Sextò, quia quando circa unã, & eãdem cauſam inſeparabilem, & indiviſibilem concurrunt duæ diſpoſitiones, ſeu ſtatuta aliud prohibitorium, aliud permiſſivũ, tunc prohibitorium præponderat, & attrahit ad ſe permiſſivum, ita ut omnia cenſeantur prohibita *l. ſi Ruffinus vbi Bald. & DD. Cod. de teſtamento militis* Socin. *cõſ.* 79. *col.* 4. *lib.* 4. Salgado *de Reg. protect. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. & 45. 47. & 49.

10 Septimò, quia quando circa unum, & idem inſeparabile, & indiviſibile extant duæ regulæ, una affirmativa, altera negativa, tunc negativa ſolum attenditur *l. tutor* 3. §. *liberti, ff. de ſuſp. tutorum vbi Bartol.* & DD. Salgado *d. p.* 2. *cap.* 7. *nu.* 4. & 50. cum potentior ſit negativa idem Salga. *de ſuppl. ad Sanct. p.* 2. *cap.* 33. *num.* 12.

11 Octavò, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis licet acceſſorium ſit magis dignum *cap. acceſſorium de reg. iur. in* 6. *l. ſi ſuper de offic. deleg. l. etiam, C. de iur. dot.* Caſtillo *controuerſ. tom.* 5. *cap.* 168. *num.* 21. Gratian. *diſcept.* 657. *num.* 19. dictus autem arrendatarius ſolum venit acceſſoriè, cum hæc cauſa ſit criminalis; quia iuxta præconia pœna tantummodò applicatur Fiſco, licet poſtea iuxta tabbam arrendamenti dividenda veniat Gonzal. Tellez *in cap. tua* 5. *de procurat. num.* 7. Ferret *obſeruat. p.* 3. *cap.* 446. Cortiada *deciſ.* 35. *num.* 39. in Cathalonia autem proceſſus criminalis eſt Fiſci licet accedat partis inſtantia; quia ea tantum venit acceſſoriè ſeu iurando Fiſcum, prout præcedenti deciſione, & perſæpè eruimus.

Nonò, quia reſoluto iure dantis, reſolvitur & ius accipientis *l. in vectigalibus* 31. *ff. de pignor. l. ſi ex duobus, §.* 1. *ff. de in diem addict. vbi DD. cap. nuper de donat. inter* Gom. *var.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. præcipuè in his quæ depẽdentiam ſucceſſivam habent Mangil. *de imput. q.* 85. *nu.* 31. Tuſc. *lit. R. concluſ.* 272. cumque ius Fiſci reſolutum ſit, etiam ius ipſius arrendatarii extinctum dici debet. 12

DE-

DECISIO XCVIII.

DE FERIIS.

FERIIS in utilitatem hominum inductis renuntiare partes possunt, non utique illis, quæ ad divinum cultum institutæ fuerunt, sed qui malitiosè earum beneficio gaudere vult voti compos non evadet, neque ut criminum investigatio procrastinetur feriæ prosunt, quemadmodum non suffragantur ut quis desidiosus sit in supplicando à sententia contra se lata ob delictum, sceleſtorum ita celeri suadente punitione, sic in Senatu definitum.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Feriarum in utilitatem hominũ inductarum tempore, & Reg. A. prorogata euocantur causæ, illæ possunt ex consensu partium prorogari, non utique introductæ in honorem Dei, & quid quoad iudicem, & testes.*

2 *Renuntiatum censetur feriis quãdo iudex pro ferenda sententia assignat diem feriatum partibus præsentibus vbi de renuntiatione procuratoris.*

3 *Actus extraiudiciales celebrari possunt diebus etiam feriatis in honorem Dei, & enumerantur hic aliqui.*

4 *Executio quando possit fieri in persona, & bonis diebus feriatis vbi Senatus definitio.*

5 *In criminalibus diebus etiam feriatis in honorem Dei potest procedi ad crimina inuestigandum, & quærendum de innocentia rei, non vero ad proferendum sententias, easque exequendum, demptis criminibus expressis num. 6.*

7 *Appellatio tempore quoque feriato in honorem Dei interponi potest, & de ratione num. 8. & 9.*

10 *Supplicatio in Cathalonia est remedium iustitiæ.*

11 *Nequit interponi die feriata.*

12 *In criminalibus tres dies dati ad supplicãdum currunt etiamsi sint feriati cum definitione Senatus, & ratio num. 13.*

14 *De feriis qui Doctores peregerint.*

FEriarum in utilitatem hominum inductarum tempore evocationes causarum fiunt, necnon etiam Reg. Aud. prorogata, at non nimis frequenter illis est utendum, sed ex iustis motivis arbi-

bitrio Senatus regulandis, observa tamen quod licet huiusmodi feriis possit renuntiari, & illis non obstantibus de partium consensu procedi, ut cernes in *compilat. practic. tit.* 13. *nu.* 31. *animaduers.* ubi de consuetudine servari in visuris habilitari quoque dies feriatos in honorem Dei, attamen adhuc dicto consensu extante talis renuntiatio non nocebit testibus, qui non poterunt compelli eo tempore ad deponendum, sicut etiã non nocebit iudici, qui tempore feriato non tenetur iudicare, & potest respondere si vos renuntiastis ego nõ renuntiavi Thesaur. *decis.* 39. *per tot.* Pacian. Iordan. *lucubrat. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *nu.* 81. *fol.* 7. videndi Cæsar Cala *in tract. de feriis q.* 5. *per tot.* ubi distinguit inter ferias in honorem Dei, quibus nec tacitè nec expressè renuntiari vult, & ferias messium, ac vẽdimiarum introductas in hominum commoditatem, in quibus renuntiationẽ non excludit Tusc. *litt. F conclus.* 101. *per tot.* Paul. Christ. *decis. Belgic.* 158. *num.* 17. *volum.* 1. & *decis.* 170. *num.* 18. & *seq. volum.* 5. Peguera *decis.* 53. *nu.* 15. ubi quod feriatis diebus in hominum utilitatem inductis potest iudicium agitari, & sentẽtia ferri partibus consentientibus.

2 Renuntiatum censetur feriis quando iudex proferenda sentẽtia assignat diem feriatum partibus præsentibus Andreol. *controu.* 243. *num.* 26. Conciol. *ad statut. Eugub. lib* 2. *rubr.* 18. *num.* 8. & *nu.* 9. ubi quod procurator generalis valet absque speciali mandato feriis prędictis ob hominum utilitatem excogitatis renũtiare per tradita à Galer. *de renunt. cap.* 118. *nu.* 9. Sola *ad Constitut. Subaud. tit. de feriis glos.* 3.

De tutoris datione, instrumẽtis etiam apposito iuramento, aliisque actibus extraiudicialibus posse fieri, & celebrari diebus feriatis in honorem Dei communis est resolutio, quam probant text. *in l.* 2. *ff. de feriis* Aretin. *in l. si expressim* 19. *col.* 7. *de appella.* Corn. *de absolut. à iurament. p.* 4. *cas.* 18. *num.* 13. Cardin. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 13. Marescot. *variar. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 11. & *seqq.* Thomas *variar. tom.* 2. *de tutor.* & *curator. tit.* 19. *num.* 1080. Peguera *decis.* 53. *num.* 12. 3

Plus observat Senatus, videlicet quod si expedita executione contra reum nullis in eius domo repertis bonis conqueratur cum supplicatione actor quod ille diebus iuridicis latitat, & diebus feriatis palam incedit, & offerat informationem, ac per eam constet de prædictis, ad eiusdem actoris petitionem providetur quod tam diebus feriatis, quam non feriatis fiat executio provisa in persona, & bonis, & ita fuit practicatum ad mei relationem facto verbo in Reg. Aud. in causa Elenæ Roca 4

con-

contra Ioſephum Badia agricolã parochiæ de Sants Diocel. Barcinonæ 19. Decembris 1696. ſcriba Ruſaſta, & Prats.

5 In criminibus feriatis diebus in utilitatem hominum, & honorẽ Dei poteſt procedi quoad inquirendum, & crimina inveſtigandum, atque de reorum innocentia quærendum *l. cuſtodias, ff. de public. iudic. l. vnius, § fin. ff. de quæſtion.* quo vero ad proferendum ſententias, & illas exequendum regulariter dies iuridici expectandi ſunt *d. l. cuſtodias, ff. de republic. iudic.* Peguer. *deciſ.* 53. *num.* 8. qui de noſtra praxi teſtatur.

6 Limitatur tamen hæc regula quoad ſententias ferendas, & infligendam torturam in publicis latronibus, aſſaſſinio, homicidio proditorio, & ſimilis atrocitatis criminibus Peguera *d. deciſ.* 53. *à nu.* 9. Caball. *caſ.* 227. *cent.* 3. Scaccia *de iud. lib.* 2. *cap.* 6. Boer. *deciſ.* 259. Theſaur. *deciſ.* 39. *&* 59. Gizzarell. & ibi addition. *deciſ.* 58. ſequitur R. S. Triſtany *deciſ.* 12. *nu.* 14. qui ſolum fuiſſe reperta exemplaria ſententiarum prolatarum durantibus feriis in maleficiis prænumeratis memorat, & abnuiſſe Senatum iudicare feriarum tempore de crimine geſtationis tormenti manualis brevioris menſuræ, vulgò *piſtola.*

7 Appellatio poteſt interponi quolibet tempore, tam feriato, quam non feriato gloſſ. *in l.* 1. *§. dies autem verbo copiam, ff. quando appell. ſit* Papienſ. *in practic. in forma appellat. à ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis num.* 6. *fol.* 404. pariterque die feriato in honorem Dei Angel. Aretin. *in d. §. dies autem nu.* 6. *Verſic. in ea gloſſ. in fin.* Franch. *in cap. vlt. ſi iuſtus q.* 8. *num.* 29. *de appellat.* Scaccia *de appellat. q.* 12. *nu.* 51. Conciol. *ad ſtatuta Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 28. *num.* 27.

8 Ex duplici ratione, altera quia actus quilibet extraiudicialis die feriato expediri poteſt, ut præfinivi ſupra *num.* 3.

9 Deinde quoniam hoc tempus ad appellandum currit de momento ad momentum, & ſufficit quod appelletur antequam tranſeat ultimum momentum, & cõſequenter poteſt appellari in ultimo momento, ſive ſit tempus iuridicum, ſive feriatum, ita Scaccia *de appellat. d. q.* 12. *nu.* 51. quibus iunge longè per me tradita *in additionib. ad praxim. ciuil. Peguera Rubr.* 27. *num.* 61.

10 Supplicatio vero licet de iure communi poſſet nuncupari remedium puræ gratiæ, & extraordinarium, ut expendit Oliba *de action. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 17. in hoc Principatu remedium iuſtitiæ, & ordinarium effectum fuiſſe per Conſtitutiones, quæ illud introduxerunt affirmant Fontanell. *deciſ.* 5. *num.* 15. Ripoll *ad Peguer. Rubr.* 26. *num.* 9.

11 Vnde ſupplicatio die feriata inter-

interponi nequit, cum providenda sit in Reg. Audientia, prout iura nostra præscripserunt iuxta latè exarata ad dictam praxim Pegueræ *Rubr.* 26.

12 Cæterum fallit hæc regula in criminalibus: nam tres dies dati in illis ad supplicandum, prout differitur in *compilat. practic. tit.* 17. currunt etiamsi sint feriati; sic fuit concluſum in Regio Concilio 7. Aprilis 1633. in cauſa Pauli N. qui fuit condemnatus ultima die iuridica ante ferias Paſchatis referente Magnifico Antonio Viñola I. R. C. ad ſervitium Regiarum triremium remigando per triennium ſcriba Llobera, & cum immediatè poſt ferias vellet ſupplicare in caſu aliter permiſſo fuit repulſus, & ſententia executioni demandata.

13 Ratio eſſe potuit quippé, ut præmonui *num.* 4. in criminalibus feriatis diebus etiam in honorem Dei poteſt procedi ad crimina inveſtigandum, & reorum innocentiam quærendum, ſicque curſus earum non ſuſpenditur, niſi quoad ſententias pronuntiandas, & illarum executionem, & rationis ratio deſumi valebit ex allatis *deciſ.* 55. *num.* 2. quare ſeduli ſint Advocati, & procuratores reorum quando eos gravatos putarint ad ſupplicandum tempore habili.

Reliqua de feriis apud prędicatos authores occurrent, & penes Cortiad. *deciſ.* 34. *à num.* 53. *ad* 69. Ab Eccleſia *obſeruat.* 77. Rodoer. *ad Marin. obſeruat.* 118. Pilaya *ad Iranço de proteſ. conſider.* 23. Fermoſin. *in tractat. var. tit. de feriis pertot.* Alvarez Peg. *ad lib.* 1. *ordinatr Regn. gloſſ.* 38. *nu.* 2. & alios recitatos per Franciſcum Romaguer *ad Conciol. ſup. ſtatut. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 28. *num.* 46. 14

DECISIO XCIX.

DE BELLI STRAGIBVS, PACISQVE BENEFICENTIA.

CALAMITAS belli ruina eſt vaſſallorum, quorum ſi ab hoſte invadantur, ſecuritas haud eſt in vita, honore, aut bonis. Magiſtratuum vigor decadens adſpicitur, cauſarum progreſſus hoſtica exceptione oppoſita ſuſpenditur, vice verò verſa pace conſequuta refloreſcunt, reviviſcunt cuncta, in iuſtitia authoritas, in litibus earum proſequutio, flagitia coercentur, vitantur, at ſi quę dubia ſuper illius tractatu ſuboriuntur conſulto Principe, & non aliter terminantur; ſicut enim eius ſupremæ poteſtati datum eſt bellum indicere, ipſumque ſedare, ſic etiam quid actum fuerit in fœderũ concluſione ſpectat interpretari. Ita infra deciſum, & obſervatum.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *De damnis belli, & num. 14.* Excellentiſſi. Domin. Protex Don Franciſcus de Velaſco, & Tobar laudatur.

2 *Impedito non currit tempus.*

3 *Exceptio hoſtica in aliis Regnis non admittitur ad manutentionem retardandam, ſed in Cathalonia recipitur, tam in petitorio, quam poſſeſſorio cum deciſione Senatus.*

4 *Sequeſtrum ex cauſa apponi poteſt in Cathalonia cum deciſione Senatus.*

5 *Exceptioni hoſticę an obſint in Cathalonia* Conſtit. 2. 4. & 5. tit. de diverſ. reſcrits, y elongaments *vbi de eius expoſitione & num. 9. ac 13.*

6 *Similis Aragoniæ forus aſſertur cum deciſione Concilii Iuſtitiæ illius Regni.*

7 *Exceptio hoſtica qua humanitate practicetur in Cathalonia.*

8 *De moratoriis, & dilationibus quæ à Principe dantur ad ſoluendum remiſſiuè.*

9 *Maior pars creditorum reſpectu quantitatis debitæ illam, aut eius partem minimè condonando, ſed tantum dilationem concedendo poteſt minorem partem compellere ad firmandum concordiam cum debitore.*

10 *Limita vt non procedat aſſertio in debito iurato.*

11 *Sublimita ſi maior pars creditorum quæ firmauit concordiam habeat etiam credita iurata, & æquali priuilegio fulcita, & non deſcendant ex cenſualibus, cum deciſione Senatus.*

12 *Creditor ex cauſa dotis, delicti, vel negotii fiſcalis an poſſit cogi in dilatione, & moratoria ex iuſtitia per maiorem partem creditorum conceſſa decertantes opiniones referuntur.*

13 *Iterũ de exceptione hoſtica agitur.*

14 *De belli ſtragibus itidẽ remiſſiuè.*

15 *Pacis innumerabiles beneficentiæ remiſſiuè.*

16 *Ex pace qualiter otium cauſetur, & inde noxæ plurimæ emergant.*

17 *Obſides quomodo dentur pro obſeruantia pacis, & de eorum indemnitate remiſſiuè.*

18 *Dubia ſuborta ſuper intellectu capitulorum pacis inconſulto Domino Rege nequeunt declarari vbi Regia epiſtola id præcipiens tranſcripta.*

19 *Eius eſt interpretari cuius eſt condere, & num. 20. per plures narrantur caſus Regio oraculo deciſi.*

INter cætera quæ ex bello proveniunt damna ſpretæ Themidis exprimentum non ignotus eſt

effe-

effectus, ingruentibus namque prælijs sæpissimè (utinam plagã hanc non elugeremus!) hostium immanitas in fœminarum honestatem sævit, templorum cultum violat, Sacerdotum reverentiam remit, plagia, cædes, prædæ, aliaque complura nefaria accedunt, vasallorum quoque flagitia regulariter excrescunt, non tamen hæc in subditis deploratur infœlicitas sub fausto gubernio Excellentissimi *D. Don Francisci de Velasco, & Tobar* herois Regii servitii studiosissimi; consiliorũ nusquam præposteri, qui æqua lance, & non dispari sorte politico clavo inflexibili rectitudine dominatur, & Mavortiis phalangibus intrepido spiritu, maturaque insimul destinatione imperat, qui à Cathalonia diu triumphans abiit Gerunda propugnata, expugnata, Bellaguardiæ arce, nostrique eximii Monarchæ, præpotenti ditioni addita, qui ad Cathaloniã rediit postquam nonnulla præsidia auspicatò Capitaneus Generalis defendit, muniit, locupletavit, qui iam ad Principatum redactus indesinenter quasi præoccupato tempore angusto eius intervallo plura quam humano captu aggredi possent fuit adeptus in almæ principalis Vrbis propugnaculis, adeò ut quæ indefensa prorsus invenit debellari non facilè queant voluptate cum utilitate, seu verius necessitate coniuncta cui optimè convenit Cassiodori locus *variar. lib. 12. Epist. 4.* ibi *timeri amplius volumus quam probari: quia maximè illud vigori tuo reputabitur si nullius præsumptione peccetur*, & infra *viri fortes semper in pace modesti sunt, & iustitiam nimis diligunt qui frequenter prælia tractauerunt.*

Armorum strepitus silere etiã 2
leges nonnumquam faciunt, hoc unum ex detrimentis est nuper recensitis annectendum, quod actores patiuntur iustitiæ administratione donec perdurat impedimentum suspensa, quandoquidem elemẽto nititur iuridico impedito tempus non currere *l. 1. §. fin. C. de annal. except. cap. quia diuersitatem de conces. præbend. cap. fin. de elect.* Barbos. *axioma. 116.* Covarruv. *in cap. 8. & seq. de testam.* Molina *lib. 4. de primogen. cap. 20.* Barbos. *in l. 2. §. legatis à num. 195. de iudic.* Riccius *p. 1. collectan. 155. & p. 7. collectan. 1742.* Robert. *lib. 4. rer. iudicat. cap. 15.* Fab. *decad. 3. error. 9.* Castillo *de tert. cap. 13.* Salgado *p. 1. de Reg. protect. cap. 7. à num. 59. & p. 2. cap. 13. à num. 153. & p. 1. de retent. cap. 15.* Solorzan. *lib. 5. Politic. cap 17. fol. 911. Versic. quarta in fin.*

Hac de causa exceptio quod 3
quis sit miles impeditus in servitio militari, quæ dicitur hostica, licet non admittatur ad manutẽtionem retardandam Post. *de manutent. obseruat. 46. num. 22.* Afflict.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

decis. 84. Thomat. *decis.* 39. *nu.* 25. Fenton. *ad statut. verb. cap.* 147. *nu.* 24. *in fin.* attamen in Senatu Cathaloniæ indistinctè recipitur in utroque iudicio, tam proprietatis, quam manutentionis, æquitate ita dictante ne ius partis tam graviter, & legitimè impeditæ pereat, & fuit obseruatum in causa Iosephi Serra contra Didacum Serra, in qua in gradu supplicationis ad relationem nobilis Iosephi de Pastor, & Mora R.C. vertētis de memorata exceptione opposuit Didacus Serra miles equester in castris degens schedula oblata 9. Iunii 1690. contradicente præhabito Iosepho Serra; concessa exceptione hostica petiit Iosephus Serra in cuius favorem fuit concessa manutentio fructus sequestrari, & fuit prouisum sequestrum ex doctrina nobilis Senatoris de Tristany *decis.* 2. *à num.* 28. ubi me persæpe citato perpendit casus quibus sequestrum locum habet, quæ Reg. prouisio fuit in gradu supplicationis confirmata referente nobili de Rius, & Bruniquer R. sententia lata 23. Ianuarii 1691. Actuario Vila.

Verum est quod non semel vidi de hac exceptione hostica dubitari an in Cathalonia procederet extante *Constitut. 2. tit. de diuers. rescrits, y elongaments*, qua Princeps abdicavit sibi facultatē moratorias, guidatica, emparas, inhibitiones, reservationes, & similia concedendi prætextu regaliæ, aut restitutionis casalium, vel cōflictus belli, aut cuiusque alterius necessitatis, si petatur executio pro censualibus, aut violariis, de cuius Cōstitutionis materia vidē di Canc. *var. p. 3. cap. 7. à num.* 243. & Ramon *consil.* 10. qui exacte enodavit *Constit.* 4. sub eodem titulo quatenus excipit casum reparationis loci, eique ita specifice loquenti non derogari firmat per *Constit.* 5. sequentem, cuius dispositio generalis est, & *num.* 13. defendit Constitutionem moratoriam concedi prohibētem etiam iusta de causa iniquam iudicari ex *l. maiorem. ff. de pact. l. fin. C. qui bon. ced. poss.*

Cuius Constitutionis præsupposita cōtextura expenditur Molina *in repert. foror. Aragon. verb. supersessum fol.* 310. *volum.* 2. ubi postquam scripsit iuxta foros illius Regni supersedimentum locum non habere, etiamsi Dominus Rex, vel eius Primogenitus, aut alius eius nomine mandet supersederi in aliquo negotio per suas litteras, nec è converso si ipsi mandēt procedi in causis in quibus debet supersederi, tali mandato non esse obediendum; progreditur ulterius, & ampliat in casu quo aliquis sit in guerra, vel hoste cum Domino Rege, & in suo seruitio sentiens tunc non supersederi in causis cōtra eum inceptis, quamvis litteris Regiis præcipia-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cipiator, & sic fuisse determinatum attestatur in Concilio Iustitiæ Aragonum in facto Sancii de Heredia 3. Septemb. 1629. non obstãte quod nobilis iste existens in guerra litteras à Domino Rege obtinuerat, quibus supersederi iubebatur in omnibus causis præfatum Sancium tangentibus.

7 Assimilari Aragonię foros nostris Constitutionibus nemo non agnoscit, & ita nec inficiari valet ex hac sentẽtia argui posse ad exceptionem hosticam in Carhalonia excludendam, at quicquid sit de rigore iuris in centualibus, de quibus Constitutiones præadductæ sermonem instituunt sæpissimè receptum iuris benignitate præscribente fuit præliantium lites suspendi, imò & humaniùs apud hostes invitò degentium, ac vi maiori occupatorum, ne indefensorum ius pereat, quod perfacilè impedimento sublato nequeat reparari.

8 Generaliter de moratoriis, & de dilationibus, quæ à Principe dantur ad solvendum, & earum eff ctu *l.* 33. *vbi Gregor. Lop. tit.* 18. *p.* 3. Fab. *decad.* 25. *error.* 3. Bovad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 13. *nu.* 20. Amend. *ad Franch. decis.* 82. Gratian. *discep. forens. tom.* 2. *cap.* 236. *num.* 31. *cum seq.* Castillo *de tertiis cap.* 41. *num.* 101. & *de aliment. cap.* 12. Salgad. 2. *p. de Reg protect. cap.* 4. *à nu.* 107. & 2. *p. Labyrint. cap.* 30. *à num.* 2. Guzman *de evict. q.* 2. *à num.* 50. & *q.* 10. *à num.* 24. Vela *dissertat.* 35. *num.* 141. Escalon. *lib.* 1. *Gazophil cap.* 10. Gom. *l.* 5. *Taur. num. fin.* Riccius *p.* 2. *collectan.* 8. & 393. & *p.* 5. *collectan.* 1736. & 1952. Leotard. *de vsur. q.* 85. Surd. *dec.* 323. ubi plura Hodierna Antunez *lib.* 1. *de donat. p.* 3. *cap.* 42. Barbos. *l.* 7. *num.* 145. *ff. de iudic.* ubi quod maxima dilatio non est cõcedenda Solorzano *lib.* 5 *Polit. cap.* 13. *fol.* 883. ubi an à Vicerege cõcedi valeant Surd. itidem *decis.* 301. & 307. ubi an servanda sit debitori de fuga suspecto, & num in bonis sequestratis Boleto *de decoctor. tit.* 1 *q.* 13. ubi numquid decocto sit concedenda Escalon *in Gazophilac. lib.* 1. 2. *p. cap.* 6 *num.* 39. & *cap.* 17 *num.* 27.

Ad materiam *d. Constit.* 2. *tit.* 9 *de diuers. resc.* pertinet disquisitio an maior pars creditorum possit minorem compellere ad transigendum cum debitore communi? Affirmativa est universaliter recepta resolutio maiorem partem creditorum computando respectu quantitatis debitæ, & concessa tantum dilatione ad solvendum absque condonatione quantitatis debitæ, seu partis illius *l. fin. C. qui bon. ced. poss. l.* & *suum haredem*, §. *hodie l. iuris gentium*, *l. rescriptum*, *l. maiorem*, *ff. de pact.* Salgado *in Labyr. credit. p.* 1. *cap.* 7. *nu.* 22. & *p.* 3. *cap.* 30. *num.* 69. Aflict. *decis.* 282. Rodriguez *de concurs. credit. p.* 1. *ant. artic.* 1. *à num.* 3. *ad* 6.

Mer-

Merlin. *de pignor. lib* 4. *tit.* 5. *q.* 36. Fontan. *de pact. tom.* 2. *claus.* 7. *gl.* 8. *num.* 42. Gratian. *discept. forens. cap.* 222.

10 Limitatur tamen hæc assertio ut non procedat in debito iurato Rodriguez *de concurs. credit. p.* 1. *ante artic.* 1. *num.* 30. Ioan. Argel. Personel. *in not. ad Afflict. decis.* 288. Ripoll *de Regal. cap.* 24. *à nu.* 34 *ad* 39. Canc. *var.* 1. *cap.* 15. *nu.* 10. Thesaur. *decis.* 186. *nu* 3. *&* 6.

11 Sed tamen sublimitatur hæc limitatio ut non obtineat si maior pars creditorum quæ transactionem cum debitore firmavit, eique dilationem concessit habet etiam credita iurata, ac æquè privilegiata tunc enim minorē partem habētem similia credita cogere potest ad firmandum concordiam cum debitore Vrsil. ad Afflict. *decis.* 288. *num.* 7. *&* 8. *in not.* Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 222. *nu.* 31. & fuit decisum per Magnific. Ioannem de Colomer R. S. in causa Iosephi Matheu mercatoris, & Iosephi Iulià sartoris civium Barcinonæ contra Ioannem Baptistam Vivès linteatiū eiusdem Civitatis Regia provisione facta 2. Ianuarii 1684. in actis Rubrasta. Nota tamen quod creditum memoratorum Matheu, & Iulià non descendebat ex censuali, vel violario, in quibus excluſæ sunt moratoriæ per relatam Constitutionem, prout *num.* 5. continetur, neque his obsunt Fontan. *de pact. tom.* 2. *cl.* 6. *gl.* 2. *p.* 4. *num.* 60. *&* 61. Corriada *p.* 2. *decis.* 70. *num.* 36. qui loquuntur in decoctoribus.

Disceptatur inter scribentes (ut 12
institutum criminale complectamur) an creditor ex causa dotis possit cogi ad concurrendum in dilatione, & moratoria ex iustitia per maiorem partem creditorum concessa? Affirmativè tenet Gratian. *d. cap.* 222. *num.* 32. Giurba *decis.* 118. *nu.* 12. Monson. *de caus. execut limit.* 6. *nu.* 73. innuit Franchis *decis.* 219. Merlin. *de pign. lib.* 4. *q.* 137. *num.* 22. cæterum in contrarium pro dote, & debito fiscali, vel ratione delicti, aut depositi, vel cambiorum firmant Costa *de port. rat q.* 139. *num* 9. Anna *singul.* 101. Botiell *in pragmat. de cōpromiss.* §. 2 *glos.* 2. *num.* 404. Afflict. *decis.* 5.

Redeundo ad exceptionem 13
hosticā de ea latissimè disseruit Giurba *decis.* 118. qui concludit Barones Regni militare Brachiū constituenter in Regno Siciliæ quia milites sunt *cap.* 1. *de capit. contron. cap. si quis miles de feud. sin. cal. non amitt.* Ilern. *in cap.* 1. *in princip. Imper. Lothæ. & in cap. imperialem,* §. *præterea tit. de prohib. feud. alienat.* Federic. *in cap.* 1. §. *similiter col.* 6. *de cap qui cur. ven. cap. si inter de alienat. feud.* Surg. *de Neapol. illustrat lib.* 2 *cap.* 23. *num.* 6. idcircò illos ad comitias generales Regni venientes & ante, ab

eis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

eis redeuntes, & in ipsis stantes hostica exceptione gaudere asseverat, & exinde quærit an hosticam allegans exceptionem contra suos creditores possit contra alios agere, an huiusmodi exceptio opponi queat ad impediendam latæ sententiæ executionem, an eum iuvet qui per procuratorem servit, anue procuratori suffragetur, per eum cernas, & per Tondut *de præsent. p. 2. cap. 53. num. 23.* qui concordans cum aliis tenet exceptionem istam non habere locum in spolio recenti, sed tamen si accidat ante iussionem eundi ad bellum aliud censet, iudicatumque refert.

14 Iudicata *num. 1. & seqq.* sunt damna belli, quo nihil deterius docuerunt Bovadilla *lib. 4. Polit. cap. 2. á num. 2.* Solorzan. *tom. 1. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 8. à num. 126. & lib. 3. cap. 3. nu. 24. & cap. 6. nu. 42. & in Polit. lib. 1. cap. 12. fol. 61. Versicul. por lo qual* Marques *lib. 2. de Guberna. cap. 31. fol. 338. & cap. 35. fol. 369.* Senec. *lib. 5. de benefic. cap. 25.* Cyriac. *controu. 544.*

15 Per contrarium autem innumera sunt bona pacis *l. 72. tit. 18. p. 3.* Anton. Augustin. *p. 3. lib. 29. tit. 2.* Canc. *var. lib. 2. cap. 11.* Bovadilla *in Polit. lib 2. cap. 13. à nu. 44. & lib. 4 cap. 2. à num. 5.* Segur. *p. 2. direct. cap. 9.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 79.* Cotial. *cas. 101. & 102.* Marques *lib. 2. de Gubern. cap. 22. fol. 288. & seq. & cap. 31.* Solorzan. *tom. 1. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 17. à nu. 79.* sic Augustus apud Tacitum *lib. 1. annal. §. 1. cunctos dulcedine otii*, hoc est pacis allexit Antun. *lib. 1. de donat. p. 2. cap. 28.* Farinac. *tom. 3. prax. q. 107.* de ea tractãtes novissimè comulat Augustin. Fontan. *in Bibliot. legal. p. 5. verbo Pax fol. 261.*

Licet alii annotent pacem, etsi 16
bonam otium parere unde plura mala emanant Bovadilla *lib. 4. Polit. cap. 2. num. 3. & 4.* Marques *lib. 2. de Gubern. cap. 31.* id tamen non provenit ex defectu pacis, sed ex malo illius usu quoties ita otium amatur, ac si nusquam posset bellum suscitari, vel revivisscere, & homines inertes, ac inermes reddantur, bellicique derelinquuntur apparatus, ac exercitationes quod damnosissimum foret.

Qualiter pro observantia pa- 17
ctorum tractatus pacis soleant aliquando dari obsides, ita ut Princeps possit subditos suos cogere ad hoc periculum subeundũ, quæ illi amittant, vel non, possintne offendi, vel fugere, an adhibeantur inter privatos, & pro causa privata, vel pecuniaria, & alia huiusmodi discutit plena manu Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 30. per tot.*

Non minor est lætitia quæ ex 18
pace resultat, ut præcitati Doctores commemorant, per eam integram Tribunalium authoritatem restaurari, iura libere partibus red-

di,

di, iudicata ullo absque obstaculo executioni demandari, atverò si contingat exoriri dubia super intellectu capitulorum tractatus pacis publicæ nihil inconsulto Rege decidi valebit iuxta tenorem Regiæ epistolæ sequentis:

LA REYNA GOVERNADORA.

Illustre Duque de Ossuna, y de Vzeda, Primo, mi Lugartiniente, y Capitan General, Venerables, Nobles, Magnificos, y Amados Consejeros. Haviendo sucedido el romper la paz el Rey Christianissimo ha parecido, que por consiguiente no deben guardarse los capitulos, que se ajustaron antes entre esta, y aquella Corona, para la observancia de ella, y assi he querido advertiroslo, paraque lo tengais entendido, y que todo aquello, que se dispuso por dichos capitulos, y en las conferencias, que despues se han tenido para el cumplimiento de ellas, que hiziere en favor de los que se hallan baxo el partido de Francia, no se ha de observar, y todo lo que tocáre à diferencias, y pleytos, que huviere entre partes, que estàn à mi obediencia en las quales diferencias interviniere algo, que toque, ò dependa de dichos capitulos de la paz, las dudas, que huviere se me consulten, paraque Yo determine conforme à ella, lo que haya de hazerse, que assi es mi voluntad, y esta orden se registrarà en el libro de las acordadas, para la noticia, y observancia de ella. *Dat. en Madrid à 4. de Noviembre 1667.*

YO LA REYNA.

Vt. Don Christ. Crespi Vicecancel. *Vt. D. Iosep. Romeu R.*
Vt. D. Petrus Villacãpa R. D. Didacus de Sada Secr. *Vt. Vilosa Reg.*
Vt. Exea Regens. *Vt. D. Anton. de Cueda.*
Vt. D. Antonius Ferrer.

19 Meritòque sic fuit cõstitutum: nam pacis publicæ statuta à Principum pendent pactionibus, ab ipsis quæ conduntur, interpretari autem actum eius est cuius est cõdere, seu illum facere *l. non ambigitur, ff. de legib. l. Imperialis Maiestas, l leges sanctissimæ. C. Eod. cap. cum venissent de iudic. cap. inter alia de sentent. excommunic.* Anton. Gõ. *l. 1. Taur. num. 6.* Decian. *consil. 36. num. 8. cum seqq. volum. 3.* Surd. *decis. 2. num. 3.* Menoch. *consil. 3. nu. 21. & consil. 383. num. 18.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 28. à num. 2.* Gabriel. *consil. 182. per tot. lib. 2.* Garcia *de nobilit. gloss. 2. §. 2. num. 2.* Morlæ *in empor. iur. tit. de legib. num. 20.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. cap. 36. num. 1.* Ludovic. Miranda *de ordin. iudic. q. 3 artic. 2. concl. 2.* Mar. Anton. *variar. resolut. 103. nu. 19.* plu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pluribus glomeratis Barbosa *axiō.* 130. qui ampliat, & declarat.

20 Et fuit ante, & post obſervatū nedum in caſu perlato *deciſ.* 95. *num.* 21. verum etiam in pluribus aliis, ut eſt videre in Regia epiſtola data 3. Iunii 1663. qua declaratur fructus in vim ſententiæ de tempore turbationum latæ per quēdam prænobilem virum perceptos non comprehendi ſub tractatu pacis, neque ſub articulis in villa de Figueras concluſis, alia Regia epiſtola data 14. Iun. 1667. qua fuit ſopita prætenſio nobilis Mariæ Angelæ Alamany, & Fontanella contra nobiles Balthaſarem de Pantoja, & Domnam Tereſiam Pantoja, & de Marimon cōiuges ſuper intereſſe cuiuſdam dotis, cuius gratiam, & univerſi patrimonii certi vaſſalli abſentis præexpreſſæ Alamany maritus obtinuerat durantibus turbationibus, alia Regia epiſtola data 15. Ianuarii 1665. qua Dominus Rex decrevit prætēſioni Iacobi de Eva contra Philippum Corona villæ Perpiniani ſuper recuperatione melioramentorum cuiuſdam domus non opponi capitula pacis, & noviſſimè complures expeditæ accumulari poſſent.

DECISIO C.

DE PRINCIPVM POTESTATE IN PACE PVBLICA iuranda.

QVANDO inter Principes pācis publicæ conventiones ſtatuuntur à iuris regulis, ſi ita Regnorum tranquilitati expedit receditur adeò, ut nullus poteſtatis defectus exquiri valeat, ſed ſola voluntatis expoſitio ſcrutari pro pacis ſtabilitate, ſcrupoliſorates, ac apices reiiciuntur, ſummumque bonum inſpicitur, leges à ſuprema lege fœdus exigente interpretationem recipiunt, nec idcircò fundamentales regionum infringuntur, quarum qualitas plura requirit in aliis non vigentia. Ita infra deciſum.

ANNOTATIO.

NVCLEVS.

1 *Pacis publicæ cauſa multa recepta ſunt contra ius.*

2 *Quoties privilegium immunitatis fuit conceſſum à Principe propter bonum pacis licet iuri tertii derogetur validum erit, & num.* 3.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cum decisione Senatus.

4 *Summum bonum mortalium est pax.*

5 *Princeps pacem publicam iniens statuere valet absque curiis quicquid suæ Monarchiæ tranquillitati expediat.*

6 *Casus disceptatus vbi tenor capituli 10. pacis initæ inter Regem nostrum, & Regem Britannicum.*

7 Cap. 11 *eiusdem tractatus.*

8 *Pacis conuentæ cum Corona Portugaliæ cap. 4.*

9 *Legibus fundamentalibus Regnorum derogari nequit nisi Regnis ipsis consentientibus.*

10 *Iura Generalitatis Cathaloniæ instituta fuere pro pace, & iustitia tuenda.*

11 *Concesso priuilegio exemptionis à solutione iurium solui selitorum in vnis locis, veluti in transitu per portus, si in Regno reperiatur aliquis exigens similes impositiones tunc gratia, seu concessio non comprehendit iura acquisita per tertium in aliis locis.*

12 *Princeps gratiam non concedit cum damno tertii.*

13 *In restitutione bonorum faciendæ in vim contractus faderalis an veniant bona per tertium medio tempore acquisitæ, contrariæ opiniones referuntur, resoluitur negatiuè, nisi expresse Princeps aliud conueneri t.*

14 *Retrotractio extrema habilia posseit. & quæ talia dicantur nu.* 15.

16 *Illatio ex prædictis.*

17 *Verba generalia contenta in capitulis pacis de qua agitur casum controuersum comprehendunt.*

18 *Includunt etiam ea quæ speciali nota essent digna.*

19 *Habens priuilegium ad instar super exemptione ea fruitur cũ omnibus qualitatibus, & prærogatiuis.*

20 *Senatus decisiones in prædictorũ confirmationem.*

21 *Inter conuentiones priuatas, & publicas discrimen.*

22 *Leges fundamentales Regni quæ sint.*

23 *Regiæ epistola controuersiæ decisiua, & exitus illius num.* 24.

25 *De postliminii materia in delictis.*

26 *Conclusio operis.*

QVando ad finem perducimus hasce enucleationes in eas proiicimur quę ubertimos postularẽt tractatus, nõ paucæ enim, eæque arduæ super pacis publicæ obseruãtia, & validitate scisitantur colluctationes! O humanæ conditionis procax instabilitas, quæ neque in pace tranquillitatẽ reperis! Et priusquam peragenda aggrediamur supponi oportet fauore pacis publice inter duo Regna multò maiora licere quã ad tuendam pacem priuatorum, qua distinctione præhabita perplures dissolves difficultates inferiùs recitãdas quæ Principum potestatem videntur minuere quoties

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ties per eos statuta pro bono pacis fiunt, prout ex statim elimandis liquebit: nam quod causa pacis publicæ inter Principes stabiliendę, vel cõservandæ multa recepta sint contra ius incontroversa est conclusio *l. qui ceden. in fin. ff. Ad leg. Cornel. de fic. cap. 2. de despons. impub. cap nisi essent de prebend. cap. 2. de arbitr. cap. 1. de mutuis petit. cap. fin. de transact. l. æquissimum, ff de vsufruct.* Roman. *cõs.* 332. *num.* 13. *& seq.* Barbat. *consil.* 1. *column. antepenult. & penult.* Felin. *in cap.* 2. *nu.* 2. *&* 3. *de præscript.* Alphons. Hojeda *de incompatib. benefit. cap.* 23. *num.* 6. *&* 7. Flamin. Patis. *de resign. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 165. *& seq.* Gomez *in regul. de annal. q.* 2. *num.* 3 *cum seqq.* Horat. Mandos. *in addit. ad Roman. consil.* 306. *in casu sub litt. D.* Gonzales *de regul.* 8. *Cancellar. glos.* 25. *num.* 12. Martin. Laudens. *in tract. de confeder. Princip. per tot.* Alciat. *lib.* 1. *de verb. signif. column.* 115. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 959. *num.* 2. Bovadilla *in Politic. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 5. adeò quod tractatus pacis inter Principes initæ legis habet vigorem, ut notabiliter ex Baldo *cons.* 313. *in fin.* 3. *p.* observat Anton. Corcetus *de privileg. pac. num.* 20. *vol.* 11. *tractat. antiquor.* ibi *sexagesimò septimò pacis vigore multa fiunt quæ iure fieri nõ poterant, quia quicquid sit propter pacem legis habet vigorem Bald. consil.* 213. *in fin. incipit quidem nobilis in* 3. *p. consil. vbi limitat glos. singul. fin. circa fin. in l. talis scriptura, ff. de leg.* 1. *quæ dicit quod fictio non trahitur retro ad ea quæ sunt impossibilia de iure: fallit in conuentione legitima quæ fit propter pacem punctim infra nu.* 21.

Proinde si privilegium immunitatis fuerit concessum à Principe propter bonum pacis licet iuri tertii derogetur validum erit *l. item si verberatus, ff. de rei vindicat* Castillo *de tertiis cap.* 9. *num.* 28. *& seqq.* Giurba *consil.* 57. *num.* 6. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 49. Larrea *allegat. fiscal.* 3. *à num.* 8. *allegat.* 40. *nu.* 34. *allegat.* 77. *nu.* 10. *allegat.* 115. *nu.* 37. Canc. *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 50. *&* 425. Ramon *consil.* 54. *nu.* 5. Ripoll. *de regal. cap.* 45. *num.* 23. Valenzuela Velazq. *consil.* 99. *num.* 5 *cum. seqq. tom.* 1. Salgado *de supplicat. ad Sanctiss. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 34. *cum. seqq.* Cælar de Aflict. *controu. iur. cap.* 22. *num.* 48. Ioann. Bapt. Spada *consil.* 7. *nu.* 21. Andreol. *controu.* 277. *num.* 56. Donadens. *de renunt. cap.* 40. *à nu.* 26. Don Petrus Quesada, & Pilo *controu forens. cap.* 34. *num.* 45. £

Definivitque Egregiè, ac terminanter noster Regius Senatus 7. Ianuarii 1587. in casu allato per Xammar *de priuileg. Ciuitat. Barcinonæ* §. 18. *num.* 45. ubi refert sub dicto die inveniisse conclusionem inter syndicos Civitatis Barcinonæ, & Logiæ maris ex una, & cõservatores iuris vocati *de las marques de Aragò, y de França*, & etc. 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ditores dicti iuris ex altera referente Magnifico Puig, qua concluditur quod licet cives Barcinonæ sint immunes à solvendo quascumque impositiones per Universitates civitatum, & villarũ huius Principatus impositas, & imponẽdas, tam per mare, quam per terrã, etiam in Regnis Coronæ Aragonum ei applicatorum, & applicandorum, tamen non sunt exempti à præstatione prædicti iuris Marchæ quod fuit impositum pro conservanda pace inter Reges Aragonum, & Franciæ, teddendo ibidem rationem quia casus publicæ, & communis utilitatis, & pacis conservandæ non comprehenditur in privilegiis exemptionum concessis Civitati Barcinonæ, & Logiæ maris.

4 Ratio autem præmissorum nõ inevidens est: quoniam pax est summum mortalium bonum, à quo rectitudo iustitię pendet, necnon publica quies, ut præcedenti decisione crevimus, & probatur *Genes.* 29. 6. & 27. 14. & 41. *Vers.* 19. Ios. 10. *Versic.* 21 Iud. 18 *Versic.* 15. 1. Sam. 10. *Versic.* 4. & 25. 5. & 30. 21. 2. Reg. 96. Esa. 26. 3. Ier. 15. 5. & 29. *Versic.* 7. 11. Psalm. 122. 7. Boër. *decis.* 40. *num.* 1. Vincent. de Franch. *decis.* 535. *num.* 2. plenè Ioan. Paul. Rub. *in annotat. ad decis.* 29. *num.* 4. *cum. seqq. p.* 8. *recent.* Simanc. *de republ. lib.* 9. *cap.* 16. *pag.* 575.

5 Quapropter quando super capitulis pacis incidunt disputationes tota quæstio est voluntatis, nulla vero potestatis, quare traditis *decis.* 42. *num.* 9. ubi firmavimus Principem solùm in curiis generalibus posse leges statuere, & ideò in ipsis se ipso maiorem videri, adde adhuc altiori potestate frui in pacibus ineundis, quarum causa absque Comitiis Regnorum quicquid illarum conclusioni expedit, & vassallorũ quieti condere, atque statuere valet, quod cuicumque perlegenti varios pacis tractatus notum fiet.

His præcognitis suavissima manu ducimur ad articulum disceptatum de mense Aprilis 1692. super duabus navibus *Caravelas* appellatis Lusitanorum, quarum nautæ fuerant capti, & merces per eos non denuntiatæ apprehensæ, prætendebaturque in commissum incidisse, cuius rei ad exactã indaginem capitula pacis inter Regem nostrum, & Britannicum libet subiungere quæ *cap.* 10. sic se habent. *Que los Navios, ó otros qualesquier Vaxeles, que pertenecieren al Rey de la gran Bretaña, y à sus subditos, y habitantes navegando en los Dominios del Rey de España, ò en qualquier de sus Puertos, no sean visitados por los Ministros, ó Iuezes de Contrabando, ò por otra persona alguna por su propria autoridad, ò de alguna otra, ni se pondràn algunos soldados, hombres armados, ò otros Oficiales, ó personas*

6

á bor-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

à bordo, de ninguno de dichos Nauios, ò Vaxeles; ni los Oficiales de la Aduana de la vna, ó de la otra parte à hazer pesquissas en ninguno de los Vaxeles, ò Nauios pertenecientes à los Pueblos del vno, ò del otro que entráren en las Regiones, Dominios, ò respectiuos Puertos, hasta que hayan puesto en tierra toda aquella parte de la carga de mercancia, que resoluierē desembarcar en dicho Puerto; ni será el Capitan Maestre, ni ningun otro de dicho Nauio, ò Nauios encarcelalos, ni ellos, ni sus Barcos detenidos en tierra; pero en el interim los Oficiales Reales, y de la Aduana pueden estàr en dichos Vaxeles, ò Nauios, no excediendo el numero de tres en cada Nauio, para reconocer, que ningunos bienes, ò mercancias se desembarquen de dichos Nauios, ò Vaxeles sin que paguen los drechos, que por estos articulos cada parte està obligada à pagar; los quales dichos Oficiales han de estar sin costa alguna del Nauio, ò Nauios, Vaxel, ò Vaxēles, sus Oficiales, marineros, compañia, Mercaderes Factores, ò Propr etarios: y quando el Maestre, ó Patron huuiesse declarado, que se ha de descargar toda la carga de su Nauio en algun Puerto, la declaracion, y entrada de la dicha carga se haya de hazer en la Aduana en la forma acostumbrada, y si despues de hecha se hallàren algunos otros bienes en el dicho Nauio, ó Nauios mas de los contenidos en dicha entrada, ò declaracion, se concederàn ocho dias de termino en que se podrà trabajar sin contar las Fiestas, que se encontraràn desde el dia en que se començáre à hazer la descarga, à fin de poder entrar, y manifestas los bienes no declarados, y saluar la confiscacion de ellos. Y en caso, que en dicho tiempo, no se huuiere hecho la entrada, ò manifestacion, entōces los bienes particulares, que se hallaren como queda dicho, aunque la descarga no estè acabada, seràn confiscados solamente, y no otros, ni se darà ninguna molestia, ó castigo alguno al Mercader, è dueño del Nauio; y siendo dichos Nauios, ò Vaxeles cargados tendràn libertad otra vez à salir.

Prosequitur cap. 11. eiusdem tractatus ibi Que el Nauio, ó Nauios perteneciendo al vno, ò al otro Rey, ò sus respectiuos Pueblos, y subditos, que entráren en qualesquier Puertos, ò Dominios del vno, ò del otro, y descargáren alguna parte de bienes ó mercancias en algun Puerto, ò Rada, siendo consignado con la resta à otros Lugares, dentro, ó fuera de los dichos Dominios, no seràn obligados à registrar, ni pagar drechos de otros bienes, ò mercancias algunas, que de aquello, que descargaren en dicho Puerto, ò Rada, ni constreñidos à dar fianças por los bienes que lleuáren à otras partes, ni otra singularidad, no siendo caso de cierta deuda, traicion, ó otro delito capital. 7.

Corona Portugallię in tractatu pacis conuentæ de anno 1668. 8.

cap.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap. 11. huiusmodi sub tenore pactionem iniit.

Los dichos Vassallos, y moradores de vna, y otra parte tendràn reciprocamente la misma siguridad, libertades, y Priuilegios, que estàn acordados con los subditos del Serenissimo Rey de la Gran Bretaña, por el tratado de 23. de Mayo del año 1667. y de otro del año 1630. en lo que en este tratado està toda via en pie, assi, y de la manera como si todos aquellos articulos en razon del Comercio, ò immunidades tocantes à èl estuuiessen aqui expressamẽte declarados sin excepcion de articulo alguno, mudando solamente el nõbre à fauor de Portugal, y destos mismos Priuilegios vsaràn la Nacion Portuguesa en los Reynos de su Magestad Catholica, assi, y de la manera, que lo vsarõ en tiẽpo del Rey Dõ Sebastian.

9 Ad commissi solidandam prætensionem iuxta capitula Curiæ huius Principatus ob non factam denuntiationem per illa præfinitam adducebatur eæ rationes, prima quia Regnorum leges fundamentales maximam vim habent, illisque derogari non potest per Principes nisi Regnis ipsis consentientibus Petrus Gregor. *de Republ. lib. 7. cap. 19. num. 7. & seqq.* Franc. Hotman. *in Francogall. cap. 8. & seqq.* & *lib. 1. de antiquo iur. Regn. cap. 12. & 19.* ac *lib. 2.* Ioann. Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 8.* Christoph. Besold. *tom. 2. Polit. dissertat. de maiestat. in genere cap. 1. ex num. 5.* & *dissertat. de Republ. curiar. cap. 7. ex num. 7.* Ioann. Altusius *Polit. cap. 19. ex num. 29. &* 49. Philippus Hocnonnius *disput. politic. 3. num. 40.* Lambert. Danæus *lib. 3. Christian. Politic. cap. 6.* Boër. *de iur. Maiestat. cap. 1. conclus. 17.* Iustus Lymbold. *in colleg. publ. siue de statu rei Romanæ disput. 3. §. 6. & cap. 7. thesi 15.* Daniel Ottho. *de iur. publ. cap. 12.* Limineus *in notis pag. 442.* eximius Iuris Consultus, ac Senator Don Franciscus Ramos del Manzano *in responsione ad tractat. Francia pag. 179.*

Iura autem Generalitatis instituta fuisse pro pace, & iustitia tenenda probat luculenter Egregius Regens Don Philippus Viñes *in discursu pro iustificatione procedimẽti ad instantiam procurat. fiscal. Capitan. Gen. §. 1.* & idem demonstratur per Constitutiones collocatas sub *tit. de Drets del General*, & per alia complurima documenta quæ subtiliter per selectiores Advocatos Vrbis excussa fuere, & ex consequenti intendebatur non potuisse Principes hisce iuribus in tractatu pacis tamquam fundamẽtalibus legibus Regni stabilitis præiudiciũ inferre, vel saltem noluisse. 10

In voluntate nostri Regis pacisceentis non fuisse iuribus Generalitatis derogare arguebatur: quoniam quando Princeps concedit privilegium eximendo aliquem à solutione iurium solvi solitorum in certis locis, veluti in transitu 11

per

per portus, si in Regno reperiretur quispiam exigens similes impositiones, tunc gratia, seu concessio non comprehendit iura acquisita per tertium in aliis locis, licet eiusdem dominii propter illius ius anterius, & dumtaxat verificari potest concessio in iure pertinente immediate ad Principem Castillo *de tertiis cap.* 36. *à nu.* 12 8. & generaliter gratiam à Principe cum tertii damno non concedi desumitur *ex l.* 11. *cum seqq. tit.* 18. *p.* 3. Garcia *de nobilit. glos.* 15. *nu.* 61. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. Gonçalez *in regul.* 8. Cãcell. *gloss.* 36. Riccius *p.* 5. *collectan.* 1751. Barbosa *in cap.* 6. *à num.* 6. *de Rescript.* Riccius *p.* 4. *collectan.* 10. & *p.* 3. *collectan.* 1752. Cyriac. *controu.* 310.

13 Adstipulabatur supradictis perspicuus, ac perspicax Lusitan. Emanuel Alvarez Pegas *ad ordin. Regn. Portugall. in proem. gloss.* 55. *nu.* 21. ubi investigandam suscipit disceptationem illam etebrò inter scribentes exauditam an in restitutione facienda bonorum in vim tractatus fœderalis veniant bona dumtaxat penes fiscum existentia, & non comprehendi ea quæ medio tempore reperiuntur alienata tertio, seu aliter quæsita concludit ex Gregorio, Menochio, Claro, Costa, Farinacio relatis per Ayllon *in addit. ad Couarruu. tom.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 40. Larrea *allegat. fiscal.* 4. *num.* 6. & *seqq.* Tondut. *qq. ciuil. cap.* 42. *num.* 8. & *per tot.* Marin. *p.* 2. *decis.* 487. & *decis.* 172. Merlin. *decis.* 125. *per tot.* Mar. Cutell. *de donat. discurs.* 2. *partic.* 4. *pag.* 64. *num.* 43. & *particul.* 6. *num.* 120. *pag.* 88. Phæb. 2. *p. decis.* 123. Reynoso *obseruat.* 6. *nu.* 9. Menoch. *consil.* 103. & 603. Guazzin. *de confiscat. concluf.* 28. *per tot.* Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. & *ibi addent.* quicquid in contrarium videatur probari *ex l.* 1. & *l. sententiæ De pac.* Cõstanes Farinac. *q.* 6. *num.* 42. Odd. *de restitut.* 2. *p. q.* 99. *artic.* 8. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 49. Rolland. *lib.* 3. *consil.* 1. *nu.* 114. & *seqq.* Menoch. *consil.* 103. *in princip.* & *recuperand. remed.* 10. *num.* 11. Thoro *in Cod. rer iudicat. allegat.* 29. *nu.* 6. Mastrills *de indult. cap.* 22 *num.* 48. Amaya *in l. vnic. C. depen. fiscalib. lib.* 10. *num.* 88.

Conveniunt verò omnes in eo 14 placito quod quãdo Princeps expresse inquit restituti bona etiam penes tertios existentia restitutioni illorum sit locus, sicque cessante tali expressione nulla iuris fictio, aut retrotractio suffragari poterit cum ipsa extrema habilia exigat, videlicet terminum à quo, & ad quem Salgado *p.* 2. *de Reg. protect. cap.* 2. *à num.* 31. & *p.* 2. *de retent. cap.* 17. *num.* 52. *Versicul. nec dicatur*, & *Versicul. tum etiam*, & *cap.* 23. *num.* 35. & *seq.* & *p.* 2. *Labyrint. cap.* 21. *num.* 42. & *seqq.* Gomez *in l.* 45. *Taur. num.* 93.

Ric-

Riccius *p.4.collectan.1271.*

15 Extremaque non esse habilia ubi medio tempore mutato rei statu tertio est ius quæsitum docuerunt Gomez *in l.9. Taur. num. 64. Versicul. secundo, & seqq.* Molina *de primogen. lib. 2.cap. 7 num. 22.* Riccius *p.4.collectan.938.* Robert. *lib.3.rer.iudicat.cap 17 fol.56. & 58.* Cyriac. *controu.293.* Tondut. *lib.1.qq.ciuil.q.99.* Vela *dissertat.19.num.53. & seq. & dissertat. 21.num. 23.* Catleval *de iudic. tit. 3. disput. 23. à num. 15.* Roxas *de incompatib. par. 1.cap.4.num.11. & 63.* Salgado *p.1. Labyr.cap.32.nu. 42. & p. 3.cap.13.num.8.* Navarr. *in manual.confessar.cap.27.nu.273. Versicul. decimo.*

16 Vnde cum indubitata sit conclusio iuris tertii Principem detrahere noluisse quoties non expressit, & in memoratis fœderalibus capitulis pacis non legatur specifica immunitas à iuribus Generalitatis speciali nota ulteriùs dignit, hinc expendebatur tantum clargitam, illã esse ab eis iuribus, quæ Dominus Rex percipit in Cathalonia, aliis nempè non concessis.

17 Ex adverso tamen deducebatur capitula fœderalis tractatus trãscripta manifestè impertiri immunitatẽ in casibus ibi descriptis per verba universalia punctũ controversum apta comprehendere, nimirum *qualesquier*, ac similia, & consequentèr ambigendum non erit sub memoratis capitulis venire controversiam decisam per *l. Iulianus, l.testatorem, ff.de legat.3.* Thesaur. *decis. 199.* Giurba *decis. 84. num. 16.* Salgado *de supplicat. ad Sanctissim. p.2.cap.10.num. 31.* Rota *decis. 269. num.9. p.5.recent.* Marescot. *variar. lib. 1. cap. 101. num.3.* Salgado *de Reg.protect.p.2. cap. 10.num. 86.* Altograd. *consil. 68.num.41.lib.1.* Burat. *decis.610. num.3.* Bonden. *collectar. legal. 8. à num. 132. & 138.* & in his terminis prælibatæ universalitatis veniunt inclusa ea etiam quæ speciali nota sunt digna ex text. *in l. in fraudem, §.fin. ff.de testam.milit. l. omnes populi Versicul. item nota quod generale, ff. de iustit. & iur.* Decius *consil. 301.num.4 & 5. & consil. 277. column. 2.* Decianus *consil. 44.num.14. & 12.* Peregrin. *decis.8 num.12.* 18

In terminis exemptionis expressim Cyriacus *controu. 469. à num.11.* Andreol. *controuers. 271.* talisque immunitas de qua agitur est ad instar competentis nationi Britãnicæ, & ita gaudent Lusitani omnibus exemptionibus illi nationi competentibus cum omnibus qualitatibus, ac prærogativis *l. item quaritur, §. qui impleto, ff. locati* Suarez *de legib. lib. 8.cap. 15. à num. 2. & 15.* Castro Palao *in operib.moral.tom.1.tract.3. disput.4.punct.2.§.9.nu.1.* Mastrills *decis.156.num.20.cum seqq. tom.2.* Barbosa *in collectan. ad cap. quod* 19

non-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Bonnallis 25. *de priuileg. num.* 2. & 3. Lezana *de regular. tom.* 2 *cap.* 1. *num.* 57. Garcia *in politic. Religiosorum tom.* 1 *tract.* 8. *difficul.* 1. *duda* 4. *num.* 3. Bonden. *de priuileg regular. resolut.* 42. *num.* 91. *tom.* 2. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 791. *num.* 9. Suelves *consil.* 18. *à num.* 7.

20 In confirmationemque prædictorum conglomerabantur variæ Senatus decisiones quibus definitum extitit valida esse ptivilegia exemptionum, & immunitatum non obstantibus aliis anterioribus, & iure tertii per ipsa quæsito, ut perspicitur ex edita de anno 1624. ad relationem Magnifici Raphaelis Rubi, & Coll relata per Fontanella *decis.* 455. *num.* 10. & in sententia prolata 28. Ianuarii 1630. de qua Fontanella *decis.* 455. & 456.

21 Reliqua pro commisso allegata ex referatis *à num.* 1. per facilè labefectabantur, & præadducta differentia inter conventiones privatas, & publicas adstruebatur ex *l. conuentionum* 5. §. 1. *ff. de pact. l.* 5. §. *in pace*, *l. in bello* 12. *l. si captiuus* 20. *l. si quid bello* 28. *ff. de captiu. & postlim. reuers.* Petrus Faber. *lib.* 1. *Semestr. cap.* 7. Don Melch. à Valentia *illustr. tract.* 3. *cap.* 6. *nu.* 11. & *seqq.* Petr. Ærod. *lib.* 3. *rer. iudicat. sit.* 15. alii penes Arnisæum. *de iur. Maiest. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. & *seqq.*

22 Obiectio quæ de legibus fundamentalibus fiebat evertebatur quia ex solummodo dicuntur quæ in condendo imperio, ipsoque in Principem transferendo constitutæ fuere, & ad hunc sensum trahendi sunt Doctores laudati *num.* 9. ut optimè elucidat Don Petrus Salzedo *in responsione ad tractatum Franciæ fol.* 174. qui ibidem *fol.* 163. cumulatissimè renuntiationes, & cessiones Regnorum narrat absque comitiis eorum factas; ideòque edisserabatur in specie disputationis non refragari argumentum ex legum fundamentalium natura deprompturn, cum applicabilis casus non esset.

23 Decisa res hæc fuit Regia epistola data Matriti 28. Augusti 1692. qua sua Regia Maiestas declaravit, & decrevit solùm licere iuxta dicta capitula recognoscere naves, & cogere ad solvendum iura earum mercium quæ in terram extractæ fuerint, sicque locum non fuisse commisso prætenso, restituendaque esse apprehensa mercimonia, & insuper iniunctum fuit quod consimilibus occurrentibus dubitationibus medium cautionis eligeretur, aut aliud proportionatum.

Denique negotii ulteriori disputatione sequuta cautionem Lusitani præstiterunt, qua mediante reintegrati fuere.

24 Postliminii materiam circa tractatum pacis publicæ scribentes peragunt, & ut calleas qualiter

UAB Biblioteca de Ciències Socials

procedat in delictis exponendus est articulus an si condemnati ad triremes Turcarum captivi fiant, & tempus condemnationis non impleverint censeantur liberati à pœna, supponendo Christianos à Christianis captos non effici servos? De rigore iuris negat Calvin. *de aquit. lib. 2. cap. 121.* sed affirmat æquitate spectata cum Cavalcano *de Brach. Reg. p. 2. tit. de aquit. cap. 13. num. 133.* sequitur Carol. Anton. de Luca *ad Gratian. tom. 5. animaduers. 801. num. 19.* qui libertatem concessisse refert inclytum Imperatorem Carolum V. omnibus Christianis etiam ad perpetuos, vel temporales remos damnatis repertis in arce Tunesi, quos in servitutem redegerat notus pyrata Barbarossa, quorum opera arx ipsa utebatur, & an sit locus Postliminio si Christifideles ad captivitatem devenerint apud Turcas, & alia de Postliminio scitu digna congerit ibidem; necnon *ad Franchis obseruat. 268. & 604.* vide etiam de materia Cardinal. de Luca *de benefic. discurs. 16.* qui loquitur de iure canonico Ramon *consil. 6.* & ibi perpulchrè eius additionator Balduccius ubi latè, & de capto à Mauris, & Sarracenis an reversus possit agere iure postliminii ad officium ad quod medio tempore fuerat extractus, aut in integrum restitutionis beneficio iuvari.

Perelegantes non infructiferas 25
silentio involuo dissertationes prætactis cohærentes opus concludere prorsus efflagrans, faxit Deus ut dum pro fœderis commendatione hortido ardescente bello exscribo placidam diu peroptatam pacem assequamur ad maiorem ambarum Maiestatum gloriam, huiusque Monarchiæ ampliores progressus Virgilio exclamante Æneidos 11.

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

PRO-

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

PROCESSUS CRIMINALIS,

COMPILATIO PRACTICALIS,

AC

PROMPTVARIVM REFERTISSIMUM:

IN QVO

LVCVLENTER SINGULÆ

PRAGMATICÆ FORMVLÆ, QVÆ IN NOSTRO REGIO Criminali Concilio hucusque obſervatæ agnoſcuntur, ſeriatim contextæ, & Deciſionibus conſtipatæ compaginantur.

COLLECTANEA VBERRIMA

ADVOCATIS, ATQUE

ACTVARIIS PERVTILIA ÆQVE, ET NECESSARIA, Iudicibuſque noſtratibus pro faciliori expeditione non iniucunda.

SVBIVNCTO INDICE

ALPHABETICA METHODO

AD OCYOREM VSVM IVXTA VARIA CASVVM, ac rerum diſcrimina.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

PRACTICALIS

AC

THEORETICALIS

DE

PROPRIETATIBUS

ET

VARIETATIBUS

QUÆ

IN NOSTRO CORPORE

OCCURRUNT,

QUÆ

PRO GRADU DOCTORATUS

IN

ALMA ET ANTIQUA

UNIVERSITATE

CERVARIENSI

ADVOCATIS ATQUE

AUCTORITATE REVERENDI PATRIS RECTORIS

ET

EXIMII DOMINI DECANI

FACULTATIS MEDICÆ

AD CONCLAVE VULGARITER DICTUM

PUBLICE DISPUTANDA

PROPONIT

ET

ERUDITIS EXAMINANDIS

SUBMITTIT

AUCTOR RESPONDENS

ET

OPPONENTIBUS

SODALIBUS

ET

AMICIS

Biblioteca de Ciències Socials

TITVLVS I. DE INTRODVCTIONE CAVSARVM CRIMINALIVM.

1.

SVPPLICATIO EVOCATIONIS CAVSÆ INSTANTE SOLO Procuratore Fiſcali Regiæ Curiæ.

Excellentiſſime Domine.

AD auditum *Fiſci Procuratoris Regiæ Curiæ fama publica referente peruenit, quod N. & N. agricolæ loci de Copons Vicariæ Ceruariæ, parum timentes Deum, & juſtitiam temporalem, die Prothomartyris Stephani quæ computabatur vigeſſima ſexta Decembris proximè prateriti, non dubitarunt in dicto loco de Copons, & in illius vico, iuxta domum de N. hora noctis decima parum plus, vel minus, proditoriè, & inſidiis poſiti, iactibus tormentorum manualium occidere Franciſcum Soler, aliàs dictum lo Gollut, loci Sancti Auguſtini Seſgueyoles, & Hyacintum Guet militem. Et cum præfata delicta ſint digna punitione; Ideò, & aliàs dictus Fiſci Procurator ſupplicat dictos N. & N. puniri, & coërceri, & præſentem cauſam ad veſtram Excellentiam, & Reg. Concilium euocari, pretextu quia ſunt faciendæ diligentiæ per diuerſas Vicarias, & Ordinarius iuſtitiam facere non poteſt, & alicui Nobili, ſeu Magnifico Iudici Regiæ Curiæ committi, qui de inſtructionibus, commiſſionibus, & aliis prouiſionibus opportunis debitè prouideat, & iuſtitiam miniſtret omni meliori modo. Officio, &c.*

Altiſſimus, &c.
N. Fiſci Advocatus.

Decretatio.

Evocata cauſa prætextu quo ſupplicatur, committatur Magnifico N. Iudici Regiæ Curiæ, qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per Nobilem Regentem Cancellariam, die N. menſis N. Barcinone.

N. Scriba mandati.

Proviſio evocationis.

Recepta dictis die, & anno facto verbo in Regio Concilio prouidet, quod aliquis ex Regiis Alguzziriis accedat ad locum de Copons, & ad alia loca præſentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Ceritaniæ quò opportuerit, qui inquirat, inquiſita forticet, quos culpabiles inuenerit capiat, & ad Regios Carceres huius Ciuitatis Barcinonæ adducat, ac alia faciat in ſimilibus fieri aſſueta, & pro his fiant, & expediantur commiſſiones, inſtructiones, ac aliæ prouiſiones opportuna iuxta Regiæ Curiæ ſtylum.

N. Iudex.

Si exhibetur informatio per Ordinarium recepta, in principio proximè traditæ promissionis ponitur, quod inferantur producta, & reliqua eodem modo subnectuntur.

§. 1.

Prævention Fiscalis.

Ad auditum Fisci Procuratoris Reg. Curiæ, vel si est Curia Ordinarii dedes dicere Vicarii, vel Baiuli *fama publica referēte, & aliàs peruenit, quod N. & N. Deum non timentes, nec Regiam correctionem, non dubitarunt, diebus elapsis, videlicet die Mercurii qua computabatur decima septima Februarii anni præsentis millesimi sexcenteſimi tertii, vna cum aliis ingredi domū Ioannis N. præsentis Ciuitatis, sitam in vico T. & à dicto domo furto subſtrahere plures veſtes, & alia furta, crimina, & delicta, vna cum aliis suis sociis commiserunt, & perpetrarunt, ideòque instante Fisci Procuratore Reg. Curiæ fuit proceſſum ad inquirendum de prædictis in modum ſequentem.*

Vt. N.

1 *Inquisitio delicti quibus modis fiat.*
2 *In efformatione præuentionis Fiscalis inquisitio debet esse ſpecifica delicti, & delinquentis, continens tempus, & locum.*
3 *Expreſſio diei, & horæ requiritur, quando delictum eſt ſolum punibile certa hora, & die, aut ab inquisitio petitur diem apponi.*
Dies commiſſi delicti, Iudice ignorante, nec in inquisitione, nec in teſtium depoſitionibus, eſt exprimendus.
4 *Prædicta num. 2. procedunt in delictis, quo temporis momento committuntur, ſecus in aliis, quæ tractum habent ſucceſſiuum.*
5 *In preſcrutando delicto, qua reus ante, qua in ipſo, quæve poſt illud patratum geſſerit, ſunt attendēda.*

ANIMADVERSIONES.

1 INquiritur de delicto: Primò, per proceſſum via ordinaria. Secundò, per evocationem cauſæ. Tertiò per regalias ſecundū formulas uſaticorum de quibus in ſequentibus fol.

2 & In efformatione præventionis Fiſcalis omnium delictorū curandum eſt, quod inquiſitio ſit certa, ſpecifica, & clara delicti, & delinquentis; continens tempus, & locum. Expreſſio autem diei, & horę 3 non deſideratur niſi cum delictum eſt ſolū punibile certa hora, & die, aut cum ab inquiſitio peteretur diē apponi, ex quo alibi eo die fuiſſe intendit probare. Cum autem Iudex diem commiſſi delicti ignoret, exprimere eum tunc non tenetur, nedum in accuſatione, ſeu inquiſitione, ſed nec in teſtium depoſitionibus, ut nos cum Senatu obſervavimus *deciſ. 27. num. 5.*

4 Prædicta procedunt in his delictis, quæ temporis momēto committuntur; ſecus in aliis, quæ tractū habent ſucceſſivum, in quibus locus,

eus, & tempus exprimi non requiritur, ut in crimine læsæ Maiestatis, aut hæresis, aut cum proceditur adversus cudentes monetam falsã, & optimam, atque probatam tondentes, adversus quos cum incerti sint, & difficiliter inveniri valeant recepta informatione instante Fisci Procuratore inquiritur; Attẽdat tamen Iudex in perscrutando delicto, & pro omnimoda illius veritate habenda scire qua reus ante delictum quæ in ipso, quæve post illud patratum gesserit, quę omnia iuncta diligenter rimando facillimé illud sæpiùs probabit, ut omnia congerunt Calderò *decis. 1. per tot.* Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. de processu via ordinaria. & Nos *decis. 1. & decis. 27. num.* 30.

2.

CREATIO COMMISSARII QVATVOR VSATICORVM.

Carolus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, &c. Comesque Barcinonæ, &c.

ALexander Dux, & Princeps de Bournonville, Comes Hennini, & c. Aurei velleris eques, á Concilio Belli Supremo Domini nostri Regis, eiusque Locumtenens, & Capitaneus Generalis in præsenti Principatu Cathalonię, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritanię, ac Capitaneus Generalis Regalis Exercitus. Dilecto Alguzirio Regio Michaeli Ferran subbaiulo præsentis Ciuitatis Barcinone, salutem, & dilectionem. Cum inceperimus inquirere, & inquirendo procedere intẽdamus in vim usaticorum Barcinonę incipientiũ camini, & strate, monetę, simili modo, auctoritate, & rogatu, & aliorum his applicabilium aduersus, & contra nonnullos delatos & inculpatos de diuersis criminibus, & delictis quorum nomina, vt secretius fiat ad partem vobis tradi iussimus cum præsentibus. Ideòque nobis humiliter supplicante Fisci Procuratore Regię Curiæ seruata forma Constitutionis harum serie vobis dicimus, committimus, & mandamus quod præsentibus acceptis nomine nostro, & in nostri personam personaliter vos conferatis ad quascumque Ciuitates, Villas, Castra, Loca, & Oppida, dictorum Principatus, & Comitatuum tam Regia, quam quorumcumque Ducum, Comitum, Vicecomitum, Baronum, Militũ, & Ecclesiasticarum personarum quò opportuerit, ubi dictos delatos, aut aliquem eorum esse scieritis, & audieritis, & eos capiatis captosque, & bené custoditos in Regiis Carceribus Barcinonæ manicipetis bonaque eorum inuentarietis, & sub tuto ponatis, & inquisitiones contra eosdem fortificetis, & si quæ penes quoscumque Notarios sint, vel fuerint illas, seu earum copiam, seu copias auctenticas, & fidem facientes recuperetis, & habeatis, & alia faciatis, quæ in similibus fieri requirentur. Quoniam Nos in, & super prædictis omnibus, & singulis per vos complendis, & exequendis vobis vices, & voces Regias, atque nostras plenariè com-

committimus per præsentes; per quas ad pœnam florenorum auri Aragonum mille Regiis inferendorum erariis dicimus, & mandamus vniuersis, & singulis Officialibus, tam Regiis, quam aliis ad quos spectet requirendos tamen requirentes, quatenus in prædictis omnibus, & singulis per vos complendis, & exequendis nullum vobis faciant fieriue permittant obstaculum, seu impedimentũ quin potius instati, & requisiti per vos, seu vestri ex parte vobis assistant, & præstent auxilium, & fauorem opportunos, & præsentem commissionem volumus vobis esse duraturam per tres annos proximè sequentes quibus elapsis viribus careat, & effectu, & quod non possitis aliquem assecuratum Regiæ Curiæ sub fide Regia guidare, & assecurare etiamsi in comitiua vestra incesserit, & fuerit in executione vestri Officii, & si forsan aliquem guidaueritis, de facto dictum sit nullum, & nullam bonam fidem præstat personæ, seu personis nullitèr guidatis, & assecuratis nisi dicta licentia guidandi per Nos vobis fuerit in scriptis concessa. Datt. Barcinone die trigesima mensis Martii anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto.

Alexander Dux, & Princeps de Bournonville.

Vt. Don Michael de Cortiada Regens.
Vt. Don Petrus de Montaner Regens Reg. Cancel.

In Curię Locumtem xij.
fol. xxxxvj.

Comission de los quatro Vsages, en persona de Miguel Ferran Sotsbayle de la presente Ciudad de Barcelona.

Iuramentum.

Die xxjx. Aprilis M. DC. Lxxxiiij. Barcinone, Michael Ferran. Nouiter per suam Excellentiam prouisus de munere Comissarii dels quatra Vsatges solitum præstitit sacramentum, & homagium ore, & manibus comendatum in posse Nobilis Michaelis de Cortiada Regentis Reg. Cancellariam, cuius vigore seruare promisit Constitutiones Generales Cathaloniæ, capitula, & actus Curiæ, & alia iura Patriæ, necnon Priuilegia Ecclesiastica, & Ecclesiasticis personis, militibus, & vniuersitatibus concessa, necnon capitulum dictum de la observansa *præsentibus; pro testibus Bonauentura Iubert Reg. Virgar. & Ludouic. Cortès Not. de Collegio Notariorum Regiorum Barcin.*

De præmissis licet aliena manu scriptis fidem facio ego Stephanus Galceran S. C. & Reg. Maiestatis mandati Scriba, hęc propria scribens manu.

Dictis

Dictis die, & anno Adm. Reuerend. Iosephus Rodolat Presbyt. D.D. Officialis, & V.G. Barchinonen. publicauit sententiam excomunicationis contra eum prolatam prout in quodam ex regestris Curiæ Officialatus Ecclesiastici Barcinone latius est videre.

Scriba Curiæ Officialatus Ecclesiastici Barcin.
Iosephus Pater Presbyt. int.

§. 2. 1.

SVPPLICATIO PER PARTEM INSTANTEM IN PROCESSV via Ordinaria.

Excellentissim Senyor.

FRancesch N. habitant en Barcelona, poch tement á Deu, y à la justicia temporal, no ha duptat traurer dolosament, y ab engany als 29. Abril 1653. de las casas de Victoria, N. situadas en la Fusina desta Ciutat, à Geronyma N. donzella, filla de dita Victoria aportant sen la à sas casas, que te situadas en la mateixa Ciutat en lo carrer de Sant Pau, y en ellas (narra delictum) com constarà de la informaciò que se ofereix. Per tant, y altrament dita Victoria N. denunciant à V. Excel. y à la Regia Cort lo referit, y fent instancia, y part formada contra dit Francesch N. à V. E. suplica, que dit Francesch N. sia castigat, y que lo Procurador Fiscal de la Regia Cort interpose sas parts, y que li sia ministrada justicia omni meliori modo. Officio, &c.

Altissimus, &c.
N.

Idem supplicat Fisci Procurator Regiæ Curiæ, iuribus Fisci semper salvis.

N. Fisci Aduocatus.

Decretatio.

Remittatur Relatori causa, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Nobilem Regentem Cancellariam 30. Aprilis 1653. Barcin.

N. Scriba mandati.

Iudicis Proviſio.

Recepta d. d. & anno inseratur in processu.

N. Iudex.

Protestatio personæ Ecclesiasticę accusantis.

Domine peto vt cures mihi satisfactionem, vel restitutionem exhiberi à Petro qui mihi damnum intulit, protestorque me nulla ratione intendere pœnam sanguinis, mutilationem, vel mortem.

Fi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

1 *Filium in patria poteſtate conſtitutum ad inſtantiam patris iudex capi iubet, & qualiter hæc doctrina procedat, non verò ad inſtantiam matris.*

2 *Iudex non poteſt ex officio procedere contra filium delinquentem adſus patrem.*

3 *Accuſatio debet eſſe ſpecialis ſicut, & præuentio.*

4 *Verba faciendo inſtantiam, & partem formatam quare in accuſationibus apponantur.*

5 *Proteſtatio Clerici citra ſanguinis effuſionem prodeſt quando accuſat, ſecus autem ſi teſtificetur, & num.6.*

ANIMADVERSIONES.

1 CIrca hanc materiam accuſationis repete, & evolue quæ *deciſ.* 18 *num.* 25. ex aliis ſcripſimus de patre, ſcilicet ad eius inſtantiam quemcumque iudicem abſque ulla cauſæ cognitione, & proceſſu mancipare carceribus filium in ſacris paternis conſtitutum, & ibidē ad nutum patris detinere quando caſtigatio intra domum non ſufficiat, dummodò pater ſit perſona honeſta, & prudens, & nunc coniungimus allegatos per Calderò *tom.* 2. *in addit. ad primam partem deciſ.* 20. *num.* 5. ubi id non procedere ſi inſtantiam faciant mater, & alii propinqui.

2 Monitus præterea ſis non poſſe iudicem ex officio procedere, & ſic per inquiſitionem adverſus filium delinquentem contra patrem, ſed pater poteſt eū coercere moderatè ad verbera, & pœnas ſimiles. Ricc. *par.* 7. *collectan.* 2875. ubi de quodā iudice puniro quia ratione delicti domeſtici grauiter contra filium proceſſit.

Regulæ traditæ ſupra §. *de præ-* 3
uentione obſervandæ quoque ſe offerunt in accuſatione, ſeu inſtantiæ expoſitione, ut ea omnia explicentur hic, quæ ibi commendavimus, libellus enim in criminalibus debet eſſe ſpecialis, ut iura, & textus cumulans in primordiis advertit Mynſinger. *ad* §. *curare inſt. de act.* Franciſcus Ferrer *ad Conſtit. hac noſtra temp.* 1. *d.* 2. *nu.* 19. quamobrē ita obſervatum videbis in ſupplicatione tradita partis inſtantis.

Quare apponantur in accuſatio- 4
nibus verba illa *faciendo inſtantiam, & partem formatam*, & in privilegio Brachii Militaris *ceſſant la inſtancia de la part formada* declaravi *deciſ.* 1. *num.* 54. *vol.* 1. nempè ut per prædictam clauſulam cernatur accuſatorem eſſe eum qui inſtat, non ſimplicem inſtigantem, & qualiter is ab illo differat ibidem invenies.

Deveniendo nunc ad proteſta- 5
tionem Clerici accuſantis ſcias formulam tranſcriptam dediſſe F. Antonium ab Spiritu Sancto Carmelitam excalceatum *in Direct. Confeſſ. tract.* 13. *de irregular. diſput.* 6. *ſect.* 6. §. 2. *num.* 115. *cum ſeqq.* & eo citato Regens Calderò *deciſ.* 9. *num.* 73. *par.* 1.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

par. 1. postquam stabilierat Clericos sine irregularitatis incursu de suis malefactoribus coram iudice seculari conqueri posse etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna sanguinis cum expressa protestatione quod pœnam sanguinis non intendunt, seu citra sanguinis effusionem probans ex Barbosa, Gomez, Ayllon, Bovadilla, Farinacio, Bonacina, Villalobos, Diana.

De hac protestatione egimus decis. 26. num. 35. ubi eam prodesse accusanti citra sanguinis effusionē fundavimus, non verò Clerico testimonium perhibēti in causa sanguinis, tunc enim esset contraria facto, ut ibi vidimus, cum ex ea depositione revera sequeretur mors, vel mutilatio, sed non ex accusatione, & propterea in ista protestatio suffragantur. 6

§. III. 1.

INSTRVCTIO GENERALIS PRO OMNIBVS CAVSIS sub Regaliis, & euocationibus generalibus inclusio.

Instrucciò per al Magnifich N. Commissari Real, dada en Barcelona als 8. de Maig 1676.

PRimò en virtut dels processos de Regalias, y euocatas causas generals de lladres de camins Reals, agauallados, usurers, moneders, y fabricadors de falsa moneda, expendidors, y torisçadors de aquella, de pedrenyals, encontras entre Soldats, y Payssans, y altras Regalias, y euocatas causas generals, y particulars en la Regia Cort fetas, instant lo Procurador Fiscal de la Regia Cort: anirà perçó per totas las Ciutats, Vilas, y Llochs del present Principat de Cathalunya, y Comptats de Rossellò. y Cerdanya ahont conuinga, y menester sia, y fortificarà tots, y qualsevols delictes compresos baix de ditas Regalias, y euocatas causas; y axi mateix fortificarà com alguns fills de perdicio poch tements à Deu nostre Senyor. y à la correcció de la justicia temporal, no han dubtat, ni dubtan contrafer à las cridas, y priuilegis Reals. y altres per sa Excellencia manades publicar, tant en la present Ciutat de Barcelona, com en las demes Vegueries. y altras parts del present Principat de Cathalunya. y Comptats de Rossellò, y Cerdanya; y de la mateixa manera fortificarà, com per lo present Principat de Cathalunya van diuagant molts vagamundos, dits Gitanos, inquietant, y robant; y no res menys fortificarà com alguns fills de perdició poch temerosos á Deu nostre Senyor, y à la justicia temporal, no han dubtat en diferents ocasions, tant de dias, com de nits ab violencia associats de homens armats de foch, com son pistolas, y altre genero de armes, robar, y aportarsen donzellas de casa de llurs pares, ò de sos tudors, y curadors, y de personas que las tenian encomanadas, robant aquellas contra voluntat de sos pares, parents, ó curadors, trās-

ferint las de vns llochs à altres amagant las, fa à constar ob tota claredat, e individuació los sobredits delictes ab los noms, y cognoms dels delinquents, y los qui per medi de dita fortificació troba à culpables pendrà, y capturarà, y en las Carcers Reals de la present Ciutat ab tuta custodia apertarà aquells, y posarà à relació del Magnifich Doctor N.

Item fortificarà las negligencias comesas per qualsevols Oficials Reals, com de Barons, fent constar ab tota claredat aquellas.

Item, pendrà copia autentica, y fé fahent de tots, y qualsevols processos enquestas à dictas fortificacions fahents, las quals ensemps ab las que fortificarà entregarà al Noble Regent la Real Thesoreria.

Item, manarà à tots y sengles Oficials axi Reals, com de Barons, que en dictas, y sengles cosas li assisteschan y li donin tot consell, favor, y ajuda, y ab gent armada lo acompanyen de lloch en lloch, posant los perçò las penas à ell ben vistas.

Don N. Regent la Real Thesoreria

2.

LITTERA EXPEDITÆ IN EVOCATIONE CAVSÆ Criminalis.

Carolus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, &c. Comesque Barcinonæ, &c.

Didacus Phelipez de Guzman, Dux de San Lucar, Marchio de Leganès, &c. Dilecto Regio Alguzirio N. & aliis quibuscumque Officialibus, tam Regiis, quam aliis ad quos spectet, præsentesque pervenerint, seu fuerint quomodolibet præsentatæ salutem & dilectionem. Noveritis quod comparens coram nobis, & in Regio Concilio Fisci Procurator Regiæ Curiæ, quandam in scriptis obtulit supplicationem tenoris sequentis. Excellentissim Senyor, &c. inseratur supplicatio. *Nos verò dicta supplicatione benignè suscepta præmissam causam pretextu, quo supplicatur ad Nos dictumque Regium Concilium evocavimus, illamque commissimus Magnifico, & dilecto Conciliario Regio, Bernardino de Puig, Iudici Regiæ Curiæ; cuius provisionem facto verbo in Regio Concilio die præsenti, & subscripta factam insequentes, tenore præsentium vobis dicimus, committimus, & mandamus quatenus præsentibus acceptis, personaliter accedatis ad Ciuitatem Illerdæ & ad omnia loca præsentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Cerritaniæ quò oportuerit & super prædictis omnibus, & singulis per vos exequendis & complendis inquiratis, inquisita fortificetis, quos culpabiles inueneritis capiatis, & captos, & benè custoditos ad Regios Carceres præsentis Ciuitatis Barcinonæ adducatis & alia faciatis in similibus fieri solita, & assueta, dictumque N. captum in Carceribus dictæ Ciuitatis ad manus vestras*

stras apprehendatis, illumque adducatis intus Regios Carceres præsentis Ciuitatis Barcinonæ. Quoniam Nos in, & super prædictis omnibus, & singulis per vos exequendis, & complendis, vobis voces, & vices Regias, atque nostras plenarié committimus per præsentes, per quas ad pœnam florennorum auri Aragonum quingentorum Regius inferendorum arariis dicimus, & mandamus vniuersis, & singulis Officialibus tam Regiis, quam aliis, quibusvis personis quatenus in prædictis omnibus, & singulis per vos exequendis, & complendis, nullum vobis faciant, fieri vè permittant obstaculum, seu impedimentum, quin potiùs instati, & requisiti per vos, seu vestri ex parte, vobis assistant, opemque, auxilium, concilium, & fauorem præbeant oportuna. Deindè inhibentes sub dicta pœna, dicimus, & mandamus vniuersis, & singulis Officialibus tam Regiis, quam aliis, quod à catero de dicta causa, & eius meritis nullatenus se intromittant, neque in ea modo aliquo procedant, vel enantent. Datt. Barcinone, &c. Don Michael de Cortiada Regens.

Vt. Don Petrus de Montaner, Regens Reg. Thes.

Vt. de Calderò F.A.

Vt. de Puig.

1 *Commissariis datur generalis commissio, vbi nomina delinquentium ignorantur.*

2 *Possunt fabricare inquisitiones generales pro criminibus commissis, & capere quos culpabiles inuenerint, dum tamen non egrediantur fines instructionis illis datæ.*

3 *Aliquando post euocationem causæ litteræ per Regiam Cancellariam expediuntur.*

ANIMADVERSIONES.

1 FOrmulam prædictam pro Cõmissario Regio transmittendo, vides generaliter, & nõ expressa persona delinquentis fuisse conceptam, quia cum ea proceditur adversus ineffænatam multitudinem delinquentium in delictis in ea expressis, cum nomina sontum ignorantur, quod secus esset si adversus determinatum, ac certum aggressorem procederetur iuxta ea quæ obseruata reliquimus, non ideò tamen præcluſa est via Commissarii ad fabricandas inquisitiones generales pro criminibus cõmissis, nec ad capiendum quem culpabilem inveniant; non egrediendo tamen fines instructionis illis datæ; sed solum ipsis inhibetur per iura patriæ super delictis non commissis tempore expeditæ instructionis cerebrinasque capturas per eos, ut libuerit fieri iuxta ea quæ scripsimus *decis. 3. num. 36.* 2

Quandoque pro recipiendis informationibus post evocationem causæ criminalis litteræ expedientur per Regiam Cancellariã, quæ Ordinariis inferioribus præsentan- 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tur Regens Calderò *par. 1. in annotat. ad decis. 1. num. 6. pag. 588.* ubi meliorem hunc esse stylum tenet, sed multoties celeritas negotiorū, & sumptibus parcendi ratio aliud postulant.

§. IV. 1.

DE CORPORE DELICTI.

Instrumentum visitationis cadaveris.

Die quinta mensis Septembris anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo Barcinone.

COnstituhits personalment N. Sotsveguer per la Sacra Catholica, y Real Magestat (que Deu guarde) de la present Ciutat en companyia de Antoni Tortùs Porter Real, juntament ab mi Bernat Famada Notari publich del Collegi de Notaris Reals de la present Ciutat de Barcelona, en casa de Ioseph Vilar Cirurgià Ciutadà de Barcelona situada en la Argenteria de la present Ciutat, en vna cambra de dita casa se ha trobat vn cadauer, ò cos de home mort a(egut en vn llit que hi auia en dita cambra, boca per amunt, despullat en camisa, que començaua à posar barba, cabell negre, de edat, segons son especte, de vint y quatre anys poch mes, ò manco; y hauent dit Magnifich Sotsveguer pres de jurament en la forma acostumada à Thomas Font joue Cirurgià de edat de vint anys, y à Ioseph Domenech joue Apotecari de edat de denou anys, segons han asserit, testimonis per aquest efecte cridats, han regonegut lo dit cadauer, ò cos de home mort, y mit jensant jurament en ma y poder de dit Sotsveguer prestat, han dit que al dit cadauer, ó cos de home mort lo conexian molt be, per tenirlo en practica, lo qual quant viuia se anomenaua Pau Estella, lo qual era fadri Cirurgià, y practicaua en la Botiga de Anton Gispert Cirurgià Ciutadà de Barcelona, los quals han vist tenia dos feridas, la vna en lo ventre sota lo llombrigol que li passaua, y arribaua à la cauitat natural, y la altra en la cama dreta que li passaua de part à part del ventre de dita cama, de las quals feridas li era exida molta sanch, y denotauan esser fetas ab balas exidas de alguna arma de foch, los quals testimonis judican, y tenen per cert que lo dit Estella es mort de ditas feridas, y en particular de la ferida del vētre; y en continent fou manat per dit Magnifich Sotsveguer al dit Antoni Tortùs Porter Real cridás al dit Pau Estella, lo qual cridà per tres vegadas, dient: Pau Estella lo Rey te crida, y vehent que no respongue, se veu claament per dits testimonis, y molts altres que estauen alli presents que era mort. De quibus sic actis, gestis, & sequutis, dictus N. Subuicarius instauit, & requisiuit me dictum Bernardum Famada Notarium supradictum quatenus praesens publicum conficerem instrumentum. Quod fuit actum Barcinone die, mense,

se, & anno quibus supra, præsentibus testibus antedictis ad præmissa vocatis, & specialiter assumptis, vt superius continetur.

2.

Alia visura cadaveris, quam Regium Crimin. Concil. Ordinariis Principatus misit cum annotationibus.

Die T. mensis T. anno à Natiuitate Domini T. in Ciuitate, Villa, vel Loco de T.

Constituhits personalment lo honorable T. Veguer, ó Batlle del Lloch de T. Bisbat de T. Antoni T. Nuncio de la Cort de dit Lloch, juntament ab mi T. Notari, en T. lloch se ha trobat vn cadauer, ò cos de home mort agegut en terra boca per amunt de edat, segons son aspecte T. anys poch mes, ó manco, vestit de T. y T. roba, y hauent dit honorable Veguer, ó Batlle pres de jurament en la forma acostumada à T. y à T. majors de 14 anys testimonis per est efecte cridats han regonegut lo dit cadauer, ó cos de home mort, y mitjensant dit juramment en ma de dit Batlle prestat han dit, que al dit cadauer, ò cos de home mort lo conexian molt be per tenirlo en practica, y tractat, que quant viuia se anomenaue T. de T. Lloch, y han vist que tenia T. y T. feridas en T. part, que demostran fer fetas ab balas axidas de alguna arma de foch, *de las quals li es axida molta copia de sanch, y dits testimonis judican, y tenen per cert que lo dit T. es mort de las ditas feridas, y encontinent fou manat per dit Batlle al dit Nuncio cridás al dit T. lo qual cridà per tres vegades, dient:* T. lo Rey te crida, *y vehent que no respongue se veu clarament per dits testimonis, y molts altres, que estauen allí presents, que dit T. era mort, de quibus, &c.*

Nota, que si lo cadaver es mort de punyaladas, ò estocadas, se ha de dir en esta forma: *las quals feridas demostran ser fetas ab instrument punxãt, com es daga, espasa, ò altre consemblant,* de las quals, &c.

Si es mort de coltellada, se ha de dir: *las quals feridas demostran ser fetas ab instrament scindent, com es espasa, panart, ò altre semblant;* de las quals, &c.

Si es mort de bastonada, ó pedrada se ha de dir: *las quals feridas demostran ser fetas ab instrument contundent, com es bastò, pedra, ó altre semblãt;* de las quals, &c.

Nota, que las feridas se han de designar en lo lloch son del cos, y lo numero de ellas, ab la major claredat que se puga.

§. V. 1.

INSTRVMENTVM VISVRÆ FACIENDÆ PER PERITOS quando foit commissum delictum cum fractura.

Die 6. mensis Augusti anno á Natiuitate Dñi 1680. Barcinone.

Constituhit personalment N. Alguazil ordinari de sa Magestat (que Deu guarde) juntament ab mi Vicens Badia Notari publich de Barcelona,

com

com ha ſubſtitut de Geronym Badia per la Sacra Catholica, y Real Mageſtat Eſcriuà Peticioner ſupranumerari en Barcelona populat, en vn apoſento dit la Torreta dels Carcers Reals de la preſent Ciutat, á fi, y efecte de fer viſura de vn forat que es en dit apoſento, ſerca, y mes auall de la rexa que mira al carrer de la Tapineria, per dos homens majors de catorze anys, qui ſon Anton Cortura joue meſtre de caſas, y Iſidro Beatriu manobre en Barcelona habitants, y preſos primer de juramẽt per lo dit N. en la forma acoſtumada, diuhen, y afirman que han viſt, y regonegut lo dit forat, y han trobat que lo dit forat te de llargaria quatre palms, y de alſada dos, y de fõdo, ò entrada vn palm y mitg, y ſe veu clarament que lo dit forat ſe es fet ab violencia, y ab algun ferro punxant, ó tallant. De las quals coſas N. Procurador Fiſcal de la Regia Cort ha requirit à mi dit Vicens Badia ne lleuàs acte. Quæ fuerunt acta.

2.

Relatio petitorum in crimine falſę monetæ ob iuſti ponderis defectum, & ſuperpoſitionem metalli.

Die decimatertia menſis Aprillis anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo, Barcinone.

FRanciſcus Gener argentifaber, Ioſephus Many Conſul in ordine primus, & Iacobus Anglada Conſul in ordine ſecundus, omnes argentifabri, ciues Barcinonæ, cogniti à me Notario, ætatis vt dixerunt, nempè dictus Gener T. annorum, dictus Many T. annorum, & dictus Anglada T. annorum, qui medio iuramento fecerunt relationem ſequentem, ço es: Senyor, Jo Franceſch Gener com ha tocador, y enſeyador que ſo de or, y plata, per ſa Mageſtat anomenat, de la ſeca de la preſent Ciutat, per orde de V. m. en companyia de Ioſeph Many, y Iaume Anglada argenters ciutadans de Barcelona Conſuls lo corrent any de la Cõfraria dels Argenters, hauem miradas, y rogonegudas tretſe doblas de or de quatre, y trenta ſinch doblas ſenſillas, las quals per noſaltres ben regonegudas, ſegõs noſtre art nos enſenya, diem que totas ſon apedaçadas, y tocadas ab la pedra de toch, puntas de toch, y peſadas las ſobreditas tretſe doblas de quatre, y trenta ſinch doblas ſenſillas, ſe troban en ellas diferents tocas en los pedaços quey ha en quiſcuna de ditas doblas, que los vns padaços ſon de vint quilats de or eſcaſſos, altres que ſon de vint quilats de or, y altres pedaços que paſſan de vint quilats de or, pero no arriban à vint y vn quilat, y que lo or de las doblas de la part que noy ha pedaços hauem viſt ab la pedra de toch, y ab las puntas que es de vint y dos quilats eſcaſſos en totas, y que totas las tretſe doblas de or de quatre, excepto vna, ſon igualadas, que ſe veu clarament queu ſon, y ques coneix que ha poch que ſon igualadas, y ſe veu que totas las tretſe doblas de quatre ſon igualadas à la part del or de la dobla, y no de la part del pedàs, ſols en una

ſe

se veu que pren la estisorada vn poch del padàs te, y judicam que se son igualadas per a posarlas al just pes, conforme totas son de just pes: Y també diem, Senyor, que hauem pesadas totas las doblas sensillas. y hauem trobat que de aquellas ni ha agudas vint y duas de pes, y tretse de curtas, so es, nou de sencillas curtas tres grans cada vna, duas de sinch grans, y duas de quatre grans cada vna. y segons nostre art de Argenters nos ensenya, hauem feta la sobredita prova per judicar de quins quilats era lo or de las sobreditas doblas, tant de las de quatre, com de las sencillas; diem que ditas doblas son dels quilats tenim dit á V.m. y curtas de pes, conforme dalt està dit. Y també er veritat, Senyor, que las doblas que de orde de V.m hauem regonegudas, tocadas ab la pedra de toch, y puntas, y hauem pesadas, son las mateixas y aquellas per aquellas que hauem miradas, y regonegudas, tocadas, y pesadas son las que ara de present V.m. nos ensenya, dientho de tretse doblas de quatre de or, y trenta sinch doblas sensillas, y tant en las de quatre, com en las sensillas, á la vna part hi ha lo senyal de la Creu, y à la altra part hi son las armas del Rey nostre Senyor (que Deu guarde) y entre las trenta sinch ni ha vna de rompuda en vn costat, y se coneix que totas, tant de las de quatre, com las sencillas, se son adobadas, y encara se veu que en totas hi falta lo ferlas grogas, y son las mateixas com tenim dit, que hauem regonegudas, y tocadas ab las pedras, y puntas, y pesadas: Y es veritat, Senyor, que las doblas dalt mencionadas, diem que vist lo que eran tant curtas, estan apedaçadas segons art se deuia fer, sols que lo or del padàs es dels quilats tenim dalt dits, y no dels quilats deuia ser, per ser las doblas de just valor: Y també diem, Senyor, que essent lo or dels padaços de menos quilat que lo or de la dobla, la dobla ve à ser de menos estimació, y valor. Y esta es la veritat, per lo juramento tenim prestat.

Francesch Gener argenter.
Ioseph Many argenter.
Iaume Anglada argenter.

Fuit eis lectum, & perseuerarunt presente dicto Magnifico Relatore N.

2.

ALIA RELATIO PRO EODEM DELICTO.

Die prima Iunii anno à Natiuitate Domini milleſsimo ſexcenteſsimo ſeptuageſsimo primo Barcinone.

FRanciſcus Gener argenti faber, Ioſephus Many Conſul in ordine primus, & Iacobus Anglada Conſul in ordine ſecundus omnes argenti fabri Ciues Barcinonæ, cogniti à me Notario, atatis vt dixerunt, nempè dictus Gener Tanorum,

norum, dictus Many T. annorum, & dictus Anglada T. annorum, qui medio iuramento fecerunt relationem sequentem, ço es: Senyor, sobre lo que V. m. nos interroga, ja ferem altre relació deuant de V. m. lo dia de 13. de Abril del corrent any, la qual demanam nos sia llegida, y encontinent los estada llegida vna relació per ells dit dia feta; la qual per ells ohida, y ben entesa, y ajustant, y declarant aquella, digueren: Senyor, per orde de V m. hauem vistas, y regonegudas las tretse doblas de quatre, y trenta cinch senecillas apedaçadas, ja designadas en la altra relació, y de aquellas ne hauem presas vna de quatre doblas, y dos de sensillas, de las quals nos ha aparegut q̄ no eran de las que tenian mes padás, ni tampoch de las que tenian menos, y hauem fet lo ensay pera averiguar ab certesa de quins quilats es lo or de ditas doblas, y lo or dels padaços se troban en las sobreditas doblas, y hauem fet lo ensay en la forma seguent, ço es, que hauem presa la dita dobla de or de quatre, y dos doblas de or sencillas, y las hauem partidas per lo mitg, posant lo pes igual, tant à la vna part, com al altra, y hauem deixat à la una part tot lo or que si ha afegit ab los padaços, y à la altra part sols hi ha quedat or de la dobla, y ne hauem fet vn riell de cada part, y vn ensay de cada riell, y fets dits ensays en la forma acostumada hauem trobat, que lo riell del or de la part abont sols hi hauia or de la dobla, ha donat or de lley de vint y vn quilat, y dos terços de quilat, que es vint y vn quilat, y setse grans, que pera arribar à vint y dos quilats faltan vuyt grans, y de la mateixa manera lo riell de la part apedaçada hauem vist ha donat or de lley de vint y vn quilat, y vna sisena part de quilat, que vè à ser vint y vn quilat y quatre grans: Y també diem, Senyor, que per averiguar quant val menos lo or dels pedaços, que lo or de la dobla, hauem pesat las sis doblas que hauem ensayat, y hauem trobat que pesan vna vnça y sis argensos, que fan vint. y dos argensos, y fet lo ensay hauem vist que de la part del or abont noy pa pedaços falta vn ters de quilat per arribar als vint y dos quilats, que son vuyt grans, y ab lo ensay de la part dels pedaços, hauem trobat faltan per arribar à la lley que te lo or de las altras doblas, dotse grans mes en los pedaços de las sis doblas, que estos dotse grans judicam son los quey ha de lliga en lo or dels pedaços mes que en lo or de las ditas sis doblas, los quals dotse grans à comuna, y publica estimació, comptant la dobla à trenta dos reals de plata, hauem tret lo compte que valen tres reals, quatre diners y quatre quints de vn diner; abque segons nostra art nos ensenya judicam, y tenim per cert, que ve ha faltar en cada dabla de las ditas sis doblas en lo quilat del or, vn poch mes de vn sou de plata dobla, que no arriba à vn diner: Y axi mateix judicam, que vist las doblas de qui hauem fet lo ensay, no son, ni de las mes apedaçadas, ni de las queu son menos, comptant vnas ab altras. En totas las restants dotse doblas de quatre, y trenta y tres sensillas ve ha faltar per cada vna dobla sensilla de aquellas vn sou de plata doble,

doble, y vn poch mes, com està dit de las sis doblas de que hauem fet lo ensay: y esta es nostra relació, y la veritat per lo juramẽt tenim prestat.

Franceſch Gener argenter.
Ioſeph Many argenter.
Iaume Anglada argenter.

Fuit eis lectum, & perſeuerarunt præſente dicto Magnifico Relatore N.

1 *Quæ obſeruanda ſint in inſtrumẽto viſitationis cadaueris.*
2 *Ad probandum corpus delicti non ſufficit confeſſio rei.*
Relatio peritorum, cùm pro probãdo corpore delicti requiritur, quo modo concipienda.

ANIMADVERSIONES.

1 IN inſtrumento viſitationis cadaveris, ſequentia obſervanda ſunt, quæ omnia in forma prædicta attentè inſpecta percipies, ſcilicet expreſſiones, & deſignationes cadaveris, uti aſpectu, veſtibus, & aliis ſimilibus; locus ubi inflicta ſunt vulnera, concludendo teſtes, qui de eis deponunt illa lethalia fuiſſe, ex eiſque hominem interemptũ, quod teſtes maiores quatuordecim annis adhibeantur, qui cadaver, ſeu corpus mortuum cõcludant rationibus ſcientiæ adhibitis cognoſcere, & quod, omnibus his peractis, vociferetur cadaver nomine Domini Regis per portavium, aut nomine Baronis, ſi forſan eius erat vaſſallus, ſi autem cadaver cognitum non fuerit, curare ſummopere debet Iudex ut attentè illius deſignationes in veſtibus, vulneribus, & ſimilibus expreſſius quò poſſit demonſtrentur, ut cuncta nos timantes percurrimus, *deciſ. 2. tot.* & Calderò *deciſ. 9.* & ſignanter *num. 16.*

2 Relatio peritorum in delictis, quorum remanent veſtigia deſideratur pro probãdo corpore ſceleris, ad quod confeſſio rei non ſufficit, debetque concipi, & efformari prout in formulis continetur, Calderò *deciſ. 9. num. 12* & Ego *deciſ. 2. ferè per tot. & ſignanter num. 131.*

TIT. II. DE ASSISTENTIA IN REGIO CRIMINALI CONCILIO CONCESSA.

1.

Excellentiſſim Senyor.

NO obſtant que deſpres de la mort de Iaume Ioan Perelló ſenyor de la Cardoſa de la Vila de Ceruera, Iaume Perellò ſon fill prenguè poſſeſſio lo dia de 25. de Mars del corrent any 1676 de la vniuerſal heretat, y bens que foren del dit Iaume Ioan Perellò ſon pare, y en particular de la caſa, y heretat dita de Vergos ſituada en lo terme de dita Vila de Ceruera: y no obſtant que per las moleſtias, y turbacions que Dorotea Perellò viuda dexada en ſegonas nupcias del dit Iaume Ioan Perelló y los tudors, y curadors dels fills de dit ſegon matrimoni de dits Iaume Ioan, y Dorotea Perellò, dit Iaume Perellò fill del primer matrimoni de dit Iaume Ioan, y Madalena Perelló y Tella conjuges, als de Mars del corrent any, introduhi cauſa en la Real Audiencia á relaciò del Magnifich Ioan de Carbonell, Notari Roig, intentant lo interdicte interim retinendæ ſummariſſim de dita heretat, y bens, com apar de las lletras que ſe preſentan: No ha duptat la dita Dorotea Perellò inſtar denant del Lloctinent de Veguer de dita Vila de Ceruera, que dit Iaume Perelló, que actualmẽt eſtaua dins la caſa de la dita heretat de Vergòs fos expellit de aquella, y poſada ella en la poſſeſsió de dita caſa, y heretat, com axi fou prouehit per lo Aſſeſſor Ordinari de dit Veguer als 27. de dit mes de Mars, y en virtut de la dita prouiſsió ab tot efecte fou expellit dit Iaume Perelló de dita caſa, y heretat de Vergòs al mateix dia, poſant en poſſeſſiò à la dita Dorotea, com apar de la dita prouiſsiò, que ſe exhibeix vt inſerater, ſeu conſuatur ſi, & quatenus. E com per eſſer la dita prouiſsió de Iutge nulla, tant per ſer feta deſpres de la introduccio de la cauſa ciuil à la Real Audiencia, com per no conſtar de aquella de dret algu de la dita Dorotea, lo dit Iaume Perelló lo mateix dia tornà en poſſeſſiò de la dita caſa, y heretat de Vergòs, en la qual ſens dubte deu ſer mantingut, y conſeruat, tãt per ſer fill, y hereu de la dita Madalena ſa mare, com conſta del teſtament de aquella, y publicacio de aquell, y hauer dita Madalena aportat en dot al dit Iaume Ioan Perelló 225 ℔. y de aquellas rebè 150 ℔, com apar dels capitols matrimonials, y apocha que tambè ſe exhibeixen vt inſerantur, ſeu conſuantur ſi, & quatenus, en los quals lin feu tambè de creix 112 ℔, per las quals competeix ſens dubte la tenuta al dit Iaume Perelló en los bens de dit ſon pare, tant per ſer donatari vniuerſal del dit ſon pare ab clauſula de conſtitut, com tambè apar de la donaciò, que tambè ſe exhibeix vt inſeratur, ſeu conſuatur ſi, & quatenus: Y per quant en la conſeruaciò de dita poſſeſſió hi haja perill euident de que las parts no vingan à las armas, per trobarſe encara dins la dita caſa la dita Dorotea

rotea Perelló, que ab associació de molta gent armada fou posada dins dita casa, y expellit ab violencia de aquella lo dit Iaume Perellò per no tenir dret algu en dita possessiò, ni altrament, per ser segona muller, y sos fills també de segõ matrimoni. Per tant, y altrament, oferint informaciò del sobredit, y del perill gran que hiha de armas, y que no succehesca vn escandol per ser las parts poderosas, y molt aparentadas, suplica dit Iaume Perellò, que attés que souet iustitiam en la dita possessió, y no la dita Dorotea, ni sos fills de dit segon matrimoni, y per euitar los dits inconuenients, y escandols ques podrian seguir, li sia concedida assistencia de vn Oficial Real, & si placet, de Ioan Turò Commissari Real habitant en dita Vila de Ceruera, vt sumptibus parcatur, á efecte de que done tot fauor, y ajuda y assisteſca al dit Iaume Perellò en dita possessiò, expellint de dita casa à la dita Dorotea Perellò que ex abrupto, y sens conexensa de causa, y sens competirli, ni poderli competir dret algù en dita posseſsió, ni altrament, fou posada en dita casa, y axi mateix las personas que forsan se trobaran congregadas, y armadas dins dita casa, ò fora de aquella, vim turbatiuam inferentes també expelleſca, y capture los que trobará culpables, y aquells aporte en los Carcers Reals de la present Ciutat, y la present esſer comeſa à altre del Magnifichs Doctors de la Regia Cort, lo qual de lletras, y altres prouisions oportunas segons lo estil degudament prouebeſca, y justicia ministre omni modo meliori. Officio, &c.

Altissimus, &c.

Molins.

Romà.

Prouisio Iudicis.

Committatur Magnifico Michaelli Ioanni de Taverner & Rubì, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Nobilem Regentem Cancellariam die 4. Aprilis 1676. Barcinone.

Badia.

Recepta dictis die, & anno, ministratis testibus paratus est illos recipere, & inserantur producta.

Taverner y Rubì.

2.

Prouisio assistentiæ.

Die 12. Maij 1676. Visis supplicationibus pro parte Iacobi Perellò, & Dorotheę Perellò viduæ Iacobi Ioannis Perelló Villæ Ceruariæ diebus 4. & 14. mensis Aprilis proximè præteriti respectiuè oblatis, viso processu, & visis videndis, Insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, prouidet quod sine præiudicio

UAB Biblioteca de Ciències Socials

prætenſionum partium, taliter quod per præſentem prouiſionem nullum ius partibus reſpectu cauſæ ciuilis accreſcat, vel decreſcat, aliquis ex Regijs Algutzirijs accedat ad dictam Villam Ceruariæ, & ad alia loca quó oportuerit, qui inquirat, & inquiſita fortificet, & aſſiſtat poſſeſſioni domus, & hæreditatis dictæ de Vergós, ſitarum in terminis dictæ Villæ, quam dicta Dorothea habet, & gentes congregatas, ſiue armatas intùs dictam domum, & hæreditatem vim turbatiuam inferentes, ab ea expellat, & ſi quos culpabiles inuenerit capiat, & ad Regios Carceres Barcinone adducat, & pro his expediantur litteræ, inſtructiones, & aliæ prouiſiones opportunæ iuxta Regiæ Curiæ ſtylum.

Balaguer.

1 *Poſſeſſori certo aſsiſtuntia Officialis Regu per Regium Criminale Concil. conceditur conſtito de periculo armorum, vel ſcandali.*

2 *Abſque probatione talis metus impertitur pro exercitio iuriſdictionis notoriæ ſuper facto criminali.*

3 *Quoties poſſeſſor certus non adeſt, ſi probetur ſcandali, vel armorum timor ſequeſtatur per iudicem criminalem poſſeſsio.*

ANIMADVERSIONES.

1 EX his percipies Regium Criminale Concilium cùm certus eſt poſſeſſor, & timetur ne alter armis ipſum in poſſeſſione deturbet ſolet eum tueri conceſſa aſſiſtentia Officialis Regii, pro conceſſione dictæ aſsiſtentiæ debet pars, quæ in poſſeſſione exiſtit, & vim in illa tuenda timet informationē offerre ſuper timore armorum, & ſcandali (etiamſi inter eaſdem partes lis pendeat in Regia Audientia civili) ut Reg. criminale Concilium habeat qualitatem ſuæ iuriſdictionis probatam.

Conceditur pariter aſsiſtentia in Regio Criminali Concilio pro exercitio iuriſdictionis notorię (de qua non vertitur lis in Regia Audientia civili) ſuper facto criminali ut Officialis Regius, vel Baronis tutius, & ſine violentiæ metu valeat iuriſdictionem exercere, quo caſu impertitur quin neceſsè ſit quod conſtet de ſuſpicione armorum, vel ſcandali; quia factum ſuper quo petitur aſsiſtentia eſt criminale, cùm verò non datur certus poſſeſſor, & omnes properant ad poſſeſsionem accipiendam, & partium iura ita obſcura ſunt, ut nō appareat quis alteri de iure prę cedat, at ſuſpicaturq; de ſcandalo, vel timore armorum, conſtito de his in actis per informationem sūmariè receptam, ſolet iudex criminalis poſſeſsionem ſequeſtrare, ſalvo iure cuiuſque partis ut hæc, & alia ſcopum attingentia tradit Regens Calderò *deciſ.* 1. *num.* 31. *& ſeqq.* & *deciſ.* 71. *&* 72. *per totam*, poſt Regentem Cortiada *deciſ.* 35. *à num.* 70. *par.* 1.

TIT.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TIT. III. DE SVPPLICATIONE AB EVOCATA CAVSA.

1.

FORMA SVPPLICATIONIS AB EVOCATA CAVSA per Ordinarium.

Excellentissime Domine.

AD auditum Procuratoris Don Michaelis Xammar Prioris Cathaloniæ Ordinis, & Militiæ Sancti Ioannis Hyerosolimitanen. peruenit fuisse euocatam causam criminalem vertentem coram Procuratore Generali dicti Prioris, inter Procuratorem Fiscalem Generalis Gubernatoris ex vna, & Elisabath N. Villa Nouæ de la Barca ream in carceribus castri de Corbins detentam, quæ euocatio causæ est præiudicialis, & grauatoria dicto Priori Domino iurisdictionis ciuilis, & criminalis Loci Villæ Nouæ de la Barca, supplicat propterea legitimus Procurator dicti Prioris, dignetus V. E. dictam causæ euocationem in melius commutare, & declarare non fuisse intentionis suæ Excellentiæ eam ad Regium Concilium euocare, & præsentem causam cõmitti alicui ex Magnificis R. A. D. Aularum Ciuilium, qui iustitiam ministret. Officio, &c.

Altissimus, &c.
Millet.

Committatur Magnifico Iosepho Ferrer, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Nobilem Regentem Cancellariam, die 27. Februarij 1627. Barcinonæ.

Domenech.

Recepta d.d. & anno intimetur Fisco, & parti.
Ferrer.

2

FORMA SVPPLICATIONIS AB EVOCATA CAVSA PER partem non captam.

Excellentissime Domine.

AD auditum Procuratoris N. peruenit (narra euocationẽ causa ut supra) quæ euocatio causæ est præiudicialis, & grauatoria dicto N. supplicat propterea eius Procurator dictam causæ euocationem in melius commutari, & offert cauere iuxta cap. 10. cur. anni 1599. Officio, &c.

Altissimus, &c.
Molins.

Caveat iuxt capitulum Curiæ.

Pro-

Prouiſa per Nob. Regentem Cancellariam, die 14. Iulij 1679. Barcinonæ.
Reart, & Iahen.

3.

FORMA CAVTIONIS PRÆSTANDÆ PRO PRÆSENTANDO reum, quando ſupplicant coniunctæ perſonæ, reo non capto.

Die, &c.

CAutio iuxt capitulum 10. Curiarum anni 1599. per T. & T. qui principaliter ſe obligarunt, principaleſque tentos, & obligatos eſſe pro Petro T. quo ad pœnam quantitatis infraſcriptæ, qua promiſerunt ſuæ Excellentiæ, & R.A. quod in caſu ſuccumbentiæ in cauſa ſupplicationis interpoſitæ pro parte dicti Petri N. à decretatione, & euocatione cauſæ factę per Nob. Regentem Cancellariam, die 3. ad R. criminale Concilium, & commiſſa Magnifico T. Iudici R.C. inſtante Fiſci Procuratore Regiæ Curiæ aduerſus, & contra dictum Petrum T. facient, & curabunt, & dabunt operam cum effectu, quod dictus Petrus T. infrà dies decem à die latæ Regiæ ſententiæ in dicta ſupplicationis cauſa proferendæ, in antea continuò numerandos, ſe præſentabit, & ponet intus Regios carceres præſentis Ciuitatis Barcinonæ; abſque vlla requiſitione dicto Petro T. & dictis T & T principaliter pro eo obligatis verbo, vel in ſcriptis danda, ſeu facienda, & interim quandocumque fuerint requiſiti ſub pœna quingentorum librarum, Regiis inferendarum erariis, & dicti T. & T. præſtiterunt ſacramentũ, & homagium, penes T. qui, &c.

Teſtes ſunt.

4

Cautio per Procuratorem rei non capti, quando ſupplicat ab euocata cauſa, ſeu regalia.

Die, &c.

CAutio iuxta capitulum x Curiarum anni 1599. per T. vti Procuratorem Petri T. vt de eius poteſtate conſtat plenè inſtrumento recepto penes T. Not. die T. qua promiſit ſuæ Excellentiæ, & R. Aud. quod in caſu ſuccumbentiæ in cauſa ſupplicationis interpoſitæ, pro parte dicti Petri N. principalis ſui à decretatione, ſeu euocatione cauſæ factæ per Nobilem Regentem Regiam Cancellariam, die T. ad Regium Concilium criminale, inſtante Fiſci Procuratore Regiæ Curiæ, & commiſſa Magnifico T. Iudici R.C. aduerſus, & contra dictum Petrum T. dictus Petrus principalis ſuus infrà dies decem à die latæ ſententiæ in dicta ſupplicationis cauſa proferendę, in antea continuè numerandos ſe præſentabit, & mittet ſe intus Regios carceres præſentis Ciuitatis Barcinonæ, abſque vlla requiſitione ſibi verbo, vel in ſcriptis danda, ſeu facienda, & interim quandocũque fuerit requiſitus ſub pœna 500ℓ, Regiis inferendarũ erariis, & pro maiori præmiſſorum cuitione dedit dicto nomine in fideiuſſores, qui obligarunt

garunt personas,& omnia,& singula bona sua, prout in debitis Fiscalibus, & regalibus, & cuiuslibet eorum insolidum, cum omnibus renuntiationibus, submissionibus,& iuramento,& dictus T. procurator prædictus nomine dicti principalis sui præstitit sacramentum,& homagium penès T. qui,&c.

Testes sunt.

Excellentissime Domine.

QVia iam fuit debitè cautum iuxta cap. 10. cur. an. 1599. dignetur Excellentia vestra præsentem causam committere alicui ex Magnificis, seu Nob. Senatoribus R A ciuilis, qui debitè prouideat, & iustitiam partibus ministret omni meliori modo. Officio, &c.

Altissimus, &c.

Molins.

Cui quidem supplicationi fuit facta decretatio sequens.

Magnificus Iosephus Aleny audiat, colligat, & referat, & super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Nob. Reg. Cancell. die 14. Iulii 1679. Barcin.

De Reart,& Iaben.

Prouisio Iudicis.

R.d.d. & anno fabo verbo in R.A. providet, quod inferatur cautio, & intimetur Fisci Procurator.

Aleny.

1 Capit. 10. cur. anni 1599. *exponitur,& num. 2.& 9.*

3 *Quando, reo non capto, supplicant personæ coniunctæ, præstant cautionē de præsentando reo in casu succumbentiæ infra dies decem à die latæ Regiæ sententiæ.*
Reo non capto, iudicium criminale redditur elusorium, & regulariter contentio non procedit. ibid.

4 *Fideiussores de representando in criminalibus, solummodò suæ satisfaciunt obligationi, quando rei corporalem præsentiam exhibent, ita vt fugam non arripiat.*

5 *Ab admissione causæ criminalis per processum via ordinaria, non admittitur supplicatio.*

6 *De consuetudine in omnibus ferè Regnis admissa, prohibita est appellatio in criminalibus.*

7 *Procurator, imò & coniunctus admittitur ad supplicādum ab euocata causa, quia eius cognitio separata est à crimine.*

8 *Supplicatio ab euocata causa, seu Regalia, Procuratori Fiscali est intimanda, aliàs nullitèr procedi-tur.*

9 *Actuarius causæ criminalis, remanet causæ ciuilis, si habet qualitates necessarias ad actuandum in hac causa.*

10 *Pendente altercato in causa supplicationis, non currit tempus ad probandum, nec ad declarandum.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

11 *Si ex decem diebus datis ad probandum, quinque sint iuridici, & quinque feriati, an isti detrahãtur omninò à dilatione, & n.* 12. *&* 13.

13 *Incausis supplicationis ab euocata causa, vel Regalia, compulsoria ad probandum extra vrbem non conceduntur, imò testes coram Relatore sunt recipiendi.*

Ordinarius solo verbo de prætextu euocationis certioratur, nec alijs articulis datur locus, quam concernentibus merita euocationis. ibid.

ANIMADVERSIONES.

1 CONtextum Capituli 10. *Curiarum anni* 1599. retulerunt Peguera *in praxi Crimin. cap.* 13. *nu.* 6. Canc. *var.* 3. *cap.* 18. *num.* 100. Fontanella *de pact. tom.* 1. *cl.* 14. *gl.* 25. *num.* 66. & *decis.* 282. *num.* 16. *p.* 2. Regens Cortiada *decis.* 37. *à num.* 32. & post eos Regens Calderò *decis.* 6. *tot.* qui ubertimè exposuerunt, summarium, & epitome illius capituli consistit in eo quod supplicari possit à Regalia, seu evocata causa, debeatque committi causa alteri ex Doctoribus aulæ civilis, provisio per eum facienda supra traditur, & scias quod mandatur Notario criminali ponat processum in posse scribę causæ, admittuntur probationes intra decem, & intra alios dies decem causa est terminanda salario viginti regalium, & si declaratio non fiat intra prædictum terminum definitum intelligitur Regaliæ locum non fuisse, facultatem autem supplicandi ordinario Regio, vel Baroni, aut parti Regaliatæ tãtum competere ibidem statuitur, & quod ista capta sit, aut assecuret legitimè iudiciũ, supplicareque valeat per se vel per procuratorem, aut aliam personam coniunctam.

3 Formam cautionis præstandæ pro præsentando reo, quando eo non capto supplicant coniunctæ personę habes superiùs, ideo autem in ea promittitur quod in casu sucumbentiæ facient, & curabunt, & dabunt operam cum effectu quod reus infra dies decem à die latæ Regiæ sententiæ in supplicationis causa proferendæ in antea numerandos se præsentabit, & ponet intus Regios carceres præsentis Civitatis Barcinonç absque ulla requisitione dictis N. & N. verbo, vel in scriptis danda, seu facienda, & interim quãdocumque fuerint requisiti quia iudicium criminale redditur elusorium reo non capto; propterea que regulariter eo non existente carcerato non procedit contentio, ut firmavi *decis.* 16. *num.* 16. cum Regente Cortiada *decis.* 9. *à num.* 15. *p.* 1. fundamenta plurima ad intentum congerit Pareja *de instrument. edit. tit.* 2. *resolut.* 6. *à num.* 195. licet ipse contrarium placitum ex causis specialibus sequatur.

4 Ea propter fideiussores de repræsentando in criminalibus præ-

stat;

ſtantur, qui ſolùmodò ſuæ ſatisfaciunt obligationi quando rei corporalem præſentiã exhibent; ita ut fugam non arripiat; tunc enim tantum legitimè dicuntur repræſentare Abbas *in cap. cum parati 19. num. 5. de oppellat.* Boſſ. *in tit. de carc. fideiuſſorib. committ. num. 16.* Farinac. *de carcerib. & carcerat. q. 34. nu. 20. & ſeq.* Pirr. Maur. *de fideiuſſorib. p. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 127. & ſeq.* Conciol. *reſolut. criminal. 8. verbo cautio de repræſentando*, quem vide *reſolut. ſeq.*

5 Ab admiſſione cauſæ criminalis proceſſus via ordinaria non admittitur ſupplicatio quia dictum *cap. 10. Curiar. anni 1599.* tantum loquitur de ſupplicationibus interponendis ab evocata cauſa, vel Regaliis Calderò *d. deciſ. 6. num. 6.* & ego addo dictum caput ad eum finem compactum fuiſſe ne ordinariis cognitio auferetur cauſarum criminalium, quæ ratio ceſſat quãdo Regium Concilium uti ordinarium, viaque ordinaria procedit, ut abundè elucidavimus *deciſ. 1. volum. 1.*

6 Accedit alia ratio quippè de conſuetudine in omnibus fere Regnis admiſſa prohibita eſt appellatio in criminalibus Sabellus compluribus congeſtis *in ſumma verbo appellatio num. 37. & 55.* ubi tam de diffinitiva, quam interlocutoria ut expendimus ſupra *deciſ. 55. nu. 2.*

7 Neque tibi diſpliceat admitti procuratorem, imò, & coniunctũ pro coniuncto ad ſupplicandum ab euocata cauſa, eius enim cogniti ſeparata eſt à crimine, & quoties talis ſeparatio conſideratur quilibet etſi extraneus ad defendendũ reum venit, ut de recurſibus ſuo loco videbimus, & in ſpecie contentionum plures referens docet Cortiada *deciſ. 9. num. 24. & 70.*

Si non intimetur ſupplicatio 8
ab euocata cauſa, ſeu Regalia Procuratori Fiſcali nulliter proceditur Calderò deciſum tradens *d. deciſ. 6. num. 7.* & Ego longè *deciſ. 1. & 9.* demonſtravi proceſſum eſſe Fiſci in Cathalonia, & non poſſe cõtra eum citationem expediri abſque intereſſentia, & ſuffragio Advocati Fiſcalis.

Actuarium cauſæ criminalis 9
notarium quoque remanere cauſæ civilis tenuit Calderò *iam citata deciſ. 6. num. 8.* ubi litteram *cap. 10. curi. anni 1599.* nõ obſiſtere firmat quia ea intelligi debet quando notarius cauſæ criminalis non habet omnes qualitates ut poſſit eſſe actuarius cauſę ſupplicationis, utpote quippe non reperiatur de collegio notariorũ Regiorum Barcinonæ, quibus adiunge quæ de prævẽtione notariorum præmonuimus *deciſ. 11. num. 41. & ſeq.* omninò videndus Bovadilla *in Politic. lib. 3. cap. 14. num. 46.*

Pendente altercato in cauſa ſup- 10
plicationis non currit tempus ad probandum, nec ad declarandum,

prout cum Senatu firmat Calderò eadem *decis.6. num.9.* ſuper quo pũcto videas proceſſum cauſæ ſupplicationis interpoſitę per Nobilem Antoniũ de Oms, & de Sãta Pau ab evocatione cauſæ facta in Regio Criminali Concilio occaſione aſſiſtentiæ petitæ inſtãte Fiſci Procuratore R.C. & Nobilis Mariæ de Oms, & de Lanuça, in qua me referente fuit lata ſententia de menſe Aprilis 1693. Actuario Vilariquer.

11 Altercatum in prædicta cauſa novum fuit ſuſcitatum, nimirum ſi ex decem diebus datis ad probãdũ quinque ſint iuridici, & quinque feriati, an iſti detrahantur omnino à dilatione, in eaque non cõputentur taliter quod opus ſit alios quinque dies iuridicos expectare, ut dilatio compleatur, vel ſatis ſit alium diem iuridicum poſt dictos quinque enumerare ad dilationis complementum.

12 Anſam dubitandi præbuit Xãmar *ter. iudicat. defin.* 137. à me allegat. *ad Prax. ciuil. Peguer. rubr.* 26. *num.* 16. tradendo definitum fuiſſe non computari dies feriatos ſi ſint pares cum iuridicis ad effectum ſupplicandi, non fuit articulus iſte deciſus, quia Procurator Fiſcalis R.C. ſchedulam obtulit, qua contẽtatur fuit reſiduos dies detractis quinque feriatis currere, ſed inclinabant Domini ad declarandũ non eſſe computandos in dilatione quinque illos dies feriatos.

Compulſoriæ ad probandum 13
extra urbem non conceduntur in huiuſmodi cauſis, imò teſtes recipi debent coram Relatore, retinent enim eandem naturam, Calderò *d. deciſ. 6. num.* 11. *& ſeqq.* ubi obſervat in hac materie, quod ſi maior pars ex primis, vel ſecundis decem diebus eſt feriata detrahitur à dilatione, & ſimiliter quod ordinario non communicatur inquiſitio hactenus non publicata, ſed verbo de prætextu evocationis certioratur, nec aliis artinulis datur locus, quã concernẽtibus merita evocationis.

TIT. IV. DE MONOPOLIIS.

§. I.

EVOCATIO CONTRA CONFRATRIAS CONTRAFACIENTES Priuilegiis Regiis.

Excellentiſſime Domine.

AD auditum Fiſci Procuratoris Regiæ Curiæ forma publica refferente, & aliàs nouiter peruenit, quod nonnulla Collegia, & diuerſæ Confratriæ præſentis Ciuitatis Barcinone, & confratres ac ſingulares eaſundem, parum Deum, & in ſtitiæ temporalis correctionem timentes, non dubita-

bitarunt ab aliquibus annis retrò elapſis vſque in diẽ præſentẽ, augere ingreſſus, ac alia ſtipendia debita dictis Collegiis, & Cõfratriis reſpectiuè illorum, qui admitti, & aggregari voluerunt, cõpellendo eos ad ſoluendum dictas quantitates contra diſpoſitionem priuilegiorũ dictis Confratriis conceſſorum per ſuam Maieſtatem, & Sereniſſimos Reges prædeceſſores ſuos, ac in graue damnum vtilitatis publicæ. Et cum prædicta indigeant ſubitò reparari, ac euitari damnũ ex prædictis reſultans; Propterea, & alias Fiſci Procurator Regiæ Curiæ denuntiando prædicta veſtræ Excellentiæ, & Regio Concilio, & exhibendo informationem ſuper prædictis receptam vt inſeratur, humiliter ſupplicat præſentem cauſam prætextu præexpreſſo, & quia agitur de contrafactione Regiorum priuilegiorum, cuius punitio directè ad veſtram Excellentiam, & Regium Concilium, & non ad alium ſpectat, ad ſe ſuumque Regium Concilium euocari, & cemmitti alicui ex Magnificis Iudicibus Regiæ Curiæ, qui de commiſſionibus opportunis debitè prouideat, & ſignanter apprehenſionem fieri de libris priuilegiorum, & examinum, ſeu admiſſionum dictorum Collegiorum, & Confratriarum, vt conſtet de ſupradictis, & iuſtitiam in omnibus cum complemento miniſtrari omni meliori modo. Officio, &c.

Altiſsimus, &c.
N. Fiſci Aduocatus.

Decretatio fit more ſolito.

Prouiſio euocationis, & apprehenſionis librorum.

Recepta dictis die, & anno facto verbo in Regio Concilio, providet, &c. (die ut in reliquis evocationibus, & poſt clauſulam: & ad Regios carceres huius Civitatis Barcinonæ adducae, adde) & libros in ſupplicatione expreſſos ad manus ſuas appræhendat, & alia faciat in ſimilibus fieri aſſueta *vt in cæteris.*

N. Iudex.

§. II.

APPREHENSIONIS LIBRORVM INSTRVMENTVM.

Die prima menſis Februarii anno à natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſſimo ſexageſſimo primo, Barcinone.

ESſent perſonalment conſtituhit lo Magnifich N. Alguazil extraordinari de ſa Mageſtat, enſemps ab mi Geronym Badia per la Sacra Catholica, y Real Mageſtat Eſcriuà peticioner ſupranumerari, Notari publich Ciutadà de Barcelona, y Eſcriuà de la preſent cauſa, y eſſent preſents per teſtimonis Iaume Sahonés major de dias Cauſidich, y Ioan Arnaus joue parayre Ciutadans de Barcelona per eſtas coſas cridats, deuant, y en preſencia de N. y N. altres dels Proms

de la Confraria de noſtra Senyora dels N. de la preſent Ciutat, perſonalment trobats dins la caſa de la dita Confraria ſituada en lo carrer de N. de la preſent Ciutat; y lo dit Magnifich N. Alguazil ha requirits à dits Proms N. y N. en virtut de orde de paraula à ell donat per lo Magnifich y Amat Cõſeller de la Real Mageſtat N. en quiſcun dret Doctor Iutge de la Regia Cort, que li entreguen los llibres de priuilegis, y ordinacions de la dita Confraria, junt ab lo llibre ahont eſtàn continuats los examens de las perſonas ques ſon paſſats meſtres de la dita Confraria dels N. Y los dits N. y N. Proms. predits reſponent per boca de dit N. que eſtàn promptes y aparellats en cumplir tot lo contengut en la petició feta per dit Magnifich Alguazil N. y axi entregan lo ſeguent.

Primó, lo llibre dels priuilegis y ordinacions de la dita Confraria, que es vn llibre ab cubertas de fuſta y ſobre la fuſta cubert de cuyro negre, ab cinch tatxas de llautò en quiſcuna cuberta, ab ſos tancadars, lo qual llibre conté T. fulls, y ſon de pergami.

Item, altre llibre ahont eſtàn aſſentats los examens, que es vn llibre gran ab cubertas de fuſta y ſobre la fuſta cuyro vermell, ab cinch botons de llautò entre las duas cubertas y tancadors de llautó, lo qual llibre conté T. fulls y ſan de paper. De quibus, &c.

1 *De monopoliis authoritate Principis admiſſis remiſſiué Monopolia triplici ex cauſa, licita agnoſcuntur, ibid.*

2 *Priuilegium* ne alius aliquem librum imprimat, *ſtrictè interpretandum.*

Hoc priuilegium non obſtat reimprimenti librum cum nouis additionibus, ibid.

3 *Cauſa concedendi huiuſmodi priuilegia traditur.*

Hæc priuilegia contra publicam vtilitatem non concedenda, ibid.

4 *Iniuria naſci non debent, vndè iura naſcuntur.*

Aliquandò apponitur empara ſigillo Regio poſt gratiam à Principe conceſſam, ibid.

5 *Monopolia priuata, & Principis auctoritate carentia ſunt prohibita.*

6 *Apprehenſio librorum in hoc caſu eſt neceſſaria ad probationem corporis delicti.*

ANIMADVERSIONES.

DE monopoliis auctoritate Principis admiſſis, ac conceſſis peregit Regens Calderò *deciſ. 55. num. 18. & ſeqq.* ubi ex Caponio *tom. 4. diſcept. 262. num. 26.* obſervat licita eſſe monopolia ex triplici cauſa; prima ob neceſſitatem, ſecunda ob utilitatem, tertia ob æquitatem, & ex Antonio Tranchedin. *conſult. 3. num. 16.* Gonzalez Tellez *lib. 2. decretal. tit. 28. de appellat. cap. ſignificante 69. num. 3.* 1 2

&

& itidem Tranchedin. *consult.* 92. firmat privilegium *ne alius aliquē librum imprimat* esse stricte interpretandum, & *num.* 21. affirmat quod quoties reimprimitur liber cum nouis additionibus consideratur novus liber, & sic non obstat reimprimenti privilegium ne aliquis imprimere valeat, & decisum refert.

3 Privilegia huiusmodi ea de causa conceduntur ut animentur docti ad libros imprimendum, ut ita eorum doctrina diffundatur in publicæ utilitatis uberiorem quæstū, sed optimè Principes monet Greg. Lopez *in fin. lib. 2. tit. 2. par. 5.* ne talia privilegia contra publicam cōcedant utilitatem, ne ob ditandum unum alios destruant, ne dona ingenii, & naturæ, quæ Deus dat hominibus Principes prohibeant iubendo quod unus solus exerceat artem, vel talè officium, sed præ oculis habeant Deum, & publicā utilitatem, cui ex iuncto regimine servire debent.

4 Etenim iniuriæ indè nasci non debent undè iura nascuntur, *l. meminerint, Cod. vndè vi cap. qualiter, & quando de accusat* Barbosa *axiomat.* 126. *num.* 3. propterea apponi aliquando licet emparam sigillo Regio post concessam gratiam à Principe Ramon *cons.* 51. *num.* 6. *verbo obediant*, perpulchrè Cortiada *decis.* 229. *num.* 45. *& sequent.* & *decis.* 240. *num.* 10. *par.* 4. post Regentem Don Raphaelem de Vilosla *dissert.* 5. *num.* 54. Calderò *decis.* 72. *num.* 2. & adaptabiles proponuntur *Constit.* 1. ibi: *sens conexensa de causa*, Tit. *si contra d·et, ó publ. utilit. Constit.* 1. *Tit de offic. & Camell. in primo volum. Constitut.* ibi: *que concerne, ò toc, ó tocar puxa interes de part dedutble en juy.*

Alia sunt monopolia prohibita, utpotè privata, & auctoritate Principis carentia, prout referunt, & exemplificant Calderò *decis.* 55. *à n.* 20. Franciscus Romag. *ad constitut. in statutis Eugubii lib.* 5. *Rubr.* 21. *num.* 7. ubi plures alii cumulantur, quos transcribere non vacat Xammar *de privileg. Civitat. Barcinonæ*, §. 46. *num.* 46. ubi laudat peragentes de monopoliis cerdonū, artificum, & fabrorum, & apud eos invenies casum in formula supra tradita descriptum, & postea habes instrumentorum apprehensionis librorum, quia in casu occurrenti erat necessaria ad probationem corporis delicti ex à me adductis, *decis.* 2. *à num.* 107. prætextus autem in formula evocationis superiùs contentus roboratur ex constitutis *decis.* 2. 5 6

§. III.

TIT. V. DE TESTIBVS IN OFFENSAM.

§. I.

PRO HOMICIDIO IACTV INSTRVMENTI MANVALIS BREvioris mensuræ, vulgo pistola proditorie, cõmisso testis depositio de viſu, & plura complectens indicia.

Die &c. Per Magnificum N. Iud. R. C.

FRanciſcus N. Sartor Ciuis Barcinone etatis, vt ipſe dixit, T. annorum cognitus à me Notario, & Scriba præſentis cauſæ, teſtis citatus, qui iurauit, &c.

Et interrogatus ſuper Curia præuentis, &c.

Dixit, Senyor, lo que ſe, y puch dir aßerca del que V. m. me interroga es, que abir que comprauem a T. del preſent, y corrent mes, que ſerian las tres horas de la tarde poch mes, ò manco, trobantme jo dins la Botiga de T. Adroguer Ciutadà de Barcelona, ſituada en lo Born de la preſent Ciutat, al cantò del carrer de la Vidrieria, que lo dit N. Adroguer me eſtaua peſant dos lliures de ſucre, viu arribà en la dita Botiga Bernat T. Vidrier deſta Ciutat, al qual conexia per tenirlo tractat, y ohi demanaua que li veneſſen vna lliura de tobaco de Braſil, y en lo temps que vn fadri de dita Botiga li eſtaua peſant dit tabato, eſtãt dit Bernat de eſpatllas à la porta de dita Botiga, viu, y me adoni que en vna caſa de altre Adroguer eſtaua N. y N. als quals conexia, y conech molt be per tenirlos tractats, y viu que aquells eſtauan aguaytant amagantſe vn tant, aportant com viu aportaua quiſcu de ells en la ma vna arma de foch de menor mida de tres palms de canò cana de Barcelona, y al cap de vn rato viu, que los dits N. y N. que aprèsfuriosament ſon entrats ab las armas en las mans per la porta de dita Botiga, entra N. y apenas foren entrats, quant viu q̃ lo dit N. encarà vna piſtola de menor mida de tres palms, de llargaria de vn palm y mitg poch mes, ò manco, que viu aportaua en la ma deués las eſpatllas de dit Bernat N. aſſiſtintli, y fentli coſtat lo dit N. ab la piſtola que viu aportaua en la ma, y ſens precehir paraula alguna, ni rixa entre dit Bernat, y los dits N. y N. que ſi hagueſſen precehit jo las auria ohidas, y no podia ſer menos per eſtar molt ſerca, y caſi junt à ells, viu que dit N. encontinent de hauerlay encarada diſparà dita piſtola, que jo viu traguè de canò, y fogó y ohi lo trò de la eſcopeta, y luego de hauer tirat viu que lo dit Bernat N. cayguè en terra, y en lo mateix temps viu que los dits N. y N. fugiren tots corrents, aportant com viu las ditas piſtolas en la ma, y ſen anaren enuès la Igleſia Parroquial de Sãta Maria de la Mar, y mirantme jo lo dit Bernat, que com tinch dit era caygut en terra, viu era ja mort, y viu que de las eſpatllas li exia molta copia de ſanch, y encontinent ohi à dir publicament, y fou veu, y fama publica per la preſent Ciu-

tat,

Cognitio teſtis cum vulnerato explicita.

Cognitio teſtis cum delinquẽte.

Modus delicti expreſſus, Inſidiæ.

Armorũ delatio brevioris mẽſuræ.

Aſſiſtentia in delicto cum armis.

Proditio.

Negativæ probatio.

Exploſio torméti manualis brevioris menſuræ, vulgo *piſtola*.

Fuga é loco delicti cum armis.

Famæ probatio.

Aſſociatio poſt delictum.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

eat, que lo dit N. ab vntir de pistola hauia mort à traició, y ab animo delibe- Fama.
rat al dit Bernat, ajudat, y assistit de N. la qual fama de las horas en sá se es
continuada, y vuy se continua: Y també es veritat, que al cap de quatre dias Confessio extraiudicialis.
de hauer succehit dit delicte, que era als T. del present, y corrent mes, tenint no-
ticia que lo dit N. estaua retirat en lo Conuent dels Caputxins fora los murs de
la present Ciutat, per ser lo dit N. amich meu, me conferí en dit Conuent, que Allegatio in contestē.
serian las vuyt horas de la matinada à efecte de dir al dit N si volia alguna
cosa en que jo lo pogués seruir, y hauentlo trobat en vn aposento, ò celda de dit
Conuent dels Caputxins li digui, quina ocasió hauia tingut de fer vna mort
tant desastrada, en companyia, y assistencia de dit N. Y dit N. ohi me digué, Tractatus.
estant los dos en companyia de N. que viu estaua assentat, que tota aquella ma-
tinada hauia anat seguint à dit Bernat, y que se era posat à la casa que es de-
vant de dita Botiga de Adroguer, dalt anmenada, esperant la ocasió pera ma-
tarlo, y que li assistia per est efecte ab vna pistola à la ma lo dit N. al qual
hauia comunicat lo intent tenia, y se li hauia ofert en estar à son costat, com ho
hauia fet, y que la causa de tirar, y matar à dit Bernat era estada vna execu- Causa delicti.
ció que dit Bernat hauia instada contra ell, hauentlo afrontat; y passant en al-
tres rahons al cap de vn rato jo men ani: y esta es la veritat, per lo juramente
tinch prestat.

Franceſch N.

Fuit ſibi lectum, & perſeveravit præſente
dicto Magnifico Relatore.

1 *Quæ exprimenda ſunt in receptione teſtis deponentis de actu inſtrumenti manualis breuioris menſurę, de viſu proditorié, & per inſidias; & num. 2.*
Minor 14. annis recipitur abſque iuramento pro inſtruendo animo Iudicis.

3 *De indiciis in formula pertractatis remiſſiuè.*

4 *Teſtium inter ſe allegatio quare proficua.*

5 *Si teſtis diceret ſe eſſe ætatis 14. annorum parum plus, vel minus ad fauorem rei interpretaretur eſſe impuberem.*

6 *Examen iudiciale teſtium aliud iudiciale præcedere debet vt veritas rectè indagetur.*

7 *Depoſitio teſtis poſt exactum ab eo iuramentū nequit ſcindi, nec quicquam ſubſtantiale omitti.*
Vt teſtes quandoque ſecuré recipiantur oportet Iudicem ad locum delicti accedere.

8 *Vnus teſtis vice duorum fungi poteſt reſpectu diuerſorum capitum ſuæ depoſitionis.*

9 *Teſtes quando agitur de cauſa ſanguinis, vel capitali in Eccleſia non ſunt recipiendi, idemque dic de inſtrumentis.*

ANI-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANIMADVERSIONES.

1 INſpicis in tranſcripta Formula depoſitionem teſtis in iactu inſtrumenti manualis brevioris mẽſuræ de viſu proditoriè, & per inſidias plura complectẽdo indicia, quæ omnia perfectè callendo, attenteque cuncta timando, vides in in teſtium receptione. Primò diẽ, ac annum illius continuari deberi, locum, nomen, & cognomen ipſius, ætatem: quod fuerit cognitus, & citatus, quæ omnia in cuiuſque teſtis receptione obſervanda ſunt, niſi forſan cum minor 14. annis fuerit receptus abſque iuramento pro inſtruendo animo iudicis.

2 Curandum eſt quod teſtis reum cognoviſſe dicat, ſigillatim exprimendo quid geſſerit ante iactum, explicãdo quod in inſidiis ſtans in aggreſſum incautũ à tergo proiecerit, arma brevioris mẽſuræ deſignãdo, deponẽdo quoque ſuper excluſione rixæ inter aggreſſorem, & aggreſſum, nedum removendo actum à ſenſu, verum & ſenſum ab actu, & denique omnia quæ pro omnimoda veritate perquirenda conſona videantur, attende etiam ut teſtis exprimat, omnia ſubſtantialia, quæ vidiſſe deprehendat, dando de ſingulis rationem ſcientiæ iuxta ea quæ nos latè ſcripta relinquimus *deciſ.* 27. & Calderò *deciſ.* 7. paſſim, & ſignanter *nu.* 61.

3 Indicia ſupra referata expoſui *deciſ.* 40. ubi, & apud authores ibidem adductos eorum efficaciam inveſtigabis.

Interim memora obſervata *de* 4
ciſ. 27. *num.* 6. quatenus firmavimus, quod ſi teſtes deponunt de menſe ſolum, ut conteſtes ſint debent inter ſe allegati, & ita de hac allegatione cures, ea de cauſa, & quiã, ſi poſtea allegatus in conteſtem neget factum ſuper quo allegatur poteſt rigide compelli ex ſtabilitis *deciſ.* 28.

Puberes poſtquam ætatem 14. 5
annorum compleverunt, etſi minores 25. annis indiſtinctè admittuntur in Cathalonia ad teſtificandum in vim Vſatici *Negan homo Tit. de teſtim.*, ut advertimus *deciſ.* 26. *num.* 1. ſi tamen teſtis diceret ſe eſſe ætatis 14. annorum patum plus, vel minus ad favorem rei interpretaretur eſſe impuberem Regens Don Laurentius Matthæu *de Regim. Reg. Valent. cap.* 8. §. 8. *ſect.* 3. *num.* 208. cum Guazzin. *de defenſ. reor. defenſ.* 29. *cap.* 1. *num.* 2. *& ſeqq.*

Iudicem poſſe repellere teſtes 6
quos putat ſuſpectos, & ſubornatos defendimus *deciſ.* 1. *à nu.* 32. & *deciſ.* 28. *à num.* 31. & ita examen extraiudiciale præcedere debet iudiciale, ut veritas rectè indagetur, & antea obiter docuit Peguera in *Praxi Ciuili Rubr.* 18. *n.* 5. *in fine*, qui id fieri autumat ut vitetur timor periurii, egoque putarim ita expedire, & ne iudex decipiatur, qui tam pro Fiſco, quam pro reo illam

diſ-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

diſquirere tenetur; ut ex aliis notat Caldetò *tom. 2. in addition. ad deciſ. 5. primæ partis deciſ. 3. n. 4. & ſeqq.* ubi ex aliis pariter affirmat nõ poſſe ſcindi depoſitionem teſtis
7 poſt exactum ab eo iuramentum, nec quicquam ſubſtantiale omitti, meminitque de noſtra praxi ab exteris approbata, quod nempè Relator cauſæ, ſi factum ſit intricatum accedat ad locum delicti, ut meliùs teſtiũ depoſitiones adſtruantur, & veritas reperiatur, ac declaretur, vide circa ea, quæ monuimus de omittendis narrationibus non ſubſtantialibus, *deciſ. 31. num. 23.*

8 Vides in formula ſupra trãſcripta qualiter unus teſtis vicẽ pluriũ fungi poſſit reſpectu diverſorum capitum deponens de viſu, ſeu veritate facti, & ſic faciens ſemiplenam probationem, & ulterius alia indicia percurrens iuxta à nobis peracta *deciſ. 28. num. 75.* contra Hodiernа ad Surdum *deciſ. 12.*

Caveat iudex ne ad cauſas, in 9
quibus agitur de ſanguinis effuſione, vel pœna capitali teſtes in Eccleſia recipiat, cap. *cum Eccleſia Dii, De immunitat. Eccleſ.* ubi ſub pœna anathematis huiuſmodi iudicia in Eccleſia agitari iudicibus prohibetur Sperell. *deciſ. 31.* & inſtrumenta in Eccleſia confici nequire præiecimus *deciſ. 11. num. 33.*

§. II.

Teſti ad teſtificandum mandatum, & ut pro eo accedat ad locum, ubi reſidet Regium Concilium.

DE part del Excellentiſſim ſenyor Lloctinent, y Capità General en la preſent Principat de Cathalunya, y Comtats de Roſſelló, y Cerdanya. E per ordinaciò lo dia preſent, y deuall eſcrit feta per lo Magnifich N. Alguazil ordinari de ſa Mageſtat en lo preſent Principat de Cathalunya, en virtut de inſtrucciò à ell feta per lo Noble, y amat Conſeller de ſa Mageſtat N. Regent la Real Theſoreria. Feu manament, com ab tenor del preſent ſe fa, diu, y mana à N que dins T. dias del dia de la preſentaciò del preſent à ell fahedora en avant comptadors, ſots pena de ℔ ℔ als cofres Reals de ſa Mageſtat aplicadoras, comparega en la Ciutat de Barcelona deuant del Noble, y amat Conſeller de ſa Mageſtat N. Regent la Real Cancellaria, á efecte de teſtificar mitjenſant juramẽt en la forma acoſtumada, en la cauſa que en lo Real Conſell es eſtada euocada inſtant lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort, aſſerca de la mort perpetrada de N. E aſſo faſſa ſi la gracia de ſa Mageſtat te per cara, y en la pena ſobredita deſitja no incorrer. Dat. en T. lloch à del mes de any

N. Alguazil Ordinari.

Scriba

N. Notarii.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

1 *Cõguntur teſtes ad deponendum ſub aliqua pœna, etiam carceris.*

2 *Teſte citato non comparente, poteſt, procedi ad executionem mulctæ in mandato contentæ abſque noua teſtis citatione.*

3 *De formula ſupra tradita, & eius frequentia.*

4 *Vocatus à iudice ſuperiore ſemper cenſetur guidatus, & ita is qui venit ad teſtificandum, cum deciſione Senatus.*

5 *Si is qui fuit vocatus ad teſtificãdum veritatem neget carceribus detruditur, nec ſuffragatur illi guidaticum; quia nouiter deliquit.*

6 *Qui vocatur* non guidatus, nec aſſecuratus *non gaudet ſaluo conductu.*

ANIMADVERSIONES.

1 Pœnalia præcepsa expediri ſolent ex cauſis à iure ſtatutis pro teſtibus cogendis ad teſtificãdum, in quorum expeditione inſpicere debet iudex qualitatem cauſę, atque perſonæ, quæ ſub pœna carceris patiter efformantur.

2 Obiter autẽ, & hic animadvertere cenſui teſte citato non cõparente, inſpecto inobedientiæ modo, illiuſque malitia procedi poſſe ad executionem mulctæ in mandato contentę abſque nova teſtis citatione, ut cum praxi, & obſervantia Regii Concilii adnotavi *deciſ.* 29. *ferò per totam* videndus Regens Calderò *deciſ.* 14. *num.* 40. & rurſus de mulctis egi *hoc vo.um.* 2. *deciſ.* 56.

Formulam tradidi uſu frequentiorem quando ſcilicet Algutzirii inſtruentes proceſſum, in vim cõmiſſionis illis factæ obſtinatos inveniunt, eos quos teſtificari volũt, & dubitant de modo coactionis, tunc enim ſimilia mandata expediuntur. 3

Iudices teſtes poſſunt guidare, ſeu eis ſalvum conductum concedere ut veniant ad teſtificandum Berart *de viſitat. cap.* 3. *nu.* 11. imó vocatus à iudice, præſertim ſuperiori ſemper guidatus intelligitur, ut fuit deciſum in Reg. Criminali Concil. 4. Feb. 1676. me tũc tertiæ Aulæ Adminiſtro, & Iud. Reg. Cur. munus exercente in cauſa F. P.R.C. contra Ioſephum N. Villæ de Ceret Comitatus Roſſilionis, Phyloſophiæ ſtudentem, qui oppoſuit exceptionem malę capturæ ex cauſa guidatci: eo quia Dioniſius Corder Regius Algutzirius ordinarius ipſi dixit, quod unà cũ eo accederet ad domum meá pro negotio, quod volebam cum illo tractare, prout cum effectu ſe contulit, & ſtatim ab ea egreſſus fuit per memoratum Algutzirium captus, dictaque exceptio in illius favorem extitit declarata, & punctim de vocato à Commiſſario Principis quod aſſecuratus maneat Calderò *deciſ.* 27. *num.* 41. ubi plura de guidatico, ſeu ſalvo conductu 4

ctũ, & ſi contrariũ tenuerit Excellentiſſimus Vicecancellarius Creſpi de iure communi *obſeruat.* 113. *à num.* 17. contra practicos noſtros Cancer, Ramon, & Fontanella, quos honorificè laudat, & acriter impugnat.

Vnum non prætermittam, de quo ſtolidos plures ridiculè mirari vidi, nempe quod ſi aliquis fuit vocatus à iudice ad teſtimonium perhibendum, & ipſe neget veritatẽ, quam ſcire ex proceſſus meritis liquet, carceribus mancipari iubetur, quia is delinquit pendente ſalvo conductu, & tunc plecti poteſt pro eo delicto noviter commiſſo, imò & propatratis cum ſcelus patraverit ex propoſito, & nulla nova cauſa interveniente, ex his quæ cõcludit Calderò *deciſ.* 29. *à num.* 2. & in ſpecie, eius, qui vocatur pro ferendo teſtimonio, & veritatem tegit Vicecancell. Don Chriſtophor. Creſpi *d. obſerv.* 113. *num.* 58. qui antea, & benè docet vocatum cum expreſſione nõ *guidatum, nec aſſecuratum* ſalvo conductu non frui.

§. III.

Interpres adhibitus in teſtis depoſitione.

IOannes Baptiſta Paſſerino é Ciuitate Pauiæ, Status Mediolani Oriundus, miles Equeſtris ſocietatis Don Antonij Caſſate Legionis, ſiuè Troço, Don Ioannis Baptiſtæ Calderara Commiſſarii Generalis Equeſtris, ætatis ſuæ pro vt dixit, quadraginta quinque annorum completorum parum plus, vel minus, cognitus à N. qui iurauit, &c & quia dictus Ioannes Baptiſta Paſſerino eſt Mediolanenſis, & eius idioma non intelligitur ab Actuario huius cauſæ: ideò ipſi in actu præſentis depoſitionis fuit datus, & deputatus Interpres Antonius Solella miles equeſtris ſocietatis Nobilis Don Dominici Pinyatelli, qui quidem interpres iurauit de fideliter interpretando.

Et in fine depoſitionis, eaque perfecta, dicens ita: fuit ſibi lectum, & perſeuerauit, præſente dicto Nobili N. Relatore, & etiam præſente Interprete.

Nota quod ultra teſtem debet ſe ſubſcribere poſt eum Interpres.

§. IV.

Renuntiatio teſtis derobati.

TEſtis derobatis niſi ſuo renuntiet intereſſe fidem non facit: ad renuntiandum autem non debet induci, ſed eius libero arbitrio hoc relinqui, & proponi tantum poteſt, an velit renuntiare, ne Iudex illaqueetur, & inſtigator efficiatur, qui ſolus veritatis præſcutator tenetur eſſe, & tunc renuntiatio ſo-

let continuari in fine depositionis sub forma sequenti.

Jo, Senyor, renuncio à tot, y qualsevol interés à mi spectant per rahó del que en la ocasió sobre expressada me robà lo dit N.

1 *Pro depositionibus testium recipiẽdis interpretes interdum adhibentur.*

2 *Vbi interpretum adest copia, duo vocantur, sin minus, vnus, qui in fine examinis se subscribit.*

3 *Testes derobati renuntiantes suo interesse plenè probant, secus si non renuntiauerint.*

Hæc renuntiatio debet esse realis, & cum iuramento apud acta ante depositionem, vel in ipsa.

ANIMADVERSIONES.

1. INterpretes adhibendi sunt pro depositionibus testium interpretandis, qui aliter à testificando repellerentur, advertendum est, quod si plurium interpretum adsit copia duo adhibeantur, sin minus unus, qui in fine examinis, seu interpretationis se subscribere debet, Calderò *decis. 7. num. 24. & 25.* qui ibidem observat adhiberi etiã interpretẽ quando mutus, & surdus, vel qui lingua caret per nutum, & signa attestantur.

Testes derobati qui non renuntiarunt suo interesse nihil probant, post renuntiationem verò testes de facto proprio reputantur, & semoto propter illam interesse probant, Calderò *dec. 16. tota*, ubi examinat an tres ad pœnam ordinariam sufficiant, & *num. 51.* observat renuntiationem verbalem nõ prodesse, sed requiri realem cum iuramento.

§. V.

Furti probandi depositio.

Die vigessima septima mensis Nouembris anno à Natiuitate Domini millessimo sexcentessimo septuagessimo octauo, Barcinone, &c.

NObilis Don Nicolaus de Mesa Barcinone populatus, cognitus à N. ætatis suæ, vt dixit, triginta annorum parum plus, vel minùs, testis citatus, &c. qui iurauit, &c.

Et interrogatus super Curia præuentis, &c.

Dixit: Senyor, lo que jo sé, y puch dir asserca lo que V. m. me interroga es, que jo testimoni estich per Majordom en casa de Don Pedro Corbet Caualler del Orde de Santiago, y abìto com à altre de sa familia en sa casa, que la tè en lo carrer den Gensana de la present Ciutat, prop la plaça de la Blanqueria, y ahir Dissapte que comptauem vint y sis del present, y corrent mes, que seria en-

tre

tre las tres y quatre horas de la matinadà, jo testis me trobaua en la dita casa, y en lo llit, que era vn aposento que es al cap de la escala de dita casa, y estàt en lo llit, ohi la veu del dit D. Pedro Corbet mò amo, segons me apareguè, q̃ cò estaua endormiscat me apareguè era la sua, y ohi diguè Nicolàs, Nicolàs despierta; y jo com estaua tot sonyós me torni à dormir, y al cap de molt poch rato jo testis senti per casa grans crits, y ohi que deyan Jesus que me matan, y à les horas ab dits crits jo me lleui del llit, y tot en camisa, y prengui lo espadì que era en lo aposento ahont tinch dit dormia y cridi que traguessen llum, y del dit aposento men ani à la sala de la dita casa, que trau vn balcó al dit carrer den Gensana, ahont trobi lo dit mon Amo, lo qual viu ab lo claror del llum de vn farol qaey hauia en dita sala, y ab lo dit claror de dit llum viu que lo dit mon Amo tenia molta sanch per la cara de moltas feridas tenia en lo cap, altras als pits, y altras à altras parts de son cos, y jo testis, Don Ioan Campussano, y Don Bartholomè de Aguirre aportarem al dit mon Amo en lo llit, y aposento que dormia y antes de posarlo en lo llit ohi jo que lo dit mon Amo diguè, que se lin hauian aportats dos escriptoris del dit aposento ahont dormia, los quals la mateixa nit quant lo dit mon Amo se posà al llit, jo testis ab lo claror del llum hi hauia en lo dit aposento los hauia vistos, y antes de que posassem en lo llit al dit mon Amo jo me aserqui al balcó, y trobi alli roba blanca prima, com son llàsolls, calçoncillos, camisas, mitjas, y altra roba blanca, vn espadi de plata de dit mon Amo, que tot estaua junt en lo dit balcó fora ja de la paret, lo que retiri dins lo aposento que dormia dit Don Bartholomè, que era vn aposento al costat del que dormia lo dit mon Amo; y à les hores vehent tots que lo dit mon Amo estaua nafrat y tant maltractat que tot rejaua de sanch, me vesti, y men ani en companyia de Ioan Baptista Colatxo lacayo del dit Don Pedro mon amo, aportant ell vn llum encès dins de un farol per anar à cercar vn Cirurgià, y meu anì à trucar à la porta de vn Cirurgià que està casi ol deuant del Hostal den Sigalet, que de dos que ni ha, es lo que està mes cerca del dit carrer del Gensana, y fin lleuar lo dit Cirurgià, lo qual junt ab vn aprenent, ò fadri seu vingueren ab dit Ioan Baptista, y ab mi à la casa de dit mon Amo pera curarlo, y quant forem en dita casa, volent lo dit Cirurgià curar al dit mon Amo, ohi jo que dit mon Amo diguè, que antes de curarse volia confessarse primer, com en efecte ho feu, y despres de confessat, lo dit Cirurgià curà lo dit mon amo de las feridas tenia, que me apar eran onze, ò dotze; y alli entengui à dir à altres de la familia de dit mon Amo, que en lo mateix aposento del balcò hauian trobadas dos pistolas de fundas guarnidas de llautó, vna daga, vna capa de bayeta negra, vna montera de vellut negre, y vna daga, ó punyal llarch, y vna sabata, que ohi digueren se era trobat debaix del dit balcò en lo dit carrer, y jo despres volgui veurer las ditas pistolas, dagas, montera, capa, y sabata, y ho viu

Ratio testis deponẽtis de gestis noctis tẽpore.

Allegatio aliorum in contestes.

Exclamationes.

Præexistentia rerũ futurarum.

Repertura rerum furis in domo derobati.

que

que estaua recullit dins lo dit aposento de dit Don Bartholomè de Aguirre, y entri en ell, y ab lo claror de vn llum quey hauia regonegui, y miri las ditas dos pistolas, y viu que los canons de aquellas eran de llargaria de dos palms y vn quart, ab panys de xispas Castellanas, ab vna anelleta quiscu per alsar los gallets, guarnida la culata ab tres pessas de llautó entretallat, y grauat à modo de flors, y entre la maneta, y desparador viu hi hauia vna pessa de llautó entretallada, y grauada, à la cua del canó vna pessa de llautó à modo de flor entretallada, y grauada, lo bocal, y dos portauaquetas de llautò grauat, y sota dels caragols que caragolan lo pany ab lo ensep vna estela de llautó grauada à quiscu, ab lo ganxo, y maneta de ferro, y ab lo ensep de fusta de noguera ab sas sapatillas de escarlata, y la vna daga viu era de llargaria de palm y quart, de mitg en auant casi quadrada ab lo manech de banya ochauat, y la altra daga viu era de llargaria vn palm y tres quarts, ab lo manech de banya de cervo, ab vna plāxeta de ferro al cap del manech la qual daga de mitg en darrera de la fulla viu estaua tota rallada per la part de desobre, la capa viu era de bayeta del conxer ab sa alamara, y à cada costat de la gira viu hi hauia sis botons assentats sobre llista à modo se sarrell, y à cada costat de la mateixa capa di vuit botons assentats axi mateix sobre llista á modo de sarrell, y la mōtera viu era de vellut negre ja vsada, forrada dins de bayeta, y las alas de tafatà negre, y vna sabata de cuyro negre de dos solas picada á la punta, y axi mateix picada â cada costat de la costura del talò: Y las pistolas, dagas, capa, montera, y sabata que V.m. ara de present me ensenya, dich, Senyor, que son las mateixas pistolas, dagas, capa, montera, y sabata que jo viu en dit aposento, que ohi digueren se era trobat, ço es las pistolas, la vna daga, la capa, y montera en lo dit aposento del balcó; y la daga y sabata que se era trobada debaix del balcò en lo carrer: dientho de dos pistolas de llargaria, los canons de dos palms y quart, ensepadas de fusta de noguer, ab las culatas de pistolas de fundas, ab tres pessas de llautò entretallat, y grauat à modo de flors á quiscuna de ditas culatas, y á la cua del canò altra pessa de llautò entretallada, y grauada á modo de flor, entre la maneta, y desparador altra pessa de llautò entretallada, y grauada ab lo bocal, y dos porrauaquetas de llautò grauat à quiscuna, y sota dels caragols que caragolan lo pany ab los ensеps dos pessetas de llautò grauadas à modo de vna estela, panys Castellans ab vna anella per alsar lo gallet à quiscuna, manetas, y ganxos de ferro ab sas sapatillas de escarlata forradas de tafetà color de sofre, ab vn floquet de seda vermella al darrera de la sapatilla del gallet, y altre floquet també de seda vermella al darrera de la çapatilla tras del pany, y al rededor de las ditas çapatillas està cusit ab fil de plata falsa; y de vna daga de llargaria de palm, y quart estreta de mitg en denant de la fulla casi quadrada ab son manech de banya ochauat; de altra daga de llargaria

[Identitatis rerū repetitarū in domo debiti demonstratio, oblēdendo ea testibus designata.

garia de palm y tres quarts ab lo manech de banya de ceruo, y al cap del manech vna planxeta de ferro, que de mitg en darrera la fulla està rallada; de vna capa de bayeta del conxer ab sa alamara, sis botons á cada part de la gira assentats sobre vna llista à modo de sarrel, y à cada part dels costats de la capa dihuyt botons à quiscuna, axi mateix assentats sobre vna llista com del costat de la gira; de vna montera de vellut negre vsada, forrada de vayeta negra, ab las alas forradas de tafatà negre; y de vna sabata negre de dos solas picada à la punta, y al darrera à cada part de la costura del taló: y lo que tinch dit es la veritat, per lo jurament que tinch prestat.

Nicolas de Mesa.

Fuit sibi lectum, & perseveravit præsente dicto Magnifico Relatore N.

§. VI.

Die vigessima octaua mensis Nouembris anno à Natiuitate Domini milleſſimo sexcenteſſimo septuageſſimo octauo, Barcinone, &c.

NObilis Don Nicolaus de Mesa Barcinone populatus, cognitus à N. ætatis suæ, vt dixit, triginta annorum parum plus, vel minùs testis citatus, &c. qui iurauit, &c.

Et interrogatus super Curiæ prænentis, &c.

Dixit: Senyor, asserca lo que V.m. me interroga, jo ja deposi deuant de V.m. lo dia de ahir Diumenge, que comptauem vint y set del present, y corrent mes, y axi demano que la deposició fiu à les hores sem sia llegida, al qual encontinèt per lo Notari auall escrit se li es estada llegida la dita sua deposició, y aquella llegida y per ell segons dix ben entesa, dix: Senyor, tot lo que està posat en la dita ma deposició que ara de present mes es estada llegida, es molta veritat, y en lo que dit y aquella estich, y perseuero; y ajustàt à aquella dich, Senyor, que vuy dia present á cosa de mitg dia poch mes, ó manco, trobantme jo testimoni en cõpanyia de Don Barthomeu de Aguirre, y de Don Ioan de Harauetyta en lo aposento ahont dorm y està en lo llit ferit Don Pedro Corbete mon amo, he ohit q̃ lo senyor Marques de Santa Cruz que estaua alli de visita ha entrat à conuersar asserca del robo, que tinch referit en ma primera deposició, feren en casa de dit Don Pedro alguns lladres, y he ohit que dit Don Pedro feya grans exclamacions, y quexas, y he ohit ha dit, que de dins dels dos escriptoris que se li han auian portat de aquella cambra hi tenia, y sen auian aportat cinch relorges de faltriquera, dos sortijas de amatistas, dos pa-

Testis addentis primæ depositioni repetitio.

Exclamãtiones derobati.

Rerum furtarũ existentia ante furtum in domo derobati.

parells de botons de diamants, y turquinas que dit D. Pedro las comprá en Napols per preu de trenta ducats de aquella moneda, que son deu reals de plata cada ducat, lo que sè jo testimoni molt be, perque dom los diners; y també he vist à dit, hi tenia algunas sortijas de diamants, vna venera de diamants, y altras alajuelas, las quals cosas si be jo testimoni no las hauia vistas totas en dits escriptoris, judico, y tinch per cert hi eran, perque jo testimoni sabia molt be, que dit Don Pedro tenia ditas cosas, per hauerlashi vistas en diferents vegadas, y no las podia tenir tancadas en altra part que en dits escriptoris, perque jo testimoni tinch las claus de tota la demès roba, plata, or, y demès cosas y també dos rellotges de faltriquera que tenia sobre dits escriptoris, á mes dels cinch que hauia dit tenia tancat dins dells: y he obit que dit senyor Marquès de Sāta Cruz li ha preguntat si los dits rellotges, y demès cosas que dits lladres se lin hauian portat, valian las cinquanta doblas que li hauian demanat; y he obit que dit Don Pedro ha respost, quen valian mes de cent. També dich, Senyor, que jo testimoni en companyia de dit Don Bartholomé de Aguirre me trebaua acompanyant á dit Don Pedro Corbete en la Ciutat de Sahona del Genouesat, ara quant vingueren de Italia ab las Galeras de Espanya, y viu que dit Don Pedro comprà cinch rellotges de faltriquera, y viu ne pagá trenta vna ó trenta dos doblas, y de dits rellotges, lo vn era vn rellotge dels que dit Don Pedro tenia sobre dit escriptori, que jo testimoni per hauerlo vist moltas vegadas en dit puesto lo conexia molt be, y los altres quatre eran dels cinch que ha dit Don Pedro tenia dins dit escriptori, junt ab altre rellotge que li hauia donat lo senyor Marques del Carpio en Roma, lo qual hauia vist jo testimoni diferents vegadas en mans de dit Don Pedro mon amo, com també los altres, que era vn relotge molt curiós, que sens donarli corda va en apretar vna molla, que es fabrica extraordinaria, y també rellotge de faltriquera; y lo altre relotge que tinch referit que estaua sobre del escriptori junt ab vns dels que comprà en Sahona, era vn relotge que comprà en Napols, que era de vn mestre ques deya Rugiero, y dits dos relotges que eran sobre dits escriptoris, los hauia vist jo testimoni diferents vegadas en dit puesto: y despres quant dit senyor Marques de Santa Cruz es estat fora, he dit jo testimoni à dit Don Pedro mon amo, si tenia en dit escriptori vn relotge de porsellana guarnit de diamants, que era cosa de molt valor, que judico jo testimoni valia cent doblas poch mes, ò menos, quel tenia guardat per lo que se li podia oferir, y li he fet memoria de que en Napols lo entregà à Don Francisco Çauariego, que es home de negoci de aquella Ciutat; y he obit me ha respost que també lay tenia, y que ab la confusiò no sen era recordat, fins que jo lin he fet memoria. I també dich, Senyor, que regonegnda dita casa, y la roba ques trobà en lo balcò, y per la sala, viu jo testimoni que faltaua també vn de dits dos candeleros de plata, vnas estisoras de espaulat de

pla-

plata,y lo dit ſello de plata, las qual coſas la nit antes hauia jo teſtimoni ꝛviſtas en dita caſa ab lo claror del llum hi hauia encés ; y lo que tinch dit es la ꝛveritat, per lo juramẽt que tinch preſtat.

Nicolas de Meſa.

Fuit ſibi lectum,& perſeveravit præſente dicto Magnifico Relatore N.

§. VII.

Memoriale rerum furntatum teſtibus oſtendendum.

Memorial de algunas alajas de las ques robaren lo dia 26. de Nohembre prop, paſſat del corrent any 1678. de las caſas del Noble Don Pedro Corbete-Caualler del Orde de Santiago.

PRimo, ꝛvna capſa de fuſta pintada.

Item, dos arrecadas de olor guarnidas de fil, y grana de plata.

Item, dos arrecadas à modo de pomets guarnidas de or, en las quals ſe troba, ço es, à la ꝛvna ꝛvna M, y à la altra ꝛvna E. grauadas.

Item, quatre parells de botons de or ab pedras turqueſas, y diamantons, los dos parells mes petitons que los altres dos.

Item, dos llaſets de or de fil, y grana de ꝛvna ꝛvenera.

Item, ꝛvuyt medallas guarnidas de fil, y gra de or.

Item ꝛvna Creu gran de Carauaca de plata, à la ꝛvna part ꝛvna noſtra Senyora de la Concepciò y à la altra ꝛvn Sant Chriſto de relleu.

Item, cent quaranta nou anellets de plata, dits cintas, grauadas ꝛvnas lletras que diuhen Santa Agatha.

Item, tres Imatges de Sant Chriſto ab ſas Creus, y anelletas de plata.

Item, tres medallas de llautò, &c.

§. VIII.

ligiò de Sant Ioan de Hierusalem del Regne de Aragó, que sia manat à Thomas Lluscá Parayre ciutadá de Barcelona, preste son consentiment, perque dits elets, y Procurador de dita Religió, pugan rebrer, y cobrar de poder de Cornelio N. de Çaragoça, y de Isidro Duran de Taruel, vnas saques de llana, que estàn en son poder, ques diu foren denunciadas per dit Lluscà, com à bens de dit Gabriel N. prenent per motiu, que dits elets, y Religió estàn entre si concertats; è com la veritat del fet sia, que las saques de llana, que per medi de dit Lluscà, se compraren en Aragó de dit Duran, ò ab factoria de aquell, no eran totas de dit Gabriel N. ni de diners de aquell, perço que molta part de aquells eran, y son desta part de dit Vicens Marti, y de sos propris diners, fins à la summa de mil y sinchcentes lliures, que dit Vicens entregà, y feu entregar realment, y de comptans à dit Lluscà, per efecte de llanas, com consta per vna certificatoria, feta de ma propria de dit Lluscá, en Barcelona als 14. de Iuny 1628. ab la qual regontix la bona fe, que las mil sinchcentes lliures tenia en Aragó, en poder de dit Duran, eran de dit Vicens N. y que dit Lluscá, noy tenia sino sols lo nō, y que perço era content, que la quantitat de las llanas, que ab dits diners se eran comprades de dit Duran serà remesa per terra, ó mar, assi en Barcelona à dit Vicens N. y à son arrisch y perill, com llargament consta ab dita escriptura, la qual se exhibeix vt ecce, pera que sia verificada; de hont, y altrament consta, que si be inseguint dit Duran, lo orde que tenia de dit Lluscà de remetrar, y encaminar ditas llanas à la present Ciutat, ne feu aportar, y posar en poder de dit Cornelio N. de Çaragoça doscentes sinquanta quatre saques que dit Lluscá ha denunciadas. Empero ditas saques, ò llanes nos pot dir fossen de dit Gabriel N. sino de dit Vicens N. aqui se remeteran à la present Ciutat, ó saltim nos pot dir fossen mes de dit Gabriel N. que de dit Vicens, sino promiscues, attes majorment que anauen senyaladas ab lo senyal de dit Duran, y Lluscà de qui te dit Vicens N. dita regonexensa, y per conseguent las llanas, que vuy se troban en esser segrestadas, en poder de dit Cornelio N. ó altre qualseuol per esser com son de dit Vicens N. saltem pro concurrenti quantitate de ditas mil sinchcentas lliuras se han de donar, y lliurar à dit Vicens N. y no à dita Religió, y elets. ni á ningù altri. Perço, y altrament opposantse dit Vicens N. en lo millor modo, que pot à dita causa demana, y suplica no esser donat lloch à la pretenció de aquells, ni que sia manat à dit Lluscà, preste consentiment algùen son fauor, com fer nou puga en prejudici desta part, pus no te sino lo nom en dita llana, ansbe, que no sia res innouat fins que dit Vicens N. haja rebut sas llanas, fins à la concurrent quantitat de ditas mil sinchcentas lliuras, ò lo que per sa part tocarà dissentint en tots los actes, procehiments en contrari fahedors, protestāt tant contra dit Lluscà, com dits elets, y altres qual-

seuol

seuol de tots danys interessos, y despesas, y de tot lo licit, &c. Attes majerment, que dit Duran falli, y morì, y que cumpliment de justicia sia ministrat lo Offici, &c.

Altissimus, &c.

N.

Remitatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nob. Reg. Cancel. die 16. Martii 1630. Barcin.

Payssa.

Recepta d.d. & anno inserantur in processu unà cum exhibitis, & int.

Vinyola.

Per Guillermum Solet Regium Portarium d.d. dict. Llulcà, & etiam intim. aliis.

Cui supplicationi fuit contradictum quoad verificationem scripturæ factæ per dictum Llulcà, & die 13. Maii 1630 fuit prouisum prout sequitur.

9.

Provisio Iudicis.

Die 13. Maii 1630. Visa supplicatione oblata 16. Martii 1630. per Vincentiũ Marti, & in ea contentis super verificatione Chirographi per dictum Marti, in & cum dicta supplicatione exhibiti causis, & rationibus in ea contentis ad quam fit, & habetur relatio. Visis scedulis, & deductionibus per partes respectiuè oblatis, & aliis videndis Visis, meritis processus attentis, & aliàs prouidet, quod super verificatione dicti Chirographi recipiatur depositio Thomæ Llulcá, & quod de dicto Chirographo, & depositione dicti Llulcà, postea suo loco, & tempore habeatur ratio qualis de iure habenda erit, & int.

Vinyola.

Per Guillermum Soler Reg. Portarium fuit d.d. int. d. Llulcá, & aliis.

10.

Posteà per mortem dicti Vincentii Matti fuit oblata supplicatio per Eulaliam Riera, uti hæredem dicti Marti opponendo se causæ.

Excellentissime Domine.

PEndente hac lite indecisa decessit sicut domino Deo placuit Vincentius Marti agens in præsenti iudicio relicta sibi hærede vniuersali Eulalia Riera, & Marti illius sorore. Ideò dicta Riera opponens se præsenti causæ, & illius prosequutioni supplicat dictam oppositionem admitti & ad vlteriora in causa procedi, & iustitiam sibi fieri, & ministrari omni meliori modo, & qui comparet suum exhibet mandatum, & clausulam vniuersalem hæreditariam

riam teſtamenti dicti Marti, & obitum illius, vt inſerantur ſi, & quatt. &c. Offic. &c.

Altiſſimus, &c.

N.

Remittatur Relatori cauſę qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Proviſa per Nob. Reg. Cancel. die 3. Februarii 1631. Barcin*ę*

Payſſa.

Recepta d.d. & anno inſerantur exhibita, & intimetur.

Vinyola.

Per Guillermum Soler Reg. Portar. fuit int. d d. & anno d. Lluſcà, & aliis.

11.

Denique fuit oblata ſchedula pro parte dictorum electorum, & procuratorum Caſtlani de Ampoſta, ut ſequitur.

PRoceſſum portari, mandari poſtulat hec pars, & cauſam expediri, & iuſtitiam in fauorem huius partis omni meliori modo, & prot &c.

N.

Vigeſſima ſecunda Februarii 1631. Viſo proceſſu providebitur, & int.

Vinyola.

Per Guillermum Soler Reg. Portarium fuit int. d. d. d. Lluſcà, & aliis.

12.

Sequitur Regia Proviſio.

DIE 30. Maii 1631. Viſa ſupplicatione oblata per Nob. Ioannem Camps, Damianum Ioannem Reguer, Franciſcum Palau, & Petrum Fernandum de Gauara, electos adminiſtratores bonorum Gabrielis Miret, & per Ioannem Sinient procuratorem Nobilis Hieronymi de Bardaxi Religionis Sancti Ioannis Hieroſolimitanen. & Caſtlani de Ampoſta 13. Martii 1630. qua ſupplicant Thomæ Lluſcà paratori mandari, quod ſuum præſtet conſenſum ad effectum leuandi, accipiendi lanas ſacas quas de pecuniis dicti Miret denuntiauit Regia Curiæ emiſſe, & eſſe in poſſe Cornelii Tries Ciuitatis Ceſaraugaſtæ, & Iſidori Duran Ciuitatis de Taruel Regni Aragonum cauſis, & rationibus in dicta ſupplicatione contentis ad quam ſit, & habetur relatio. Viſa ſupplicatione oblata 16. Martii dicti anni 1630. per Vincentium Marti petentem lanas predictas in poſſe dictorum Tries, & Duran repertas vti emptas ex mille, & quingentum libris per dictum Marti datis dicto Lluſcà ad effectum emendi lanas in dicto Aragonum Regno, & pro quantitate dictarum 1500ll ſibi dicto

cto Marti dandas, & liberandas esse, & sic prætensis per electos administratores bonorum dicti Miret, & per dictum Synient dicto nomine respectu dicti Lluscà locum non esse, vt hæc & alia in dicta supplicatione continentur ad quam fit, & habetur relatio. Visis scedulis, & deductionibus per partes respectiuè oblatis, & visa supplicatione per Petrum Ioannem Barres consilicum procuratorem Eulaliæ Riera, & Marti oblata 3. Februarii 1631. qua opponens se causæ prædictæ ob mortem dicti Vincentii Marti, & tanquam hæres illius supplicat dictam oppositionem admitti ad vlteriora in causa procedi, & iustitiam ministrari. Visa prouisione sequuta, viso infrascriptro obitu dicti Marti de quo fidem facit Simeon Termens presbyter, & alter ex archiuariis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Mari 27. Ianuarii 1631. Viso testamento dicti Marti facto in posse Francisci N. Nott. pub. Barcinonæ 25. dictorum mentis, & anni cum clausula institutionis hæredis in fauorem dictæ Riera, & Marti: Visa potestate per dictam Riera, & Marti dicto Barres concessa in posse, Ioannis Farriol Nott. ciuis Barcinonæ 10. Aprillis 1631. Visa potestate dicti Ioannis Synyent penes Onufrium Personada Nott. pub. Barcinonæ 8. Iunii 1628. visis actis, & instrumentis per partes respectiuè exhibitis, & signanter Visa cautione præstita per dictos electos administratores bonorum dicti Miret in posse Petri Terrades Not. & præsentis causæ scriba 23. Augusti 1628. & aliis videndis visis meritis processus attendendis atteatis, & maximè attenta dicta cautione præstita per dictos electos administratores bonorum dicti Miret, quæ impugnata non fuit, & aliàs facto verbo in Regio Concilio prouidet quod pro nunc & donec aliter sit prouisum, & sine præiuditio iurium, & prætensionum partium mandetur prout cum presenti mandat dicto Thomæ Lluscà quod consensum ab eo per dictos electos administratores bonorum dicti Miret, & per dictum Synient dicto nomine petitum præstet ad effectum leuandi, & accipiendi dictas lanas in dicto Regno Aragonum, & in posse dictorum Tries, & Duran existentes, & quod pro his fiani mandata litteræ, & prouisiones oportunæ iuxta Regiæ Curiæ stylum, & intim. &c.

Vinyola.

1 *De fallitis, & decoctoribus qui egerint & num. 2.*

3 *Quod tempus decoctioni proximum dicatur, & an decoctor, vel decoctioni proximus possit transigere remissiuè.*

4 *Num decoctor confiteri, vel scripturam recognoscere valeat remissiuè.*

5 *Distributio pecuniæ inter creditores decoctorum an sit facienda per iudicem ciuilem, vel criminalem.*

ANIMADVERSIONES.

1 PLura de fallitis, & decoctoribus edisserit Regens D. Michael de Cortiada *decis.* 70. *tota*, & *á nu.* 50. praxim Cathaloniæ describit circa modum procedendi contra hos decoctores, & fallitos cum Mieres *in curia Gerundæ Regis Iacobi* 2. *p.* 1. *column.* 4. *cap.* 13. *num.* 6. *fol.* 232. Fontan. *decis.* 242. *num.* 9. & 15. *p.* 1. sed in formulis prę inſertis uberiùs obſervata comperies, vide tot. titulum *de abatuto in* 1. *volum.* & *ſignanter conſtitut.* 6.

2 De hoc delicto paritet pertractatunt Franch. *decis.* 50. Vela *diſſertat.* 38. *à num.* 76. Riccius *p.* 4. *collectan.* 1432. Regens Matthæu *de re criminal. controu.* 39. Bolero *in integro tract. de decoct. debitor. fiſci.*

Quod tempus decoctioni pro- 3
mum dicatur Carleval *de iudic. tit.* 1. *diſput.* 6. *á num.* 30. Valeron *de tranſact. tit.* 4. *q.* 8. qui diſquirit an decoctor, vel decoctioni proximus poſſit tranſigere in præiudicium creditorum, vel ab eis inducias petere.

Similiter inveſtigat Iul. Capon. *to.* 4
2. *diſcept.* 100. num decoctor confiteri, vel ſcripturam recognoſcere valeat.

Non obliviſcar quæ *deciſ.* 8. *nu.* 5
54. tetigi de diſtributione pecuniæ inter creditores decoctorum, an ea ſit facienda per iudicem civilem, ut voluit Cortiada citatus, an vero per criminalem, favent huic quæ de incidentia ibi ſtabilivimus, niſi finita eſſet omnino cauſa criminalis, ex his quæ firmavi ſupra *deciſ.* 60. *n.* 36. ubi alia ad intentũ.

§. III.

De Officiali Regio citando ſupplicatio.

1.

Excellentiſſime Domine.

QVia ex informatione recepta conſtat N. Subvicarium præſentis Ciuitatis Barcinonę eſſe delatum, & inculpatum de homicidio per ipſum commiſſo inter quintam, & ſextam horas poſt meridiem die Martis proximè præteritæ, propé Eccleſiam Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, in perſonam Ioſephi Caſanovas tornerij, cum vellet illum capere, & Regiis carceribus mancipare: Ideò, & aliàs Fiſci Procurator Regiæ Curiæ, ſupplicat dictum N. citari, mandari, quatenus intra certum tempus ſub aliqua metuenda pœna compareat corã veſtra Excellentia, & Regio Concilio, ad dandum rationem de quibus imperitur, & pro his de litteris citatoriis prouideri, & in omnibus iuſtitiæ complementum miniſtrari, iuribus Fiſci ſemper ſaluis. Offic. &c.

Altiſsimus, &c.
N Fiſci Aduocatus.

Re-

Remittatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debite provideat.

Proviſa per Nob. Regentem Cancel. die xx. Martii 1677. Barcinone.

2.

Pro Officialibus Regii citatione proviſio.

REcepta dictis die, & anno. Inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet, quod N. Sub-vicarius Barcinonę citetur quatenus infra decem compareat coram ſua Excellentia & Regio Concilio rationem redditurus de his, de quibus impetitur ſub pœna mille librarum, & pro his fiant, & expediantur litteræ, cartella, & aliæ prouiſiones opportunæ iuxta R. Curiæ ſtylum.

N.

Vigore, &c. De part, &c. Fuit expeditum cartellum directum N. Subvicario Barcinone, præſentatum, & notificatū die vigeſſima tertia prædictorum menſis, & anni N. Subvicario præſentis Civitatis Barcinonę, & propter eius abſentiam dimiſſa copia eius uxori perſonaliter repertę intus domum ſuæ propriæ habitionis quā fovet, in vico dels Bous præſentis Civitatis inter undecimam, & duodecimam horas antè meridiē, & reſpondendo dixit, *que no ſabia ahont anarlo à trobar*, per Antonium Corrada portarium Regium, ſic referentem.

3.

Pro Officialis Regii Latitantis citatione voce præconia ſupplicatio.

Excellentiſsim Senyor.

DE orde de V. E. y per prouiſiò feta en lo Real Concell, ſe ha fet manament à N. Sotſ-veguer de la preſent Ciutat de Barcelona, que dintre deu dias comparega deuant V. E. y Real Concell, à donar rahò dels delictes de que eſtà culpat en la Regia Cort ſots pena de mil lliuras: I com lo dit N. ſe ſia auſentat, y vaja latitant per diferents Llochs del preſent Principat, com conſta de la informació rebuda, que ſe exhibeix vt inſeratur; y axi no ſe puga preſentar dit mandato perſonalment. Perçò, y altrament lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort à V. E. ſuplica ſia de ſon ſeruey manar, que lo dit N. Sotſ-veguer ſia citat voce præconia per lo ſobredit efecte, y que perçó ſia prouchit de cridas, y altras prouiſions eſtiladas, los drets Fiſcals ſempre ſaluos, y que en tot li ſia juſticia miniſtrada. Offic. &c.

Altiſſimus, &c.

Vt. N. Fiſci Aduocatus.

Remittatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debitè provideat.

Proviſa per Nob. Regentem Cancel. die xxiiij. Martii 1677. Barcinone.

4

Proviſio de citando voce p̃ æconia Officiali Regio latitante.

REcepta dictis die, & anno. Inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet quod inferantur producta, & quod dictus N. Sub vicarius Barcinone citetur, quatenus infra decem compareat coram ſua Excellentia, & Regio Concilio rationem redditurus de his, de quibus impetitur ſub pœna mille librarum, & quod pro his expediantur præconia petita, & alia prouiſiones opportuna iuxta Regiæ Curiæ ſtylum.

N.

5.

Præconium pro citando Officialio Regio latitante.

ARa ojats tothom generalment queus notifican, y fan à ſaber de part del Excelentiſſim Senyor Alexandro Farneſio Princep de Parma de la inſigne Orde del Tuſon, Llochtinent, y Capità General en lo preſent Principat de Cathalunya, y Comptats de Roſſellò y Cerdanya, y Capità General del Real Exercit de dit Principat. Que com N. Sotſveguer de la preſent Ciutat de Barcelona ſia eſtat deuant ſa Excelencia per lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort impetit, y acuſat de alguns crims, y delictes per ell comeſos, y perpetrats, y perçó ſe ſia ocultat, y abſentat. Per tant ſa Excelencia, volent procehir contra aquell, conforme es diſpoſat de juſticia, inſeguint la prouiſio feta ab concluſió del Sacre Real Conſell, per lo Magnifich y Amat Conſeller de la Real Mageſtat lo Doctor N. Iutge de la Regia Cort, inſtant, y humilment ſuplicant lo dit Procurador Fiſcal de la Regia Cort. Ab tenor, y veu de la preſent publica crida cita, y amoneſta al dit N. Sotſveguer de Barcelona, que dins deu dias primers vinents del dia de la preſent publica crida en auant immediatament comptadors, comparega, y haja comparegut perſonalment deuant de ſa Excelencia, y Real Conſell en la preſent Ciutat de Barcelona pera reſpondrer, y dar rahò à las coſas de las quals per lo Procurador Fiſcal es eſtat impetit, y acuſat, ſots pena de mil lliuras moneda Barceloneſa, ſino comparexerà dins dit termini; y altrament ſe procehirà contra de ell, ſegons de juſticia ſerà trobat eſſer fahedor, ſa abſencia en res no obſtant, mes contumacia exigint. E perque las ditas coſas ſian à tothom notorias, y de ellas nos puga ignorancia allegar, mana ſa Excelencia eſſer feta, y publicada la preſent publica crida per los llochs acoſtumats de la preſent Ciutat de Barcelona, y altras Ciutats, Vilas y Llochs de dit Principat, y Comptats, ahont meneſter ſia.

Alexandro Farneſio.

Vt. N. Regens. *Vt. N. Fiſci Aduoc.*

Vt.

Vt. N. Regens Theſaurariam. *Vt. N. Iudex.*

Balthazar Oriol, & Marcer.

In firmarum, & obligationum primo, fol. CC L xij.

Se es feta, y publicada la pretent publica crida per los llochs acoſtumats de la preſent Ciutat de Barcelona ab tenor, y veu de dos trompetas per mi Ioſeph Saurina Corredor, y trompeta Real, vuy als 26. de Mars 1677.

Ioſeph Saurina.

Accuſatio prima contumatiæ contra Officialem Regium.

Excellentiſsime Domine.

ACcuſat contumatiam Fiſci Procurator Regiæ Curiæ aduerſus, & contrà N. Sub-vicarium Barcinone legitimè voce præconio citatum, & non cõparentem; & ideò exhibendo dictum præconium, & illius publicationem, quæ inſerantur, ſupplicat ad vlteriora procedi, & in omnibus juſtitiæ complementum fieri, & miniſtrari, quæ licet, &c. Offic. &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus.

Remittatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Proviſa per Nob. Reg. Cancel. die 5. Aprilis 1677. Barcin.

N.

Proviſio accuſationis primæ contumatiæ contra Officialem Regium.

REcepta die ſexta prædictorum menſis, & anni, facto verbo in Regio Conſilio, prouidet, quod accuſata contumatia ſi, & in quantum, inſeratur in proceſſu vna cum exhibitis, & intimetur.

N.

Quæ fuerunt intimata, & notificata dicto, & eodem met die dicto N. mediante tilleto dimiſſo eius uxori inter tertiam, & quartam horas poſt meridiem ipſius diei per Antonium Cortada portarium Regium, ſic referentem, & relationem facientem.

Poſteà non comparente Officiali accuſantur duæ aliæ contumatiæ ea forma qua expreſſimus, *Tit. 6. §. 1.*

6.

Pro executione decernenda contra Officialem Regium non comparentem ſupplicatio.

Excellentiſſim Senyor.

AB prouiſio Real, feta als vint del mes de Mars proppaſſat, per lo Magnifich N. Iutge de la Regia Cort, precehint concluſiõ feta en lo Real Conſell

ſell lo mateix dia, ſonch prouehit que N. Sotſveguer que ſonch de la preſent Ciutat fos citat, perque dins deu dias comparegues deuant V. E y Real Conſell pera donar rahò de las coſas, y del que eſtaua impetit, y acuſat en la Regia Cort, ſots la pena de mil lliuras moneda corrent en Barcelona; en força de la qual prouiſiò als vint y tres del mateix mes ſonch deſpedit cartell de citació, y aquell intimat lo mateix dia per Antoni Cortada porter Real à la muller de dit N. que ſonch trobada en la caſa de ſa propria hobitaciò, que la te en lo carrer del Bou de dita Ciutat, entre las onze, y dotſe horas de mitg dia, com apar de la relaciò feta per dit porter en lo preſent procès, y per no trobarſe dit N. en ſa caſa, y hauer dit dita ſa muller que era auſent de la preſent Ciutat, com apar de la dita relaciò, ſonch citat dit N. voce preconia ab cridas deſpedidas, y publuadas als vint y ſis de dit mes de Mars, en força de altra prouiſió per lo dit Magnifich Relador feta lo dia de vint y quatre del mateix mes, manantli que comparegués axi mateix perſonalment deuant de V. E. y Real Conſell dins deu dias, ſots la mateixa pena de mil lliuras à donar rahó, y ſatisfer à las ſobreditas coſas, de las quals inſtant lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort eſtà impetit; altrament paſſat dit termini ſe procehirà contra dit N. de la manera que de juſticia ſeria trobat fahedor, com apar de ditas cridas, y relaciò feta de la publicació de aquellas per Ioſeph Saurina corredor, y trompeta Real de la preſent Ciutat, de las quals y de dita relació apar, y conſta en lo preſent proces, y per no hauer comparegut lo dit N. dins lo ſobredit termini, lo dit Procurador Fiſcal ab ſuplicacions donades als deu, y vint y vuyt dias del mes de Abril reſpectiuè proppaſſat, ha acuſada la contumacia contra dit N. E com del mateix proces reſulte que los terminis ſe han prefigits al dit N. peraque comparegues deuant V. E. y Real Concell ſon mes que paſſats, y no conſta que dit N. haja comparegut perſonalment com li es eſtat manat, com ha contumàs, è inobedient ha incidit en la pena de ditas mil lliuras à ell impoſadas en la dita citació. Per lo que, y altrament lo dit Procurador Fiſcal reprodubint los ſobredits cartells, cridas, y relacions, y demés procehiments fets, vt ecce inſerantur, ſuplica ſia feta, y decernida execuciò riguroſa contra los bens de dit N. per la pena en que ha incedit de ditas mil lliuras, y per las deſpeſas fetas, y fahedoras ſegons lo eſtil de la Regia Cort, y conforme à deutes Reals, y Fiſcals es acoſtumat fer; y perçò que ſian feetas, y deſpedidas las prouiſions, y comiſſions oportunas Offic. &c. Et licet, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus.

Remittatur Relatori cauſę qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Proviſa per Nob. Reg. Cancel. die 6. Maii 1677. Barcin.

N.

Exc-

7

Executionis proviſio contra Officialem Regium non comparentem.

RECepta dictis die, & anno. Viſa ſupplicatione die præſēt oblata pro parte Fiſci Procuratoris Regiæ Curiæ in effectu ſupplicātis executionē fieri contra perſonā, & bona N. olim Subuticarii Barcinonæ, attēto quod dictus N legitimè citatus, & requiſitus non comparuit coram ſua Excellentia, & Regio Conſilio, rationem redditurus de his de quibus impetitus exiſtit, vt ei fuit mandatum ſub pœna mille librarum diebus vigeſima, & vigeſima quarta Martii proximè elapſi, prout in debitis Fiſcalibus, vt hæc & alia latius in dicta ſupplicatione continentur ad quam ſit relatio: veſis citationibus, & præconis cum eorum relationibus, & publicationibus reſpectiuè: Attento conſtat dictum N. prout decet citatum & requiſitum non comparuiſſe intra terminum ei præfixum, vt tenebatur: Idcirco, & aliàs inſequendo concluſionem in Regio Conſilio factam prouidet, quod fiat executio in perſona, & bonis dicti N. prout in debitis Fiſcalibus pro quantitate mille librarum monetæ Barcinonæ, & pro expenſis factis, & juſtè faciendis, iuris ordine in exequendo ſeruato, & pro his expediantur litteræ, prouiſiones, & commiſſiones opportunæ iuxta ſtylum.

N.

Vigore, &c. Fuerunt expeditæ litteræ.

TIT. VII. DE PROVIDENDA CAPTVRA REORVM.

1.

EGO T. Gratis, &c. per firmam, validam, ac ſolemnem ſtipulationem, ac ſub pœna, & iuramento infraſcriptis conuenio, & bona fidè promitto Excellentiſſimo Domino Locumtenenti, & Capitaneo Generali præſentis Cathaloniæ Principatus, ac Regiæ Curiæ, ac aliis curſa interſit licet abſentibus, &c. Et Not. &c. Quod ſeruabo arreſtum per totam præſentem Ciuitatem Barcinonæ. Et ab non exibo, nec recedam abſque licentia, & permiſſione dicti Excellentiſſimi Domini Locumtenentis, & Capitanei Generalis, & Regii Conſilii ſub pœna 1000 ℔ Regiis inferendarum arcariis, necnon etiam promitto quod quotieſcumque verbo, vel in ſcriptis requiſitus fuero in domo T ſita in vico vulgariter nuncupato T. præſentis Ciuitatis me mittam, & ponam intus Regios Carceres dictæ Ciuitatis, ſub dicta pœna 1000 ℔ dictis Regiis arcariis inferendarum, & prædicta omnia, & ſingula reſpectiuè attendam, complebo ſine dilatione, &c cum promiſſione de reſtituendis miſſionibus, ſumptibus, & expenſis, ſuper quibus, &c. credatur, &c. & pro maiori præmiſſorum

trii-

triitione dono in fideiußores T.& T.præsentes qui ℞nà mecum,ac ſine, & inſolidum ad prædicta omnia, & ſingula reſpectiuè quoad dictam pœnam dictarum 1000ℓ firmiter tenebuntur. Ad hæc nos dicti T.& T. fideiuſſores prædicti laudantes prædicta, &c. acceptanteſque in nos ſponte onus dictæ fideiuſſionis conuenimus,& bona fide promittimus, quod ℞nà cum dicto principali noſtro, & ſine eo, ac inſolidum ad prædicta omnia, & ſingula reſpectiuè per dictum principalem noſtrum ſupra promiſſa, quoad dictam pœnā dictarū 1000ℓ firmiter tenebimur, & teneri ℞olumus, & pro his complendis, tam principalis, quā fideiuſſores obligamus perſonas,& omnia,& ſingula bona & iura noſtra,& cuiuslibet noſtrorum inſolidum mobilia,&c. prout in debitis Fiſcalibus,& regalibus:Renuntiantes beneficio nouar.&c.Epiſtolæ,&c.& conſuetudini Barcinone loquenti,&c. & nos dicti fideiuſſores legi, quod priùs, &c. & alteri dicenti quod ſublato principali,&c. & omni alii, &c. ſubmittentes nos, & bona noſtra foro,&c. Regiæ Curiæ,& ℞t prædicta,&c. Iuramus,&c. Hæc igitur,&c.Et ego dictus T.principalis facio,& præſto ſacramentum,& homagium ore, & manibus commendatum penes T.Regium Alguſtzirium ordinarium,qui,&c. Actum,&c.

2.

Proviſio capturæ.

Die 13 Maii 1671. Viſa inquiſitione, & illius meritis attentis prouidet, quod N.capiatur,& Regiis carceribus mancipetur.

N.

3.

Proviſio capturæ contra Officialem Regium.

Die 20.Iunii 1671.facto ℞erbo in Reg.Concilio,ac lecto proceſſu prouidet quod N.Baiulus loci T.capiatur,& Regiis carceribus mancipatur.

N.

4.

Proviſio arreſti.

Die 28.Martii 1673. Viſa præſenti inquiſitione,& illius meritis attentis prouidet quod N. capiatur, & arreſtetur in aliqua domo præſentis Ciuitatis Barcinonæ.

N.

5.

Proviſio arreſti cum fideiuſſoribus.

Die 29. Iunii 1695. Viſa præſenti inquiſitione, & illius meritis attentis prouidet quod N.capiatur,& arreſtetur per totam præſentem Ciuitatem Barcinonæ ſub pœna quingentum librarum,pro quibus teneatur idoneè cauere.

N.

Quan-

Quandoque arresta fiunt, & providentur laiorem ambitum assignando, utpotè totam Civitatem,& Vicariam strictam semper tamen in instrumento est designanda domus in qua possit fieri requisitio arrestato,ut se coram Iudice exhibeat quemadmodū in formula 1. vidisti,& id præcipuè servandum venit quoties ille qui in carceribus detinebatur idoneæ manulentæ traditur arrestatus, quam formulam suo loco subnectam.

1 *Officiales Regii, antequam ad suū exercicium admittantur quale præstent iuramentum.*

2 *Officiales Regii citantur pro delictis in officio commissis, vt compareant responsuri de his, quę eis imputantur.*
Solum domino Regi subsunt Officiales Regii.

3 *Predicta citatio qua forma expediatur.*

4 *Si Officiales Regii comparent, & obiectis non satisfaciunt, interdum iuxta facti qualitatē mandatur illos carceribus mancipari.*

5 *Si verò latitant, citantur præconia voce, & per edictum, & pariter non comparentes, terque accusata contumatia, decernitur cōtra eos executio pro pœna in casu cōtumaciæ comminata.*

6 *Captura ex solo processu informatiuo, & quandoque adhibita tantum extraiuditiali informatione decerni potest, & quibus casibus.*

7 Const. 1. Tit. de capturas in 1. volum. Constitut *declarata, & quibus competat in Cathalonia facultas ordinandi capturas dictas de mandato cum Senatu.*

8 *Captura de mandato contra equites practicatæ, & extra locum ubi Proreges residunt cum Regio Concilio.*

9 *Flagrantia criminis iurisdictionē tribuit Iudici incompetenti etiam contra Officialem Regium in delicto graui, secus si sit leue ad effectum remittendi ad suum superiorum.*

10 *Capi etiam possunt ad eundem effectum equites à Barone.*

11 *Vulneratus non carceratur, sed sub fideiussione dimittitur, nisi delicti qualitas aliud exposcat.*

12 *Captura iuxta personæ statum decenter exequenda.*

13 *Pro iustificando vsu æconomitæ politicæ notionis licet Proregibus aliquam summariam informationem in scriptis redigere vbi dicta informatio, non ad processum, nec ad formam iudicialem dirigitur, sed vt factum Sedi Apostolicæ constet.*

14 *Proximè adductæ assertionis ratio.*

15 *Arrestatus verè captus dicitur.*

16 *Qui sub fideiussoribus tenetur nisi etiam arresto adstringatur captus non est; vndè talis non censetur qui à carceribus sub fideiussoribus*

de se repræsentando relaxatur.

17 *Si meretrix fideinsserit suam obligando personam irrita est obligatio cum Senatu.*

Vbi de interpretatione. Const. A la condiciò femenil 8. tit. de accions, y obligacions.

18 *Mulieres de iure communi carcerari nequire, & de vero intellectu,* Const. 8. *respecta meretricis, & num.* 19.

20 *Si plures in eadem domo sub certa pœna, non tamen in solidum pro vnoquoque adiecta seruare arrestū promiserint, si alter illud violauerit, & obseruauerint reliqui rata obedientium exigi nequit cū Senatu.*

21 *Texte.in* l. si servus 9. §. si pluriū, ff. si quis caution. iud. sis. *genuina expositio.*

22 *Quoties factum est diuiduum pœna non committitur nisi pro rata adimplementi non sequuti.*

23 *De casu quo plures pacem seruare promiserunt adiecta pœna pro quolibet ex eis in solidum.*

ANIMADVERSIONES.

1 OFficiales Regii priusquam ad suum exercitium admittantur præstant Sacramentum, & homagium ore, & manibus commendatum, si præeminentes sint penes Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalē: minoris autē sphęræ in posse Reverendi Cancellarii, seu Nobilis Regentis Regiam Cancellariam, de benè, & legaliter se habendo.

2 Cùm igitur dicti Officiales Regii excessus in officio committūt solent citari coram sua Excellētia, & Regio Concilio, infrà certum terminum respōsuri de his de quibus impetiti existunt, quæ causa sui natura cōsistorialis est, eiusque cognitio ad Regium Criminale Concilium spectat, solum enim Domino Regi subsunt dicti Officiales in criminalibus, porrigitur per P.F.R.C. supplicatio (constito 3 prius de delictis, seu excessibus per aliqualem probationem arbitrio Senatus regulandam) cum termini assignatione ad compatendum, & pœnæ pecuniariæ facto verbo in Regio Criminali Concilio, quæ citatio sufficit quod domi ubi habitat Officialis dimittatur, & fiat, quando personaliter fieri non potest, si comparent, & obiectis non 4 satisfaciunt interdum iuxta facti qualitatem mandatur illos carceribus mancipari: Eis autem non 5 comparentibus infra terminum, & latitantibus citandi sunt pręconia voce, & per edictum, & pariter Officiali non comparente ter accusata contumacia, quæ grave iudicatur delictum, maximè in Officialibus Regiis petitur per Fisci P. executionem decerni, ac provideri pro quantitate, & pœna pecuniaria, sub qua fuerat in casu contumacię accusata, seu comminata, referendo in supplicatione omnia

us;

usque ad eum diem actitata, in cuius calce fit provisio transcripta. Non progreditur Regium Criminale Concilium ad ulteriora quoad pœnas corporales, sed tantum informativum condit processum, ut eo postea capto, & ad defensionē admisso debita imponatur pœna, velut nos scripsimus *decis.* 10. *à nu.* 35. Peguer. *in prax. Crim. cap.* 12. §. 4. Calderò *par.* 1. *decis.* 93. *à n.* 13. fuitque decisum, & observatum sub diebus in formulis deductis. Actuario Riembau.

6 Capturam ex solo processu informativo decerni posse, & adhibita tantum extraiudiciali informatione dummodò Iudex moraliter sit certus quod supervenient testes firmari *decis.* 9. *num.* 7. aut si adsit periculum fugæ, vel si delictum sit grave arbitrio regulato Iudicis circunstantiis consideratis.

7 Frequens est quoque in hoc Principatu forma capiendi reos de mandato, Peguera *in prax. Crimin. cap.* 12. §. 3. *num.* 8. *Const.* 1 *tit. de cap. tur. in* 1. *volum.* disponente neminem carcerari posse nisi in flagrantia criminis, vel eum provisione, aut licentia Domini nostri Regis, aut Locumtenentis Generalis suæ Maiestatis, Vicecancellarii, aut suo casu Regentis Regiam Cancellariam, seu Iudicis Reg. Cur. idemq; concedit Gubernatori, seu Gerenti vices generalis Gubernatoris in Cathalonia concordat c. 15. Curiar. anni 1599. Ex his Præsidente Excellentissimo Duce Cardonæ Prorege in Villa Perpiniani die ultima Augusti 1634. fuit resolutū in Regio Concilio generali Gubernatori in Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ prædictum mandatū de capiendo competere.

Durante regimine eiusdem Excellentissimi Ducis captos de eius ordine, & mandato fuisse aliquos equites concubinarios refert Fontanella *decis.* 138. *à num.* 6. & nostris temporibus practicatum sæpè vidimus Dominos Proreges cū Regio Concilio Barcinonæ residētes de mandato suo capi iniunxisse per Baiulos, seu, Vicarios extra hāc Vicariam delinquentes utriusque conditionis, equites scilicet, & plebeos. 8

Flagrantiam criminis tribuere iurisdictionem privatæ personæ ad capiendum delinquentem præcitata *Constit.* 1. statuitur perplures allegati per Cort[illegible]ada *decis.* 27. *nu.* 118. ubi Baronem, vel ordinarium in cuius territorio deliquit Officialis Regius posse eū in flagrantia delicti capere, & ad sum superiorem remittere, intelligendo si delictam sit grave, secus si leve ex firmatis *decis.* 5. *num.* 19. 9

Sic etiam milites degentes in terris Baronis si delinquunt capi possunt à Barone ad effectum eos remittendi ad suum ordinarium Canc. *var. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 127. etenim Iudices ordinarii in casibus 10

quibus sunt incõpetentes ad cognoscendum ad capiendum fontes sunt competentes Can. *var. p. 2. ca. 2. num* 257. Sciœloya *de for compet. cap. 19. num.* 27. plenè Regeus Cortiada *decis. 10. num.* 184. & *dec. 27. num.* 118. Don Sebastianus Regentis filius *en el discurso sobre la jurisdiccion del Capitan General, q. 21. num.* 24. & competentes esse ad ad recipiendum summariam testium informationem contra fontes exemptos à sua iurisdictione ad prædictum effectum remittendi ad suos superiores tenuerunt Capiblanc. *tom. 1. Pragmat 8. p. 1. num.* 227. Scialoya, & Mastrilis citati per Don. Sebastianum de Cortiada *d. q. 22. num.* 14.

11 Vulneratum non posse carcerari, sed sub cautione dimitti, eaque non reperta ponendos esse custodes illius expensis docet Salgado *de Reg protec. p. 2. cap. 4. nu.* 100. idem tenens de infimo, quæ intellige nisi delicti qualitas aliud suadeat, & de infimo, vel vulnerato graviter tradit Conciol. *resolut. crim 5. verbo captura.*

12 Monti sint etiam Algutzirii, & alii Officiales, capturam iuxta personę qualitatem decenter exequi debere, nequit enim persona in dignitate constituta ligata tradi, aut concatenari, sed decenter carceri mancipari, imo honorificé quoque iuxta illius gradum, & statum per Iudicē tractari Novar. *de grauam. vaßall. to. 2. grauam. 79. tot.* 2. Dr. Thomàs Ceridan. *en el tratado de visita de carcel cap. 5. num.* 14.

Plus defendit Solorzano *de iur.* 13 *Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 27. à num.* 71. & in Polit. *lib. 4. cap. 27. vers. Resta ora fol.* 745. volens quod in casu expellendi personas Ecclesiasticas, è Regno in vim æconomicæ politicæ potestatis licet Proregibus, & aliis Gubernatoribus secularibus aliquam summariam informationem facere, & in scriptis redigere ubi dicta informatio non ad processum, nec ad formam iudicialem dirigitur, sed tantum eo animo adstruitur ut Regi, & Sedi Apostolicæ constare possit quænam causæ Iudicem secularem ad expulsionem moverint.

Redditaratione inter alias; quia 14 iustum nõ est ad electionem accedere quin prius certa, cautaque, & infallibili probatione animum suũ instruxerint, cũ nedum in Prælatis, aut aliis Ecclesiasticis, verum nec in plebeis hominibus liceat sine gravi causa à Provincia quam incolunt relegari. Hæc sunt verba Solorzani quæ mirabiliter confirmant, imò augent superius constituta *decis. 42. num.* 22. quatenus ibi stabilivimus conscientiã Principum in usu æconomicę politicæ auctoritatis certificari debere per fide dignas, & prorsus non suspectas personas, nam amplius vult Solorzano nempè informationem modo prædicto recipi.

Ad arresta deveniendo obser- 15

va

va doctrinam Regentis Cortiada *decis. 9. num. 66. & seq.* ubi tenet carceratum nedum dici eum qui est detentus in compedibus, & clausis carceribus, sed etiam qui est detentus in Palatio, domo, Civitate, vel alio loco sub præcepto, vel sub fideiussoribus, à quo quis ad libitum voluntatis suæ recedere non potest probans ex Boerio, Masolio, Migonio, Cavalcano, Azevedo, Surdo, Riccio, Giurba, Novario, Guazzino, adde Guidon. Papæ *decis.* 253. Menoch. *de arbitrar. cas.* 301. *num* 9. *& seqq.* Rot. *p. 6. nouiss decis. 26. num* 40. *&* 41. quæ est inter impressas Merlin. *decis.* 507. quicquid in contrarium sentiat Amendola *ad Franch. decis.* 415. citatus per Sabellum *in summa verbo carcer num.* 4 *Vers. quod detentus in domo Curiæ.*

16 Propositio autem tradita á Maiorana in *Opopraxi lib. 2. cap. 1. num.* 16. *& seqq.* firmante illum qui sub fideiussione tenetur carceratum dici Farinac. *q.* 30. *nu.* 52. *cum seqq.* Danza *de pugn. Doct. tom. 1. tit. de carcerib. & carcerat. cap. 1. num.* 47. Capibl. *de Baron. tom. 2. cap.* 51. *nu.* 7. Mascard. *de probat conclus.* 820. *num.* 4. Cyriac. *controuers.* 172. *à num.* 48. *tom.* 1. & aliis absolutè, & indistincte sumpta vera non esset sed cum moderamine adiecto per præhabitum authorem, nimirum si à Iudice viro Nobili Domus, Palatium, vel Civitas assignetur, ita ut à loco præfixo liberè discedere nequeat, si verò reus relaxetur à carceribus sub fideiussione de se repræsentando carceratus non dicitur Boss. *tit. de carcerib. num.* 28. Caravit. *ritu* 269. *n.* 17. Farinac. in *prax. p. 1. q.* 30. *nu.* 80. Iul. Chartar. *decis.* 31. *num.* 56. & ex his Cortiada qui supra.

Si meretrix fideiussit pro atte- 17
sto alterius mulieris, fuitque ob pœnam attesti incursam capta in carceribus ratione illius debiti Senatus mulierem detrusam à carceribus esse relaxandam censuit Regia provisione facta 26. Ianuarii 1660. referente Magnifico Iosepho Aleny tunc Iud. Reg. Cur. Actuario Balthasare Oriol, & Mercer in vim Constit. *A la condició femenil. 8. tit. de accions, y oblig.* qua disponitur fœminas vigore chartæ comendæ, scripturæ tertii, aut alterius cuiusque scripturæ privilegiatæ non posse in carceres conici, imò obligationes sub huiusmodi carceris pœna initas nullas, nulliusque efficaciæ esse.

De hac Constit. Fontan. *de pact.* 18
cl. 2. gl. 3. num. 24. *& claus. 7. gl. 3. p. 2. num.* 75. Cancer. *variar. 3 cap. 8. num.* 97. ubi de iure communi carcerari mulieres nequire Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 1. num.* 3. & ibi latè Faria Thesaur. *decis.* 153. *num.* 3. Petrus Gregor. *syntagm. iur. lib. 12. cap. 6. num.* 11. Gutierres *de iuramento confirm. p. 1. ca.* 16 *nu.* 35. Farinac. in praxi *q.* 17. *nu.* 43. Mascard. *conclus.* 820. *num.* 16.

asse.

asserens nullatenus posse carcerari etiam si obligaretur pro debito Fiscali, & Regali Fontanella qui supra *d. claus. 3. gl. 3. num.* 24. nisi promisisset tenere bona sub manifesto Curiæ, quia tunc carcerationi esset locus ob fraudem, & delictum occultationis Fontanella *d. cl. 7. gl. 3. p. 2. num.* 75.

19 Nec officiunt verba memoratę Constitutionis ibi *volent conservar la honestat de aquella*, quibus videtur excluſa meretrix; quia per illa denotatur causa impulsiva, non finalis, quæ generaliter muliebrem sexum respexit Oliba *de act. p. 1. lib 3. §. sunt præterea num.* 21. Canc. *var. p. 3. cap. 8. num* 97. sicque neglecta fuit in prænarrata decisione cõtroversia de iure communi exagitata penes Farinac. in prax. *q.* 27. *num.* 55. an meretrix possit pro delicto, vel debito civili carcerari.

20 Nota tamen quod si plures eodem instrumento sub certa pœna in eadem domo servare arrestum promiserint, & alter ex eis illud effregerit, reliqui vero non executio pœnę incursę non potest in solidum fieri contra illos qui arrestum observarunt, sed detrahi debet rata, quæ illis correspondet, veluti si attestati erant tres, & qui aufugerunt duo, & unus attestum servavit tertia pars pœnę deduenda venit cum non in solidum se obligaverint. Ita Senatus in causa Fis. Procur. Reg. Cur. contra Michaelem N. militẽ Civitatis Dertusæ Franciscam N. Villæ de Motella, Balthasarem N. Villę Peniscolæ Regia provisione facta 19. Aprilis 1658. referente præclarissimo Nobili Don Iosepho de Rull tunc Iud. R. C. scriba Oriol, & Mercer.

Fundamenta fuerunt quia tametsi verum sit non omnes obligatos adimpleviſſe arrestum, cum alter ex eis illud violaverit, & sic tota pœna videretur summo iure commissa *l. si seruus 9 §. si plurium, ff. si quis caut. iud. sis.* tamen æquitate canonica attenta contrarium est verius, & fideiussores offerendo ratam pro eis, qui arrestum non servarunt habent exemptionem pro reliqui petitione *d. l. 9. §. si plurium in fine*: nam fiscus dolo petit pœnam pro ea persona, quam in arresto tenet Afflict. *decis.* 130. *in additionib. num.* 7. Costa *de port. rata cap.* 77. *num.* 4. propterea que hanc opinionem amplexi fuere Cavalcan. *de Brach. Reg. p.* 2. *num.* 233. Gomez ibi citatus Fab. *conjectur. lib. 3. cap. 7. num.* 3. 21

Fulcitur etiam hac sententia firma illa ratione, quia proviſſio prædicta erat facti dividui, cum posset unus recedere à loco, & alius non Valent *illustr. 2. tract. 4. cap. 6. num.* 21. igitur pœna non fuit commissa nisi proparte adimplementi non sequuti Gomez *var. 2. cap. 10. num.* 21. Fab. *d. cap. 7. num.* 2. Costa qui supra. 22

Aliud dicendum venit quando 23

pa-

pacem promiſerunt ſub aliqua pœna & unuſquiſque ex eis ad illam in ſolidum ſe obligarunt in caſu non ſervatæ pacis quia tunc violatione ſequuta ſolidi pœna cõtra unumquemque executioni demandatur, hic autem omnes ſimul, & non quilibet in ſolidum ſibi pœnam impoſuerunt, quã diſtinctione facta non obeſt Riminald iun. *conſ.* 306.

§. I.

De exceptione mala capturæ ex cauſa guidatici.

DIE 8. Maii 1686. In facto exceptionis malæ capturæ ex cauſa guidatici oppoſitæ pro parte Ioſephi N. Villæ de las Borjas Campi, & Archidiœceſis Tarraconæ militis equeſtris ſocietatis Nobilis Antonij de Oms cum ſupplicatione, & articulis per eum oblatis die 20 Aprilis 1686 quibus ſupplicat dictæ exceptioni locum fore, & eſſe declarari, & relaxari à carceribus in quibus detinetur, ex quo cum de ordine Benedicti de Gualbes legati, vulgo Tinent dictæ ſocietatis ſub qua militabat, & per eum vocatus, & ſic guidatus, acceſſiſſet ad locum de Iuaneda, fuit ibidem per dictum de Gualbes captus: facta relatione per Magnificum N. Iudicem Regiæ Curiæ cauſæ relatorem, meritis proceſſus attentis, & alàs. fuit concluſum, quod declaretur exceptioni malæ capturæ per dictum Ioſephum N. allegatæ locum fuiſſe, & eſſe, & conſequenter, quod dictus Ioſephus N. relaxetur à carceribus Regiis in quibus detinetur, & quod deſguidetur cum termino decem dierum.

§. II.

De dubio an cauſa ſit civilis, vel criminalis declarando.

1.

DIE 6. Iulii 1661. in facto dubii orti ſuper pretenſione Magdalena N. viduæ prætendentis Ioſephum N. Burgenſem Villæ Tarregæ, vna cum aliis die 4. Iunii proximè elapſi noctu ſe contuliſſe in domum Laurentii Guiu agricolæ ſitam in vico del Carme præſentis Ciuitatis, in qua ipſa habitabat vnà cũ Maria Balaguer eius neptæ ætatis 5. annorum, ab eaque apprehendiſſe dictam Mariam Balaguer, & ſecum traduxiſſe in domum Furnerii Conuentus Monialium Sanctæ Magdalenæ præſentis Ciuitatis plura conuicia, & iniurias dicendo, & inferendo dictæ Magdalenæ N. & alia delicta perpetrando in actu dictæ apprehenſionis: An ſcilicet cognitio ſuperdictæ pretenſione ſpectet ad iudicium criminale: An verò ad R. A. ciuilem, prout prætendit dictus N. ex eo quia dicta apprehenſio fuit facta per R. Officiales in executionem proviſionis factæ per Magnificum Ioſephum Rull R. A. D. 26. Aprillis proximè præteriti

ſuper

super manutentione administrationis tutelæ, & curæ dictæ pupillæ in fauorem dicti N. & Michaelis N. Botiguerii Villæ Tarregæ vti tutorũ, & curatorũ dictæ pupillæ, & in odium dictæ N. in rem iudicatam transactæ habito colloquio inter Nobilem Michaelem de Cortiada, & Magnificos Ludouicum Ferrer, Iosephum Rull, Bernardum de Olzina & de Vilallonga, DD. R. Cõcilii, &c. fuit deliberatum supra dictam cognitionem pretensionis de N. quo ad aprehensionem, & traductionem dictæ pupillæ Mariæ N. ad R. A. Ciuilem pertinere, quo verò ad iniurias, & conuicia dicta N. illata, & alia pretensa delicta ad R. Criminale Concilium spectare.

2.

DIE 9. Septembris 1661. Visa suplicatione oblata pro parte Raphaellis de N. Villæ Riuipulli die 12. Martii 1661. in & cum qua fuit firmatum dubium in causa criminali suscitata in R. C. & procedimentis in ea factis coram Magnifico Iosepho Balaguer I. R. C. ad instantiam Fisci P. super sequestro, & apprehensione possessionis mansi Negra siti in termino, & Parochia Sancti Martini Ogassæ Batuliæ Sancti Ioannis de Abbatissis, & fructuum illius; an scilicet cognotio superdicta pretensione spectet ad iudicium criminale; an verò ad R. Aud. ciuilem, eo quia super possessione prædicti mansi introducta fuerat causa in Curia ordinaria seculari Sancti Ioannis de Abbatissis die 25. Octobris 1660 per Franciscum Llopis vti vsufructuarium, & Theodoram Llopis & Gironella vxorem suam vti proprietariam, & die 8. mensis Nouembris anni prædicti euocata ad R. Audientiã, & commissa Magnifico Iosepho Aleny dictæ R. A. D. contra eundem Raphaelem. Visa nominatione facta per suam Excellentiam de Doctoribus infrascriptis iuxta Constitutionem vnic. tit. com se deu declarar lo dupte, &c. Visis processibus, & procedimentis vtriusque causæ habitis diuersis colloquiis meritisque dictorum processuum attentis prouidet, & declarat supradictam cognitionem, & procedimenta ad R. A. Ciuilẽ pertinere, & int. Scriba Oriol Not.

Aleny.
Rull.

Cellers.
Balaguer.

1 *Dubium an causa sit ciuilis, vel criminalis, dupliciter oritur, & qua forma vtroque in casu procedatur, & num. 2. 3. & 4.*

3 *Pro prædicto dubio terminando, Gerens Vices Generalis Gubernatoris, procedente Vice-Regia, nominat duos Doctores R. A. Ciuilis, & duos R. A. criminalis.*

4 *Terminus octo dierũ pro declarãdo dubio iuxta Constitutionẽ præfixus, in praxi non seruatur. Salarium pro declaratione non exigitur, ibid.*

Sta-

Statur determinationi Senatorum nominatorum, adeó vt non liceat ſuplicare, nec recurrere, & data paritate votorum, Excellentiſsimus Locumtenens adhæret quibus maluerit, ibid.

5 *Actuarius huius proceſſus eſt alter ex ſcribis mandati, & quomodo ſit formandus.*

6 Conſtit. 5. tit. de Guiatges *interpretata, & qualiter procedatur in declaratione exceptionis malæ capturæ.*

7 *Praxis eiuſdem exceptionis quando declaratur in fauorem, & contrareum, & num. 8. 9. 10.*

11 *Talem exceptionem quinam opponere nequeant vbi de interpretatione* Conſtit. fin. tit. Quant ſia licit, ò no venjarſe ſens iutge.

12 *Furi ſimplici exceptio malæ capturæ non competit.*

ANIMADVERSIONES.

1 PAſſim competentiæ, & contentiones in R.C. oriuntur ſubotto dubio an cauſa ſit Civilis, vel criminalis, & ad quem eius ſpectet cognitio ad Reg. Aud. Civilẽ, aut criminalem, dupliciter ſolent ſimiles competentiæ, & dubia orii: primo cùm vertitur in R. A. Civili cauſa aliqua, & per alteram ex partibus procedimenta nonnulla fiunt criminalitatẽ redolentia, quę deducuntur à parte cui illata fuere in criminali iudicio, punitionẽque alterius partis petit; tunc offertur ſupplicatio à parte, quæ illa fecit in R. A. Civili coram cauſæ relatore apud eam vertentis, qua factum narrando, ac exponendo concludit cognitionem facti ad R. A. Civilem pertinere firmando ius, & de iure in forma ſolita, petitque ſupplicans nominari Iudices ambarum Aularum civilis, & criminalis qui dictum decidant dubium iuxta formam Conſtit. unicæ, tit. *Com ſe deu declarar lo dupte ſi la cauſa es ciuil, ó criminal.*

2 Secundò cùm nulla adhuc vertitur lis, ſed pars quæ aliqua fecit procedimenta præcavens ne altera iudicium Criminale adeat ſtatim cauſam Civilem inſtituit factum narrando, & deducens ſuper eo Regium criminale Concilium manus appoſuiſſe, aut velle apponere, concludens pariter ut prædiximus iuxta formulam, quã tradit Ripoll ad Peguer. *rubr. 32. in fin.*

3 Statim ſua Excellentia nominat duos Doctores R. A. Civilis, & duos R. C. Criminalis, quod pariter obſervatur Vice-Regia procedente, quam nominationem tunc facit Gerens Vices Generalis Gubernatoris ſi autẽ dubiũ procedẽte Vice-Regia declaratũ non fuerit evocanda cauſa eſt ad R. Aud. ſervata formula tranſcripta à Nob. Reg. Cortiada *deciſ. 35. num. 109.* & facta nominatione Senatorum utriuſque Concilii in domo anti-

quioris pro cognitione congregã-
tur.

4 Terminus autẽ prò declarando dubio licet octo dierum à d. Cõst. fuerit præfixus, tamen in praxi sẽper non servatur, salarium pro declaratione non exigitur, nec exigi potest, determinationi Senatorũ nominatorum adeò statut ut ab illa non liceat supplicare, nec recurri per viam restitutionis in integrum, aut aliàs de iure Patrio, data autem paritate votorũ inter Doctores nominatos pro dubii declaratione suum præbet Excellentissimus Locumtenens adhærendo quibus maluerit. Videndi Reg. Cottiada *d. decis.* 36. D. Accac. de Ripoll *dict. rubr.* 32. ubi nonnulla annotavi.

5 Observa amplius actuariũ huiusmodi processus esse scribã mãdati, in eo nulla instrumenta esse inferenda, seu consuenda; sed solùmodò admitti debere supplicationem, qua firmatur dubium, & decretationem Excellentissimi Proregis, supplicationes per partes oblatas ad petendum prorogari terminum declarationis ex causa, & provisiones indè sequutas.

6 De exceptione malæ capturæ agitur in *Constit. 1. tit. de Guiatges*, qua disponitur super ea fieri debere declarationem intra 30. dies, & ea non facta intra hunc terminum, Relatorem amittere salarium Officii omnium dierum, quibus retardata fuerit declaratio extra præ-

dictum terminum; eam dispositionem restringendo ad causas criminales: explicant Cancer *var pa. 3. cap. 17. num. 538. & cap. 18. num. 94. & seq.* Peguera *decis. 9.* & post eos Calderò *decis. 12. num. 113. & seq.* ubi opposita ea exceptione procedimenta intimari Procuratori Fiscali, & parti privatæ respectivè, & terminum curtere à die oppositæ exceptionis, eamque non posse ad diffinitivam reservari.

Ex eisdem Doctoribus desumes 7
provisionem declarationis exceptionis malæ capturæ, si ea repellatur, non intimari parti, nec in ea poni intimetur, sed illam intimari cum reliquis procedimentis, quando publicatur, & notificatur inquisitio.

In provisione, qua admititur 8
exceptio malæ capturæ concluditur ita. *Insequendo conclusionem in Regio Concilio factam providet exceptioni malæ capturæ per dictum N. allegatæ locum fuisse, & esse, & consequentèr quod dictus N. relaxetur à Regiis carceribus, in quibus detinetur, intimetur.*

Si exceptio opposita fundetur 9
in guidatico, & obtineat reus, adijcitur post proximè expressa: *& quod desguidetur eum termino T. dierum, & intimetur.*

Quoties autem contra reum 10
declaratur exceptio, dicitur: *Exceptioni malæ capturæ per dictum N. allegatæ locum non fuisse, nec esse, imò ea non obstante ad ulteriora in cau-*

sa

ſa procedendum fore, & eſſe.

proua de dit delicte, li manarà donar encontinent sinchcentas lliuras moneda Barceloneſa de diners que ſa excelencia te deſtinats per dit efecte, y dos homens fora de mal, ab que no tingan inſtancia de part. Y per quant ſe ha tingut noticia, que vn dels delinquents al exir de dita caſa ahont eſtà dit Don Pedro de Corbete, auria ſaltat de vn balcò fins baix y que auria quedat molt mal tractat de dita cayguda en alguna tama, ò peu: Perço ſa Excellècia, inſeguint la mateixa cõcluſió dix, y en ſa bona fe, y paraula Real promet, que à qui deſcubrirà y darà plena proua de dit delicte, y poſarà en ma, y poder de la Regia Cort dit delinquent eſtropeat, encara que no done plena proua de dit delicte, que li donarà cent lliuras moneda Barceloneſa de diners te deſtinats ſa Excellencia per dit efecte y vn home fora de mal, ab que no tinga inſtancia de part. Dient, y declarant mes auant ſa Excéllencia, ques procehirà ab tot rigor contra las perſonas que ocultaràn, y no deſcubriràn als delinquents de dits delictes ab las mateixa penas eſtatuhidas contra los complices de dits delictes y altrament ſegons que de juſticia ſerà trobat ſabedor. E perque las dictas coſas ſian à tothom notorias, mana ſa Excellencia eſſer feta, y publicada la preſent publica crida per los llochs acoſtumats de la preſent Ciutat, y ahont conuinga, y meneſter ſia.

Alexandro Duque de Bournonville.

Vt. Don Ioſephus Rull Regens.
Vt. Don Felix de Marymon Regens Theſaurar.

Vt. Paſtor Fiſci Aduocatus.
Vt. de Potau.
Balthaſar Oriol, & Marcer.

Se es feta, y publicada la preſent publica crida per los llochs acoſtumats de la preſent Ciutat de Barcelona ab tenor, y veu de dos trõperas per mi Ioſeph Saurina cortedor, y trompeta Real, vuy als 26. de Nohembre 1678.

Ioſeph Saurina.

1 *In atrocibus delictis, pro conſequẽda delinquentium captura, ſolet Regium Criminale Concilium offerre premium, eos capientibus, & conſignantibus Regia Curia, & num. 2. 3. vbi de illo, qui probationem ſceleris aperit, licet captum sõtem non exhibeat, vide nu. 4. Senatus decreta.*

5 *De premio conceſſo, ſeu tale a impoſita ad fauorem capientium, vel occidentium bannitum remiſſiuè.*

ANIMADVERSIONES.

SOlet Regium Criminale Concilium in horriſonis, & atrocioribus delictis pro conſequenda delin- 1

delinquẽtiũ captura præmiũ offerre eos capiẽtibus,& cõsignantibus R.Cur.ut ipsis spe præmii allectis, faciliùs captura cõparetur, ita observarui de anno 1689. pro consequẽda captura principalissimi Auctoris,ac rei læsę Maiestatis in seditione conciata in nonnullis populis vicinatus Barcinonæ, ut scripsi *decis.*38.*num.*8.

2 Præter formulam hic adductã alias possem congerere quibus supplicationem porrigunt partes instantes, ut publicetur præconium prędmium offerendo capienti delinquentes,& cautionem præstare pro quantitate promittẽda,& tunc inspectis, ac examinatis per Senatum criminis qualitate, & quantitate prędmii fit provisio, quod expediantur præconia petita præeunte habilitatione fideiussorum partis instantis more solito, & instrumento obligationis principalis, & fideiussorum ad prędmii solutionẽ veniente casu capturæ sontis.

3 Quandoque, si flagitii immanitas expostulet, capientibus reos vivos prędmium maius offertur, & facultas conceditur illos consignandi Regiæ Curiæ mortuos, ut primo tomo loco præcitato vidimus, quandoque illi, qui captum tradet reum, & plenam probationem delicti præstabit augetur prędmium, interdum offertur, ei qui delictum detegit, & probationem subministrat, tametsi captum reũ non exhibeat.

De premio ad partis instantiã oblato,& prędoniis expeditis vide provisionem factam referẽte Nobili Narciso de Anglasell dum Iudicis Reg. Cur. munere fungebatur,Actuario Riembau,his verbis: *Recepta die* 28.*Ianuarii* 1669.*facto verbo in Reg.Concilio prouidet, quod præstita cautione oblata fiant præconia iuxta Regiæ Curiæ stylum*, causa erat Fisci Procuratoris R.C.& partis instantis contra Hyacinthum N. agricolam Villæ de Almenar. Similis 7. Ianuarii 1673. me tunc Iud. R. C. referente in causa Fis. Proc. R. C.& partis instantis, contra Michaëlem N.& Raymũdum N.scriba Famada. 4

5 Plura de prędmio concesso, seu talea imposita ad favorem capientium, vel occidentium bannitos. Clar. *in pract.* §. *fin.quæst.*29 *num.*8. Farinac. *de var. & diuers. crimin. quæst.*203.*num.*356.Baiard.*ad Clar. d.quæst.*29.*num.*9. Guazzin.*defens.* 5 *cap.*1.*num.*28.*& defens.*28.*cap.*2. *nu.*10.Caball. *resolut.crimin.*279.*n.* 3.*&* 4.plenè Giurba *cõs.*11.*per tot.* alios refert Conciol.*resolut. crimin.* 8.*verbo bannitus tot.* ubi varias exagitant quæstiones, & præsertim an prędmium pro capiendis bannitis debeatur birruariis, & aliis iustitiæ Ministris.

TIT.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TIT. XI. DE PVBLICATIONE INQVISITIONIS.

1.

Schedula ad publicationem petendam.

CVM per merita præsentis inquisitionis, & aliàs constet de intentione Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ aduersus, & contra N. idcircó petit dictus Fisci Procurator prædictum N. debitè puniri, & si opus fuerit de tormentis prouideri, & exhibet, & producit Regias præconizationes, petens inseri, seu consui, & iustitiam fieri, & ministrari iuribus suis semper saluis.

N. Fisci Aduocatus.

2.

Prouisio Iudicis.

Die 28. Augusti 1602. habita præsenti inquisitione pro publicata concedit copiam de eadem, & licentiam Aduocati, & Procuratoris, & terminũ ad dandum suas defensiones hinc ad diem Iouis proximam, & inserantur, seu consuantur producta, & intimetur.

N. Iudex.

1 *Princeps defensionem tollere nequit, potest tamen arctare, & minuere formam, & terminum defensionis.*
Terminus defensionum iudici est, arbitrarius, & valet quandoque ad certas horas restringi, vbi de Senatus obseruantia, & vide nu. 10.

2 *Amplia vt nec auferri possit defensio statuto, vel consuetudine.*

3 *Talis assignatio defensionum fieri debet, etiamsi non fiat petita.*

4 *Reus non potest suis defensionibus renuntiare, quam assertionem limitant aliqui in casibus ibi expressis, sed reprobantur.*

5 *Valet renũtiatio rei tacita per lapsum termini, & ibidem de praxi Senatus.*

6 Constit. Mes statuim 5. Tit. de Accusac. & denunc. &c. in 1. volum. Const. *exposita.*

7 *Quinque dies ad publicandum inquisitionem non currunt nisi à die protestationis iudici facta de lapsu termini.*

8 *Communicatio, & copia processus qualiter reo, & eius Aduocato respectiuè elargienda, & de intellecto* Const. 56. Curiar. ann. 1599.

9 *Testes defensiui vsque ad sententiam admittuntur, & etiam post eam ex indulgentia Principis.*

10 *Quare post lapsum termini nullis datis defensionibus expediri possit*

causa criminalis, & nihilominus quandocunque testibus rei defensis sit locus.

11 *Reo, nec accusatori ante publicationem processus illius copia conceditur.*

12 *Eadem observantia in causis contentionum viget quoad processum Curiæ secularis, cum decisione.*

13 *Iudex super dementia, seu furore Medicos adhibere tenetur.*

14 *Non exacta ab insano depositione publicatur processus contra ipsum instructus, & eius furor probatur per procuratorem, seu coniunctam personam, assignaturque illi curator, vbi Senatus decisio.*

15 *Furor probatus ante delictū præsumitur durare de tempore illius, & Fisco contrarium probare incumbit.*

16 *Demens delinquens, & captus traditur alicui consanguineo vt eum custoditum teneat, & num. 17. cum Senatus decisione.*

ANIMADVERSIONES.

1 DEfensionem Princeps tollere non valet, benè vero disponere, ac arbitrari minuendo, sive arctando formam, & terminum illius, ut præiecimus *decis.* 10. *à nu.* 67. Farinac. *de indic. & tortur. q* 39. *num.* 26. & 112. Chartar. *de execut. sentent. cap. bannit. cap. nu.* 38. Guazzin. *defens.* 31. *cap.* 1. *num.* 14. qui reprobat restrictionem temporis defensionis ad horas tantum contra firmata à Farinacio loco citato horarum præfixionem permittente in casibus exemplaribus, sanè in nostro Senatu non semel vidi defensionum terminum ad certas horas redactum, & arbitrium constituit Peguera *in prax. crimin. cap* 12. §. 6. *num.* 6. in Regno Valentiæ non posse esse minorē quinque diebus refert Vicecanc. Crespì *obseru.* 2. *num* 9. Merlin. Pignatell. *conerou. forens. cap.* 33. *num.* 9. *p.* 2. qui tenet defensionem neque tolli posse ab statuto, itidem Guazzin. *defens.* 29. *cap.* 4 *num* 8. ubi ampliat ad consuetudinem, aliis cumulatis Conciol. *resolut. criminal* 1. *verbo defens. num.* 4. ubi nonnullas affert limitationes, quas non esse tutas ex Doctoribus ab eo congestis deducit, & quando iusta ad denegandam defensionem causa extet remissivè profert. 2

Assignandasque esse defensiones, præterquam in levibus delictis etiamsi non sint petitæ docuerunt Vivi. *decis.* 467 *nu.* 16. Vermigliol. *cons.* 18. *num.* 4. Mauson. *de contraban. q* 14 *num.* 14. additionat. ad Sāfelic. *decis.* 350. Vrceol. *consultat forens. cap.* 42 *per tot. cum addit.* 3

Adeò ad se defendendum admittendus est reus, ut nec ipse possit suis defensionibus renuntiare Rolland. *cons.* 12. *num.* 14. *lib.* 3. Anton. Gomez *var. tom.* 3. *cap.* 13 *nu.* 33. Iul. Clar. *q.* 49. *num.* 19. Afflic. *decis.* 391. *num* 9. ubi Vrsil, Farinac. *q.* 39. *num.* 51. Guazzin. *defens. reor.* 4

27. *cap.* 1. *tot* ubi limitat quando reus fuit repertus in flagranti, vel si sit famosus latro, aut assassinus, & in delictis, pro quibus nõ imponitur pœna corporalis, vel infamiæ, in defensionibus introductis de iure municipali, vel de apicibus iuris, & rursus in confesso, & quando renũtiatur defensionibus, ut citiùs reus absolvatur, in quocunque nãque ex his casibus posse per reum defensionibus renũtiari existimat, contrariam tamen sententiam tutatur Peguera *cap.* 12. §. 6. *num.* 5. *Vers. & quamuis*, & iudices improbat qui reos inducunt ad renuntiandum suis defensionibus.

5 Hæc procedunt in renuntiatione expressa, quam reo facere non licet, secus verò in ea, quæ accidit per lapsum termini sibi dati; quia tunc dicitur defensionibus suis renuntiare, & talis renuntiatio valet Bartol. in *l.* 1. *C. qui accus. num.* 43. Felin. *in cap. cum venisset post nu.* 11. *De testib.* Marsil. *in l. unius, §. cognituram num.* 71. *& 75. ff. de quæst.* Covar. *in* 4. *lib. decretal. cap.* 8. 2. *p. num.* 16. Flamin. Chart. *in prax. interrogand. reor. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 17. Planè in Reg. Ctimin. Concil. semper assignatur reo terminus ad dãdum defensiones, & adhuc eo lapso mittitur Portarius Regius illum monendo quatenus se defendat cũ comminatione, quod si id non fecerit causa expedietur, & Portarii relatio continuatur in processu, & si monitus nihil deduxerit in sui defensionem ad causæ decisionem pervenitur, verum est ratò contigisse non datis defensionibus sententiam ferri, quippe diligẽtia prædicta adhibita curant rei suas offerre, ac probare defensiones.

Constit. Mes statuim 5. *tit. de Accusacion. Denunt. &c. in* 1. *volum. Constit.* statutum reperitur inquisitionem esse instruendam contra reum captum intra 25. dies post illius capturã, & coniectionem in carceres computandos, & eis elapsis publicari debere talem processum, seu inquisitionem intra alios quinque dies, & casu quo intra prænarratum tempus non fuerit instructa, & publicata respectivè quod teneatur iudex imputatum dimittere, aut idoneæ manulentæ tradere, intelligendo prædicta de sceleribus patratis in Cathalonia, maius tempus concedendo si in regionibus longinquis fuerint admissa, quam constitutionem tantum procedere in causis ordinariis notat Peguera *in prax. crimin. cap.* 12. §. 6. *num.* 1. non autem in causis Regaliarum, in quibus tempus publicandi inquisitionem est iudici arbitrarium, curando ne nimis in damnũ suæ conscientiæ, & iustitiæ expeditionis causa procrastinetur. 6

Observat etiam Peguera citatus quinque dies ad publicandum inquisitionem non currere nisi à die quo iudex interpellatur, & protestatur pars, seu reus coram eo de lapsu termini, ex latè adductis per 7

Ferrer 3. *p. obſeru. cap.* 75. proſequitur Reg. Calderò *deciſ.* 97. *à num.* 31. poſt Regentem Cottiada *deciſ.* 38. *num.* 52.

2 Petitio ſupra tradita ad publicationem inquiſitionis in cauſis evocatis, & Regaliarum fit porrigendo ſupplicationem eundem contextum continentem, & facta proviſione ſuperiùs patitet adducta; ſi reus petat copiam inquiſitionis notarius cauſæ tenetur eam tradere ſuo iuſto ſalario ſatisfactus, at ſi reus non poſtulet copiam, ſed tantum proceſſum communicari, afferri debet illius advocato ſolutis duobus regaliis, niſi reus eſſet pauper, quia tunc gratis debet fieri cõmunicatio *Conſtit.* 4. *& 5. tit de communicat. de proceſſ. Conſtitut.* 6. *eod. tit* ubi quod poſt iuſſionem, ſeu proviſionem iudicis circa communicationem proceſſus, ſi Notarius ultra diem exequi recuſet incurrit pœnam ibi contentam, adde *Conſtit.* 56. *Curiar. ann.* 1599. ſtatuentem reis pauperibus, & miſerabilibus concedendam eſſe communicationem, & ſuo caſu copiam abſque ullo ſalario, & compelli nequire captos ad copiam accipiendam, præterquam in caſu quo aliæ perſonæ non captæ eſſent eadem inquiſitione delatæ, & comprehẽſæ refert Cottiada *dec.* 12. *n.* 154 *&* 159. ex Berart *in ſpecul. viſit. cap.* 19. *num.* 35. ratio autem ob quam iſto caſu non traditur copia nominum ſociorum eſt (ut nuper allegati Doctores obſervãt) ne detur ſociis occaſio fugiendi.

Favore defenſionum uſque ad ſententiam admittendos eſſe teſtes fatetur Regẽs Matthæu *de Reg. Reg. Valent. cap.* 8. §. 6. *num.* 21. ex Guazzin. *defenſ.* 28. *cap.* 2. *num.* 5. imò ex indulgentia Principis novis probationibus etiam poſt ſententiam locum dari eruimus *deciſ.* 9. *num.* 53. proſequitur Sabell. in ſumma *Verſ. admiſſio ad novas defenſiones* 15. poſt Novar. *de grauamin. vaſſall. tom.* 3. *grauam.* 46. 9

Quæ non diſcrepant ab his quę ſupra *num.* 5. conſtituimus aſſerentes poſt lapſum termini nullis datis defenſionibus expediri poſſe cauſã criminalẽ; & ſententiam proferri; quia prædicta validitatem ſententiæ reſpiciunt, ut ea ſubſiſtat. & de iure irrita non ſit quoties aſſignato termino defenſionum, ipſoque elapſo reus condemnatur, ſecus autem eſſet ſi termino ad ſe defendẽdum reo non præfixo ſentẽtia pronuntiaretur; quia tunc nullitatis vitio laboraret, ut Doctores à *num.* 1. laudati affirmant, ex his verò non ſequitur teſtes rei audiendos non eſſe, ſi ante ſententiam per ipſum ad ſui defenſionem miniſtrentur; favor namque defenſionis expoſcit nuſquam ei præcludi viam, & ſic in cauſa non concludi, omni tamen dolo, & calumnioſo animo iudicium protrahendi ceſſantibus, ut ex eiſdem Doctoribus hic, & *deciſ.* 9. allatis depromes. 10

Ante

11 Ante publicationem proceſſus, nec reo, nec accuſatori illius communicatio, vel copia conceditur, etiamſi accuſator eam petat pro fiſci intereſſe, ut nova indicia ſubminiſtrare valeat, ſeu exiſtentia in proceſſu fortiùs roborare Boſſius *tit de indic. num* 82. Clar. *§ fin queſt. 49. num* 10. *Verſ. danda* Cortiada *d. deciſ.* 21. *num.* 147. ubi quando à iudicibus oſtendi poſſint accuſatoribus nomina reorum, videndus Pareja *de inſtrum edit tit.* 5. *reſolut.* 1. *à num.* 83. & *tit.* 2. *reſolut.* 6. *num.* 73.

12 Idem obſervari in cauſis contentionum, ſi proceſſus Cutiæ ſecularis non fuerit reo publicatus, ut tunc nec communicatio, nec illius copia elargiatur deciſū tradit Cortiada *d. deciſ.* 21. *nu.* 144. concedendam verò eſſe, ſi proceſſus fuerit publicatus *num.* 149. concludit auctores complores ubique cumulans, quibus adde Merlin. *controu. forenſ. p.* 1. *cap.* 40. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 596. *num.* 22. & 37. & articulo acriter diſputato fuit per Cancellarium Don Franciſcum Bernardum de Pons definitum in cauſa immunitatis eccleſiaſticæ allegatæ per Margaritam N. 9. Septembris 1673.

13 Prætermittendus non erit caſus, qui evenit Franciſci N. medicinæ Doctoris, delatus erat de nece perpetrata in perſonā Sperācię uxoris ſuæ die 11. Novembris 1659. ictu gladii, vulgò *ganiues* domi ſuę, Nobilis Ioſephus de Rull tunc I. R. Cur. relationem cauſę fecit Senatui inſimul proponendo reum eſſe dementem, & ita ad deponendum incapacem, quapropter medicos acceſiri ut ſenſum, & iudicium ſuum ſuper amentia proferrent reſolutum extitit ſectando communem in hac re ſcribentium ſententiā, qui iudici adhibere Medicos ſuper dementia, ſeu furore iniungunt per *l. ſemel C. de re milit. lib.* 12. Alexand. *conſ.* 86. *num.* 1. *in fin. lib.* 2. Marant. *in l. furioſi num.* 2. *ff. de reg. iur.* Petr. à Plaza alios dās concordantes in *Epitome delict. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 2. Zacchias *queſt. Medico legal. poſt tom. vlt. deciſ.* 2. *num.* 6. & *deciſ.* 5. *per tot.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 55. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1048. *per tot.*

14 Medici relationem medio iuramento fecerunt homicidam prorſus à mente alienum atteſtantes, in dubitationem venit an publicationi proceſſus locus eſſet non exacta à reo propter ſuam inſaniam depoſitione, & imprimis Domini regulam certam ſtabilierunt furorem poſſe allegari, & probari per procuratorem, vel coniunctam perſonam in criminalibus, cum allegato furore, ſeu dementia ante omnia de iſto articulo uti prę iudiciali, & excluſivo omnis pœnæ, & delicti ſit cognoſcendum Baldus *conſ.* 345. *per tot. lib.* 3. Chartat. *de execut. ſentent. capit. bannit. cap. fin.*

*num.*268.Farina.*quæſt.*11. *num.*45. *& quæſt.*99.*num.*251. *& ſeqq.* Carena *de Offic.ſanct.Inquiſ.par.*3.*tit.*9. *num.*69. *& ſeqq.* Conciol.*verb.furioſus reſolut.*2. plures apud Sabell. *in ſumma verbo furor num.* 10. & iuxta hanc doctrinam cenſuit Senatus publicandam eſſe inquiſitionem, & fuit reo aſſignatus in curatorem Ioſephus N. eius filius, qui acceptavit, & iuravit, ex que defenſionibus per illum datis de demẽtia conſtitit ante necem perpetratam: Quibus ſpectatis fuit traditus Franciſcus idoneæ manulentæ arreſtatus in aliqua domo præſentis Civitatis Barcinonæ, attenta eius graviſſima infirmitate ad pœnam 1000ℓℓ, harum ſolutioni ſe obligavit Ioſephus filius uti curator, & proprio nomine fideiuſſor cũ alio.

Poſteà proceſſus merita plenè
15 diſcutiendo perquiſitum fuit an aliqua pœna afficiendus reus eſſet, perpendebant Domini probato furore, prout de eo conſtabat, ante homicidium præſumi durare delicti tempore; nam qui furioſus ſemel fuit in futurum in eodem furore perſiſtere præſumitur. Farina. *quæſt.*94.*num.*52. & io *fragm.litt F. num.*323. Mantica *de conject.vlti. volunt.lib.*2.*tit.*5. *num.*6. ita ut Fiſco incumbat onus probandi contrariũ Caball.*reſolut. crim. caſ.*297. *num.*41. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*843. *per tot.* Duran. *de condit. & mod.impoſſib.par.*3. *cap.*1. *nu.*11. *& ſeqq.* Malcard. *de probat.volum.*2.*concluſ.*825.*per tot.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 339. *num.* 4. *&* 12. qui etiam de Notario atteſtante aliquem eſſe ſanæ mentis, an quicquam probet.

Propterea tradendum reum ali- 16
cui conſanguineo ſuadebatur, ut illum in cuſtodiam teneret ex Caballo ubi ſuprà, Montan. *de tutel. cap.*28.*nn.*15. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 94.*num.*45. Scamard. *de viſit. Carcer.*§.3.*cap.*3 *num.*27. Merlin. *de legit.lib.*4.*tit.*2. *quæſt.*13. *per tot.* apud quos pariter invenies quomodo puniantur proximiores cõſanguinei, qui furioſo eſſent ſucceſſuri, & in commendata ſibi per iudicem cuſtodia negligentes fuerint.

His permotum Regium Con- 17
cilium Regia proviſione facta 11. Martii 1660. cũ clauſula *pro nunc, & donech aliter ſit proviſum* Franciſcum reũ tradi iuſſit eius filio Ioſepho, qui illum in cuſtodiã haberet, attẽta ipſius demẽtia, & furore,

§. I.

De teſtibus in defenſam recipiendis.

1.

Proviſio Iudicis.

Die 27. Auguſti 1602. miniſtratis teſtibus paratus eſt illos recipere.

N. Iudex.

Pro-

2.

Proviſio Iudicis quando ultra teſtes miniſtrandos inſtrumenta producuntur.

29. Auguſti 1602. miniſtratis teſtibus paratus eſt illos recipere, & inſerantur producta, ſeu conſuantur exhibita.

N. Iudex.

3.

Schedula, qua ad relationem aſſignari petitur.

Habitis defenſionibus, ſi qua datæ ſunt, pro publicatis petit Fiſci procurator R. Curiæ ad relationem aſſignari, & iuſtitiam fieri iuribus Fiſci ſemper ſaluis.

N. Fiſci Aduocatus.

4.

Proviſio Iudicis.

Die 16. Martii 1603. habitis defenſionibus pro publicatis aſſignat ad relationem in R. Concilio ad diem præſentem cum ſequentium continuatione, & int.

N. Iudex.

5.

Schedula qua petitur aſſignatio ad ſententiam.

Ad ſententiam aſſignari, & illam ferri, & exequi, & iuſtitiam fieri, & miniſtrari petit Fiſci procurator Regiæ Curiæ iuribus ſuis ſemper ſaluis.

6.

Proviſio Iudicis.

Die 16. Martii 1603. aſſignat ad ſententiam ad diem præſentem, & int.

N. Iudex.

7.

Schedula qua petitur ius dici ſuper noviter actitatis, quæ eſt loco petitionis ad ea publicandum.

Super nouiter actitatis datis defenſionibus petit Fiſci procurator Regiæ Curiæ iuſtitiam fieri, & miniſtrari iuribus Fiſci ſemper ſaluis.

N. Fiſci Aduocatis.

8.

Proviſio Iudicis.

Die 17. Septembris 1603. habitis nouiter actitatis pro publicatis concedit terminum ad dandū ſuas defenſiones vſque ad diem Lunæ excluſiuè, & int.

N. Iudex.

9.

Proviſio Iudicis in calce defenſionum ſuper nouiter actitatis.

Die 20. Septembris 1602. miniſtratis teſtibus paratus eſt illos recipere.

N. Iudex.

For-

10.

Forma continuandi teſtes defenſionales.

Die 26. Septembris 1602. Barcinone per Magnificum N. V.I.D. Iudicem R.C. ſuper articulis oblatis pro parte N. die T. fuerunt recepti teſtes ſequentes.

Antonius N. aromatarius ciuis Barcinonæ, ætatis (vt dixit) triginta annorũ teſtis citatus productus, qui iurauit, &c.

Et primò fuit interrogatus ſuper primo articulo, &c.

In fine autem depoſitionis, cui non ſubſcribunt teſtes defenſionales, continuantur per ſcribam cauſæ hæc verba: *fuit ſibi lectum, & perſeuerauit præſente dicto Magnifico Relatore N.*

11.

Aſſignatio ad audiendum Advocatos.

21. Martii 1603. facto verbo in Regio Concilio aſſignat ad audiendum Aduocatos ad diem proximam, vel ad diem T. hora Concilii, & int.

N. Iudex.

Tradam infra iura quorum vigore audiendi ſunt Aduocati reo petente, talis autem auditio practicabilis non erit niſi poſtquam publicata fuerint inquiſitio, & nouiter actitata reſpectiuè, imò etiam opus erit publicationem defenſionum præcedere, vt Aduocati cum plena offenſiui, & defenſiui proceſſus indagine, obtenta communicatione poſſint pro reo, prout opportuerit, & cauſæ merita dictauerint allegare, ſanè hodie Senatus ſolet abſque vlla proviſione regulariter mittere Regium Portorium reo vt ei notum faciat quo die illius Aduocatus poterit Regium Concilium informare.

Conſuevit pariter Regium Concilium uno, & eodemmet die aſſignare ad relationem, & ad ſententiam, eamque pronuntiare, quando autem ſunt communicandę defenſiones non ita practicatur, ſed aſſignatur ad relationem certa dies cum ſequentiũ continuatione, & poſt aliquos dies fit aſſignatio ad ſententiam, ipſaque fertur.

Nota ſimiliter quod quamvis aſſignatum fuerit ad relationem, & ad ſententiam, ſi novæ fiant poſteà probationes, & illæ publicentur iuxta formulam adductam *num.* 7. nihilominus aſſignari debet noviter ad relationem, & ad ſententiam ſervato tenore formularum *num.* 3. & 6. quia tempore primę aſſignationis ad relationem non erant publicatę defenſiones proviſione de quà *num.* 8. ideòque nova aſſignatio ad relationem deſiderabatur, & ad ſententiam, cum in iſta non ponantur verba: *cum ſequentium continuatione.*

Pau-

12.

Pauperis ſupplicatio ad petendum teſtes pro defenſione ſua citari.

Noble Senyor Theſorer.

PEr obſeruança de la Cõſtitució feta en las Corts celebradas en lo any 1564 cap. 19. ſerà V.m. ſeruit de manar enuiar vn Porter Real perque cite, y faſſa venir à pena de ſinquanta lliuras, los teſtimonis deuall eſcrits, à inſtancia de N. altre dels Procuradors dels pobres de la Regia Cort, per teſtificar en defenſa de N. pobre de la almoyna, vuy detingut en los carcers Reals à relaciò del magnifich Micer N. lurge de la Regia Cort, y Relador de ſa cauſa, Notari N.

Sequuntur nomina teſtium.

Primo.

Item.

Se han de rebrer eſtos teſtimonis ſobre los articles 4. 7. 8. &c.

Altiſsimus, &c.

N. Aduocatus pauperum.

Deindè magnificus, ſeu Nobilis Regens Regiam Theſaurariam mittit litteras, ſeu epiſtolam manu ſua ſubſcriptam, directam Baiulo loci ubi morantur teſtes, & illam tradit Regius portarius ad effectum ut per hunc citatio fiat, & teſtes quantò citius ad deponendum accedant.

1 *Teſtes defenſiui in iudicis præſentia ſunt recipiendi, tametſi in longinquis partibus morentur.*
Limita ſi ſint iuſtè impediti, nam tunc accedit iudex ad eos recipiendum, vel mittit Notarium.

2 *Quæ per iudicem ſint obſeruanda ad teſtium ſubornationem dignoſcendam.*

3 *Teſtes de negatiua loco, & tempore arctata deponere volentes non aliter quam in carceres conſecti ſunt examinandi, ſi ſuper ſubſtantialibus delicti præcedat Fiſci probatio, ſecus autem ſi illa ſit inſubſiſtens.*

4 *In defenſionem dati teſtes probant quamuis ſui dicti rationem nõ reddant, niſi de his deponant quæ ad iudicium intellectus pertinent, vbi de cura adhibenda á iudice circa interrogandum de ratione ſcientia.*

5 *Teſtes de negatiua qualiter deponere debeant, & ibi Doctores qui de negatiua loco, & tempore coarctata agunt.*

6 *Negatiua ad breue tempus eſt coarctanda.*

7 *Articuli generales non admittendi, neque continentes reuocationẽ confeſsionis, præterquam deducto prius errore, & offerendo de eo docere adiectis illius cauſis in ſpecie.*
Socius criminis ſe, & conſocium exculpare volens non audiendus.

8 *Reis postquam se defenderint non prohibetur alloquutio cum aliis non carceratis, sed fallit in criminibus atrocissimis vbi de Senatus obseruantia &* num. 9.

10 *De citandis testibus in defensionem pauperis eleemosinæ, & auditione Aduocatorum remissiuè.*

11 Cancer var. 1. cap. 20. num. 34. *enodatus.*

ANIMADVERSIONES.

1 REcipiendi sunt testes defensivi in iudicis præsentia propter rationem adductam *decis.* 34. *num.* 38. Peguer. in prax. crimin. *cap.* 12. §. 7. *num.* 2. qui etsi testes in longinquis partibus morentur observari testatur, & limitat si sint iustè impediti, nempè honestæ mulieres, infirmi, & debilitati: nam tunc non coguntur venire, sed accedit iudex ad eorum testimonium recipiendum, vel notarium mittit, oculatusque processus instructor attendat ne tam in favorem, quam contra reum quicquam à veritate devians probetur, testes nō admittat adversus confessionem serioſe emissam iuxta firmata *decis.* 30. *num.* 38. *& seq.* quibus adde Quesada Pilo *dissert.* 16. *num.* 94.

2 Ex vultu, gestu, ac modo deponendi testium animus erit speculandus, ut inde deprehendatur an subornati ad testificandum accesserint, de quo passim *volum.* 1. & præsertim *decis.* 32. *num.* 47. ubi non committi in criminalibus receptionem notario, neque iuramentū per procuratorē præstari posse.

3 Neutiquam examinentur testes de negativa loco, & tempore coarctata deponere volentes, nisi in carceres coniecti ex stabilitis *decis.* 58. *num.* 1. Calderò *decis.* 8. & 21. ubi late peregit de variis modis quibus affirmativa implicitam includit negativam, & pro regula generaliter teneas probationes tendentes ad omnino destruendum contentas in offensivo processu nō aliter quam per carceratos testes fieri posse, quæ intellexit Calderò *d. decis.* 22. *nu.* 15. quando pro parte Fisci super substantialibus delicti extat efficax probatio, quam contrarios ministrando testes conatur reus evertere, secus autem quando insubsistens est, iunge Herculan. *de negativa num.* 130.

4 Præsentem etiam habeat iudex doctrinam, illam quod tametsi regulariter testes in defensionem dati probent, quamuis sui dicti rationem non reddant Boss. *in practic. de oppos. contra test. num.* 73. *&* 80. Clar. *in practic. q.* 53. *in fine* Guazzin. *defens.* 29. *cap.* 3. *num.* 10 aliis congestis Conciol. *resolut. crimin.* 15. *Vers. Testis quoad dicta num.* 8. hæc tamen regula limitatur, & fallit quando deponunt de his, quæ sensu corporis non percipiuntur, sed magis ad iudicium intellectus, & discursum rationis spectant: nam tunc etiam non interrogati testes ratio-

rationem reddere tenentur ex traditis in alia ſpecie per Fontan. *deciſ.* 60 *num.* 16. & punctim expoſui *deciſ.* 7. *à num.* 57. quapropter curet iudex de ratione ſcientiæ his præcipuè caſibus interrogare, etenim ſi in illa teſtes deficiant eorum probatio nullius erit efficaciæ.

5 Ideò teſtes ſuper negativa deponentes removere debent actum à ſenſu, dicendo quod non potuiſſet aliter eſſe quin ipſi ſciviſſent, & vidiſſent quia præſentes erant, & hanc rationem ſcientię reddere tenentur licet de ea interrogati non fuerint Rota *p.* 18. *recent. deciſ.* 450. *num.* 5. *& ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ.* 525. *num.* 24. *& ſeqq.* Caval. *deciſ.* 268. *num.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 510. *num.* 1. proſequuntur Carlev. *de iudic. tit.* 2. *diſput.* 3. *num.* 38. Narbona *in horograph iur. in antelog. nu.* 124. Guazzin. *in defenſ. reor. defenſ.* 28 *cap.* 1. *à num.* 13. Herculan. *tract. de negat. probat. num.* 262. Hieron. Baſil. *deciſ. crimin.* 9. *à num.* 28. qui de negativa loco, & tempore coarctata pertractant, & qualiter probatiò negativæ conſtitui debeat demonſtrant.

6 Coarctari etiam opportet negativam ad breve tempus arbitrio iudicis, aliàs teſtes non ſolum illam non probant, ſed redduntur de falſo ſuſpecti, veluti ſi menſem comprehenderent, cum veriſimile non ſit per tam longum tempus vidiſſe ſemper inquiſitum Farinac. *q* 65. *num.* 227. *& conſ.* 88. *num.* 6. *lib.* 1. Ludoviſ. *deciſ.* 525 *nu.* 9. alios laudant Conciol. *reſol. crimin.* 3. *verbo Negativa* Sabellus *in ſumma eodem verbo Negativa num* 9. *Verſ. quod ſit coarctata ad breve tempus.*

Caveat iudex ne articulos gene- 7
rales admittat cum clauſula *dicant teſtes*, ex præſcriptis *deciſ.* 31. *nu.* 77. continentes revocationem confeſſionis repellat, niſi reus ſe erraſſe in confeſſione prius deducat, paratúque eſſe de errore docere, adhibitis eius cauſis in ſpecie, ut præmonuimus *deciſ.* 26. *num.* 8. ſocium criminis, qui ſe, & conſocium exculpare velit in teſtem defenſionalem non recipi curet nixus diſcuſſis *deciſ.* 34. *num.* 29.

Reis poſt datas defenſiones non 8
prohibetur facultas loquendi cum ſuis Procuratoribus, Advocatis, & aliis perſonis Novar. *de grauamin. vaſſall. tom.* 1. *grauam.* 284. qui etiam advertit talem prohibitionē imponendam non eſſe niſi in criminibus gravibus.

Si tamen maleficia ſint atrociſ- 9
ſima iudex decernere poteſt ne ullus carceratum alloquatur etiam ex eius Advocatis præterquam pręſente Fiſcali Larrea *allegat. Fiſcal.* 66. *num.* 80. ex Farinac. *in prax. q.* 39. *num* 14, & fuit practicatum de anno 1658. in caſibus, de quibus memini *deciſ.* 21. *num.* 11. & aliis in ea narratis.

De teſtibus ad defenſionem pau- 10
peris eleemoſinæ citādis vide *Conſtit.* 6. *Tit. de pobres pledejants* diſpo-

nentem obſervata §. 1. *formula* 12. pro auditione autem Advocatorum perluſtra integrum titulum *de audic. de Advocats.*

11 Circa repetitionem teſtium poſt publicatas atteſtationes copioſè diſerui *deciſ.* 31. & ita de illa nunc nō diſquiram, ſolùm animadvertam Canc. *var.* 1. *cap.* 20. *num.* 34. tenere non eſſe admittendos novos teſtes poſt proceſſus publicationem, & didiſcita teſtificata ubi iam ſunt informati iudices, & per partes ſuper teſtibus, eorumque probatione extitit diſputatum ex Riminald. *conſ.* 650. *num.* 3. *vol.* 4. qui hoc in fiſco procedere vult, Mieres *tit. de public. inquiſ. num.* 8. & 9. *p.* 2. *collat.* 9. *fol.* 142. caſum ſubiungens quo placuit prædicta doctrina, verùm non tradit Cancer fuiſſe hunc articulum formiter deciſum, neque ſententia Riminaldi, & Mieres procedit in terminis in prǫmentionata deciſione reſeratis.

TIT. XII. DE TORTVRA PRO ERVENDA VERITATE.

1.

SENTENTIA.

In nomine Domini noſtri Ieſu-Chriſti, & eius Beatiſſimæ Matris Mariæ nominibus humiliter invocatis.

EXcellentiſſimus Dominus Don Ioannes Terès, miſeratione Diuina Archiepiſcopus Tarraconæ, Conciliarius, Locumtenens, & Capitaneus Generalis Sacræ, Catholicæ, & Regiæ Maieſtatis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ. Viſa Fiſci Procuratoris præuentione contra N delatum, & inculpatum, quod die 8. Auguſti proximè defluxi, noctu, & hora captata, &c. narrabis factum, & poſteà continuabis. *Viſa petitione dicti Fiſci Procuratoris. Viſa inquiſitionis publicatione, cum licentia Advocati, & Procuratoris, & termino defenſionum. Viſa defenſionum publicatione, & aſſignatione ad relationem, ipſaque aſſignatione facta per N. Regij Conciliti Doctorem, præſentis cauſa Relatorem, & concluſione indè ſequuta. Viſa aſſignatione ad ſententiam ad præſentem diem, & horam facta, ad quem ad cautelam cum præſenti aſſignat, Sacroſanctis Euangeliis coram ſua Excellentia poſitis, & illis reuerenter inſpectis, ſua Excellentia dictam inſequendo concluſionem pronunciat, ſententiat, & declarat, & dictum N. condemnat quod ſubijciatur quæſtionibus, & tormentis, vt veritas ab eius ore habeatur.*

Publicetur. *Vt. N. Fiſci Advocatus.*

N. Regens. *Vt. N. Iudex.*

Et

Et publicata dicta ſententia coram Regente Cancellariam, eius lata debet continuari ſubſequenti forma.

Lata per N. Regentem Cancellariam, & lecta per ſcribam mandati die 30. Aprilis 1603. in Aula Palatij ſuæ Excellentiæ, præſente, & inſtante Fiſci Procuratore, & præſentibus N. & N. & aliis.

2.

Sententia qua condemnatur reus ad torturam in caput ſociorum.

NOs Don Ioannes Terès, &c. Attento quod per merita proceſſus, & aliàs legitimè conſtat de intentione Fiſci procuratoris aduerſus dictum N. Propterea, & aliàs dictam inſequendo concluſionem ſententiamus, pronuntiamus, & declaramus quod dictus N. eſt reus mortis, & quod ſuſpēdatur laqueo per collum in alta furca, taliter quod naturaliter moriatur, & anima ab eius corpore illico ſeparetur, & quod ipſius bona ſint confiſcata Regiis arariis aplicanda, & quod poſt latam ſententiam, & ante illius executionem torqueatur in caput ſociorum, ut ei cedat in pœnam, cæteris verò in exemplum.

Subſcribunt ipſimet qui reperiuntur in præcedenti, cum hac differentia, quod quando proceſſus eſt evocatæ cauſæ, vel Regaliæ, ut iſte, ſententia incipit ita: *Nos Don Ioannes, &c.* & non ponitur per Nobilem, ſeu Magnificum Regentem Reg. Cancellariam *publicetur, &c.* ſed ipſe ſubſcribit, *Vt. N. Regens*, non enim publicatur coram eo, ſed coram Excel. Dño Locumtenente Generali.

Aliquando concipitur clauſula torturæ, ita: *torqueatur in caput ſociorū auxiliatorum, & pro aliis criminibus de quibus diffamatus exiſtit*, ut memini *deciſ. 17. num. 1.*

Quandoque in tortura ad eruendam veritatem irroganda apponitur clauſula, ſeu proteſtatio *probatis in ſuo robore remanentibus*, veluti ſi reus de duobus delictis ſit imputatus, & ſubijciatur quæſtionibus tantum ſuper uno, vel non ſuper crimine, ſed eius qualitate, aut ſi ſcelus ſit leſæ Maieſtatis in primo capite ex præmonitis, *deciſ. 36. num. 32.*

3.

Supplicatio à ſententia torturæ pro eruenda veritate irroganda.

Excellentiſſime Domine.

SVpplicat hæc pars N. ſententiam, ſeu prouiſionem in eius odium latam, in qua fuit condemnatus, quòd torqueatur ad eruendam veritatem ab eius ore, ad relationem Magnifici N. Iudicis R. Curiæ in melius commutari, & præſentem ſupplicationis cauſam commiti mandare alicui ex Magnificis Regiis

Con-

Consiliariis alterius ex Aulis Regiæ Audientiæ Civilis, qui benè supplicatum declaret, officio, &c. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N.

Commitatur Magnifico N. qui super supplicatis debitè provideat.

Prouisa per Regentem Cancellariam die 18. Nouembris 1602. Barcin.

N. Scriba mandati.

Provisio Iudicis.

Recepta dicta die inseratur in processu, & intimetur.

N. Iudex.

Et dicta provisio intimatur Fisci Procuratori.

4.

Forma continuandi actum torturæ.

DIE 16. Aprilis 1604. Barcin. Essent personalment constituit los Magnifichs Misser Ioan Magarola en drets Doctor, Iutge de la Regia Cort y Relador de la present causa Mossen Ioan de Encontra Canaller, Alguatzir ordinari de sa Magestat, en Barcelona populat; Mossen Melchior Llargués Procurador Fiscal de la Regia Cort; Mossen Antoni Fort Chirurgià, juntament ab mi Felip Soler Escriuà de la present causa, y Notari publich, ciutedà de Barcelona, y los Missatges de la Cort del Veguer, en lo terrat dels Carcers Reals de la present Ciutat, à fi, y efecte de fer la tortura en la persona de N lo qual de manament de dit Mag. Iutge, y Relador fonch manat à las guardes de dits Carcers aportar ab vna cadena al coll, lo qual aportat, y assegut en vn banch, en lo qual terrat hi hauia pa, vi, y llum y altres coses necessaries à obs, y per a dita tortura, per lo dit Magn. Alguatzir fonch exortat desta manera. Vos N. sa Excellencia y R. Consell vist vostren proces, y merits de aquell, vos han condemnat en que siau atormentat.

Si tortura inferatur in caput sociorum notificatur reo sententia, & quod torquetur ut declaret socios, fautores, & conscios in delictis per illum perpetratis, & exhortatur per eundem Alguzirium, & deindè per Magn. Relatorem de veritate detegenda, & quod nolit illius carnes macerari.

5.

Relaxatio rei qui negativus vicit in tortura.

DIE 15. Aprilis 1603. insequendo conclusionem in R. Concilio factam providet quod N. attento quòd vicit in tortura relaxetur à Carceribus.

N. Iudex.

De

UAB Biblioteca de Ciències Socials

De Tortura pro eruenda veritate irroganda.

1 *Quæ inſpicienda ſunt in declaratione torturæ, explicatur, & num.* 2. 3. 4.

5 *De modis tormentorum in Cathalonia practicatis.*

6 *Reus confeſſionem in tortura factã ratificare renuens iterum torquetur, & quomodo.*

7 *Ratificatio qualiter extra tormentorum aſpectum ſit continuanda.*

8 *Quæ perſonæ torqueri nequeant.*

9 *Quando plures ſunt torquendi à quibus tortura debeat incohari.*

10 *Poſt ratificatam confeſſionem in tortura emiſſam defenſionis terminus reo conceditur, & qualiter eam valeat reuocare.*

11 *Ius noſtrum municipale ſupplicationem, à prouiſione, ſeu ſententia tortura permittit.*

12 *Quædam de tortura pro eruenda veritate hic adducta deſeruient etiam ad torturam in caput ſociorum.*

ANIMADVERSIONES.

1 QVando tortura infertur pro habenda ab ore reorum veritate delicti, obſervanda à Iudice, ac inſpicienda nõnulla ſunt. Primò ſcilicet quod tortura cum gravis admodum ſit cruciatus inferri pro quocumque non valet delicto, ſed pro eis tantum in quibus imponitur pœna ultra relegationem: pœnæ autem ultra relegationem illæ dicuntur quæ ſunt de mero imperio, ut pœna mortis civilis, quæ libertatem adimit, qualis erat olim in metallum damnatio, in quam ſucceſſit damnatio ad triremes ad tempus, vel in perpetuum, aut cùm membri abſciſio imponeretur. Peguer. *deciſ.* 16. *nu.* 3. licet plures allegati à Conciol. *reſolut. Crim.* 11. verbo *Tortura*, velint irrogari poſſe in omnibus delictis in quibus imponitur pœna ſanguinis, vel alia corporalis. Secundò advertat, 2
ut de corpore delicti conſtet, aliàs enim nulliter infereretur, nec convalidari poſtea poſſet ex probatione ſuperuenienti. Tertio, ne ad eã 3
deveniat niſi in probationis ſubſidium quando aliter ſcilicet probationes ſufficientes, ac plenæ haberi non poſſunt.

Practicantur apud nos tria tormentorum genera, nempè *del garrot, de laroda*, & *del potro*, in utrq; 5
ante torturam, & in eius actu ſemper monetur reus de veritate dicẽda, ter tenduntur funes in primo, inquiſito perſeverante negativo, in ſecundo elevatur in altum, & poſteà deſcendẽdus, & negans rurſus elevatur, & ad pedes imponitur pondus unius quintalis, & poſteà iterũ deſcendẽdus eſt adiecto medio quintali, iterumque extollitur, in iſtis quæ elevationibus arbitrio Chirurgi, & Iudicis reus detinetur. Tertius modus exercetur in fractis, ſivè *potroſos* iuxta recti, ac timorati Chirurgi ſenſum, quem ſequi Iudex tenetur, involuitur tot-

quen-

quendus ſindone, vulgò *touallola*, ac funibus arctatus detinetur per ſpatium viribus ſuis proportionatum, ita ut cruciatus vehementiam abſque diſcrimine vitæ patiatur, plenè Conciol. *reſolut. Crim.* 16. verbo *Tortura*, ubi de tormento vigiliæ, equi, vel capræ, in quo reus detinetur per horas.

6 Si à tormentorum inſpectione amotus reus confeſſionem in tortura factam ratificare renuat, iterũ torqueatur, non donec ratificet, ſed repetendo tormenta uſque ad tertiam torturam. Peguera hic cum Farinacio, formam autem excipiẽdi dictam ratificationem confeſſionis factæ in tortura affert ex nonnullis remiſſivè, Conciol. verbo
7 *Tortura reſol.* 19. *in fine*, praxis noſtra recepit in fine depoſitionis continuari quod reus de ordine Iudicis fuit iuſſus extrahi à loco tormentorum, & eorum viſione, & ad aliũ locum adduci, ubi per Actuarium cauſæ de ordine Relatoris fuit ei lecta depoſitio, illamque ratificavit, & confirmavit ſub iuramento.

8 Torqueri non poſſe Doctores, nobiles, equites (de his aliud ſentiendo in crimine læſæ Maieſtatis in primo capite poſtquam degradati fuerint, & ſic ut torqueantur in caput ſociorum) perſonas in dignitate conſtitutas, minores 14. annis, ſenes decrepitæ ætatis, & mulieres prægnantes firmat Peguera, & in primo volumine ſtabilivi, recitat complurimis cumulatis Conciol. *reſol.* 1. *Crim.* verbo *Tortura*, aliquas limitationes commemorans.

Quando duo, vel plures quæ- 9
ſtionibus ſunt ſubmittendi debet tortura à debiliori, & timidiori incipere, ſi omnes ſint æqualiter ſuſpecti, ſin autem à magis ſuſpecto, Carena *de Offic. ſanctæ Inquiſit. pa.* 3. *tit.* 10. §. 21. *num.* 162. Clar. *in pract.* §. *fin. quæſt.* 64. *num.* 28. Ambroſin. *de proceſſ. informa. lib.* 4. *cap.* 6. *in prin.* Peguera *qui ſupra in* §. 11. *num.* 5. Conciol. *reſolut. crimin.* 13. verbo *Tortura à num.* 1. qui rationem ex eo deſumit, quia à debilioribus facilius erit conſequi veritatem, & etiam notat ab eo, qui reputatur malæ conditionis, & famæ cæteris paribus torturam incohandã eſſe.

Defenſionis terminus dandus 10
eſt reo, qui torturam forma præhabita ratificavit, & ita tunc publicantur noviter actitata, & conceditur dilatio reo ad ſe defendendum, poſteaque aſſignatur ad relationẽ, & ad ſententiam modo quo ſuperiùs adduximus, poteſt enim reus errorem allegare ſuæ confeſſionis, cauſis erroris congeſtis probare paratus illam revocando, Guazzin. *defenſ.* 30. *cap.* 24. *num.* 7. Follet. *in pract. verſ. Et ſi confitebatur num.* 84 Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 100. *& ſeqq.* qui tenent repeti non poſſe torturam contra huiuſmodi reum errorem probare volentem, & recuſantem ratificare confeſſionem, ſed aſſignandum ei eſſe terminum cõpetentem ad erroris probationem,

quæ

quæ sola ad huc non sufficit, sed ultra erroris expressionem, & probationem debet adesse legitima causa, eaque allegari, & probari; punctim Calderò *decis.* 22. *à num.* 24. enumerans, & enucleans causas istiusce erroris, videlicet metum, ignorantiam, oblivionem, iram, fatuitatem, & persuasionem.

11 In vim *cap.* 15. *Curiar. anni* 1599. licita est supplicatio à sententiis diffinitivis, & declarationibus tormẽtorum per Excellentissimum Locumtenentem generalem suæ Maiestatis, eiusvè Regium Concilium latis, committiturque causa supplicationis alicui Regio Senatori alterius ex Aulis civilibus, & in *cap.* 16. sequenti disponitur permitti quibuscumque condemnatis per Regios Officiales ordinarios, vel per Barones ab illorum sententiis diffinitivis criminalibus, & provisionibus tormentorum appellare ad eosdem mutato Assessore, qui in primitiva sententia non interfuisset, nec consuluisset, excipitque dictum *cap.* 15. nonnullos casus ibidẽ expressos, & alios à iure communi amplexos, decemque dies ad supplicandum respectivè præfigit, observa adducta supra *tit.* 3. *pag.* 19. & ibi notata *num.* 6.

Denique monitum te volo non- 12
nulla de tortura allata pro veritate eruenda prodesse quoque pro illa, quę in caput sociorum irrogatur, peculiaria autem ex formulis depromes, & ibidem animadversis.

TIT. XIII. DE VISVRA, SEV OCVLARI INSPECTIONE.

1.

Supplicatio pro petenda visura in loco delicti.

Excellentissime Domine.

AD defensam N. rei inquisiti, & conuincendum probationes contra eũ factas, instante P. F. R. C. & præsertim depositiones N. & N. testium offensionalium, necessaria est ocularis inspectio in loco oppositi delicti; quare supplicat ad visuram diem certam assignari, & iustitiam ministrari. Offic. &c.

Altissimus, &c.

N.

Remitatur Mag. Relatori causę, qui super supplicatis debitè provideat.
Provisa per Nob. Reg. Cancell. die T. mensis. T. anno T.

Hieronymus Llampillas.

Recepta dictis die, & anno assignat ad visuram diem T. cum sequentium continuatione.

N. Iudex.

2.

Visure in loco delicti principium, & de eo instrumentum.

NOuerint vniuersi quod anno à Natiuitate Domini milleſſimo, &c. Conſtitutus perſonaliter Magnificus, & dilectus Conſiliarius Regius N. V. I. D. Iudex R. C. vna cum N. & N in loco quæſtionis, qui eſt in termino, &c. & in loco vocato, &c. aſſiſtentibus Aduocatis vtriuſque partis in præſentia N. & N. teſtium ad hoc vocatorum dictus N. (hic & Actor, ſeu eius procurator) per organum N. Aduocati deduxit ſequentia.

Compareix N. en la preſent viſura, y anomena à T. en expert, perque ab lo nomenador per la altra part, y en cas de diſcordia de dits experts, lo tercer ex officio per v. m. anomenador mitjenſant juramẽt (llegits à dits experts las deduccions, y artigles ſe preſentaran; la proua de aquells, y actes ſe exhibiran, conforme axi demana eſſer manat al Notari de la cauſa) relació faſſen ſobre las deduccions ſeguents.

1 Primò, miren, vejan, y regonegan, y mitjenſant juramẽt relació faſſan ſi, &c.

2 Secundò, miren, vejan, &c.

3 Per lo que, y altrament demana ſia manat à la part altra preſent en viſura, anomene expert, y en cas de recoſació ſia anomenat per v. m ex officio, y que ſian deſpedits mandatos à dits experts, y en ſon lloch al tercer en cas de diſcordia, perque mitjenſant juramẽt en la forma acoſtumada faſſan dita relació.

Y per major declaració del dedubit, y allegat en las antecedents deduccions, y que ab major certitut pugan los experts fer ſa relació, y á tots fins, y efectes à ſi mes vtils y neceſſaris, &c.

1 Primo poſa, &c.

2 Poſa, que perço, y altrament, &c.

3 Poſa, que totas las demunt ditas coſas ſon verdaderas, &c. y demana ſien deſpedits dits manaments, y concedida vna competent dilació pera provar, y que ſien habilitadas las proximas Ferias (ſi earũ habilitatio expediat) y juſticia miniſtrada ab tot cumpliment de dret, non ſolum pramiſſo, ſed etiam omni alio modo meliori, y prot.

N.

Poſte à dictus N. (hic eſt reus, ſeu eius procurator) per organum N. Advocati reſpondidit ſequentia.

RESponent à las deduccions, y articles contraris compareix N. en la preſent viſura, y accepta en primer lloch las confeſſions per la part altra fetas, tacitas, y expreſſas en quant per ſi fan, y no altrament, y anomena en expert á N.

lo

lo qual ab lo anomenat en contrari, ò en cas de discordia ab lo tercer ex officio nomenador; llegits à ells las presents deduccions, y articles que se dedubiran, las deposicions dels testimonis se ministraran, y actes se presentaran (conforme axi demana esser manat al Notari de la causa) mitjensant jurament relació fassan sobre las deduccions seguents.

Primó, miren, vejen, y regonegan, &c.

Y per major declaració del dedubit, y allegat en las antecedents deduccions, y que ab major certitut pugan los experts fer sa relació, y à tots fins, y efectes à sis mes necessaris, &c. diu, y posa per articles lo seguent.

Primo, posa, que, &c.

Posa, que ditas cosas son verdaderas, &c. y demana que sian despedits los manaments als experts per las parts anomenats, y en cas de discordia de aquells al tercer ex officio nomenador, pera que fassan dita relació, y que à prouar sia concedida una competent dilació, y que sian habilitadas las proximas Ferias, (si earum habilitatio expediat) y justicia sia ministrada ab tot cumpliment, & omni meliori modo, y prot.

Prouisio.

7. Julij 1685. hora circa undecimam ante meridiem, dictus Magn. Relator N. auditis partibus, & earum respectiue rationibus, deductionibus, & articulis omnibus ad plenum intellectis prouidet dictos articulos admittendos fore, & esse prout cum præsenti admittit ad probandum per quodcumque probationum genus, saluo iure impertinentium, & non admittendum de quibus habebitur ratio in diffinitiua, qualis de iure habenda erit, ad quem effectum concedit dilationem TT. dierum partibus ad probandum communem, & pariter admissa nominatione expertorum per partes respectiua nominatorum in casu discordiæ nominat in tertium N. qui respectiué loca quæstionis recognoscant, & medio iuramento relationem faciant, recipiantur testes, & pro his expediantur cartella, seu mandata, & aliæ prouisiones opportunæ iuxta stylum habilitatis diebus feriatis partibus præsentibus.

N.

Vigore cuius quidem prouisionis recipiuntur testes pro utraque parte ministrandi, expediuntur mandata expertis, & tertio, & eis, lectis deductionibus, articulis, instrumentis, testiumque depositionibus per Notarium causæ faciunt relationem.

Cuius formam sic habe.

OBtemperans N. y N. experts anomenats, &c. (& in casu discordiæ vnusquisque suam relationem prosequitur iuxta suum sensum) al manament à nosaltres presentat, &c. ohidas del Notari de la causa las deduccions, y artigles de las parts, y ohits los dixos dels testimonis sobre dits artigles per ditas

UAB Biblioteca de Ciències Socials

parts respectiuament ministrats, y actes exhibits, hauent tingut diferents conferencias tant en lo lloch de la questió, com en altras parts, y ben premeditat tot lo que premeditar se deuia, mitjentsant jurament, en la forma acostumada prestat, diem, y relació fem en la forma seguent, &c. La qual relació fem en la Vila de N. firmada de nostra ma propria, vuy als 10. de Octubre de 1685.

N.

N.

Proviſio.

20. Octobris 1685. inſerantur in proceſſu.

N. Iudex.

1 Ad officiũ iudicis ſpectat menſores mittere pro quæſtione finium dirimenda.

Extenditur ad ea, qua ſenſu corporeo percipiuntur, & certò haberi nequeunt, & de quibus poſſunt atteſtari periti, qui à iudice, ſeu partibus electi, de veritate dicenda iuramento adſtringuntur.

2 Viſura tam in iudicio criminali, quam ciuili, & etiam in cauſa contentionis admittitur.

3 Quæ perſonæ interuenire debeant in viſura, pro videnda diſtantia loci, quo reus, & teſtes inueniebantur, ad probandum ipſos, nec aggreſſum, nec aggreſſorem potuiſſe audire, nec cognoſcere.

4 Viſura in cauſa criminali quomodo petatur.

Si die aſſignata non fit, iudex per nuntium partes monere tenetur, vt die, & hora ab eo indictis in loco quæſtionis cum expertis adſint.

5 Quæ obſeruanda ſunt in viſura, exquiruntur, & num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

16 Interrogatoria teſtibus in criminalibus non dantur, niſi in certo caſu, de quo remiſſiuè.

Nec in viſuris cauſarum ciuilium ibidem.

17 Poſſunt tamen in viſuris peti reſponſiones perſonales ſuper articulis aduerſarii.

18 Aſſignatur ratio diſparitatis inter interrogatoria, & reſponſiones perſonales.

19 Vbi aliqua ex partibus eſt minor 25. annis, debet illi aſſignari curator ad lites, & cum ipſius intereſſentia eſt facienda viſura.

20 Altercata in viſura incidentia poſt eam cæptam verbo declarantur, quæ verò die, quo aperitur viſura, ſuſcitantur, ſimultaneè in ſcriptis in eodem inſtrumento aperturę, deciduntur.

Experti non faciunt relationem ſuper articulis iuris ibidem cum Regia prouiſione, de qua num. 21.

22 Teſtes ſolum poſſunt per verba facti,

cti, non autem per verba iuris testificari.

23 *Visura, si ambæ partes in ea interveniant, communibus expensis; si verò pars, contra quam petitur, non assistat, expensis solius partis petentis, est facienda.*

24 *Relator pro parte absente expertum nominat, & in casu discordiæ tertium.*

25 *Expertus potest recusari vti suspectus, sunt tamen allegandæ causæ suspicionis, quin sufficiat iuramentum.*

Exceptiones repellentes testes, sunt efficaces ad repulsam peritorũ ibid.

26 *Relator potest nominare expertum eodem die, quo finitur testium receptio.*

27 *Quando res visitandæ sunt diuersæ, plures possunt nominari tertii.*

28 *Cautela ad semouendas omnes suspiciones traditur.*

29 *Peritus nequit alium subdelegare, nisi ad nudum scribendi ministerium, & æstimatores ad mensurandum.*

30 *Relatio peritorum, & illorum iuramenti receptio, fieri valet die feriata.*

31 *Dies feriati in honorem Dei, de consensu partium habilitantur.*

32 *Deductiones, & probationes ad obiiciendum personas testium, in actu visuræ sunt admittendæ.*

33 *Testes in actu visuræ post didicita testificata possunt ministrari.*

34 *Si intra dilationem concessam ad probandum testes intra eam citati, & iurati non sunt recepti, potest Iudex verbo concedere vlteriorẽ dilationem ad eorum receptionem.*

35 *Iudex in visitatione loci mandacans cum parte, non potest suspectus allegari.*

Doctores Reg. Audientiæ iuxta Const. 13. Cur. anni 1599. *tantum possunt accipere à partibus in visuris* 36. *regalia pro illorum dieta ibid.*

36 *Visura ex causa potest bis concedi.*

ANIMADVERSIONES.

AD officium Prętoris, seu Præsidis, aut iudicentis spectabat mensores mittere quibus finiũ quæstio dirimiretur, ut passim testantur DD. Hęc insequẽs iudiciorum, ac litium forensis usus ad ea usque extensit quæ sensu corporeo percipiuntur, & ad illa de quibus possunt atteſtari periti, qui à iudice electi, seu à partibus sub iuramento veritatem promere tenentur. 1

Omisso igitur visuram (quę omne probationẽ genus excedit) admittendam esse, tam in iudicio criminali, quam civili, & quandocũque, pariterque in contentionis causa solet reus ad defensionem quoties de falsitate testium adversus eum ministratorum opponit, allegare: V. G. ab illo loco, in quo testes deponunt existere tẽpore patrati criminis id non potuisse videre, aut audire, si de verbis inter aggressum, & aggressorẽ prolatis loquan- 2

sit ipsorum personis, & bonis, qui igitur securitatem prædictam violaverit in pœnam, ac regaliam dicti Vsatici incidit.

2 Ad notitiam P.F.R.C. devento delicto offertur prima transcripta supplicatio, & decretatione facta per Excellentissimum Dominum Locumtenentem informationem recipere debet Iudex, & perquirere an de delicto constet, & an illud de comprehensis sub regalia dicti Vsatici sit, ut superius animadvertimus, factaque provisione transcripta expeditur per Regentem Regiam Thesaurariam Commissarius Regius ad illam exequendam, cui traditur memoriale, seu

3 commissio de qua supra. Admonendum est tamen hodie non observari delinquentium bona invētariari, & sub tuto poni, ne quis in persona, & bonis puniatur; verum tamen hanc regulā intellige, prout enodavimus *decis.* 53. *num.* 37.

4 Et quia semper propter validas resistentias, quæ Officialibus Regiis accidere solent in exequutionibus Regiarum provisionum, & litterarum procedi est assuetum per Curiæ laudamentum, ut innotescat quomodo processus adstruēdus sit formulam illius quoque inserui, in quo te animadvertendum

5 volo, quod executio, quæ providetur in vim processus laudamenti Curiæ effectum sortitur parte inaudita, & non citata cum in his Fiscus manu plena procedere dicatur; atvetò si pars comparuerit in manuque Regiæ Curiæ regaliam purgatur[9] se posuerit, supersedetur in executione dicti laudamenti, procedituque adversus eū coërcione criminali ob publicam vindictam, ut in cæteris delictis, ne in persona, & bonis pœnas luere dicatur delinquens. Videndi Peguera *in praxi crimin. cap.* 13. Calderò 6
decis. 3. ex quibus hauries per hoc Vsaticum procedi contra offendentes eos, qui præsentes sunt in loco ubi est Audientia Principis, & eunt ad eam, aut recedunt ab ipsa pro negotiis, vel litibus exposcentibus sequi Curiam, pro quacumque offensa illata occasione Curiæ, & pro negotiis illius, aut in vindictam sententiæ, contra iniuriantes, vel offendentes vocatos ad Curias generales, resistentes, aut damnificantes Officiales Regios in exercitio sui officii, seu illius causa, etiamsi finito officio accidat iniuria in ipsius æmulationem eximentes captos in posse illorum, vel detentos in manibus iustitiæ occidentes, aut vulnerantes, contra iniuriantes, seu damnificantes Locumtenentem Generalem, vel alios Ministros Regios superiores re, vel verbis, contra usurpantes præeminentias Officialium Regiorum, eisve lædentes, vel nomen illorum supponentes, adversus domos, vel personas Thesaurarii Bullæ Cruciatæ violantes, Officiales Regios parere nolentes mandatis

de

de comparendo in R. C. contra vassallos Baronis ecclesiastici, qui præstiterunt sacramentum, & homagium, antequam ipse obtinuisset litteras executoriales, & præstitisset sacramentum, ac homagium.

7 Ad laudamentum Curię requiritur, ut annotant prędicti Doctores, quod is cui restituitur sit verè Officialis Regius, præstiteritque sacramentum, ac homagiũ, quod detulerit publicè signum baculi, ut à resistentibus cognosceretur, nisi in casu supinæ ignorantiæ, & denique quod tempore factæ resistentiæ actu exerceret officium, vel resistentiam eveniſſe intuitu, aut colore officii, circa quæ vide firmata *decis. 65. hoc volum.*

TIT. XXIII. VSATICVM CAMINI, ET STRATÆ.

Tit. *de Comercis, y seguretats de camins.*

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

CAMINI, & strata, ac viæ publicæ, & omnes itinerantes in præsenti Principatu Cathaloniæ, sunt salui, securi, & positi sub Regia protectione, & vsatici Barcinonæ incipientis, camini, & strata. Quam protectionem violarunt quidam filij perditionis, qui non dubitarunt de mense Februarij proximè lapsi, in Regio itinere quo itur de loco N. ad locum N. derobare, &c. narretur factum, *aliaque crimina, & delicta commiserunt, & perpetrarunt: Idcircò supplicat F. P. R C. de prædictis inquiri, in vim dicti vsatici, & aliorum iis applicabilium, & culpabiles capi, bonaque illorum ad manus R. C. apprehendi, & sub tuto poni procedi, & enantari, secundum mentem, seriem, practicam, & stylum dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & in omnibus iustitiam fieri, & ministrari. Quæ licet, &c.*

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Prædictæ supplicationi, seu in illius calce fit decretatio sequens.

Magnificus N. Iudex R. C. quo citiùs, & secretiùs fieri possit, informet se de contentis in præsenti quærela, & seruata forma dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium in personam nostram debitè prouideat.

Prouisa per Excell. Dñm. Locumt. Gener. die 5. Februar. 1603.

N. Scriba mandati.

Et recepta prius per Iudicem summaria informatione, quod casus de

15 Denuò incumbit iudici ne permittat partibus labi tempus in deductionibus, seu articulis offerendis, & in testibus ministrandis, sic ut ante ipsius discessum à loco quęstionis deferant experti, aut tertius suam relationem facere, quia inde partibus ingens damnum solet evenire. Videndus Regens Caldero *dec. 67. tot.* & R. Senator de Tristany *decis. 19. à num. 19.* aliqua adducens, & nos *dec. 13. num. 35. & dec. 27. à num. 64.*

16 Interrogatoria testibus in criminalibus non dari, aut admitti exploratum habetur, nisi in casu per me relato *decis.* 30. *n.* 28. quoad causas civiles si ad visuram deveniatur speciale est, quod non audiantur interrogatoria super quibus testes examinentur, idque ex trium aularum deliberatione emanavit, & multoties fuit practicatũ, ac præcipuè in causa Prioris, & Cõventus fratrũ Servitarũ B.M. de Bono Successu Civitatis Barcinonæ (cõtra Hiacintũ Andreu medicinæ doctorẽ scriba Fores de anno 1682 & de hoc fit animadversio partibus per Relatorem, prout observavit Nobilis Iosephus Pastor, & Mora R. S. de anno 1686. in visura, quę evenit in causa Abbatis, & Cõventus Sancti Fœlicis de Guixols contra Vniversitatem illius Villæ, scriba etiam Fores.

17 Possunt tamen in visuris peti per partes responsiones personales super articulis adversarii, & tunc additur in provisione *mandetur vt petitur*, & ita fuit admissum de anno 1669. in visura habita assistente Nobili Ioanne Baptista Pastor tunc nostri cœtus R.C. in causa Iacobi Falguera, & Iacobi Iosephi Rovira contra Michaelem Salvador Actuario Ribes, & postea de anno 1675. ad relationem Magnifici Iosephi Aleny R. S. in causa Teresiæ Salamò, & Barthomeu contra Gasparem Esteve Scriba eodem Ribes.

18 Disparitatis ratio assignari valet, quia visura est iudicium verbale summarium, quod procrastinari non oportet, & ita meritò interrogatoria repelluntur, non autẽ responsiones personales, quæ celeritatem non remorantur ex firmatis *in praxi Peguera civili rubr.* 23. *num.* 15.

19 Si aliqua ex partibus sit minor 25. annis debet per aliam peti illi curatorem ad litem assignari ob visuræ validitatem, & cum ipsius intersessentia est facienda, & ideò in visura facta in causa prælibata Teresiæ Salamò contra Gasparem Esteve, quippe is erat minor 25. annis eodem die apertæ visurę fuit illi curator ad lites datus Emanuel Massia Burgensis, qui in toto cursu visuræ intervenit, non obstante contradictione Teresiæ Salamò, quę interventum aliorum curatorum, quos habebat Gaspar Esteve aliunde, instaverat: nam contrarium verbo, ut moris est in visu-

ris, Magnificus Relator definivit.

20 Circa quę nota quod regula hęc de declarandis verbo altercatis in viſura intelligitur de his, quæ poſt eam cęptam incidunt, ſi autem aliqua per partes in ſuis deductionibus ſuſcitentur die quo aperitur ſimultaneè declarantur in ſcriptis, ſcilicet in eodem inſtrumento aperturæ, quod per notarium conficitur, & ſi per partes prętendatur quod per expertos fiat relatio ſuper articulis iuris, repulſam quoad hoc patiuntur, prout declaravi hoc anno 1696. viſuræ aſſiſtens in cauſa Bernardi Enveja, presbyteri, & V.I.D. Prioris Eccleſiæ collegiatę Sanctæ Annæ præſentis Civitatis Barcinonæ, contra Narciſum Feliu V. I.D. Scriba Caſas proviſione ſequenti.

21 *Et dictus nobilis Relator auditis partibus, & illarum deductionibus, ac articulis intellectis prouidet quod ſalua iure impertinentium, & non admittendorum, de quibus ſuo caſu, & loco debita habebitur ratio recipiantur teſtes miniſtrandi per ambas partes, ad quem effectum, & aliàs ad probandum concedit dilationem decem dierum partibus communem, non obſtantibus in contrarium reſpectiue deductis, & quod admiſſa nominatione expertorum vtriuſque partis mandetur omnibus videant, & recognoſcant locum quæſtionis, & poſtea medio iuramento relationem faciant tantummodó ſuper facto oculis corporeis perceptibili, nihil quod merum ius contineat attingentes, & quod attento conſenſu partium remaneant habilitata feria, ſeu dies feriati proximi, & etiam quod mandetur notario vt petitur, & pro his omnibus expediantur mandata opportuna iuxta ſtylum.*

Nixus fui ſtabilitis per me *deciſ.* 22 27. *num.* 1. & 2. ubi quod teſtes ſolum poſſunt de facto, & per verba facti teſtificari, non autem per verba iuris, & ibidem quid liceat peritis, & teſtibus de iudicio deponentibus explicui.

Expenſis partis petentis debet 23 fieri viſura, hoc tamen declara ſi pars contra quam petitur in ea nolit interuenire, at ſi in ea interfuerit communibus expenſis eſt facienda Fontanella *deciſ.* 382. *à num.* 26. *tom* 2.

Similiter ſi tantummodò una 24 ex partibus in viſura aſſiſtat pars interveniens nominat ſuum expertum, & Relator pro parte abſente alium, & in caſu diſcordię tertium, & ſic fuit obſervatum de anno 1676. per Magnificum Raphaelem Nabona quond. R. S. in cauſa, & viſura Syndici Vniverſitatis de Viladecans contra Syndicum Loci de Sant Climent, Scriba Melchiore Cortes.

Expertus autem per partem no- 25 minatus poteſt per aliam recuſari uti ſuſpectus, & tunc non ſufficit ſolum iuramentum, ſed allegandæ ſunt cauſæ ſuſpicionis, & ſic fuit obſervatũ per Magnificũ Raphae-

lem Nabona de anno 1675. in causa, & visura Bernardi Arnet presbiteri, & Rectoris Ecclesiæ Parochialis Sãcti Iacobi huius Civitatis contra Raphaelem Guinart militem, & cum causæ viderentur urgentes Relator inclinabat ad removendum expertum, sed tamen partes concordarunt, & ita ad verbalem declarationem non fuit deventum, & observa omnes exceptiones vim habentes ad repellẽdos testes efficaces etiam esse ad repulsam peritorum Mascard. *de probat. conclus. 654. num. 8. & 9. volum. 1. ex Aretin. in cap. causam de probat. in 3. notab.*

26 Necesse non est quod Relator nominet expertum in provisione quam facit super deductionibus, & articulis, imò potest nominare eodem die quo testium finitur receptio, ut fuit practicatum in memorata causa Iacobi Falguera contra Michaelem Salvador, in ea namque pro istius parte post receptos ambarum partium testes 13. Iunii 1669. fuit petitum pro casu discordiæ expertorum tertium per Relatorem nominari partibus non suspectum, qui relationem faceret super deductionibus, & meritis visuræ visitato prius loco quæstionis, & ad id de mandatis opportunis provideri. Provisio fuit sequens.

13. Iunii 1669. nominat ad effectum peritum Marhiam Company agricolam parochiæ Sanctæ Columbæ de Lupricato, & ad id expediantur mandata opportuna partibus præsentibus.

Et cum tertius debeat esse peritus in re super qua relationem est facturus, ideò si negotia, seu res oculis subiicienda sint diversa plures nominari possunt tertii. Ita observavit Magnificus Iosephus Aleny in relata visura partium Salamò, & Esteve super deductionibus providendo his additis. 27

Et in casu discordiæ illorum nominat pro prædiis, & terris Iacobum Almirall, agricolam Villafranchæ Pœnitentiæ, pro molendinis Isidorum Casals molinerium, pro notaria Franciscum Reig notarium Villæ de Vilanova, pro domibus Petrum Blanch magistrum domorum, & Franciscum Sala lignifabrum, & ad id expediantur mandata opportuna iuxta stylum partibus præsentibus.

Vt autem suspiciones omnes semoveantur congruentius erit lecturam deductionum, advertentiarum, depositionum testium, ac instrumentorum à partibus petitam coram Relatore fieri, pariterque expertorum, ac tertii relationes. 28

Peritus cum sit electa illius fides, & industria alium subdelegare non potest, nisi ad nudum ministerium, & scribendum, ac æstimatores ad mensurandum Rot. *recent. par. 4. decis. 526. num. 3. & 4. & post Zachi. ad Galles de obligat. Camer. al. decis. 155. num. 5. Post. observ. 101. num. 8. in fine.* 29

Re-

30 Relatio peritorum die feriata fieri valet, & iuramentum recipi à iudice Mareſcot. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 70. num. 4.* ex Alexand. *in l. 1. §. vlt. num. 7. ff de Feriſ.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 235. num. 33.*

31 Dies feriati in honorem Dei poſſunt de conſenſu partium habilitari, ut fuit obſervatum in cauſa venerabilis Abbatis, & Monaſterii Sãcti Fœlicis Guixolen. contra Syndicum eiuſdem Villæ de menſe Aprilis 1603 per Magnificum Ioſephũ Dalmau R. S. & per Nobilẽ de Paſtor in eadem cauſa de menſe Iunii 1686.

32 In actu viſuræ poſſunt fieri deductiones, & probationes ad obiiciendum perſonas teſtium, ut fuit practicatum de menſe Iunii 1669. in relata cauſa Iacobi Falguera, & Iacobi Ioſephi Rovira contra Michaelem Salvador, in ea enim verbo tantum, & non in ſcriptis fuerunt admiſſi articuli per dictum Salvador oblati ad obiiciendum teſtes per adverſarios miniſtratos, ut prænotavi *in prax. ciuil. ad Peguer. rubr. 21. num. 28.*

33 Poſſunt in actu viſuræ miniſtrari teſtes poſt publicatos eos qui in cauſa principali auditi fuerunt, & poſt didiſcita teſtificata Maſcard. *de probat. vol. 1. q 8. num. 8. & 9.* Poſtius *de manuten. obſeruat. 101. num. 5.* Fontanella *deciſ. 381. tom. 2. tor.* ubi de communi praxi teſtatur, & per Senatũ deciſum refert, fuitque obſervatũ 18. Februarii 1680. in cauſa Eulaliæ Riembau contra coniuges Girbaus Actuarium Ioanne Petro Fabra, quicquid in contrarium tenuerint adducti per Maſcard. *de probat. concluſ. 149. num. 7. volum. 1.* Pacian. *de probat. cap. 47. num. 79. lib. 1.*

Si intra dilationem conceſſam 34
ad probandum nequierint partes recipere omnes teſtes intra illam quoque citatos, & iuratos poteſt Relator ad partium petitionem ulteriorem dilationem verbo concedere.

Licet iudex in viſitatione, & re- 35
cognitione loci manducet, & hoſpitetur cum parte quę illum duxit non poteſt ſuſpectus allegari Poſt. *d. obſeruat. 101. in fine*, ſed mente tene *Conſtit. 13. Curiar. anni 1599.* qua cavetur Doctoribus Regiæ Audientiæ nefas eſſe quidquam à partibus accipere in viſuris, ſed tantum 36. regalia pro illorum dieta, ex quibus ſolvere teneãtur ſumptus, & alimenta ſua, ac eorum familiæ, necnon logeria animalium.

Notatu etiam dignum erit vi- 36
ſuram novam, ſive ſecundam peti per partem poſſe, & concedi debere ex cauſa, & propter errores in prima commiſſos, Fontan. *tom. 2. deciſ. 382. num. 22.* Gratian. *diſcept. for. tom. 2. cap. 263. num. 15. & tom. 3. cap. 600. num. 28.* Menoch. *tom. 4. conſ. 243. num. 2.* Horat. Poſſidon. *de empt. & vendit. dub. 26. de peritor. elect. num. 37.* & his relatis R. S.

Tristany *decis.* 19. *num.* 24. fuitque per me declaratum in memorata causa Doctoris Bernardi Enveja Priotis Ecclesiæ collegiatę Sanctę Annę huius Civitatis contra Narcisū Felio V.I.D. Regia provisione facta 4. Martii 1695. quę in gradu supplicationis fuit confirmata Regia sententia lata 26. Septembris eiusdē anni referente Nobili Francisco de Rius, & Bruniquer R. C.

TIT. XIV. DE DIVERSIS SENTENTIARVM FORMIS DIversas pœnas continentibus, ac de aliis relaxationibus à carceribus.

1.

Sub sacramento, & homagio.

DIE 26. *Februarii* 1603. *meritis processus attentis, & aliàs insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, prouidet quod N. tradatur sub sacramento, & homagio ad requisitionem dictorum ad pœnam viginti quinque librarum.*

Aliquando ponitur clausula *pro nunc, & donec aliter sic prouisum.* Ita Senatus 11. Ianuarii 1628. in facto Fisci Procuratoris R.C. contra Petrū N. referente Magnifico Ludovico Besturs I.R.C. & me referente in Regia Visita contra Salvatorem N. 27. Augusti 1672. similis 31. Augusti 1677. contra Ioannem N. referente Magnifico Michaële Ioanne de Taverner, & Rubì, tunc I.R.C. Scriba Riembau.

2.

Portetur ad Hospitale.

DIe 15. *Februarii* 1603. *insequendo conclusionē in Regio Concilio factam, prouidet quod N. portetur ad Hospitale Sanctæ Crucis, attenta eius grauissima infirmitate.*

Quandoque additur ita tamen quod recuperata sanitate teneatur se reponere intus Regios Carceres.

Interdum additur, & notoria *paupertate.*

Antequam huiusmodi prouisio fiat oblata supplicatione per reum, qua de periculo vitæ ob eius infirmitatem constare asserit vocatur per Relatorem causæ, vel Medicus Regiorum Carcerum, vel alius eius arbitrio, si negotii qualitas postulat, per quem sub iuramento de infirmitate fit relatio.

3.

Pactum bannimenti.

DIe 1. *Martii* 1603. *insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, prouidet quod N. relaxetur attento bannimento per eum voluntariè susc-*

cepto

cepto à præsenti Principatu Cathaloniæ per tempus quinque annorum, vel si est relegatio debet dicere. *Attenta relegatione per eum voluntariè susceptam in Insulam per suam Maiestatem nominandam per tempus quinque annorum.*

Interdum in pactis certa Insula exprimitur, ex his quæ etuimus *decis.* 49.*num.* 16.hoc secund.volum.& *decis.* 53.*num.* 38.& obsservavit Senatus 12.Iulii 1591.contra Augustinum N.concludendo quod relaxaretur attenta relegatione per eum voluntariè susceptа ad Insulam Maioricarum sub pœna fustigationis,si dictam non servaverit relegationem. Nominatur per suam Maiestatem Insula, vel per illius Locumtenentem Generalem. Xammar *de offic.iud p.*1 *q* 7.*n.*22.post Peguera *decis.*89.*num.*4. *& in Pract Crim.*§ 14.*n.*15.à qua nominatione nusquam supplicari vidi si sententia in rem iudicatam transierit, vel ab ea supplicatio interponi nequeat, & ratio esse potest quia à provisionibus, vel decretis; quæ in executionem iudicati fiunt appellari, aut supplicari nefas est. Scaccia *de appellat.q* 17 *lim.* 1.*n.*48.*& lim.* 10.*n.*17.Bal.Altimar.*de nul. tom.*1.*q.*29. *per tot* Ramon *conf.*3.*n.*27.*& conf.*89 *num* 9.*&* 15. Ita Senatus in causa Syndici de Ampolla,contra Syndicum Civitatis Dertusæ,Regia provisione facto verbo facta, per Nobilem Iosephum de Pastor & Mora R. S.24.Novembris 1684.Actuario Fabra.

De hac materia scripsi *d decis* 49.*nu.*5. *hoc secund.volum.* ubi præcautiones videbis excogitatas pro observãtia pacti,& de pactis quibus pœnæ corporalis,& pecuniaria fuerunt impositæ.*d.decis.*53.*n.*38.

De pacto quod in casu contraventionis processus, seu sententia remaneat in suo robore,& valore loquutus fui *decis.*44.*n.*11. & nota illud persæpè usitatum esse in Regio Concilio.

Pacta diversa etiam apponuntur in remissionibus quæ fiunt cum litteris Regiæ Cancellariæ per Excellentissimum Locumtenentem Generalem, ut refert Calderò *decis.* 34. *tot.*& nota, quod non relaxatur reus donec instrumentum pacti firmaverit.

In sententiis quandoque post expressam pœnam,ad quam reus condemnatur adiicitur alia in casu contrafactionis,exempla tradidi *decis.*23 *num.*9. *& seqq.* ubi condemnatis ad relegationem in Insulam per quinquennium fuit imposita pœna in casu contrafactionis serviendi in Regis triremibus remigando per idem tempus. Similis 16.Iunii 1600.referente Magnifico Iosepho Ferrer I.R.C.contra Ioannem N.aliàs Orfa, qui fuit condemnatus ad bannimentum à Civitate,& Vicaria Barcinone per triennium,sub pœna fustigationis si illud non servaverit, & non displicet mihi istè modus condemnandi dummodò pœna in casu cõtra-

trafactionis adiecta sit delicto consentanea, & attendãtur reliquæ considerationes quas de pactis admonuimus *d. decis. 44.*

Quandoque captus in carceribus ordinarii relaxatur in R. C. sub pacto evocata causa ad illud, & inspecto eius processu, & tunc ponitur clausula, quod *relaxetur nomine Regiæ Curiæ.*

4.

Bannimentum à diversis locis.

Die 10. Nouembris 1671. referente Magnifico Michaële Ioanne de Taverner, & Rubì I. R. C. Scriba Riembau, fuit conclusum quod Iosephus N. agricola Villæ de Olesa relaxetur à R. Carceribus, in quibus detinetur; attento pacto per eum voluntariè suscepto bannimenti à Villa Olesiæ, & Baroniis Abbatis & Monasterii de Monserrat per quinquennium, sub pœna in casu contrafactionis seruiendi R. Curiæ, & soluendi Nobili Regenti R. Thesaurariam 300ll. pro quibus teneatur idoneè cauere, & duplicati bannimenti.

5.

Seruitium militando.

Die 24. Dezembris 1602. in Regia visita fuit conclusum contra Bernardũ N. & alios quod relaxarentur, attento quia voluntariè se obtulerunt seruire suæ Maiestati militando sub vexillo Didaci Ximenis del Canto, vel alterius Capitanei guerræ suæ Maiestatis per tempus duorum annorum, & eodem die contra Antonium N. & alios, attento quia voluntariè se obtulerunt seruire sub vexillo Francisci Sanchez per tẽpus 10. annorũ, sub pœna seruiendi in Regiis triremibus remigando per septenniũ pro quolibet, si dictum non fecerint seruitium, & sub eodem anno 1602. die 19. Octobris contra Hieronymum N. tunsorem, siue Baxador, *delatum de violatione seruitii per eum voluntariè suscepti die 19. Iunii, tunc proximè effluxi de militando per quinquennium sub vexillo Don Hieronymi Desclergues, sub pœna relegationis in Insulam Maioricarum per idem tempus, qui reus referente Magnifico Iosepho Ferrer fuit condemnatus ad relegationem in memoratam Insulam per quinquennium.*

6.

Fustigatio.

Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis, &c. Visa imprimis, &c. dic vt in sententia supra scripta mutatis mutandis, & posteà in dispositione dices. Propterea, & alias sua Excellentia pronuntiat, sententiat, & declarat, & dictum N condemnat, quod fustigetur palam, & publicè pro loca soleta præsentis Ciuitatis, & quod bulletur in spatulis iuxta formam Constitutionis: vt ei cedat in pœnam cæteris verò in exemplum.

Fus-

7.

Furca.

PRonuntiat, sententiat, & declarat, & dictum N. condemnat, quòd est reus mortis, & quod suspendatur laqueo per collum in alta furca, taliter, quod naturaliter moriatur, & anima ab eius corpore illicó separetur: vt ei cedat in pœnã, cæteris verò in exemplũ.

8.

Amputatio capitis.

ATento meritis præsentis processus, & inquisitionum legitimè constat de Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ intentione contra N. ideò & alias insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, sua Excellentia pronuntiat, sententiat, & declarat, quod dictus N. est reus mortis: eundemque condemnat, quod amputetur ei caput in loco solito præsentis Ciuitatis, taliter, quod naturaliter moriatur, & anima illicò ab eius corpore separetur: vt illi cedat in pœnam, cæteris vero in exemplum.

Decisio pro viticidio contra equitem, penes Berart *de visitat. cap. 9. num. 25.* Cortiada *decis. 98 num. 19. & decis. 92. n. 26.* ibi: *in platea, vulgo dicta del Rey Ciuitatis Barcinonæ more militum.*

Amputatio manus dextera, de hac Cortiada *decis. 96. num. 47.* de reo delato de nece proditoriè perpetrata iactu instrumenti manualis in Ecclesia Sanctæ Annæ Civitatis Barcinonæ, qui fuit declaratus reus mortis, & condemnatus ad suspendium in furca, & quod ante Ecclesiam B. M. de Mari amputaretur ei manus dextera, itidem Cortiada *decis. 95. nu. 33.* ubi condemnatio ad torturam in caput sociorum, amputationem manus dexteræ in loco commissi delicti, & furcam, hanc pœnam vivo remanente reo inhumanam visam fuisse refert R. Mattheu *de re Crimin. contro. 38. n. 30.* ex Anton. Matth. *lib 47. ff. tit. 1. cap. 2. n. 5. ad fin.*

Contra homicidam animo deliberato post firmatam treguam, cum promissione de non offendendo sub verbo, & fide Regia hanc pœnam, & mortis affert irrogatam, Cortiada *decis. 98. num. 22.*

9.

Iugulatio cum scissione in partes.

PRonuntiat, sententiat, & declarat, & dictum N. condemnat, quod est reus mortis, & quod iuguletur per collum, taliter, quod moriatur, & anima ab illius corpore separetur, & postea illius cadaver in fenestra, seu partes scindantur, vt ei cedat in pœnam cæteris verò in exemplum.

10.

Raptatus per terram, &c.

PRonuntiat, sententiat, & declarat, & dictum N. condemnat, quod est reus mortis, & quod rapietur per terram, & in loco supplicii iuguletur per collum,

lum, taliter, quòd naturaliter moriatur: & postea eius cadaver in frustra scindatur; vt ei cedat in pœnam, cæteris verò in exemplum.

Decisiones refert Cortiada *decis.* 98. *n.* 21. *p.* 2. contra homicidiam animo deliberato caput plurium necium.

11.

Triremes.

PRonuntiat, sententiat, & declarat, & dictum N. condemnat ad seruitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium, & si est in perpetuum est dicendum: *condemnat ad seruitium Regiarum triremium in perpetuum: vt ei cedat in pœnam, cæteris verò in exemplum.*

Quandoque condemnantur rei ad triremes non tamen remigando, Calderò *decis.* 19. *à n.* 54. *in addit. pag.* 597. Senatus decisiones cumulans, quibus fuit practicata hac pœna in plebeio minore 14. annorum pro scelere infando, & in eadem ætate pro crimine patiter atroci, si sit persona militaris ad pugnam, vel quod tradatur alicui Capitaneo navium, vel triremium, ut ibi reclusus per multos annos officio viribus proportionato seruiat.

12.

Relegatio.

PRonuntiat, sententiat, & declarat, & dictum N. condemnat, quod relegetur in Insulam per suam Maiestatem nominandam, per tempus quinque, vel decem annorum: vt ei cedat in pœnam, cæteris verò in exemplum.

13.

Fustigatio, amputatio auriculæ, & aliæ pœnę cum iugulatione.

PRonuntiat, sententiat, & declarat, & dictum N. condemnat, quod est reus mortis, & fustigetur palam, & publicè per loca solita præsentis Ciuitatis, & quod illi amputentur auriculæ, & postea nudus vehatur curru etiam per loca solita, & quod carnes eius forficibus igneis apprehendantur, & eidem amputetur manus dextera in platea Sancti Iacobi, & alia manus sinistra amputetur ei in via lata, & postea in loco supplicii iuguletur per collum, taliter, vt naturaliter moriatur, & anima illicò ab eius corcore separetur, postea eius cadaver in frustra, seu partes scindatur, & post latam sententiam subiiciatur quæstionibus, & tormentis in caput sociorum dictæ coadunationis, & receptatorum illius: vt ei cedat in pœnam, cæteris verò in exemplum.

Cortiada *decis.* 96. *num.* 46. protestistentia Officialibus Regiis, ex quâ mors sequatur, imponuntur hæ pœnæ pro atrocioribus criminibus vel si cum latrocinio, seu latrociniis in via publica commissi interveniat ho-

homicidium in perſonam Clerici, & aliàs fuerit caput coadonationis, Cortiada *deciſ.* 107. *num.* 40.

14.

Carcer pro pœnæ.

Die 19. Octobris 1628. in facto F. P. R C. & partis inſtantis contra Paulum N. Baiulum de Talam facta relatione per Guiamet fuit concluſum, quod relaxetur, & quod carcer, & longa eius detentio cedat ei in pœnam.

Similes ſub diebus 11. & 22. Nohembris 1628. & 1. Ianuarii 1629. alia me referente 29. Aprilis 1673. contra Franciſcum N. & Antonium N. Neapolitanos, Actuario Famada, alia 14. Martii 1692. referente Nobili Don Hieronymo de Magarola I. R. C. contra Gabrielem N. Lignifabrum Villæ de Aſcò, Scriba Badia.

Nota, quod huiuſmodi modus relaxandi aliquoties fit per proviſionem, quandoque verò per ſententiam.

15.

Mandati de non cohabitandi iniunctio.

IN Regia viſita celebrata de menſe Ianuarii 1671. facta relatione per Nobilem Hieronymum de Magarola, meritis proceſſus attentis, & aliàs fuit concluſum, quod Chriſtophorus N. relaxetur à Regus carceribus, in quibus detinetur facto prius ei mandato de non cohabitando cum Tereſia N. ſub pœna banniminti à præſenti Ciuitate, & eius Vicaria lata per tempus vnius anni, Scriba Badia.

Similis me referente 14. Nohembris 1671. contra Ioannem N. Actuario Famada.

16.

Relaxationes in quibus de partis inſtantis conſenſu fit mentio.

Die 6. Iulii 1591. fuit concluſum quod Ioannes Baptiſta N. relaxetur attento bannimento per eum voluntarié ſuſcepto à præſenti Principatu Cathaloniæ ad triennium, & attento etiam partis inſtantis conſenſu.

Similis in caſu relaxationis ſub manulenta cum reincidentia prima Iunii 1591.

Similis tradita *deciſ.* 45. *num.* 26. in caſu ſtupri.

17.

Relaxatio pro obſervantia remiſſionis.

Die 14. Maii 1677 referente Nobili Iacobo de Potau I. R. C. fuit concluſum, quod inſerantur producta, & quod Ioſephus N. agricola loci de Riudecols nomine R C relaxetur à Carceribus Villa de Reus, in quibus detinetur pro obſeruantia remiſſionis illi facta.

Similis tradita in Praxi Civili *Rub.* 32. *pro obſeruantia declarationis dubii.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

18.

Relaxatio firmatis priùs treugis.

ITa Senatus prima Aprilis 1600. in facto F.P.R.C. & partis inſtantis contra Franciſcum N. concludendo etiam referente Magnifico Ioanne Magarola I.R.C quod traderetur idoneæ manuleutæ arreſtatus per præſentem Ciuitatem Barcinonæ, ad pœnam 100ll.

19.

Traditio ſuo ordinario reum petenti.

Die 8 Iulii 1600. In facto F.P.R.C. & partis inſtantis contra Franciſcum N. facta relatione per Magnificum Ioannem Magarola fuit concluſum, quod tradatur Officiali Eccleſiaſtico illius ordinario eum petenti.

Idem frequenter obſervatur quando delinquunt milites, & per Officiales iuriſdictionis ordinariç, vel R.C. capiuntur; nam exhibita certificatoria militiæ fit quoque concluſio, quod tradatur reus ſuo ordinario illum petenti, & in hoc duo adverte, priùs certificatoriam includere tẽpus delicti, nam ſi tunc erat paganus non eſt remittendus iudici militari, præſertim ſi proceſſus fuerit conditus ante aſſumptam militiam, ex firmatis *deciſ.* 57. *n.* 11. amplius diſquiras an adhuc reus in militia perſeveret, quod ſolet exprimi; ita in certificatoria: *tiene plaza de Soldado, &c. hauiendoſele hecho buena en la vltima mueſtra*: nã regulariter dimiſſa militia non remittitur reus, dico regulariter, etenim ſi non compatuerit, & ipſe probet iuſtam cauſam ſuæ abſentiæ propter infirmitatem, vel aliã ſimilem, habita noua certificatoria, qua de his conſtet, quod dici ſolet, *aclarar la plaza*, remittetur.

Exemplaria ſuggerit Cortiada *deciſ.* 11. *n.* 18. *&* 19. *in addit. pag.* 591. *par.* 2. & in additionib *ad deciſ.* 8. *n.* 120. idem in famulis neceſſariis Ducum, & aliorum Officialium belli obſeruandum tenet cum Senatus deciſionibus, quibus adde fuiſſe reſolutũ, idem de menſe Maii 1666. iunctis tribus Aulis, in facto Sylueſtri N. famuli Franciſci de Granollachs domicelli Tribuni militum, qui quidem famulus captus detinebatur in R. carceribus, ad relationem Nobilis Narciſi de Anglaſell, & fuit traditus Auditori generali Exercitus. Similis reſolutio iunctis tribus Aulis prodiit 1. Aprilis 1672. in famulo Nobilis Ioſephi de Agullò, & Pinòs Ducis equeſtris, qui famulus detinebatur ſimiliter in R. carceribus ad mei relationem, & fuit remiſſus ad ſuum ordinarium eum petentem.

Vidi etiam non ſemel Clericos, & Beneficiatos poſt factam proviſionem in R.C. quod traderentù ſuo ordinario Eccleſiaſtico fuiſſe petitos per Iudicem Brevis Apoſtolici, & abſque alia proviſione poſitos ad eius relationem, & nihil mirum, cum ipſe Clericos, qui delicta atrocia commi-

miſerunt captos à Iudice ſeculari ordinario litteris præceptivis repetat. Cortiada *deciſ.* 34. *nu.* 17. caſus æquè tradens de repetitione per illum facta à Iudicibus Eccleſiaſticis.

20.

Manus affixio.

PRonuntiat, & declarat, & dictum N condemnat, quod in loco ſolito manus eius figatur in pellicula, quæ eſt inter pollicem, & indicem vbi detineatur per ſpatium quartæ partis vnius horæ, vt ei cedat in pœnam, cæteris vero in exemplum.

Hanc pœnam in Cathalonia uſu eſſe, & valdè arbitrariam refert Peguera *in praxi Crim cap.* 12. *nu.* 16. eamque practicari contra illos qui doloſè inferunt alicui vulnus. Cortiada *deciſ.* 96. *n.* 21. refert Senatus deciſionem editam 28. Maii 1603. referente Magnifico Ioanne Magarola contra Iacobum N. delatum, quòd manus violentas iniecerat in perſonam Ioannę Fortuny viduæ eius matris, qui fuit condemnatus quod duceretur veſtitus per loca ſolita, &c. & ad manus affixionem in Logia maris huius Civitatis Barcinonæ, & ad ſervitium Regiarum triremium remigando per decennium.

21.

Relaxatio non ſolutis expenſis.

DIe 2. Ianuarii 1603. inſequendo concluſionem in Reg. Conc. factam, providet quod N. relaxetur à carceribus, in quibus nunc detinetur non ſolutis expenſis.

Ita etiam Senatus 3. Martii 1600.

22.

Relaxatio ob honorem Dei.

DIe 5. Ianuarii 1603. inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet quod N. ab honorem feriarum Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu-Chriſti relaxetur.

23.

Deportatio.

SEntentiat, pronuntiat, & declarat, dictumque N. condemnat ad deportationem in Inſulam per ſuam Maieſtatem nominandam in perpetuum.

Verba *in perpetuum* maioris claritatis gratia dumtaxat apponuntur: nam deportatio ſuapte natura perpetuitatem continet, & in hoc differt à relegatione, ut explicant laudati *deciſ.* 3. *nu.* 69. & quod talis pœna deportationis ſit in uſu. Caball. *caſu* 8. *n.* 103. quicquid in contrarium teneat Franch *deciſ.* 140. cuius ſententiam veram aſſerit Angelis *in tract. de Officialib. Baron. cap.* 308. *n.* 6. in locis ubi non ſunt Inſulæ.

Deportatio ad arcem in perpetuũ habetur, penes Cortiada *decis. 94. num. 54.* contra minorem 25. annis equitem delatum de nece Subvicarii Regii.

Quandoque vidi dici *recludatur in arce per ſuam Maieſtatem nominãda in perpetuum.* Senatus definitionem perhibui *deciſ. 7. in fin.*

24.

Combuſtio ſtatuarum.

Die 5. Septembris 1529. *In Regio Concilio celebrato in Tribunali, ſive Catafal, erecto in platea Regali Ciuitatis Barcinonæ, præſidente Magnifico Ioanne Sunyer Regio Vicecancellario, interfuerunt infrà nominati.*

Ioannes Paſqual.
Franciſcus de Vallſicca.
Michael Ioannes Pastor.
Martinus Ioannes Sunyer.
Vincentius Gibert.
Hieronymus Albanell.
Hieronymus Dalmau.
Franciſcus Caſtelló F Adu.
Bartholomeus Martì.
Petrus Arnaldus Gort.
Andreas Piquer I. R. C.

In facto Gabrielis Tarrega, Alphonſi Bardaxi, & Violantis Molins vxoris Petri Molins vita functorum delatorum de crimine hæreſis, & Apoſtaſiæ à fide Catholica Chriſtiana, quorum memoria per Reuerendos Ioannem Neuerdu, Ordinis Prædicatorum, ac Magiſtrum in ſacra pagina, ac Ferdinandum Loazes in vtroque iure Doctorum, Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & apoſtaſiæ in Archiepiſcopatu Tarraconæ, Epiſcopatibus Barcinonæ, Vrgelli, Gerundæ, Vici, & Elnen deputatos, & Iacobum Çaragoça Canonicum Eccleſiæ Barcinonæ Sede vacante, inſtante Petro Copons Procuratore Fiſcali, & ſanctæ Inquiſitionis negotiorum promotore damnata fuit; qui omnes prædicti defuncti, & ſeu imagines, vel ſtatuæ eorum ad brachium, & Curiam ſecularem traditæ fuerunt. fuit concluſum quod dicti Gaſpar Tarrega, Alphonſus Bardaxi, & Violans Molins vxor Petri Molins defuncti, & ſeu eorum imagines, vel ſtatuæ per aliquem ex Regiis Alguziriis ad locum aſſuetum ducerentur, & dictæ ſtatuæ ſiue imagines flammis ſubiiciantur, & in cineres conuertantur.

Non votauit dictus Franciſcus Montaner, ex eo quia, vt dixit, fuit Aduocatus ſanctæ Inquiſitionis.

De memoria damnanda dixi abundè *deciſ. 39.* adde Eſcobar *de purit. p. 1. q. 1. §. 4.* Cabreros *de nov. lib. 2. cap. 30. à nu. 3.* Peregrin. *de iur. Fiſc. lib. 4. tit.*

tit. 5. num. 19. Roderic. Acuña *in cap. quorundam 14. num. 7. distinct. 23.*

Pœna autem ſtrangulandi, & flammis comburendi eſt de generali conſuetudine obſervata, contra impios hæreticos. Cortiada ex pluribus *deciſ. 34. n. 40.* qui idem de ſodomitis tradit *num. 120.* cum multiplici Senatus deciſione.

25.

Relaxatio cum mandato.

Die 20. Octobris 1600. In facto F. P. R. C. contra Michaëlem N facta relatione per Magnificum Franciſcum Seſcaſes I. R. fuit concluſum quod tradatur ſub ſacramento, & homagio ad requiſitionem dictum ad pœnã 25 ℔. facto prius ei mandato de non iniuriando, neque dammificando Antonium N. ad pœnam 25 ℔.

26.

Deuatur veſtitus per loca ſolita præſentis Ciuitatis Barcinonæ laqueo in eius collo appoſito & ad ſeruitium Regiarum triremium remigando per quinquennium.

Cortiada *deciſ. 92. n. 32.* contra homicidam in rixa, *& deciſ. 104. n. 24.* remigium ad decennium contra minorem delatum de tumultuoſa ſeditione, & conſpiratione adverſus Conſules Civitatis, & Univerſitatis Tarraconæ, de menſe Septembris 1592. facta vociferando, *viſca la ma menuda*, & quod proiecit iactum archabuſii tormentarii, vulgo *pedreñal*, verſus unum ex prædictis Iuratis, & de aliis exceſſibus in dicta ſeditione factis.

27.

Subtus furcas laqueo in eius collo appoſito.

Cortiada *deciſ. 105. nu. 11.* contra incendiarium doloſum minorem 25. annis.

Aliquando dicitur adducatur laqueo per collum ad locum ſupplicii, unà cum ſociis condemnatis die executionis condemnationis illorum, & ibi detineatur quouſque ſententia dictæ condemnationis fuerit executioni demandata. Cortiada *deciſ. 96. nu. 55.* contra minorem ſexdecim annorum delatum de nece proditoria, & præcedente tractatu patrata, & de furto magno cum peſſimis circunſtantiis, cui pœnæ acceſſerunt etiã fuſtigatio, & bullatio in ſcapulis, necnon triremes, non tamen remigando, ut ſuperiùs recitavi.

Quando dicitur reus veſtitus ſubtus furcas ſupponitur ex obſervantia Regii Concilii, quod plenè conſtat de delicto. Cortiada *deciſ. 96. num. 62.* & ego addo quod tunc ratione minoris ætatis, vel alterius cauſæ temperantis pœna mortis non infligitur.

Stran-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

28.

Strangulatio,& exauthoratio.

SEntentiamus, &c. quod N. eſt priuatus cingulo militari, & reus mortis, & quod ſtraguletur laqueo retorto per collum in platea Logiæ maris, vulgò dicta dels Traydors; taliter quod naturaliter moriatur, & quod bona eius ſint confiſcata, & Regiis applicata arariis, & quod poſt latam ſententiam, & ante illius executionem torqueatur in caput ſociorum.

Hæc eſt pœna equitum, & gaudentium privilegio militari in Cathalonia crimen læſæ Maieſtatis in primo capite patrantium, ut memoraví cum deciſionibus *vol. 1. deciſ. 22. n. 11.* ex Peguera, Ripoll, & Cortiada.

29.

Caput in cavea ferrea.

SEntentiamus, &c. quod N. eſt reus mortis, eumque condemnamus quod raptatus per terram ducatur ad locum ſupplicii, & iuguletur per collum, taliter quod naturaliter moriatur, & anima illicò ab eius corpore ſeparetur, & poſtea eius cadauer in fruſtra, ſeu partes ſcindatur, & caput eius ponatur in caueaferrea in loco eminenti in platea, vulgo dicta dels traydors, *& quod poſt latam ſententiam, & ante illius Realem executionem torqueatur in caput ſociorum dicta coaduaationis, fautorum, & receptatorum, & quod eius bona confiſcentur, & applicentur Fiſco.*

Ita Senatus contra reum criminis læſæ Maieſtatis in primo capite, & caput coadunationis, ſivè ſeditioſorum hominum, vulgo *Micalets*, in caſibus recitatis *deciſ. 22. àn. 13.* Similis noviſſimè 20. Decembris 1695. referente Magnifico, & litteratiſſimo R. S. Ioanne de Moratò I. R. C. contra Ioannem N. oriundum Villæ de Goyſach nationis Vualon, delatum, & inculpatum, quod cum eſſet Hoſpitalerius domus, & Hoſpitalis pauperum Civitatis Balagarii præſentis Principatus Cathaloniæ ſacrilegè derobavit de menſe Novembris proximè dimiſſi, hora cauta, & multò manè ex ſacrario Eccleſiæ dicti Hoſpitalis pixidem argenteam deauratam, in qua aſſervabatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & arcam minorem etiam argenteam ſervientem pro miniſtratione eiuſdem Auguſtiſſimi Sacramenti, cum quibus; dicta tamen pixide effracta, & in fragmenta diviſa, fuit apprehenſus in termino Villæ de Blanes eiuſdem Principatus, qui fuit condemnatus, ad fuſtigationem quod nudus veheretur curru, carnes eius forficibus igneis apprehenderentur, amputaretur illi manus dextera in platea publica dicta *lo Born*, cadaver ſcinderetur in fruſtra, ad emendam damni dati liquidatione reſervata, quod manus ducatur ad Civitatem Balagarii, ibique caput publicè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

blicè in cavea ferrea apprehendatur,& manus patenter pārieti affigatur, & ad torturam in caput ſociorum dicti ſacrilegii.

De teterrimo flagitio,ac ſuperlativo ſacrilegio ineffabilis Euchariſtici Sacramenti ſurrepti Excellentiſſimus Vicecancellar. Creſpi *obſeruat.* 3. *n.* 79. Matthen *de Regim. Reg. Valent. cap.* 0. §. 10. *tot.* Calderò *deciſ.* 19. *n.* 54. *par.* 2. *in addit. pag.* 600.

30.

Detruſio in Monaſterium.

Die 24. *Febr.* 1588. *Violans N. vxor Monſerrati N. pro adulterio commiſſo fuit condemnata referente Magnifico Monſerrato Guardiola I. R. C. quod detruderetur in Monaſterium, ſeu alium locum per Excellentiſſimum Locumtenentem generalem ſuæ Maieſtatis nominandum ad decennium.* Cortiada *deciſ.* 89. *num.* 51.

Sic in R. Aud. civili, ſicut in R. criminali Concilio perplures fiunt concluſiones quibus puellæ nubiles ſequeſtrantur, vel ut libere nubere poſſint, vel ut à ſæuitiis immunes evadant iuxta tradita *deciſ.* 8. & attacta ſupra *deciſ.* 77. *n.* 4. Neque valet iudex Eccleſiaſticus, vel regularis denegare hoc caſu ſeculari locum immunem, vel Monaſterium, neque ratione loci ullam in perſonam ibi detentam iuriſdictionem acquirit.

Primum ex eo deſcendit, quia iuriſdictiones ad invicem ſe coadiuvare debent, & ſicut ſecularis quando inſtatur non denegat carcerem, neque familiam Eccleſiaſtico, ita pariter iuſtum erit iſtum, nec Monaſteria, nec alia loca opportuna abnuere ſeculari, quod ſatis probant ea, quæ deduxi in *Praxi ciuili ad Peguer. Rubr.* 20. *pag.* 568. contra iudicem eccleſiaſticum denegantem auxilium ſui brachii, hoc duobus modis præſtarii expendit. Queſada,& Pilo *diſſert.* 25. *n.* 19. uno via iuris, ſcilicet excommunicando, interdicendo, vel non permittendo exercitium iuriſdictionis, alio de facto, nempè accomodando familiam armatam, vel carceres mutuando, ſanè multoties expedit hæc recluſio in Monaſterio, utpotè ſi ſit perſona honeſta, aut Nobilis familiæ, in qua periculum cōſideretur quod alibi vitam turpē agat, hæcque eſt ſimilis pœnę carceris, ſive temporalis, ſive perpetui, quam poſſe imponi præſertim per iudicē Eccleſiaſticum, & in quibus caſibus docuerunt Innocent. *in cap. qualiter lo ſegon de accuſation.* Bernard. Diaz *in pract. Crimin. verbo ac in perpetuum carcerem cap.* 137. Aviles *in cap.* 18. *Prætorum gloſ. carcer n.* 1. *ad fin.* Oroſius *in l. imperium n.* 29. *colum.* 543. *de iuriſdict. omn. iudic.* Bovadilla *in Politic. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 8. qui *nu.* 11. peragit an nobilibus, advocatis, iudicibus ſit domus, capitulum, & alius locus laxior pro carcere dandus, ſequitur Salgado *de Reg. protect. p.* 2. *cap.* 4. *à n.* 205.

Se-

Secundum punctum, quod non acquirat Iudex ecclesiasticus iurisdictionem in personam ratione loci immunis fit manifestum ex his quæ effusè explanat R. Calderò *decis.* 12. *à nu.* 106. probans exemptum à Regia iurisdictione ordinaria detentum in Regiis carceribus mutuatis ex ordine, & ad dispositionem Baronis, vel alterius Iudicis, si carceres, fregerit, aut frangere, aut aliàs ab illis aufugere tentaverit puniri debere à Barone, vel iudice de cuius ordine in carceribus detinetur.

Accedit supradictis condemnatio Monialium relata *decis.* 23. *nu.* 17. ad reclusionem intus binas cellulas, seu cametas per spatium sex mensiũ.

31.

Pœna verecundiæ cum morsu.

Die 19. Nouembris 1691. In facto F.P.R.C aduersus Laurentium N. sutorem Ciuitatis Gerundæ delatum, & inculpatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite, eò quia de mense Iunii labentis anni in Villa Granullariorum, & aliis locis præsentis Principatus falsò promulgauit nonnulla verba suum malum animum contra statum denotantia, ex quibus metum in ea Villa, & locis commemorantibus intulit facta relatione per Nobilem Hieronymum de Magarola T. A.D. pro Magnifico Hiacinto Bertran I.R.C absente fuit conclusum, quod dictus Laurentius N. condemnetur, quod ponatur in loco publico, & omnibus patenti cum morsu, vulgo mordassa, *in ore eius per spatiũ duarum horarum, & relegetur in Insulam per suam Maiestatem nominandam per quinquennium.*

Pœna verecundiæ, vulgo *pena de verguença*, multifariè practicatur, veluti si quis condemnatur ut publicè per urbem iumento, aut mulo impositus circameat, & in publico præconio delictum eius pandatur, vel si ponitur ad catenam, scalam, vel quid simile Salgado *de Reg. protect. p. 2. cap. 4. n. 203. & seqq.* & eam applicari refert pro delictis vilibus, ac turpibus, morsus verò contra pravos loquaces, ac garrulos irrogatur.

32.

Palynodia.

Sententiat, pronuntiat, & declarat, &c. & dictum N. condemnat, quod extractus á Regiis carceribus Villæ N. & positus in platea publica illius recognoscat, & in publicum alta, & intelligibili voce dicat se malè, & contra veritatem dixisse dictum Gasparem N. Iudæũ esse, in hæc verba: jo regoneschhauer malament dit, y mal parlat contra Gaspar N. Daguer que es Iueu, y que proceheix de rassa de Iueus, y axi dich no ser axi com ho he dit; ans be dich que es Christià de natura, y que proceheix de Christians de natura: *& quod banniatur à Ciuitate Barcinona Villis Cernaria, & Tarrega, & earum Vicariis per tempus vnius anni.*

Cor-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cottiada *decis.99.nu.48.* aliquos tamen Doctores antea congessit reprobantes hanc pœnam, quia de alio non servit quam de nova iniuria iniutiato inferenda, & quod unus, vel duo tantum noverant fuisse iniuriatum illo crimine notatum infinitis patefacere, & ea publicare.

Vt autem calleas quomodo pro singulis delictis formentur conclusiones Criminales accipe sequentes.

Carcerum fractura.

Die 31. Augusti 1688. In facto Fisci Procurat. Regiæ Curiæ aduersus, & contra Hiacintum N. aliàs Merla tegularium, Hieronymũ N. negotiatorem minorem, & Iosephum N. agricolam, etiam minorem delatos, & inculpatos, quod conspiratione facta, vnà cum aliis diebus 16. 17 & 18. mensis Iulii, tunc proximè lapsi nocte, & hora captata ferreis instrumentis ruperũt parietem cubiculi, vulgò dicti de la Comuna, Regiorum carcerum præsentis Ciuitatis Barcinonæ, aliquos ab eo lapides amouendo, & in dicta fractura peculiariter cooperando facta relatione per Nobilem Franciscum de Rius, & Bruniquer I. R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum quod declaretur quod memorati rei condemnentur, scilicet dicti Hiacintus, & Hieronymus quod fustigentur palã, & publicè per loca solita præsentis Ciuitatis Barcin. dicti verò minores quod ducantur vestiti per loca solita præsentis Ciuitatis.

Conspiratio Noctu tẽpus. Ferreis instrumentis modus. Parietẽ &c Locus. Plures rei eadem sententia condemnati. Pœna quod ducatur vestitus.

De hoc casu memini *decis. 26. n. 51.* & ibidem obseruavi consentientes, & non revelantes huiusmodi conspirationem fustigari, de consulente autem, & auxiliante ad fracturam carceris. Calderò *decis. 24. à nu. 20. in addition pag. 582.*

Si cum fractura concurrunt resistentia, & vulnus puniuntur delinquentes furca, & infertur tortura in caput sociorum, fautorum, & auxiliatorum conspirationis. Cottiada *decis. 82. n. 20.*

Quando habita conspiratione de carcere frangendo, & indè fugiendo ferreis instrumentis, vulgo *parpal, y escarpa*, rumpere cæperunt parietẽ Regiorum carcerum, & præventi à custodibus illorum, nec fracturam perficere, nec fugam exequi potuerunt fustigatione plectuntur. Cottiada *d. decis. 82. n. 20.*

Custos carcerum delatus de mala illorum custodia, quia per portam an fugit captus arbitrariè animadvertetur, quandoque relegatione in insulam, interdum quod privetur dicto officio, & sit ad illud inhabilis in perpetuum. Cottiada *decis. 82. n. 21.* & ego Latius *decis. 8. n. 16.* Pœna privationis Officii.

De minori ætate fit mentio ut vidisti, & observat Senatus quando propter illam minuitur pœna, & non aliàs, ut notavi *decis. 12. num. 108.* idem practicatur si propter dementiam, vel servitia pœna temperetur; nam tunc illa in conclusione memorantur.

Privationis officii pœna solet infligi quando quis graviter dolosè in officio deliquit, Ego *decis.6.à n.94.* vide infra *versic. Officialis negligens.*

Resistentia.

Die 8. Iulii 1591. In facto F.P.R C contra Ioannem N. delatum, & inculpatum quod in actu capturæ resistendo Officialibus in Villa de Lluia, explosit tormentum manuali, vulgò pedrenyal, que no traguè de fogò, ni de canò, &c.

Vel dic de valida resistentia facta Vicario Barcinonæ, &c.

Pœna huius flagitii est arbitraria, ut referunt relati per Cortiada *decis. 83. num. 19.* & usque ad mortem inclusivè extendi potest perpensis circunstantiis. Ego *decis. 22. n. 113.*

Officialis negligens.

Die 8. Iulii 1592. In facto, &c. contra Ioannem N. Baiulum Loci de Montornès, delatum quod fuit negligens in persequendis latronibus, & quod non restituit res furatas, quæ ad manus suas venerunt, imò ex panno sibi vestitum confecit facta relatione per N. meritis, &c. fuit conclusum quod declaretur quod dictus Ioannes N. condemnetur, quod sit privatus officio Baiuli, & ad restitutionem rerum furatarum liquidatione reservata.

Liquidatio reservata.

Aliquando dicitur ita: *delatus quod malè se gessit in officio Baiuli eo quia,* & narratur factum, malitia, pœna Officialis negligentis in capiendo delinquentem, vel pramio, aut ipsius spe corrupti captum dimittentis, seu liberum, vel capiendum conniventer fugere facientis, & permittentis arbitraria pariter erit iuxta qualitatem casus. Cortiada *decis. 83. num. 20.* latè Calderò *decis. 96. à nu. 3. par. 2.* Ego *decis. 36. num. 25. & passim.*

Violatio relegationis.

Die 6. Iulii 1596. In facto, &c. contra Petrum N. delatum quod cum die 5. Aprilis 1591 fuisset per Regium Concilium relegatus in Insulam Maioricarum, ad quinquennium dictam relegationem violando fuit repertus 3. Iulii 1595. in Ciuitate Barcinonæ, & sic per decem menses ante finitum tempus dictæ relegationis facta relatione, &c. meritis, &c. fuit conclusum quod declaretur, quod dictus N. condemnetur quod duplicetur ei tempus quod supererat, & sic quod relegetur ad eandem Insulam Maioricarum ad tempus viginti mensium.

De hac materia Cortiada *decis. 85. num. 15.* Ego *decis. 49. num. 11.* & antea *decis. 44.*

Homicidium, Assassinium.

Si voluntarius homicidia, sit dicitur ita: *delatus de nece per eum perpetrata die T. in personam de N. iactu tormenti manualis, vulgò* pedrenyal,

in

in vico nuncupato del carrer Ample præsentis Ciuitatis Barcinonæ.

Si in rixa fuerit admissum flagitium exprimitur hoc modo: *delatum de nece in rixa per eum iactu instrumenti manualis, siue* pedrenyal *perpetrata, &c.*

Quando est tantùm auxiliator, fit sequens expressio: *delatus de auxilio per eum præstito in rixa in qua ictu ensis sequuta fuit mors in personam N. die T. in vico N.*

Si plures sint socii adiicitur, *vnà cum aliis.*

Quoties homicidium est proditorium explicatur sic: *Die 17. Octobris 1624. In facto, &c. contra Paulum N. agricolam loci de la Amella, delatum de nece per eum, & alios ipsius comitiuæ proditoriè perpetrata iactibus tormentorum manualium, vulgò* pedrenyals, *in personam Michaelis N. paratoris lanæ dictæ Villæ iuxta sacellum B.M. del Socòrs, dum ab eo ducebatur captus, & funibus ligatus ex ordine Nobilis Raymundi de Blanes, cuius esse dicitur dicta Villa, &c.*

Quando adsunt insidiæ explicatio est sequens: *de nece perpetrata in personam de N. animo deliberato proditoriè, & per insidias, &c.*

Si tractatus præcedat explicatur sic: *contra N delatum de nece tractatu præcedente, & appensatè perpetrata in personam dicti N. die T. in vico N. iactu instrumenti manu aliis.*

Circunstantiæ aggravantes apponi solent iuxta casuum contingẽtias veluti: *nimis crudeliter, in personam N. in lecto iacentis, aut socii sui,* singulas, & principaliores demonstrationes malignitatis enarrando, utpotè: *compluribus vulneribus sacramentalem confessionem, quam vulneratus efflagitabat prohibendo,* & alias similes.

Contra mandatores fit sequuns expressio: *delatum, & inculpatum de mandato, & assassinio per eum pecunia interueniente commisso in nece proditoriè, & per assassinium iactu arcabusii, vulgò* pedrenyal, *perpetrata per Michaelem N. & Baudilium N. mandatarios in personam Raphaelis N. Militis Ciuitatis Barcinonæ in vico N.* Sedramen *decis. 12 num. 120.* animadvertimus quod si mandatores assistant in homicidio, etsi nihil agant, nec armis audaciorem mandatarium efficiant de nece arguuntur ita: contra N. delatum de nece eius mandato facta in personam N. soceri sui die 6. Martii 1686. in itinere Regio quo itur à Civitate Vici ad Villã Sancti Salvatoris de Breda iactibus instrumentorum manualium.

De pœna homicidii, quod ea sit mortis naturalis. Cortiada *decis. 92. num. 25.* & de homicidio proditorio *decis. 96. num. 45.* ubi obseruati in Cathalonia absque additamento insistionis manus ante domum occi-

si, nisi quoties fit resistentia Officialibus Regiis, & in illis mors Officialis sequitur; nam tunc condemnatur reus, quod amputetur ei manus dextera in loco delicti, & quod raptetur per terram ad caudam equi, & quod postea cadaver in frustra scindatur, alias limitationes ibidem cumulat.

De pœna assassinii idem Cortiada *decis.* 95. ubi non requiri pecuniæ promissionem, sed sufficere alterius rei pretio æstimabilis, imò etiam incurri quoties occiditur, vel occidi fit incautus nulla interveniente promissione, sed sola spe aliquid obtinendi, vel complacendi amico, vel vincendi litem.

Vulnus.

EXpressio delicti, fit ita: *In facto, &c. contra N. delatum de vulnere proditorie illato in personā N. iactu instrumenti manualis, vulgo* pedreny al *in personam N. in via lata præsentis Civitatis Barcin. die T.*

Pœna contra vulnerantes in rixa est Iudici arbitraria, & si accidat vulnus cum pugione ense, aut gladio si non inferatur alicui notabili personæ, vel si non sequatur alicuius partis corporis debilitatio, aut mors aliquando est bannimenti à Civitate, & loco commissi delicti, & eius Vicariæ per annum; at si vulnus inferatur notabili personæ vulnerans gravissimè punitur, veluti quod ducatur vestitus per loca solita; & in loco commissi delicti manus dextera illius clavo figatur in pellicula quæ est inter pollicem, & indicem ubi detineatur per spatiū quartę partis unius horæ, & ad servitium regiarum triremium remigando per decennium.

Si vulneratus remanet debilitatus, aut mancus punitur vulnerans cum pugione, ense, aut gladio pœna triremium.

Si ex vulnere sequitur mors quandoque vulnerans in rixa cum pugione, ense, aut gladio relegatur in insulam ad quinquennium, interdum ad remigandum per decennium, vel quinquennium, & tunc exprimitur ita *delatus de vulnere ictu ensis si in rixa per eū prouocatum* (si pœna sit minuenda) illato in personam *Francisci N. ex quo mors sequuta fuit*, sed si vulnerat quis in rixa iacti tormenti manualis vulgò pedreny al ad remigium mittitur per tempus, sed si mors sequatur in perpetuum, & vestitus ducitur per loca solita laqueo in eius collo appositio ita Cortiada citatus *decis. 99 à num.* 23.

Vulnerans proditorie, seu insidiosè, aut deliberatè, ense, gladio, vel similibus armis in qualibet parte corporis, & in quocumque loco punitur in Cathalonia pœna triremium ad decennium, Calderò *decis.* 11. *num.* 21. post Cortiada *decis.* 103. *num.* 24. nisi aliud grave delictum concurrat: nam tunc punitur pœna triremium

in

in perpetuum, & eadem pœna afficiuntur ſocii, quæ intelligas præcedente cum eis tractatu iuxta enodata per Caldeiò *deciſ. 39. num. 19. cum ſeqq. & in annotat. pag. 601.*

Monetę fabricatio.

Die 10. Ianuarii 1607. In facto, &c. contra Narciſum N. delatum de fabricatione falſæ monetæ de menſe Iunii 1606. in nemore Parochiæ de Orrius facta relatione, &c fuit concluſum quod declaretur quod dictus N. condemnetur quod eſt reus mortis, ac quod ſuſpendatur, &c. & quod poſt latam ſententiam, &c. torqueatur in caput ſociorum dictæ fabricationis falſæ monetæ, fautorum, & coadiutorum, & de aliis, de quibus diffamatus exiſtit.

De aliis de quibus diffamatus exiſtit.

Hæc eſt pœna præſcripta contra cudentes monetam Cortiada *deciſ. 87. num. 19.* & eadem applicatur contra auxiliantes.

Die 7. Aprilis 1629. In facto, &c. contra Melchiorem N. auri, & argenti fabrum delatum, & inculpatum quod fabricauit cuneos, ſiue inſtrumenta ad cudendam monetam falſam auri, & argenti, ex quibus octo diuerſarum monetarum Barcinonæ, & Regni Caſtellę fuerunt reperta in domo ſuæ propriæ habitationis ſitæ in vico del Malcuynat Ciuitatis Barcinonæ facta relationi, &c. quod declaretur, quod condemnetur, quod ducatur veſtitus per loca ſolita Ciuitatis Barcinonæ, & ſubtus furcas laqueo in eius collo appoſito, & ad ſeruitium Regiarum triremium remigando in perpetuum.

Ducatur veſtitus per loca ſolita laqueo in eius collo.

Cortiada *d. deciſ. 87. num. 24.* de hac regalia inferiùs latè peragemus, in minore pœnam temperari, ſi de fabricatione monetæ imputetur tradit cum Senatu ibidem *num. 52.*

Falſitas.

Die 21. Iulii 1593. Petrus N. delatus quod cum falſis litteris, & falsò fabricatis, & mutato nomine ſuo propio nominando ſe Iuan Franceſch del Albi extorſit 24 ℔ 14 ♆ ab Eliſabethe Burgada vidua furtum committendo fuit concluſum quod declaretur quod fuſtigetur, & bulletur, &c. Et ad ſeruitium Regiarum triremium remigando per quinquennium.

Explicat latè Cortiada *deciſ. 88. à num. 19.* contra gaudentes priuilegio militari attentantes pecunias ſuppoſito nomine, aut cum aliis falſitatibus ſurripere, & extorquere, & adverſus alios verè ſurripientes pœnam relegationis temporalis in inſulam maiori, vel minori tempore adiecto iuxta gradus malitię applicari, & adverſus plebeios fuſtigatione, bullatione, & remigio impoſitis.

Sic etiam eſt arbitraria pœna contra notarios falſa inſtrumenta conficientes; ſoletque illa non omitti quod priventur perpetuò poteſtate,

& auctoritate Notarii, & ad reſtituendum parti damna,& expenſas per eam paſſa ratione falſitatis inſtrumentorum liquidatione reſervata concurrente quoque relegatione temporali in Inſulam, vel remigatione perpetua, aut temporali in triremibus pro modo qualitatis doli.

Teſtis falſum deponens circa ſubſtantiam negotii ad offenſam contra reum puniri debet eadem pœna qua reus puniretur, ſi illius dictum eſſet verum, idem Cortiada *d. deciſ.87.num.46.*ubi de condemnatis ad mortem per Senatum,& *num.*48. notat non ſemper ſolere hac ſeveritate uti,ſed quandoque ad triremes,interdum fuſtigationem, & hoc ipſum practicari refert ſi teſtis in defenſam deponat, & *num.* 58. ſimilem pœnam infligi adverſus ſubornantem , mandantem, vel perſuadentem teſtem ad falſum deponendum in cauſa criminali, ſi teſtis cum effectu deponit.

Propter ſalvum conductum tabulæ nummariæ huius Civitatis Barcinonæ pœna mortis plecti cum falſitate ab illa extrahentes pecunias deduxi *deciſ. 7.á num.* 116. & aliquando delicto huic adiungi fuſtigationem ultra alias, quibus vindicatur,pœnas, quandoque verò hac vindicta reos non affici, nec furti nomine in delicti inſcriptione Senatum uti.

Stuprum, Lenocinium, Raptus, Concubinatus.

Die 5. Maii 1634. Infacto F.P.R.C. contra Hieronymum N. mercatorē Civem Barcinonæ delatum de ſtupro per eum commiſſo cum Maria.N. filia Pauli N. mercatoris præſentis Civitatis Barcinonæ die t. in domo t. facta relatione per Michaëlem Ioannem Magarola, &c. meritis proceſſus attentis, &c. fuit concluſum quod declaretur quod dictus Hieronymus N. condemnetur quod nubat cum dicta Maria N. aut eam dotet in quantitate mille librarum Barcinonæ.

Hæc eſt pœna ſtabilita de iure canonico contra laîcum ſolutum virginis ſtupratorem ſine vi, quod teneatur ſtupratam in uxorem ducere, vel dotare,ut pluribus probat Cortiada *deciſ.*89.*num.* 11.& ſi nequeat dotare, nec velit nubere arbitrariè punitur Cortiada ibidem *num.* 15. qui *num.* 19.ſtuprum cum violentia puniri etiam arbitrariè tenet,ſi virgo, ſeu mulier ſit matura,ſi autem immatura,& minor 12.annis,alia arbitraria maiori,& *n* 27. quod attentans ſtuprare virginem immaturam non ſequuto effectu,hoc eſt non fractis,& non violatis pudendis puellæ condemnatur extra ordinem,nempè quod ducatur veſtitus per loca ſota,& ad remigium temporale.

Laîcus uxoratus virginis ſtuprator ſine vi ad dotationem puellæ tenetur,

netur, & ad aliquam aliam pœnam, vel pecuniariam, vel extraordinariam, & ſi adſit promiſſio, vel color contrahendi matrimonium cum ea acriùs plectitur, nimirum remigatione temporali, aut perpetua.

Die 8. Februarii 1601. in facto F. P. R. C. contra Petrum N. delatum de raptu Agnetis N. quam vnà cum aliis rapuit die 1. in Regio itinere quod fit à Villa Caſtri fidelium ad Villam de Sitjas in loco de las Coſtas de Garraf, & de vulnere per eum enſe euaginato appenſatè in capite Antonii Baſtida, cum quo ſtrengas firmauerat, illato, ex quo poſtea mors ſequuta fuit, necnon de porta inſtrumenti manualis vulgo pedrenyal facta relatione per Magnificum Michaelem Ioannem de Magarola, &c. fuit concluſum quod declaretur quod dictus N. eſt reus mortis, & quod laqueo per collum ſuſpendatur in alta furca.

Nece accedente raptui punitur indubitanter reus pœna mortis Cortiada *deciſ.* 89. *num.* 41. ſed eadem quoque pœna animadvertitur ſi committatur in virginem, viduam, vel aliam honeſtam fœminam, etiãſi volentem, dummodò abducatur à domo parentum, tutorum, vel aliorum, in cuius gubernio eſt, præſertim ſi copula carnalis ſequuta fuerit, ſi autem non habuerit acceſſum ad fœminam raptam, quia voluit quidam æquiùs putant pœnam eſſe temperandam, quos refert Cortiada *d. num.* 41. & *num* 59. pœnam mortis præſcribit monialem ſtupranti.

Contra lenas ſolet ita dici *in facto, &c. contra N. delatam quod domum præbuit ad actus venereos*, quandoque evenit abſque participatione quæſtus; ſi vero illa adſit inſcriptio ſceleris fit hoc modo. *In facto. &c. contra N. delatam quod in Ciuitate Barcinonæ quaſdam mulieres quæſtus gratia ad actum venereum induxit crimen lenocinii comittendo.*

Pœna infligi ſolet quod mitratæ fuſtigentur palam, & publicè, & banniantur à Vicaria commiſſi delicti, aliquando ad triennium, aliquando ad quinquennium, niſi lenocinium fuerit matris in filiam: nam tunc punitur pœna bannimenti à toto Principatu ad quinquennium Cortiada *deciſ.* 89. *num.* 97.

De lenone ſuæ uxoris ſententiam refert Calderò *deciſ.* 57. *num.* 23. me referente latam 19. Novembris 1680. qua ambo coniuges fuerunt cõdemnati, ſcilicet maritus, quod mitratus fuſtigaretur facie verſa ad caudam aſini dicta uxore aſini frenum trahente, ac etiam maritus ad remigium per quinquennium, & memorata uxor, quod banniretur à Vicaria lata Barcinonæ per tempus quinque annorum ſub pœna in caſu contrafactionis fuſtigationis, & quid in aliis Regnis hoc caſu obſervetur ibidem Regens Calderò enarrat.

Concubinarius arguitur ita. *In facto, &c. contra Ioannem N. delatum*

de

UAB Biblioteca de Ciències Socials

do violatione mandati ſibi facti die T. de non cohabitando cum N. &c.

Solet noſtrum R.C. præcipere concubinario quatenus non cohabitet cum concubina ſub certa pœna, quam exequi mandat in caſu contraventionis Cortiada *deciſ.* 89. *num.* 6. percutti *deciſ.* 4. *num.* 11. cum Fontanella *deciſ.* 138 *num.* 18. *tom.* 1.

Furtum, plagium, latrocinium, incendium ſacrilegium.

COntra incendiarium, dic ita: *In facto, &c. aduerſus, & contra N. delatum quod die* 13. *Nouembris* 1612. *armatus tormento manuali, vulgó pedrenyal vnà cum aliis immiſſit ignem in domum Sebaſtiani N. ſitam, &c. quo combuſit dictam domum, & bona mobilia intus eam exiſtentia.*

Cortiada *deciſ.* 105. *à num.* 10. ubi quod ſi incendium dolo ſit factum in civitate, & oppido, & ſit magnum, tunc Nobilis decapitatur, vilis vero igne comburitur, vel furca ſuſpenditur, vel beſtiis lacerandus traditur, ſi vero incendium ſit parvum Nobilis deportatur, vilis verò ultimo ſupplicio afficitur.

Planè invenio concluſionem traditam ab eodem Cortiada *deciſ.* 104. *num.* 24. ſub die 20. Aprilis 1624. contra Antonium N. &c. delatum quod die 9. Aprilis eiuſdem anni poſt meridiem armatus inſtrumẽto manuali cum multis aliis vociferando *viſca la terra, muyren Genoueſos cremenho tot* irruit in domos Nobilis Sebaſtiani Iudice, Genuenſis, Theſaurarii bullæ Sãctæ Cruciatę ſitas, immiſſoq; æc igne bona, raupas, & ſupellectilia proiecit in ignem, quo pars domorũ fuit combuſta cum velis navium, ſive Galeons ſuæ Maieſtatis, exiſtentium in portu maris dictę Civitatis valoris trium mille ſeptemcentũ librarum monetæ Barcinonæ, & quod acceſſit ad porticum dictarum domorum, & fracta ianua cum multis aliis fuit violenter eam ingreſſus, ex quo fuit ſequuta præda pecuniarum, iocalium auri, & argenti, & aliarum rerum magni valoris, qui reus fuit condemnatus ad furcam, & reſtitutionem rerum igne combuſtarum, & furto ſubtractarum, & domorum liquidatione reſervata, & ad tortutam in caput ſociorum.

Minori in hoc delicto, ſicut in aliis, pœna temperatur, & ſi reus ſit auxiliator dic ita *delatum de ope, & auxilio præſtito die t. in Ciuitate t. aſſiſtendo armatus inſtrumentis manualibus, vulgó pedrenyals hominibus, qui tumultuosè ignem immiſerunt ianuis domorum Iacobi Caſals, Vicarii eiuſdem Ciuitatis in eis vnà cum ſua familia exiſtentis,* minor pro hoc delicto fuit condemnatus ad bannimentum per quinquennium, maior vero eques ad relegationem per decennium.

Sacrilegium in ſententiis narratur ita contra *N. delatum quod die t.*

furto

furto subtraxit ab ecclesia t. Sacrarium in quo asseruabatur Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, & capsulam quandam argenteam, in qua tres formæ reseruatæ erant, & alias res, quæ in dicto Sacrario claudebantur, calicem, patenam, & crucem argenteam, in qua repositum erat frustrum ligni Crucis salutiferæ, &c.

Cortiada *decis.* 112. *num.* 84 *qui num.* 80. obseruat furem sacrilegium suffurantem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum condemnari ad pœnam amputationis manus, & mortis naturalis, & *num.* 85. addit temerariè ad hoc Sacramentum manum extendentem ad aliqua horribilia, & nefaria exercenda ob sacrilegium, & impietatem posse horribili genere mortis plecti, ut scilicet vivus trucidetur, aut comburatur, aut alia acerbissima morte dies suos claudat, quę coniungenda cum adductis supra Vers. *caueæ ferreæ.*

Quapropter asseuerat Cortiada ibidem *num.* 74. quod fur sacrilegus furtipiens sacrum de loco publicè sacro licet puniri non debeat regulariter pœna mortis, sed extraordinaria, & arbitraria, potest tamen hæc augeri usque ad mortem, & minui ex causa, siue sint magni valoris, siue modici.

Aliæ autem sunt res sacræ destinatę ad usum sacrum, ut seruiant Sacerdotibus, quæ si suffuratæ fuerint de loco publicè sacro, & sint valoris ultra illum, qui modicus est, punitur delinquens pœna arbitraria, quæ extendi potest usque ad mortem Cortiada *d. decis.* 112. *num.* 96 si res furata sit modica pœna arbitraria locum habet, & plerumque fustigationis, & triremium, sed si circunstantiæ aggrauantes concurrant ad mortem deueniri valet illis pensatis.

Considerari quoque debet locus; nam si fur sacrilegus suffuratur sacrum de loco non sacro puniendus est pœna arbitraria plusquam fur; & minùs quam verè sacrilegus, quandoque maiori, quandoque minori pro qualitate rei, & conditione personarum Cortiada *d. decis.* 112. *num.* 121. latè ego *decis.* 22. *à num.* 22.

Anteaquam hinc abeam non prætermittam conclusionem compactam 19. Iunii 1682. referente Magnifico Vincentio de Sabater I.R.C. contra Petrum N. aliàs lo morroses, Valentinum, minorem, & Didacum N. otiundum presentis Ciuitatis, etiam minorem ætatis 18. annorum delatos, & inculpatos quod prævio inter ipsos, & alios tractatu deuenerunt intempesta nocte die 23. Februarii tunc proximè dimissi ecclesiam de la Palma Diœcesis Barcinonæ unà cum aliis, & cum tentassent aperire portam eiusdem ecclesię cum vomere ferreo, & perficere non

potuissent applicatis ligois incendiarunt portas ipsius ecclesiæ animo furandi, & ingrediendo duo ex sociis dictam ecclesiam cum eodem vomere effregerunt gazophilacium ubi eleemosinæ custodiebantur, & furto subtraxerunt 85ℓt monetæ Barcinonæ dictis N. & N. excubantibus ante ostium prædictæ ecclesiæ, & post commissum furtum diviserunt summo mane diei 24. eiusdem mensis Februarii; qui rei fuerunt condemnati, scilicet Petrus ad fustigationem, ac bullationem, & quod duceretur subtus furcas laqueo eius collo apposito, & ad remum in perpetuum, Didacus ad similem pœnam, remigio solum iniuncto ad decennium, & ad restitutionem rerum furto subtractarum, & emendam damnorum liquidatione reservata, scriba Riembau, quæ decisio iuxta regulas supra firmatas emanavit.

Fur simplex pro primo furto arbitrariè punitur, in Cathalonia usque ad summam viginti librarum solet condemnari ad fustigandum, bullandum, & banniendum, interdum à Vicaria ad triennium, interdum à Principatu, & Comitatibus ad triennium, & interdum à Principatu, & Comitatibus ad quinquennium iuxta furti, loci, temporis, & personarum qualitatem Cortiada *decis.* 106. *num.* 27. quamuis furtum sit modicum, & mulieri eadem pœna applicatur; etiamsi primum furtum commiserit cum fractura, & concurrat qualitas famulatus, & clavis falsæ, & illud excedat summam viginti librarum dummodò non excedat summam 100ℓt. & etiam ampliatur in bursicopia, seu bursarum abscissore, qui crumenas cautè subducit, & in quæstore, qui eleemosinam fraudat, aut surripit, & in suos usus impendit.

Masculus autem fur simplex primum furtũ committens cũ fractura acriùs est puniẽdus Cortiada *d. decis.* 106. *num.* 34. id est ultra fustigationẽ, & bullationem ad remum, interdum ad triennium, interdum ad quinquennium, septennium, vel decennium, quę sublimita in rumpente, seu perforante parietes alicuius domus, furtumque in ea, vel aliud delictum committente, qui mortem pati debet, nisi furtum esset minimum Cortiada ibidem *num.* 38.

Alię circunstantiæ aggravantes sunt sequentes, prima si fur simplex ascendat cum scalis de nocte qui etiam pro primo furto ultra fustigationem, & bullationem punitur remigio ad triremes per quinquennium, seu ulterius, & idem teneas in furante de nocte in domo à *num.* 40.

Secunda est qualitas famulatus: nam fuertum cum ea fustigatione, bullatione, & remo temporali vindicatur, sicut in furante cum clavi falsa, ut *num.* 46.

Abie

Abigeatus, nempè quoties furripiuntur ex ovibus, vel aliis animalibus minutis ad minus decem, ex mediocribus quinque, & ex maioribus unum punitur ſtante frequentia pœna mortis, citra eam ultra verbera, & bullationem ad remum uſque ad decennium, at ſi bis abigeatum commiſerit reus in minori numero non addicitur remo, ſed bannitur à Principato, & Comitatibus per quinquennium, niſi noctu evenerit, quia tunc remex temporalis efficitur *num.* 47. *& ſeqq.*

Molinerius miſcens terram, ſive arenam cum farina actiori pœna etiã ulciſcitur, & aliquando, ſi qualitates poſtulent remo temporali *num.* 50.

Quando furtum ſimplex ſummam excedit 20ℓℓ relegatio temporalis intrat *num.* 51. ſi vero valor rei furatæ excedat ſummam 25ℓℓ, non tamẽ attingit ſummam 100ℓ, non punitur fur pœna ordinatia ſimplicis furti, ſed extraordinatia, ſcilicet ultra verbera, & bullationem remi temporalis uſque ad decennium *num.* 52. idemque dic de expiliatoribus, vulgò *capejadors*, *num.* 53.

Furtum vero magnum punitur pœna mortis *num.* 54. & ideo tunc non bullatur reus, ſed fuſtigatur, & tale dicitur quoties aſcendit ad ſummam 100ℓ monetę argenteæ Cathalanę *nu.* 56. cum additamento amputationis auricularum, ſi quis ingreditur domum alterius nomine Regio, furtumque magnum ibi committat *num.* 58. & etiam ſi ingrediatur domum Civitatis Barcinonæ, vel Deputationis generalis Cathaloniæ *num.* 59. vel ſi coadunatus cum latronibus publicis ingreditur domum alicuius, furtumque magnum, in ea committit *num.* 60. vel ſi ſit truffator cum furto magno doloſè in conductum recipiendo, & poſteà diſtrahendo, vel aliàs truffando *num.* 61. de quo Calderò *deciſ.* 63. *tota* definitione Senatus me referente edita relata, & *num.* 66. notat Cortiada hanc pœnam mortis poſſe minui ob minorem ætatem, conditionem perſonæ, aliaſve qualitates.

Fur pro ſecundo furto ſimplici condemnatur ad verbera, bullationẽ, & remum temporalem, quamuis pro primo furto non fuerit punitus *nu.* 68. *& 69.* pro tertio furto ſimplici de generali conſuetudine furca ſuſpendi poteſt, quamuis pro aliis furtis punitus non fuiſſet *num.* 71. *& ſeq.* & *num.* 72. id procedere ait etiam ſi fur non omnia furta commiſerit in territorio in quo pro ultimo furto eſt captus: nam adhuc ubi commiſit ultimum furtum pœna mortis puniri poteſt, ſed non intrat hoc ſupplicium ſi hæc furta ſint parui, modici, & exiguiſſimi valoris *num.* 74. quæ adde traditis *deciſ.* 68. *num.* 16.

Attentans furari ſi devenerit ad actum exteriorem extraordinariè punitur *num.* 82. nempè bannimento à Civitate, & Vicaria lata commiſſi delicti

delicti ad tempus, & deveniendo ad actum proximum, utpote aperiendo ostium cum clavi falsa plectitur fustigatione, & remigio ad tempus *num.* 83. *&* 84. & similiter quando furari attentans devenit ad actum proximum cum simulatione Regii Officialis *num.* 85. vel si deveniens ad actum proximum vulnus intulit, & homicidium attentat *num.* 86. sicut dicitur de pirata in mari, & latrone in via publica *num.* 88. & si processit tractatus super furto magno, & illud postea cum homicidiis sequutum fuit punitur delinquens acriùs arbitratiè, veluti fustigatione laqueo eius collo appositio, & quod ducatur subtus furcas, & bulletur, & ad remum in perpetuum *num.* 87. *&* *num.* 89. intellige nisi causa, vel opera fuerit ordinata ad factum, quod vero similiter cogitavit, vel cogitare debuit reus, tunc enim tenetur de omni eo quod sequitur etiam pœna ordinaria dans operam rei illicitæ. Calderò *decis.* 64. *num.* 22. *& passim tom.* 2. quando ille est convictus de alio furto punitur etiam duriùs pro arbitrio, nimirùm fustigatione, bullatione, & relegatione temporali, istius classis est scelus mittentium alicui litteras adpetendum pecunias, aut aliam rem cum minis de offendendo, etiamsi non sequatur effectus. Ego *decis.* 48. *num.* 1.

Receptator autem furis tantum, vel rei furatæ tantum, aut huius, & furis simul scienter non bullatur in Cathalonia, extraordinariè vero iudicis arbitrio punitur fustigatione, & bannimento temporali, vel perpetuo à Principatu *num.* 96. & similiter receptatores latronum scientes, aut eorum fautores arbitratiè animadvertuntur, & aliquando remigio temporali *num.* 98.

Huc pertinet crimen expilatæ hæreditatis pro quo punitur delinquens extraordinariè, scilicet quandoque bannimento, & restitutione rei una cum fructibus *num.* 99.

Minor 25. annis leviùs pro hoc crimine punitur semper tamen fustigatione, & bullatione, si sit plebeius *num.* 105. & ultra illas bannimento temporali, vel remo iuxta facti circunstantias, nempè quantitate furata, fractura, qualitate famulatus, & similibus, & adhuc si sit maior 20. annis mortem non patitur, benè vero remigium perpetuum, at si in itinere Regio derobarit ultimo supplicio quandoque damnatur *num.* 107.

Nota etiam minorem 20. annis, maiorem 16. quandoque intus Regios carceres fustigari, atverò surripientem quantitatem 75ℓ. fuisse fustigatum, bullatum, & ad remum missum perquinquennium, & eãdem pœnam subiisse alium minorem qui furaverat noctu in vico huius Civitatis, *num.* 108. sed si sit latro publicus ultra dictas pœnas subtus furcas adducitur laqueo eius collo appositio, & remex fit in perpetuum, &

pro

pro huiosmodi latrocinio si tantum 14. annos compleverit verberibus, bullatione, & relegatione temporali expeditur *num.* 110. at si impubes plebeius ducitur ad Hospitale Misericordię, ut virgis, & flagellis corrigatur, & si gaudeat privilegio militari ducitur ad triremes, non remex, sed ad inserviendum in illis, vel pugnando, vel exercicio suis viribus proportionato *num.* 111.

Fumi venditor, qui prætextu amicitiæ Principis, vel iudicis promittit litiganti negotii eventum, vel favorem aliquo sibi dato, vel promisso arbitrariè quoque punitur, & aliquando ultra fustigationem, & bullationem remigio in perpetuum *num.* 113.

His discretive præcognitis conclusiones pro unoquoque casu facile efformabis iuxta illius circunstantias narrationes depingens, nihilo omisso quod ad pœnæ gravitatem, & delicti enormitatem pertineat.

De latrocinio expressio est sequens *delatum de latrocinio in commitatiua aliorum hominum armatorum archabusiis tormentariis, vulgò* pedrenyals *commisso in itinere publico, quo itur à Villa de Lluia ad Villam Podii Centania, & alia loca prope pontem de Nargò die T. &c. derobando Antonium Lladella, & Gasparem Borràs itinerantes*, vel dic ita: *delatum quod die T. cum aliis hominibus coadunatus grassatus est in itinere publico, quo itur à Ciuitate Barcinona ad oppidum de Sitjes in montibus de Garraf, in loco dicto,* lo pas de la mala dona, *ibi plures itinerantes coactè detinèdo, & ab eis res plures publicè furando*, si fuerit latro insidiosus (qui etiam pro primo furto non gaudet ecclesiæ immunitate) adde *cum insidiis.*

Latro simplex in Cathalonia, qui semel tantum latrocinium commictit in viis publicis quoad punitionem habetur pro publico latrone, & punitur morte in furca Cortiada *decis.* 107 *num.* 37. &. 38. cum additamentis fustigationis, amputationis auricularum, & torturę in caput sociorum, & receptatorum, & adhuc cum his pœnis concurrit amputatio manus dextęræ ante ecclesiam Sancti Iacobi, vel in platea del Born ante portam ecclesiæ Beatæ Mariæ de Mari, si cum latrocinio, seu latrociniis in via publica commissis interveniat homicidium in personam alicuius clerici, vel furtum ecclesię, vel fuerit caput coadunationis. Cortiada, ibidem *num.* 40.

Plagiatius dicitur ille, qui liberum hominem, vel servum alienum sciens vendit, vel aliter alienat, vel ipsum vinctum retinet, vel celat, vel ei suadet ut à domino fugiat, & alio modo qui captivat, & componit personas. Cortiada *decis.* 108 *num.* 3. qui *num.* 4. tenet hunc captivantem, & alportantem per sylvas, & montes, tam extra, quà intra Principatum, & componentem plecti fustigatione, amputatione auricularum,

mor-

morte naturali, reſtitutione pecuniarum receptarum, & tortura in caput ſociorum, fautorum, & receptatorum, ſi autem non extorqueat pecunias pœna remi in perpetuum, vel alia maiori iudicantis arbitrio quę extendi poteſt ad mortem naturalem: concluſio ſit ita, *delatum de plagio die T. commiſſo in perſonam Ioannis in comitiua Antonii Saura, & aliorum, &c. in itinere T.* proſequitur Calderò *deciſ.* 52. *num.* 9. qui hos plagiarios in Cathalonia non poſſe ſupplicare probat cum Senatu, conducentem autem facinoroſos homines ad aliquem locum cauſa plagiandi puniri remo in perpetuum teſtatur, Cortiada ubi ſupra *num* 6. & *num.* 7. remigio per ſeptennium inducentem facinoroſos homines ad plagium.

Depopulator agrorum is eſt qui ſegetes, aut meſſes, aut alios fructus devaſtat, & combuſſit. Cortiada *deciſ.* 109. *num.* 14. ubi quod puniatur pœna mortis. Ego *deciſ.* 37. *num.* 40. ſi verò non eſt magna devaſtatio extra ordinem iudicis arbitrio, concluſionem, ſic forma: *delatum de nocturna depopulatione per eum facta cum aliis armatis hominibus die T. cuiuſdam agri tritici ſiti, &c.*

De tumultu & pœnas, & concluſione attuli *deciſ.* 37. *cum duabus ſeqq.*

1 *Quæ prouiſiones fiant facto verbo in Regio Concilio, & quæ inſequendo concluſionem.*
2 *Quando aliquam concluſionem factam in R. C. oportet non exequi quid fieri debeat.*
3 *Relaxatio ſub ſacramento, & homagio quomodo ſit practicanda, & num.* 4.
5 *Fuſtigationis pœna grauis reputatur, cuius infamia nunquam tollitur, & eam quandoque non patiuntur populares diuites, & perſona honeſtiorès, & aliquibus interdum hoc ſupplicium diſpenſatur ob dignitatem parentum, vel conſanguineorum.*
6 *Quinam puniantur dicta pœna.*
7 *Moderate eſt exercenda ne flagellatus moriatur.*
8 *Pœna furcæ eſt mortis naturalis, & n.* 9. *quinã ſceleſti rei eam ſubeant.*
10 *Quæ perſonæ á furcæ ſupplicio eximantur.*
11 *De amputatione capitis, & qui ea plectantur, & quod tales traduntur eccleſiaſticæ ſepulturæ ad differentiam plebeiorum.*
12 *Intereſt familiæ ſuperſtitis pœnã ignominioſam non inferri, & quãdo ſepultura ſit denegãda à Principe, vel concedenda, vbi peracutum, facetum dictum ſubtiliſſimi Proregis.*
13 *Pœna triremium ignominoſa reputatur, & nobilibus non infligi-*

tur

tur, & quotupliciter rei ad illas mittantur.

14 Sententia quomodo formetur, si processus fiat via ordinaria, & qualiter euocata causa, vel in casu Regaliæ, & de publicatione in vtroque casu.

15 In Principis palatio reus capi nequit.

16 Reus qualiter audiat sententiam contra eum prolatam.

17 Euocatur quãdoque causa ne reus carnificis manibus tradatur.

18 Quomodo miles, & qualiter plebeius ad supplicium adducantur.

19 Motiua tenentur exprimere iudices in sententiis ciuilibus, non in criminalibus apud nos, sed in istis quandoque expedit apponere.

20 Pœna carceris perpetui, detrusio in Monasterium, & in domum pœnitentiæ quibus casibus practicari valeant per Regios Consiliarios, & non per Barones.

21 Fœminæ ratione pudicitiæ, & honestatis sexus quas pœnas non subeant.

22 Seruitium in bello etiam à Baronibus imponi potest, & Senatus decisiones super illo.

23 Tribunal Sanctæ Inquisitionis pœnam flagellorum notabilibus personis non imponit, & de representatione circa hoc facta pro Burgensi Perpiniani.

24 Diuersi casus in quibus per sanctũ Tribunal, & Senatum nostrum rei insigniti, vel cum signis facinoris fuerunt publicè extracti ad verecundiam, seu maiorem ignominiam.

25 Extante partis instantia non relaxatur reus nisi post publicatam Inquisitionem, & datas defensiones, sed aliquando præfigitur tempus instantiæ, & eo elapso reus dimittitur.

26 Cartellam expediendum pro relaxatione rei.

27 Certificatoria datur reis ad triremes mittendis suæ sententiæ.

28 Instrumentum conficiendum pro mittendo reo ad arcem, vel præsidium, & cautione ad id præstanda.

29 Delegatis, & interdictis in Catholonia non censetur concessus mensis ipso iure ad recolligendum sarcinulas, sed est impetrandum ab illis tempus aliter incurritur pœna conuenta in casu contrafactionis, & num. 30 cum Senatu.

31 Quando sententia continet duo delicta, vnum supplicabile, & aliud non, pro vtroque admittitur supplicatio ratione complicationis, sed potest iudex seorsim iudicare scilicet primo de vno, deindè de alio.

32 Extante æquali probatione delictorum quando possit in conclusione exprimi vnum tantum, quod supplicationem non admittit, & aliud sub inuoluere, & clausula, de aliis criminibus, & delictis, de quibus diffamatus existit.

33 Socius qui post latam sententiam condemnatur ad torturam in ca-

put

UAB Biblioteca de Ciències Socials

put ſociorum torquetur etiam pro aliis delictis, de quibus diffamatus exiſtit, ea tamen ſpecificé non narrantur in ſententia.

ANIMADVERSIONES.

1 NOta primitus quaſdã proviſiones in Regio criminali Concilio fieri præcedente in eo cõcluſione, ſicque in proviſione dicitur *inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam*, &c. quaſdam verò nulla prævia concluſione, in eiſque exprimitur *facto verbo in Reg. Concil.* primi generis ſunt quoties cõdito proceſſu relaxatur reus, vel aliter providetur, ut nihil remaneat agendum, ſecundi autem eæ quæ adſtruuntur in limine cauſę, ita ut poſtea quicquam ſuperſit diffiniendum.

2 Obſerva etiam ſi facta aliqua concluſione videatur Senatui non opportere eã exequi ſolere de eius ordine per ſcribam mandati notari *non habuit effectum*, vel ſolet alia concluſio cõfici his verbis, *& quod exequatur hæc, & non alia facta die.* Ita Senatus prima Aprilis 1600. & in pluribus aliis concluſionibus illius anni.

3 Relaxatio ſub Sacramento, & homagio eſt illa quæ fit præſtita iuratoria cautione, & practicatur quando rei non multum gravati in proceſſu, qui aliter eſſent relaxandi fideiuſſores non inveniunt, eoſque nõ reperiiſſe dicuntur quoties poſt factam proviſionem quod tradantur idoneæ manuleutę per multos dies patiuntur in carceribus detineri propter fideiuſſorum carentiam, & etiam ſi fideiuſſores non invenire ſub iuramento aſſeverent iuxta gloſ. in *l.* 1. *verbo fideiuſſoribus, ff. qui cog.* Socin. *conſ.* 79. *colum.* 2. *Verſ. Tertiò confirmatur lib.* 2. Peguer. *in prax. crimin. cap.* 12. §. 15. *num.* 4. qui advertit de conſuetudine non ſervari *l. quoties C. de dignitat. lib.* 12. ubi quod viri illuſtres non ſolum cogãtur fide iubere, ſed etiam in carceribus detrudantur. At ſi Regium Concilium ſuſpicatur reum doloſe allegatorum ſe fideiuſſores non invenire ſolet proviſionē manuleutæ differre quouſque ſit certus eos exhibere, vel non potuiſſe reperire.

4 Vel ponitur clauſula *pro nunc, & donec aliter ſi prouiſum*, ut quando poſſit fideiuſſores præſtare reus eos exhibeat, veluti ſupra tradidi.

5 Fuſtigationis pœna gravis reputatur, & infamiam irrogat, cum nõ niſi proturpibus, & infamatoriis delictis infligi ſoleat argumento text. in *l. ictus fuſtium. ff. de his qui notant. infam.* Farin. *de delict. & pœn. q.* 19. *num.* 29. ubi magis ignominioſam eſſe quam pœnam mitræ, qua propter milites non coercentur, & etiam quia plebeiorum pœnis non ſubiiciuntur *l.* 1. *&* 3. *ff. de privileg. veteran. l. milites C. de quæſt. & ibi gloſ. verbo pœnis. & in l decurionum, & l. honor C. de pœn.* prælibavimus

vimus *decis.3.nu.71.* ubi infamiam ortam ex fustigatione publica nullo tolli tempore, sed perpetuò durare, & rursus *decis.7.num.120.* quò loci observavi quandoque populares divites, & personas honestiores huiusmodi pœnam non pati, & interdum propter dignitatē parentum, vel consanguineorum istā infamiam dispensari.

6 Puniuntur hac pœna fustigationis, & verberum fures, iuciſores bursarum, vagabundi, truffatores, latrones publici, ad mortem condemnati, qui propter immanitatē criminis paulo antequam mortis sententia in eos exequatur fustigantur, & ab eisdem auriculæ amputantur, & deinde interficiuntur, fustigantur etiam blasphemantes, & similes facinorosi, viles, & infames personæ. Ita Peguera *d.cap.12.§.14. nu.2.* notans quod additur furibus, & bursarum inciſoribus per Constitutionem Cathaloniæ alia pœna ultra fustigationem, nempè quod marca, seu sigillum Civitatis, vel loci in quo deliquerunt, & in quo fustigantur imprimatur in eorum spatulis, & ita delatos de hoc scelere denudati iudices iubeant in carceribus ad videndum an marca sint signati: nam si cum ea reperiantur diiudicantur cōsuetudinarii, & pœna illis augetur.

7 Debet hęc pœna moderatè exerceri ne flagellatus moriatur, præcipuè si post flagellationem reus aliam subiturus esset pœnam, putà triremium Iacob. Calic. *in Margar. Fisc. rubr. de pœna verberat. num.2.* Decisiones istiusce pœnę affert Regens Cortiada de crimine furti *decis. 106. à num. 27.p.2.*

Pœna furcę est mortis naturalis, 8
& aliis magis infamatoria *l.1.C de bonis eorum*, &c. *l.1. & ibi glos. ff de seditios Authent. sed nouo iur. C. de seru. fugitiu. l. liberorum. ff. de his qui notant. infamia l. cum animi, §. excipitur, ff. de ædilit. edict l. condemnatum circa princip. ff. Ad leg. Iul. pecul. l. capitalium circa princip. & in §. famosus. ff. de pœnis*, quos textus allegat Peguera *in prax. crimin. d. cap.12. §.14 num.5.* percurrit Calic. *in margarita fisci rubr. de pœna furcæ.*

Furcam sustinent publice latro- 9
nes ex *l. capitalium, § famosos, ff. de pœn.* & ob sceleris enormitatem antequam occidātur fustibus ceduntur; suspenduntur in furca homicidæ voluntarii, insidiosi, & animo deliberato, fabricatores falsę monetæ, monetam argenteam, vel auream tondentes, falso mādato monetam à loco publico extrahentes, rei criminis lęsæ Maiestatis in primo capite, adiecta confiscatione prout in speciali de illo titulo observavi, decisiones istius pœnæ refert, Cortiada *decis.91.nu.26.* & passim, & *decis.98.num.19.*

Hoc supplicium in nostro Prin- 10
cipatu non sumunt Barones, milites, homines de paratico, & generosi quia de iure à tali pœna sunt immunes *l.3. §. qui ad hostes, ff. de*

re milit. hoc ipsumque dicas de civibus honoratis Barcinonæ ex referatis *decis.* 16. *nu.* 20. & antea *nu.* 2. ubi idem affirmandum venire de Burgensibus Perpiniani Peguera *in prax. crimin. d. cap.* 12. §. 14. *nu.* 6.

11 Amputatur caput militibus mortis tradendis, & propterea verè hæc pœna est capitalis *l. capitalium*, §. 2. *ff. de pœn. l. raptores in princip. & in l. unica C. de raptorib. virgin.* plebei autem quando interimendi sũt non decapitantur, sed in furcis, aut alio supplicio pereunt, decapitatio enim honorabilior est suspendio; quia decapitati traduntur ecclesiasticæ sepulturę, & suspensi non nisi eorum corpora petantur, & concedantur *l.* 1. *& l. fin. ff. de cadaverib. punitor.* Calic. *in margarita fisci rubr. de pœna capitis trucidand.* Cortiada *decis.* 90. *num* 26. *& passim p.* 2. qui hanc distinctionem omisit.

12 Multum interest pœnam ignominiosam nõ inferri quia licet perituro nihil videatur esse solatii hoc, vel illo modo interfici, eius tamen posteritati, ne infamiæ labes remaneat plurimùm prodest, & quoad concessionem sepulturæ aliquando pietas dictat eam indulgeri, veluti si delicta non sint turpia, verùm si ex atrocioribus, & vilioribus deprehendantur expedit cadavera in locis publicis appensa à viatoribus conspici ad eorum terrorem, & exemplum, & mente retineo dictum non minus acutum, quam sententiosum à me observatum dum Fisci Advocati munere fungebar, nam confessarius cuiusdam rei propter acerbum maleficium ad mortem damnati accessit supplex ad Excellentissimũ Don Ioãnem Thomam Enriquez de Cabrera Comitem, de Melgar nũc Admiratum Castellæ, heroem undequaque excelsum ut sepulturæ gratiam faceret, at ille sui solita incõparabili extemporanea subtilitate responsum dedit se nolle terram dare reo, ut petebatur sed aerem.

Pœnam triremium quod reputetur supplicium ignominiosum adduxi *decis.* 26. *nu.* 20. contrarium tenet Sabellus in summa verbo pœna *num.* 24. consentiens tamen in eo quod ad triremes Nobiles nõ mittantur. De condemnato ad triremes loco depositi Cortiada *decis.* 36. *num* 62. disquirens cum Thoro *in supplimento decis. verbo condẽnatus ad Regios treremes fol.* 105. an illi in expeditione causæ possit imponi pœna mortis pro delicto, & negativè decisũ tradens, & antea idem Cortiada *nu.* 61. peragit cum Thoro, & Gizzarello de condemnato ad triremes pro tribus navigationibus resolvens stante servitio triennali in eis venire liberandum. 13

Observavi *decis.* 1. *num.* 18 quod quando processus adstruitur via ordinaria sententia formatur ita. *Excellentissimus Dominus, &c. sentẽtiat, pronuntiat, & declarat*, si verò 14

per

per Regaliam, vel evocationem condatur efformari hoc modo debet *Nos, &c. ſententiamus, pronuntiamus, & declaramus, &c.* in iſtis publicatio proceſſus, aſſignationes ad relationem, & ad ſententiam cum ſupplicationibus petuntur, & eodē modo offeruntur articuli, in illis autem cum Schedulis; ſi cauſa ſit Regaliæ, vel evocatę cauſę publicantur ſententiæ coram Principe reo tamen abſente, vel quia indignus eſt videre faciem Principis, vel quia ſi illam aſpiceret gratiā conſequeretur ex his quæ in ſimili caſu expoſuimus *deciſ.* 16. *num.* 6. quibus addi-
15 dimus in Principis palatio eum capi non poſſe ex firmatis à Caldetò. *deciſ.* 58. *num.* 20. *p.* 2.

16 Si verò via ordinaria proceſſus fabricatus exiterit adducitur reus ad aulam litium ligatus cum carnifice comitantibus apparitoribus, & ſedente pro Tribunali Nobili Regente Regiam Cancellariā, exiſtente plerumque non parvo populi concurſu audit ſententiam cōtra ipſum latam reus genibus flexis quæ legitur per ſcribam mandati.

17 Adverti autem *deciſ.* 1. *num.* 74. quod ne reus cui non eſt irroganda pœna ignominioſa tradatur manibus carnificis ſolet tunc Regium Concilium cauſam evocare.

18 Attamen ad ſupplicium diverſimodē affertur miles quā plebeius; nam iſte cum ſubucula, & nudis pedibus pergit, ille verò decenti veſte iuxta ſuum ſtatum, cæterum utriuſque præconia voce delictum evulgatur pluriés per vicos ut omnibus innoteſcat, cedatq; in exēplū.

Motiva, & rationes quibus ad de- 19
clarādū moventur tā Regius Senatus, quā alii iudices tenentur exprimere apud nos in ſententiis diffinitivis civilibus, vigore *Conſtit.* 2. *de ſententias*, ut clarè liqueat in quo partium iuſtitia conſiſtat, ut cum Peguera *in prax. civil. rubr.* 24. *num.* 5. & ibi Ripoll, aliiſque citatis refert Cortiada *deciſ.* 24. *num.* 47. idem procedere probās in reliquis Regnis noſtræ Aragonum Coronę, ſecūs vero aſſerens in ſententiis criminalibus, ubi motiva explicare iudex minimè adſtringitur, verūm quando oportet, etiam in ſententiis criminalibus motiva referātur, ut plerumquè accidit in recurſibus gratiæ quando eſt commutanda ſententia ordinarii, vide deciſionē huiuſmodi recurſus proditam ſub die 21. Iunii 1662. adi conditam 27. Februarii 1637. ſuper ſatis difficili exceptione malæ capturę latiſſimis motivis contra reum ex maiori parte Dominorum declaratæ votante Sereniſſimo Infante Locūtenente generali, reluctantibus tribus Regiis Senatoribus, adeſt concluſio facta cum motivis in recurſu gratiæ 30. Iunii 1628. aliæque quamplurimę poſſent cumulari, & de meo tempore nonnullę proviſiones, & ſententiæ motiva, conciſè tamen continuerunt, & præſertim de menſe Iulii 1688. referente Nobili

bili Fr̃aciſco de Rius,& Bruniquer I.R.C.in cauſa recurſus interpoſiti per quoſdam accolas Villæ de Moniſtrol, qui erant impetiti de reſiſtentia facta Officiali nominato per Abbatem Monaſterii B. M. de Monte-Serrato,domini, qui dicitur,illius Villę: nam fuerunt recurrentes dimiſſi ſub Sacramento, & homagio, expreſſo motivo credulitatis eorum quod verus Officialis iuſtitiæ non eſſet.

20 Quoad detruſionem in Monaſterium,& pœnam carceris addo ſupra animadverſis illam cum perpetuitate de conſuetudine ſervari Vulpin. *in ſucc. Farinac. q.* 19. *nu.* 5. Reg. Latro *conſultat. 6. num.* 206. Peregrin. *de iur. fiſ. lib.* 3. *tit.* 4. Marin. *lib.* 2. *reſolut.* 5. *num.* 20. Rovir. *pragm.* 19. *de Baronib. num.* 6. unde videmus in dies condemnati mulieres,ut detrudantur in domo pœnitentię ubi eſſet imponenda pœna triremis.Cortiada *deciſ.* 87. *num.* 4. ex Sanfelic. *deciſ.* 276. *num.* 4. & ſic de maſculis, qui ad remigandũ non videntur habiles, necnon in caſibus in quibus lex dat iudici arbitrium ad condemnandũ in pœnã mortis ſolet (niſi circũſtantię aliud ſuadeant) imponi pœna carceris,& contra nobiles honoris gratia pœna mortis commutari ſoler in pœnam perpetui carceris in Regno Neapolitano, & conſulto Prorege plures condemnari ad recluſionem in caſtro Baiarum teſtatur Franciſcus Ioſephus de Angelis á Scamno *de Officialib. Baron. cã.* 308. *n.* 2. *Verſic. ſed quamuis*,& quod ibi pereũt propter interperiẽ actis Roſa *in prax. crimin. cap* 4. *nu.* 19. Regens de Ponte *conſ.* 73. *nu.* 11. cum ſeqq. quod Officiales Baronum facere nequire advertit Angelis ibidem.

Fœminæ non damnantur ad 21
triremes, deportantur, iugulantur, nec in partes earum corpora ſcinduntur propter pudorem,& verecundiam ſexus *l. quiſquis*,§. *ad filios C. ad leg. Iul. Maieſt.* Capiblanc. *Pragmat. 6. num.* 24. quamuis Delrio *lib.* 2. *diſquiſition.* Magicar. *q.* 14. *colum.* 2. *litt. C.* dicat quandam mulierem fuiſſe relegatam in Inſulam de habitatam, aliam referat Grammat. *vot.* 23. per tot quoad Curias tamen Baronales indiſtinctè negat Frãciſcus Angel.á Scamno *in tract. de Officialib. Baron. cap.* 308. *num.* 7.

Quatenus ad ſervitium in bello 22
dubitari legi an poſſint illud imponere Barones ubi qualitas delicti expoſcit affirmant,eſſe praxim receptam Luca *in prax. crimin. cap.* 30. *num.* 2. Sarna *in prax. crimin. cap.* 28. *colum.* 2. *Verſicul. illeque fol.* 171. *in notis* Franciſcus Ioſephus de Angelis á Scamno *in tract. de Officialib. Baron. cap.* 308. *num.* 1. & prætet pacta ſupra expenſa vidi concluſionem per Senatum ſumptam 18. Aprilis 1637. pacti oblati per Franciſcum N. ſerviendi perſonaliter ſuæ Maieſtati cum ſolito ſtipendio equeſtrem in militia vulgo dicta

de

de Dragons per triennium ſub pœna in caſu contraventionis remigii per idem tempus. Similis etiam 18. Aprilis adiecto quod emeret reus pro prima vice propriis expenſis arma, & equum armatum ad id neceſſarium, ſimilis 13. Iunii eiuſdē anni pœna impoſita in caſu contrafactionis quod proceſſus, & omnia procedimenta tunc uſque facta in Regia Curia remanerent ſalva, & illæſa, & in ſuo robore, & valore, ac ſi talis remiſſio facta non fuiſſet, & quod cenſeretur facta ſine præiudicio proviſionis laudaméti Curiæ contra reum factę, & pro delictis per eum tantum commiſſis ante diem decimam ſextam Martii tunc proxime elapſi, qua fuerunt publicata præconia levæ. Solent etiam acceptari pacta ſerviendi in Præſidiis Regiis, vel in navali, vulgo ataraçana laborando per certū tempus de quo multa, & antiqua, & moderna extant exemplaria.

23 Tribunal Sanctę Inquiſitionis pœnam ignominioſam flagellorū nobilibus perſonis, aut honore aliquo ſpeciali decoratis ſimiliter non imponit, ut de Religioſis memorant Rojas 2. *de haret. aſſert.* 12. *num.* 176. Simanc. plures referens *tit.* 8. *de Cathol. inſtit. num.* 16. Carena *de offic. Sanctæ Inquiſ. p.* 3. *tit.* 8. *in deciſ. Granat. num.* 304. & reminiſcor Excellentiſſimum Protegē Dominum Don Didacum Phelipez de Guſman, Marchionem de Leganès, Magnatem ſupra invidiā maximum inſtatum à Brachio militari mihi iuſſiſſe quatenus celerrimè ex ſui parte, & ordine me conferrem ad venerabiles Patres Inquiſitores, eiſque patefacerem querulas, quas habebat, inſtantias, ſeu repręſentationes Brachii eò quia ad ſuam notitiam devenerat reum privilegio Burgēſis Perpinani fruētem illicò tradendum carnifici ad illum publice fuſtigandum contra prærogativas militares, iſtiuſce Principatus ad quas tuendas Brachium in aliis caſibus ſimilibus repræſentationes facerat, & ad flagella non fuerat perventum, mandato obſecundans cū Patribus Inquiſitoribus negotium peregi, & hi, qua ſolēt maniſitate, & prudentia, arcani ſui, atque miniſterii non diſruptis, nec violatis cancellis reſponderunt intellecta habere, quæ eis propoſueram, ac cum effectu non obſtante quod quando ad Inquiſitionem venerat apparatum fuſtigationis ſtante ibi carnifice reperierat, nihilominus nec tunc, nec poſtea reus, de quo ſuſpicabatur fuit fuſtigatus.

Adductis de pœna verecundiæ 24
iunge per Carena ibidem relata, nimirum reū de quo fit mentio fuiſſe condemnatum quod prodiret cum blaſphemis inſignibus, linguæ ſcilicet incaſtratura, iuraretque de vehementi, aliaſque pœnas ſubiret, & propter vilitatem perſonarum aliquoties delinquentes ultra maleficii ſolitam ultionem fuſtigantur,

ut

ut evenit 23. Novembris 1667. in casu relato per R. Calderò *decis.* 57. *num.* 41. quo Ioannes Baptista à nativitate sua Maurus, ut asseruit servus, delatus de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ cum duobus cannis, & duobus fuconibus, cum quo die 19. mensis Augusti tunc proximè præteriti fuit apprehensus in scalis Palatii suæ Excellentiæ Domini Locumtenentis generalis fuit condemnatus ad fustigationem cum dicto tormento manuali in collo appenso, & ad remum per septennium, & dicta decisione Calderò bene comprobat qualiter propria pœna servorum pro quolibet scelere sint verbera, exemplar etiam narrat. Corriada *decis.* 106. *num.* 40. de molinetio qui fuit condemnatus quod fustigaretur sacco farinæ in eius collo apposito.

25 Extante partis privatæ instantia observa quod non solet reus relaxati nisi post publicatam inquisitionem, & datas defensiones, & ita 2. Iulii 1625. referente Magnifico Guiamet Franciscus N. delatus de facto attentato fuit relaxatus attento pacto bannimenti per quinquennium sub pœna fustigationis, & duplicati bannimenti in casu contrafactionis, fuit tamen prius publicata inquisitio, & aliquid pro defensione allegatum, similiter extitit practicatum 17. Martii 1637. referente Nobili Iacobo Mir in causa Michaelis N. delati de stupro cum promissione nubendi, qui non obstante partis instantia fuit traditus idoneæ manulentæ de se repræsentando ad pœnam 100ℓ, videlicet 50ℓ pro interesse fisci, & 50ℓ, pro interesse partis privatæ: similis 20. Novembris 1633. scriba utrobique Trull: adde etiam quod aliquando præfigitur tempus instantiæ, quæ malitiosè deducere contra captum remoratur ut longum carcerem sustineat, & termino èlapso à carceribus dimittitur. Ita fuit observatū 28. Martii 1676. referente Magnifico Michaele Ioanne de Taverner, & Rubí tunc I.R.C. in causa Iacobi N. notarii Villæ de Pons, qui fuit relaxatus sub sacramento, & homagio cum clausula pro nunc scriba Riembau.

Si rei sub pacto dimittendi veniunt non aliter fit quam prius instrumento pacti penes actuarium causæ recepto, illoque in libris actorum continuato, insuper expeditur cartellum subscriptū per Excellentissimum Locumtenentem generalem, & Nobilem Regentem R. Thesaurariam quo iubetur Commentariensi Regiorum carcerum reum relaxet, enuntiando conclusionem in R.C. factam, & hoc modo fiunt reliquæ relaxationes in vim provisionum exequendæ. 26

De relaxatione, quæ in vim conclusionis sumptę in visita carcerum fit dicam infra, scias etiam quod condemnatis ad triremes datur certificatoria subscripta manu 27

No-

Nobilis Regentis Regiam Theſauratiam, qua anni ſui ſervitii, ſeu condemnationis continentur, & de hoc curam habet ſcriba rationis domus Regiæ.

28 Apud dictum ſcribam rei, qui mittendi ſunt ad arces, vel Inſulas inſtrumentum conficiunt promittendo parere ſententiæ, & nautæ, qui eos aſportant ſe obligant *eodem inſtrumento* ſub certa quantitate illos vehere ad locum deſtinatum datis fideiuſſoribus (quos rei quærunt) ſi autem verè non inveniunt mittuntur maiori, qua fieri poteſt, ſecuritate, à carcere immediate ad naves, & conſueverunt Domini Proreges Gubernatoribus inſularũ, ſeu arcium ſcribere pro tutiori cuſtodia huiuſmodi reorum, & etiam iſti rei trahunt certificatoriam ſuæ condemnationis.

29 Qua propter parui ſunt caſus in quibus Senatus obſervet doctrinã Novarii *de grauamin. vaſſallo tom. 2. grauam. 72. num.* 14. dum dicit interdictis, & relegatis dari terminum infra quem à loco vetito recedere debeant ad text. in *l. relegatorum, §. hinc quilegantur vbi glos. & Alberic. ff. de interdict. & relegat.*, & licet exponat Novarius quod ſolet fieri memoriale per condemnatũ, & impertiri tempus unius menſis, & *nu.* 20. teneat talem menſem ad colligendum ſarcinulas ipſo iure cenſeri conceſſum, nec petitionem eſſe neceſſariam ex Guazz. *defenſ. reor. 12. c. 9. num.* 8. & *num. fin.* idem Novarius conſulat Advocatis quod in memoriali rei quaſcumque rationes, etſi frivolas apponant, ob quas reo expediat illum menſem habere.

Verumtamen in caſu Novarii 30
fuit probata conſuetudo concedẽdi menſem, qua ſuppoſita fuit dictum ipſo iure venire conceſſum, in noſtro autem Regio Concilio diverſimodè ſervatur, nuſquam enim, niſi ex ſpecialibus circunſtantiis menſis indulgetur, ex quibus Ioannę N. aliàs Tortuga quæ voluntariam bannimentum ſuſceperat à Principatu, & fuit capta poſt moram per viginti dies in hac Civitate condemnata extitit ad pœnam aſſignatam in pacto pro caſu contraventionis Regia Sententia lata 5 Maii 1680. referente Nobili Banaventura de Triſtany, tunc I.R.C. ſcriba Maurici.

Quando datur compilatio cauſarum, quarum una appellationẽ, 31
ſeu ſupplicationem admitteret, altera non, tunc ſi ſuper utraque pronuntietur tota ſententia erit appellabilis, vel ſupplicabilis, veluti ſi in Cathalonia fiat delatum de furto, vel alio delicto, quod ſupplicationem non admittit, & etiam fiat delatum de crimine aſportationis tormenti manualis, aut alio, quod illam admittit, ſi ſuper toto pronuntiatur, tota ſententia erit appellabilis, vel ſupplicabilis. Cortiada *deciſ.* 106. *num.* 118. & ex eo Calderò *deciſ.* 51. *num.* 23. & ambo con-

ve-

veniunt aliis laudatis in eo quod iudex poteſt contra reum de diverſis delictis inquiſitum, plures ſententias ferre, hoc eſt de uno crimine ſeorſim ab alio, quibus adde
52 quendam Senatorem ex doctioribus noſtri Senatus cum ſat anxia trepidatione propoſuiſſe de meo tempore an data in eodem proceſſu probatione æquali duorum delictorum, & de omnibus interrogato reo liceret unum exprimi tantum ſpecificè in ſententia, & aliud ſub generalitate dicēdo, *& de aliis criminibus, ac delictis, de quibus diffamatus exiſtit*, & concordarunt Domini licitum id eſſe quando pro uno delicto pœnam graviſſimam, puta mortis reus eſſet ſubiturus; quia tunc verba illa ſolum ad demonſtrandum quod reus eſt facinoroſus apponuntur, & illa pœna, illudque crimen omnia alia abſorber iuxta tradita *deciſ.* 68. *num.* 8. *& deciſ.* 53 *num.* 17. quoties enim pœnæ non ſunt compatibiles fruſtra quæritur de ambarum applicatione, quod aliter ſe habet quando omnes pœnæ per inquiſitū adimpleri poſſunt; tunc namque de utroque ſcelere debet reus extante neceſſaria probatione imputari, & ſimiliter pœna quę unicuique correſpondet infligi, nec clauſula *& de aliis criminibus*, &c. uti fas eſſet ad ſupplicationem tollendam.

Quæ confirmantur ex his quæ 33
R. Caldero *deciſ.* 14. *num.* 67. affert recitans caſus, in quibus ſocius qui poſt latam ſententiam mortis condemnatur ad torturam in caput ſociorum in eadem ſententia damnatur etiam ad torquendum pro aliis delictis, & criminibus de quibus diffamatus extitit, tūc enim in ſententia non fit ſpecifica criminum mentio; quia cum mortem ſuſtinere debeat reus pro uno maleficio amplius de eo puniendo non quęritur, nec ſupplicatio ipſi permittitur (quę non denegaretur ſi ſingula crimina in concluſione exprimerentur) ſed ſolum pro inveſtigādis ſociis tortura irrogatur, ut ad eorum punitionem deveni poſſit.

TIT. XV. DE MANVLEVTIS, SEV REIS RELAXATIS ſub fideiuſſoribus.

1.

Manuleuta ad requiſitionem.

RECEPTA die 15. Februarij 1603. inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam prouidet, quod N. tradatur idonea manuleuta ad requiſitionem dictorum, ad pœnam centum librarum donec aliter ſit proniſum.

N. Iudex.

Ma-

2.

Manuleuta cum arreſto.

Die 30. Februarij 1603. inſequendo concluſionem in R.C. factam prouidet, quod N. tradatur idoneæ manuleutæ arreſtatus in aliqua domo præſentis Ciuitatis, ad pœnam quinquaginta librarum, attenta eius infirmitate.

N. Iudex.

3.

Manuleuta cum reincidentia.

Die 20. Ianuarii 1603 inſequendo concluſionem in R.C. factam prouidet, quod N. tradatur idoneæ manuleutæ, cum reincidentia per totum menſem Octobris proximè venturum, & interim quandocunque fuerit requiſitus, teneatur, ſe reponere intus Regios Carceres, ſub pœna ducentarum librarum.

N. Iudex.

4.

Manuleuta meritis proceſſus attentis.

Die 15. Ianuarii 1603. inſequendo concluſionem in R.C factam, prouidet, quòd meritis proceſſus attentis, & aliàs N. tradatur idoneæ manuleutæ ad requiſitionem dierum ad pœnam centum librarum.

N. Iudex.

5.

Manuleuta cum arreſto proviſa pendente competentia inter Regium Concilium, & Tribunal ſanctæ Inquiſitionis donec illa duret, & ipſa finita alia manuleuta.

Die 28. Iunii 1672. inſequendo concluſionem in R.C. factā prouidet, quod dictus Ioannes N. tradatur idoneæ manuleutæ arreſtatus per totam Vicariam ſtrictam Barcinonæ ad pœnam quingentum librarum donec, & quouſque ſit expedita, & declarata competentia firmata per R. Curiam, & Tribunal ſanctæ Inquiſitionis, & in caſu contrafactionis pendēte dicta competentia exequatur pro dicta pœna per quamcumque ex dictis Curiis ſimul, & in ſolidum, ac etiam finita, & declarata competentia in fauorem F.P.R.C. tradatur idoneæ manuleutæ cum reincidentia intra dies decem abſque vlla requiſitione, & quandocumque fuerit requiſitus teneatur ſe reponere intus R. Carceres ſub eadem pœna.

Actuario Riembau. Tauerner y Rubi.

6.

Manuleuta cum arreſto abſque præiudicio ſimilis competentiæ.

Die 21. Iunii 1683. inſequendo concluſionem in R.C factam prouidet, quod Nobilis Thomas de N. tradatur idoneæ manuleutæ arreſtatus in aliqua

UAB Biblioteca de Ciències Socials

domo præsentis Ciuitatis ad pœnam tercentum librarum, attenta eius infirmitate absque præiudicio competentiæ, firmatæ inter R. Curiam, & Tribunal sanctæ Inquisitionis.

Actuar. Riembau. *Tauerner. y Rubì.*

7.

Manuleuta absque arresto, & præiudicio similis competentię, pro casu quo sit finita, & declarata in fauorem R. Curiæ.

REcepta d. d. & anno insequendo conclusionem in R. C. factam prouidet, quod sine præiudicio competentiæ firmatæ inter R. Curiã, & Tribunal sanctæ Inquisitionis Franciscus N. tradatur idoneæ manuleutæ, quod finita, & declarata dicta competentia in fauorem R. Curiæ intra dies decem, absque vlla requisitione, & quandocunque fuerit requisitus, se reponet intra R. Carceres Barcinonæ sub pœna 25. librar.

Scriba Badia. D. De Cancer.

Dies prouisionis 24. Martii 1684. Reus erat familiaris S. Officii.

8.

Rei manuleutam offerentis supplicatio.

Excellentissim Senyor.

DEls actes exhibits y testimonis ministrats per part de T. sacramental del lloch de T. ab las defensas per sa part donadas resta justificada sa innocencia, y elidida la intenció del Procurador Fiscal; per quant, tant los Iurats del lloch de T. quant instaren lo penyorament, com lo dit N. sacramental en assistir à aquell en manera alguna pensaren executar, sino sols à N. masouer de T. casa, y que las penyores que foren aportadas à la guarda eran de dit masouer, y no de altre, sens entendrer prejudicar à la part instant de Don N. y ab dita conformitat han explicada sa intenció los dits Iurats, y singulars de dit lloch, ab lo acte rebut en poder del Escriuà de la present causa, lo qual se exhibeix vt inserantur, si & quatt. volent, y acontentantse de que dits procehiments en quant al prejudici pugan causar à dit Don N. sien reuocats, y anullats com si fets no fossen, ab oferta de referli y esmenarli lo dany en cas algu ne hagues suportat; attès que las penyoras que foren aportadas à la guarda ha molts dies son restituhidas, com apar axi mateix de la apoca, ò rebuda feta en poder del Rector de dita Parroquia, que també se exhibeix: del que se veu que en tot cas, tant dits Iurats, com dit T. sacramental han purgat la mora, y lo dit N. sacramental ab la detenciò de sa persona resta suficientment castigat, en cas que dit se pogués hauer delinquit en assistir à dit penyorament. Per lo que suplica, sia V. E. seruit manar relaxarlo de dits Carcers Reals, oferint vna idonea mãleu-

ta

ta en quant manester sia, à coneguda de V.E. y Real Consell, que ho rebrà à singular gracia, y merce de V.E. Offic. &c.

Altissimus, &c.

N.

Remitatur Relatori causæ qui super supplicatis debitè provideat.

Prouisa per Nob. Reg. Cancell. die T. mensis T.

9.

Manuleutę provisio pro interesse Fisci, & partis instantis, & cum reincidentia.

Recepta d.d. & anno facto verbo in R. Concilio prouidet, quod inserantur producta, & quod dictus N. tradatur idoneæ manleutæ cum reincidentia hinc ad totum mensem Decembris proximè venturum absque ulla requisitione, & interim quandocumque fuerit requisitus teneatur se reponere intus Regios Carceres præsentis Ciuitatis Barchinonæ, sub pœna ducentum librarum, videlicet centum pro interesse Fisci, & centum pro interesse partis priuatæ.

10.

Fideiussorum memoriale præsentandum quando reus est dimittendus sub manuleuta, ut subscribatur per Nobilem Regentem Regiam Thesaurariam.

Memorial de las fermanças dona N. per la manlleuta ha de prestar, ab la qual ha de prometrer à sa Excelencia y Real Consell que de aqui, y per tot lo mes de Dezembre primer vinent sens requisició alguna, y entre tant sempre que serà requirit se reposarà dins los Carcers Reals de la present Ciutat, sots la pena de 200ll, es à saber 100ll per lo interes del Fisch, y cent per lo interes de la part, en virtut de conclusió feta en lo Real Consell lo die de T. del present, y corrent mes de T. de T. any, &c. Son las seguents.

Primo, N. Mercader.

Item, N. Parayre. | *Ciutadans de Barcelona.*

Don N. Reg. la Real Thesor.

10.

Manuleutæ instrumentum.

Die Iulii 1686. Barcinonæ.

Michael N. cultor loci T. Gratis, &c. Conuenit, & bona fide promisit suæ Excellentiæ, & Regiæ Curiæ quod hinc, & per totum mensem T. proximè venturum, absque ulla requisitione, & interim quandocumque fuerit requisitus se reponet intus Regios Carceres præsentis Ciuitatis sub pœna ℔. Regijs inferendarum erariis, scilicet ℔. pro interesse Fisci, & ℔. pro interesse

partis. Et pro maiore ſecuritate dedit in fideiuſſores Ioannem N. mercatorem ciuem Barcinonæ, & Franciſcum N. ciuem honoratum Gerundæ, Barcinonæ populatum præſentes, & acceptantes, &c. fiat acceptatio large, &c. Et tam principalis quam fideiuſſores obligarunt perſonas, & omnia & ſingula bona eorum, vt in debitis Fiſcalibus, & regalibus fiat largè cum omnibus obligationibus, & renuntiationibus neceſſariis, & iuramento. Et dictus principalis præſtitit ſacramentum, & homagium penes Hieronymum N. ciuem honoratum Barcinonæ Regium Alguzirium ordinarium ſuæ Maieſtatis, qui, &c.

Teſtes ſunt T. & T.

11.

A manuleuta relaxatio.

Die 9. Septembris 1591. fuit concluſum ſequeſtrum appoſitum per Ioannē Argilagas Regium Alguzirium in ducentum, & triginta quarteris frumenti in poſſe Baiuli de Vallibus, tolli, & quod dictum frumentum tradatur, & reſtituatur Syndico Villæ de Blanes, & quod Antonius N. relaxetur à manuleuta, ſub qua detinetur, & pro his fiant litteræ opportunæ, &c. Referente Fort.

12.

Sub manuleuta detentus aliter dimittitur.

Die 9. Maii 1591. Fuit concluſum, quod Iacobus N. qui ſub certa detinetur manuleuta tradatur ſub ſacramento, & homagio ad requiſitionem dictum ad pœnam 25 librarum.

Alia ſimilis d. d. de Iacobo N.

1 Rei parum culpabiles, ſub manuleuta relaxantur.

2 Manuleutarum tres agnoſcuntur ſpecies.

3 Quando reus relaxatur ſub manuleuta cum clauſula meritis proceſſus attentis, amplius agi non poteſt contra eum, etſi noua ſuperueniant indicia.

4 Cùm reus relaxatur ſub manuleuta ad requiſitionem dicrum, iterū pro eodem delicto capi nequit, niſi noua indicia ſuperueniant.

5 Quando reus traditur idoneæ manuleutæ cum reincidentia, poteſt per Iudicem ad carceres reuocari ad ſui libitum, etiam nouis non ſuperuenientibus indiciis.

Hæc manuleuta, ſicut cæteræ curſu biennali expirant, ibid.

6 Fideiuſſores requiſiti pro præſentando reo, decem habent dies, priuſquam contra eos executio decernatur ob illius non factam præſentationem; reus vero, ſi infra terminum præfixum ad Regios non redieris carceres, etiam non requiſitus, pro quantitate promiſſa exequitur.

7 Vbi non eſt delictum, nec vllain-

veni-

venitur illius probatio compositio, & remissio locum non habet, neque etiam manuleuta nisi aliquali præsupposita probatione.

ANIMADVERSIONES.

1 SOlet Regium criminale Concilium reos, quos parũ culpabiles inspicit, sub manuleuta relaxare ne longa carceris detentione depereant. Manuleutarũ tria agnoscuntur genera, primum quod concipitur cum clausula, *meritis processus attentis*. Secũdũ cùm traditur reus idoneæ manuleutę ad requisitionem dierum, & tertium quando manuleutę traditur cum reincidẽtia: sub primo modo traditur reus 3 quando illius fit relaxatio cũ causę cognitione, illoque in defensionibus audito, cuius effectus est vim absolutorię habere sententię, nam Regium criminale Cõcilium sententias absolutorias regulariter nõ efformat, & ideò reus sub dicta relaxatus manuleuta licet nova superveniant indicia iterum capi, nec molestari nequit, tametsi ius commune aliud obseruet, cuius manuleutæ formulam transcripsimus.

4 Secundò traditur reus idoneę manuleutæ ad requisitionem dierum, cuius est effectus, ut nisi superveniant nova iudicia iterũ pro delicto de quo delatus extiterat nequeat capi, & fideiussio, quæ pro hac præstatur expirat post lapsum biennii cuius formulam paritet tradidi, eaque parùm in R.C. frequentatur.

Tertio sub manuleuta quoque traditur reus cum reincidẽtia promittendo datis fideiussoribus infra tempus in manuleuta præfixum Regios iterum intrare carceres, & tunc etiam novis non supervenientibus indiciis practicatur, quod ad libitum iudicis iterum in carceres detruditur, cum in defensionibus tunc adhuc auditus non fuerit, nec indicia ex processu contra eum resultantia purgaverit, quæ manuleuta sicut cæteræ similis biennali cursu, turbis patriæ inspectis expirat *sub tit. de manuleut. constit.* 3. & 4. ne fideiussorum obligatio diu duret, & perpetuetur, qui requisiti pro reprxientando reo decem habent dies priusquam contra eos executio decernatur ob illius non factam præsentationem, providetur autem, & fit executio contra reum, pro quantitate promissa, si infra terminum præfixum ad Regios non redierit carceres etiam nõ requisitus, cuius formulam dedimus videndi Calderò *decis.* 12. *nu.* 60. *decis.* 23. *à num.* 12. & Peguera *in praxi crimin. cap.* 12. 5 6

Vnum obserua quod ubi nullum est delictum, vel eius probatio ad compositionem, & remissionem rei non devenitur, cum reus talis non dicatur: nam absolutio *culpam præsupponit vt latè* alibi patefeci, conferunt quæ in similibus 7

ter-

terminis deduximus *decis.* 44 *num.* 20. affirmantes transactioni non aliter locum fieri nisi quoties adest probabilis dubitatio, & quando deest probatio saltem ad torturã sufficiens, non dicatur quis inter reos cõstitui, ut probavi *decis.* 50. *num.* 25. & ibidem *num.* 14. firmavi quod deficiente semiplena probatione, vel si crimen probatum pœnam corporalem non mereatur reus manuleutæ traditur, ad eã tamen aliqualis probatio requiritur arbitrio iudicis regulario.

TIT. XVI. EXECVTIO CONTRA FIDEIVSSORES REI sub manuleuta à carceribus relaxati.

1.

Instrumentum manuleutę.

Die vigessima tertia mensis Decembris anno à natiuitate Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto, Barcinonæ.

PETRVS Martyr N. Philosophiæ professor Barcinonæ commorans filius legitimus, & naturalis alterius Petri Martyris N. cultoris Villanouæ de Cubells. Gratis &c. conuenit, & bona fide promisit suæ Excellentiæ, & Regiæ Curiæ, quod hinc, & per totum mensem Iunii proximè venientis, absque vlla requisitione, & interim quandocumque fuerit requisitus se reponet intus Regios Carceres Barcinonæ, sub pœna ducentum librarum, & pro maiori securitate dedit in fideiussores Andręam Gibert nautam Villæ de Sitges, & Ioannem Posas cultorem del Gornal Diœcesis Barcinonæ præsentes, & acceptantes fiat acceptatio largè, &c. Et tam principalis, quam fideiussores obligarunt personas, & omnia, & singula bona eorum, & alterius eorum insolidum vt in debitis Fiscalibus, & Regalibus, fiat largè cũ omnibus obligationibus, & renuntiationibus necessariis, & iuramento. Et dictus principalis præstitit sacramentum, & homagium penes Commentariensem Regiorum Carcerum, qui, &c.

Testes firmæ dictorum Gibert, & Posas fideiussorum prædictorum, &c.

Testes verò firmæ dicti Petri Martyris N. principalis, &c.

De præmissis propria manu scriptis fidem facit, &c.

2.

Informatio.

Die 8. mensis Iunii 1686. Barcinone.

Per Magnificum, & dilectum Consiliarium N.V.I.D. Iudicem R.C.

Bla-

BLasius Bernabè retorsiator sericarum ciuis Barcinonæ, cognitus á me Notario ætatis (vt dixit) triginta quinque annorum, parum plus, vel minus, testis citatus, qui iurauit, &c.

Et interrogatus super Curiæ prauentis, &c.

Dixit, Senyor, lo que jo testimoniſé, y puch dir ascerca del que v.m. me interroga es, que jo testimoni ſo altre de las guardas de las Carcers Reals de la preſent Ciutat, y conech molt be, y tinch tractat à Pere Martyr N. estudiant; y es veritat, Senyor, q̃ lo dit Pere Martyr N. no ſe es preſentat, nis troba vuy en las Carcers Reals de la preſent Ciutat pres, y detingut, que àhauerſe preſentat, y trobarſe pres en ellas, jo testimoni com à guarda que ſo de ditas Carcers ho ſabria, y ne tindria noticia, y esta es la veritat per lo jurament que tinch preſtat.

Blay Bernabè.

Fuit ſibi lectam, & perſeuerauit præſente dicto M.R.N.

Huic testi alius ſimilis additur.

3.

Supplicatio.

Excellentiſſime Domine.

PEtrus Martyr N. Philoſophiæ profeſſor Barcinone commorans, filius legitimus, & naturalis alterius Petri Martyris N. cultoris Villanouæ de Cubells Diœceſis Barcinonæ, cum inſtrumento recepto penes Franciſcum Maurici S. C. & Regiæ Maieſtatis Regium Scribam petitionerium ſupranumerarium Barcinone populatum, eademque auctoritate Notarium publicum, & de Collegio Notariorum Regiorum Barcinonæ, die 23. Decembris 1684. promiſit veſtræ Excellentiæ, & R.C. quod intra, & per totum menſem Iunii tunc proximè venientem abſque vlla requiſitione, & interim quandocumque fuerit requiſitus, non guidatus, ſe poneret intra Regios Carceres Barcinonæ, ſub pœna ducentum librarum monetæ Barcinonæ, pro qua dedit in fideiuſſores Andream Gibert nautam Villæ de Sitges, & Ioannem Poſas cultorem del Gornal Diœceſis Barcinonæ, & tam principalis, quam fideiuſſores obligarunt perſonas, & bona eorum, & cuiuslibet eorum inſolidum, tanquam pro debitis Fiſcalibus, & Regalibus. Et quia dictus Petrus Martyr N. principalis hucvſque non curauit parere promiſſis, vt conſtat informatione recepta, ideò, & aliàs Fiſci Procurator R.C. exhibendo inſtrumentum dictæ manuleutæ, & dictam informationem receptã, vt inſerantur, ſeu conſuantur, ſupplicat executionem fieri, & decerni in perſonis, & bonis dictorum principalis, & fideiuſſorum, & cuiuslibet eorum inſolidum pro dictis ducentum libris, & expenſis factis, & faciendis iuxta Regiæ Curiæ ſtylum, & in debitis Fiſcalibus, & Regalibus ſolitum, eſt fieri, ita tamen

quod

quod vno soluente reliqui liberentur, & pro his fieri, & expediri litteras, prouisiones, & commissiones opportunas, qua licet, &c. Officio, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis, & aliis debitè prouideat.

Prouisa per Nobilem Regentem Cancellariam viij. Iunii M.DC.Lxxxvj. Barcinone.

Recepta dictis die, & anno. Visa supplicatione præsenti per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ oblata, & contentis in ea. Viso instrumento manuleutæ in vim cuius agitur acto Barcinone die 23. mensis Decembris 1684. Visa informatione recepta. Visis videndis, & attentis attendendis, & aliàs, prouidet quod fiat supplicata, & instata executio in personis, & bonis Petri Martyris N. principalis, & Andreæ Gibert nautæ Villæ de Sitjes, & Ioannis Posas cultoris del Gornal fideiussorum, & cuiuslibet illorum insolidum tanquam pro debitis Fiscalibus, & Regalibus pro dictis ducentum libris, & pro expensis factis, & iustè faciendis, iuris ordine in exequendo seruato, ita quod vno soluente cæteri liberentur, & fiant pro his, & expediantur littera, & alia prouisiones opportunæ iuxta Regiæ Curiæ stylum.

N. Index.

4.

Litteræ appellatæ, *Sapiau.*

SApiau com la prouisió de execució contra vos, y vostres fermanças està feta per la quantitat de 200 ℔, per no hauer vos complit ab lo acte de manlleuta tenir prestada, y haueu promès: Perçò ab la present vos interpello, que si dins deu dias comptadors de la presentata de la present no aureu complert, ab lo que en dit acte de manlleuta haueu promès encontinent, y ab efecte passats aquells, dita prouisió se posarà en deguda execució. Barcelona als T. del mes de T. del any T.

Y pagareu las despesas fins assi fitas, y las dietas al Porter.

Don N. Regent la Real Thesoreria.

Memoriale expensarum.

Primo, pro instrumento manuleutæ.	℔ ℗.
Item, pro informatione.	℔ 8 ℗.
Item, pro Officiali Dñi Thesurar.	℔ 2 ℗.
Item, pro iuribus Fiscalibus.	1 ℔ 4 ℗.
Iẽ, pro instrum. relat. Portarii præsent. huius instr.	℔ 5 ℗.

Ita est: *Bernardus Famada.*

In

In dorso dicas:

A T. de T. principal: à T. y T. fermanças.

Relator de Puig. *Scriba Famada.*

Contenta in hisce formulis observantur in vim Const. 54. Cutiar. anni 1599. qua litteram huiusmodi missivam præcedere debere executionem pro manuleutis faciendam sub decreto nullitatis disponitur, & Nobili Regenti Reg. Thesaur. iniungitur quatenus librum habeat ubi similes litteræ continuentur.

TIT. XVII. DE SVPPLICATIONE INTERPONENDA à sententia diffinitiva.

1.

Forma supplicationis.

Excellentissime Domine.

QVÆDAM fuit facta sententia in Regio Criminali Concilio, referente Magnifico Iacobo de Potau & Molas, contra Petrum N. minorem, die vigesima tertia currentis mensis Februarii in, & cum qua fuit condemnatus ad seruitium Regiarum triremium remigando per decennium, quæ est valdè præiudicialis, & grauatoria dicto N. Quare sentiens se grauatum, supplicat illam commutari, & præsentem supplicationis causam committi alteri ex Nobilibus, seu Magnificis Doctoribus aularum Ciuilium, qui benè supplicatum declaret, & iustitiam omni, & quocumque meliori modo ministret. Officio, &c.

Altissimus, &c.

De Asprer Aduocatus pauperum.

Commitatur Nobili Narciso de Anglasell, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Nob. Regentem Cancellar. vigesima quinta Februarii 1679. Barcin.

Prouisio Iudicis. *De Morer, & Pasqual.*

Recepta d. d. & anno, intimetur.

Anglasell.

Quæ fuerunt intimata, &c.

2.

Assignatio ad sententiam.

Excellentissime Domine.

AD sententiam diem certam assignari, ius, & iustitiam fieri, & ministrari omni meliori modo supplicat Fisci P. R. C. iuribus Fisci semper saluis, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Proviſio Iudicis.

10. Aprilis 1679 aſſignat ad ſententiam diem tertiam iuridicam proximè venturam cum ſequentium continuatione intimetur.

Anglaſell.

3.

Sententia.

Chriſti nomine humiliter invocato.

NOs Alexander Dux, & Princeps de Bournonuille, &c.

Attento ex meritis utriuſque proceſſus, tam primitiui, quam præſentis cauſæ ſupplicationis conſtat, non fuiſſe aliquid deductum, allegatum, ſeu probatum per Petrum N. propter quod Regia ſententia contra eum, & in fauorem Fiſci P.R.C. lata referente Magnifico Iacobo de Potau Iudice R.C. die 22. Februarii 1679 in, & cum qua dictus Petrus N. minor delatus, & inculpatus de portu inſtrumenti manualis paruæ menſuræ, vulgo piſtola, cum qua fuit apprehenſus die prima menſis Iulii 1677. hora vndecima noctis in platea noua præſentis Ciuitatis, per Ioſephum Fortuny Regium Algutzirium, & etiam quod de menſe Maii eiuſdem anni aſſaſſinio attentato per Aguſtinum N. & alios, de mandato Hieronymi N. in perſonam Ioannis Archs vti mediator ſcienter interuenit modum, & formam quibus erat perpetrandum à dicto mandante dictis mandatariis reportando, fuit condemnatus ad ſeruitium Regiarum triremium remigando ad decennium, à qua per dictum Petrum N. fuit ſupplicatum, debeat commutari.

His igitur, & aliis meritis proceſſuũ attentis, & aliàs, ſua Excellentia inſequendo concluſionem in R. Aud. factam, ſententiat, pronuntiat, & declarat, bené fuiſſe, & eſſe per dictum Magnificum Iacobum de Potau in, & cum prachalendata R. ſententia lata 22. Februarii præſentis anni 1679. pronuntiatum & declaratum.

Hoc intellecto, & declarato, quod dictus Petrus N. cenſeatur dumtaxat condemnatus ad ſeruitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium.

Vt. N. Regens. Vt. de Balaguer F. Adu. Vt. Anglaſell.

4.

Sententia in cauſa ſupplicationis ab evocata cauſa.

ATtento ex meritis vtriuſque proceſſus, tam primitiui, quam præſentis cauſæ ſupplicationis interpoſitæ pro parte de N. domini qui dicitur T. loci ab euocatione cauſæ contra N. reum in carceribus præexpreſſi loci captum facta die, &c. facto verbo in R.C. referente Magnifico N. I.R.C. conſtat non fuiſſe ali-

aliquid deductum allegatum, seu probatum pro parte dicti N. propter quod dicta euocatio causæ & prouisio in ea facta debeat commutari.

His igitur, & aliis meritis processuum attentis, & aliàs sua Excellentia conclusionem in R. Aud. factam insequendo sententiat, pronuntiat, & declarat benè dictam causam ad R. Concilium euocatam fuisse, & malè à dicta euocatione supplicatum, dictum supplicantem in expensis condemnat, & pro bistractis sua Excellentia solitam executionem fieri mandat.

Vt. T. Regens. *V. N. F. A.*

Vt. N.

Lata per Regentem Cancellariam die &c. Barcinone instantibus, &c.

Vide adducta *tit. 3. supra pag. 19.*

1 *Ante Curias anni 1599. rei criminaliter condemnati nec supplicare, nec appellare respectiuè poterant.*

2 *Iuxta cap. 15. Cur. anni 1599. licitum est, á sententiis in R. C. concilio latis, tam à diffinitiuis, quam à proutsionibus tormentorũ supplicare in forma ad R. A. ciuilem, nisi in casibus per dictas Cõst. expressis.*

Supplicationis causa interponenda est infra tres á die publicationis, seu notificationis facta reo de sententia ibid.

Idem procedit in causa appellationis num. 7.

3 *Quæ obseruanda sint in his supplicationum causis, enodatur, & nu. seqq.*

Si de commissione causa supplicationis à sententia criminali ambigitur, interim ne reo fiat præiudicium, dies oblatæ supplicationis per scribam mandati notatur, & expedito supplicabilem esse, statim committitur, sin minùs, ad executionem properatur ibid.

4 *Si de facto sit commissa in casu non supplicabili, instante P. F. R. C. lineatur cruce Sanctæ Eulaliæ, quin ab hac deliberatione licitum sit supplicare.*

5 *Causa supplicationis commissa suspenditur executio sententiæ.*

6 *Hæc supplicationis causa ex eisdem terminatur actis.*

Et quid circa visurã, vel quando prima sua sententia apparet imustaibid.

8 Caput 16. Cur. anni 1599. *quæ contineat.*

ANIMADVERSIONES.

OLim in Cathalonia usu receptum erat ante Curias anni 1599. non habere reos in Regio criminali Concilio, aut in ordinariorum curiis criminaliter condẽnatos ullum remedium supplicationis, nec appellationis respectiuè, ut in ore DD. Patrix communiter circumfertur, adeò quod in Co iis

1

inferiorum tarò per reos appellabatur, & appellatio ab eis interposita executionem sententię non suspendebat, & de consuetudine fere in omnibus Regnis admissa prohibita traditur appellatio in criminalibus, ut habetur supra *tit.* 3. *pag.* 23.

2 Supervenit postea dispositio *ca.* 15. *Curiar. anni* 1599. qua fuit dispositum circa supplicationis causas á sententiis in Regio Criminali Concilio latis tam à diffinitivis, quam à provisionibus tormentorum posse supplicari in forma ad Reg. Audientiam Civilem nisi in casibus per dictam constitutionem expressis, & in prohibitis à iure civili latè relatis à Calderò *p.* 2. *de cis.* 52. *tot.* quæ supplicationis causa interponenda est infra dies tres à publicatione, seu notificatione facta reo de sententia, quę igitur in his supplicationum causis praxis regii Concilii observet sequentibus breviter enodantur.

3 Imprimis cùm supplicatur in causa criminali, & Regens Regiam Cancellariam (cui causam committere attinet) hęsitat an sententia supplicabilis sit, idque cum voto Regii Cōcilii vult deliberare, interim dum de commissione causæ ambigitur, ne reo fiat præiudicium dies oblatę supplicationis per scribam mandati notatur; expedito autem supplicabilem esse statim committitur, sin minus ad executionem properatur.

Secundò si de facto fuerit commissa in casu non supplicabili tunc Fisci Advocatus R. C. instat ut ea repellatur, & lineetur cruce Sanctæ Eulaliæ à qua deliberatione supplicare non licet. 4

Commissa causa supplicationis in aula civili in casu supplicabili suspenditur executio sententiæ. 5

Supplicationis causa ex eisdem terminatur actis, sicque coram iudice illius novæ fieri probationes haud valent licet de novo emergāt & solum P.F.R.C. permittitur supplicationem offerre, qua ad sententiam assignari petit, adeò quod licet visurę probatio privilegiata sit, non admittitur, sed coram iudice primitivo in casu permisso facienda est, & de probationibus in ea factis coram iudice *ad quem* habetur ratio, sicut, & cùm primitiva sententia minus iusta apparet, solet Dominus Locumtenens mādare, ex documentis, seu probationibus forsan extraiudicialiter habitis ne illa exequatur, quia in criminalibus nunquā os clauditur reis ad defensionem ex indulgentia tamen Principis, ut aperui *decis.* 9. *num.* 53. 6

In Curiis autem ordinariorum Regis, aut Baronis iuxta dispositionem *cap.* 16 *dictarum Curiar. anni* 1599. pariter disponitur quod infra dies tres à publicatione, seu notificatione sententiæ facta reo, appellatio ab ea interponenda est coram eodem ordinario mutato Assessore 7

seſſore, qui in prima non interuenerat, nec conſuluerat, & quod executioni demandãdum ſit quod ultimo fuerit declaratum.

Tria autem diſpoſitio dicti capitis continet, primum diſponit indulgendo appellationem à proviſionibus tormentorum, & à ſententiis diffinitivis in Curiis ordinariis Regiis eam concedendo, aut denegando iuxta diſpoſitionẽ præmiſſi capitis 15. ſecundum diſponit quod dictum cap. 15. non habeat locum in illis Civitatibus, Villis, ſeu locis quæ habent privilegia iudicandi cum iudicio procerum aut aliàs. In tertio continetur quod idem cap. 15. ſolum habeat locum quoad terras Baronũ in cauſis, in quibus reus erit condemnatus ad mortem, & non in aliis excipiẽdo etiam à remedio, & beneficio appellationis facinora in dicto cap. 15. reſerata videndus Calderò *part. 2. deciſ. 51. & 53.*

TIT. XVIII. RECVRSVS AB OPPRESSIONE.

1.

Supplicatio.

Excellentiſſim Senyor.

IOan Carcoma de la Vila, ó Lloch de N. eſtà près, y capturat per lo Veguer, Batlle, ò Barò N. y per aquell gravat, y oprimit; perçò que, &c. (notetur factũ, & inferatur gravamen) *& poſteà dices: Per tant, y altrament, ſentintſe dit Ioan Carcoma de las ditas coſas molt agraviat, y entenent que eſtà debaix lo amparo, y protecciò de V. Excel. conſtituhit, recorre à V E y à ſon Real Conſell de dit, ò dits agraui, ó agravis, ſuplicant lo recors eſſerli admes, y la preſent cauſa eſſer comeſa à algun Magnifich Iutge de Cort, lo qual proucheſca de lletras oportunas, y eſtiladas, manant à dit Batlle, que dins un breu termini trameta las enqueſtas fetas contra dit Ioan Carcoma, ſi algunas ne tindrà, y per moſtrar lo agraui, ò agravis que dit Batlle li fa, exhibeix uns actes de requeſtas à ell per part de dit Ioan Carcoma preſentadas, y reſpoſtas del mateix Batlle, pera que ſian inſertadas, lo ofici Real de V. Excellencia humilment imploran. Qua licet, &c.* Altiſſimus, &c.

N.

Decretatio facienda dictæ ſupplicationi.

Magnificus Ioſephus Ferrer I.R.C. recognoſcat ſupplicata, & ſuper eiſdem debitè prouideat, & ſi haſitet verbum faciat.

Prouiſa per Nob. Reg. Cancell. die 4. Maii 1603. Barcin.

N. Scriba mandati.

Pro-

Proviſio Iudicis.

Recepta dictis die, & anno, facto verbo in R. C. prouidet, quod mandetur Baiulo Villæ de N & aliis ad quos ſpectet, quatenus intra dies decem mittant inquiſitiones, ſi quas habent, contra dictum Ioannem Carcoma, & interim nihil innouent. Et pro his fiant, ſeu expediantur litteræ, & aliæ proviſiones neceſſariæ iuxta Regiæ Curiæ ſtylum. N. Iudex R. C.

2.

Vigore dictæ proviſionis expediuntur litteræ in forma ſequenti.

Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonum, Comes Barcin. &c.

DOn Ioannes Terès, miſeratione Diuina, Archiepiſcopus Tarraconæ, Conſiliarius, Locumtenens & Capitaneus Generalis pro S. C. R. Maieſtate in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ Dilecto Regio Baiulo Villæ de N. & eius locumtenenti, & aliis officialibus ad quos ſpectet, ſalutem, & dilectionem: Humili ſupplicatione nobis, & in R. C. oblata, & præſentata pro parte Ioannis Carcoma dictæ Villæ, deductum, & expoſitum fuit, &c. inſerantur grauamina præſentata, prout in ſupplicatione deducta fuerunt, *& poſteà dicebat, qua de cauſa recurrendo ad Nos, & R. Conſilium à dicto, & aliis grauaminibus, nobis humiliter ſupplicauit dignaremur cauſam dicti recurſus eidem admittere, iliamque committere alicui, ex Magnificis Iudicibus R. C. qui de litteris, & aliis opportunis iuris, & iuſtitiæ remediis ſibi debitè prouideret, prout hæc, & alia latiùs in dicta ſupplicatione enarrantur. Nos verò dicta ſupplicatione benignè ſuſcepta illam ad prouidendum commiſimus Magnifico, & dilecto C. R. Ioſepho Ferrer I. R. C. per quem die, & anno infraſcriptis, facto verbo in R. C. fuit debitè, ac iuridicè prouiſum. Idcircò dictam inſequendo proviſionem tenore præſentium, pœnaque florennorum auri Aragonum quingentorum Regiis inferendorum arariis, vobis dicimus, & mandamus, quatenus inquiſitiones, ſi quas habetis factas contra dictum Ioannem Carcoma, illas, ſeu illarum copiam authenticam, & fidem facientem nobis, ſeu dicto Magnifico Relatori per fidelē latorem intra dies decem à præſentatione præſentium vobis faciendam in anteà continuè numerandos, mittatis, adeò, vt illis viſis, & in R. Concilio recognitis, quod iuſtum fuerit prouidere valeamus, interim verò contra perſonam, & bona dicti Ioannis Carcoma nihil innouetis, ſeu attentetis, auferentes à vobis ſecus agendi omnem cum nullitatis decreto poteſtatem. Dat. Barcinone die 6. Maii 1603.* N. Regens.

Vt. N. Regens Theſaurar.

Vt. N. Fiſci Adu.

Vt. N. Iudex R. C.

N. Scriba mandati, & pro eo N. Not.

Prædictæ litteræ regiſtrantur, ut expediuntur cum ſigillo Regio in forma ſolita.

§. I.

§. I.

PROVISIONES QVÆ FIVNT PENDENTE RECVRSV.

1.

Forma conclusionis, qua recurrens adduci iubetur ad carceres Barcinonæ, ut ibi nomine Baronis detineatur.

Die 15. Septembris 1661. in facto supplicationis oblatæ die præsenti pro parte Pauli N agricolæ Villæ de Torrellas in causa recursus interpositi à captura, & procedimentis contra eum factis per Baiulum dictæ Villæ de Torrellas, qua deduxit, quod cum esset captus in carceribus dictæ Villæ de Torrellas, dictus Baiulus eum traduxit ad locum de Castelldefels alterius Domini, & iurisdictionis, fecitque eum detineri in carceribus obscuris, humidis, & subterraneis, vulgo dictis la sitja cum immenenti periculo, & discrimine vitæ, maximè cum sit ætatis plusquam 60. annorum, & quia ex informatione recepta super contentis in supplicatione, de prædictis plenè constat, facta relatione per Magnificum Ios. Balaguer iudicem R.C. & præsentis causæ relatorem fuit conclusum, quod declaretur, quod sine præiudicio dictæ causæ recursus iurium, & pretensionum partium, ita vt ius partibus non accrescat, neque decrescat, aliquis ex Regiis Algutzirijs accedat ad dictum locum de Castelldefels, & dictum Paulum N. ad manus suas apprehendat, & captum, & bene custoditum ad Regios Carceres Barcinonæ adducat, & in eis nomine Domini, qui dicitur esse dictæ Villæ de Torrellas ponat, donec, & quousque in Regio Concilio sit declaratum in dicta causa recursus.

2.

Forma provisionis, qua providetur executio pro pœnis incursis, cùm non fuit obtemperatum in transmittendis inquisitionibus.

Recepta dict. die, & anno facto verbo in Reg. Concilio prouidet, quod inserantur producta, & fiat instata executio in personis, & bonis N. & prout cum debitis Fiscalibus, & Regalibus est fieri assuetum pro quantitate 100ℓ in solidum, ita vt vno soluente cæteri liberentur, & pro his expediantur littera, & aliæ prouisiones opportunæ iuxta Reg. Cur. stylum.

3.

Forma conclusionis, qua recurrens ad Regios Carceres adduci iubetur ut ad ulteriora in causa valeat procedi.

Die 29. Nouembris 1625. in facto recursus interpositi proparte Antonii Sabater, aliàs Borràs agricolæ loci de Alcouer Diœces. Dertusens die 20. Iunii proxime effluxi à procedimentis contra ipsum factis per Vicarium, & Paciarios Ciuitatis Dertusen. facta relatione per Paulum Guiamet I.R.C. & cau-

causæ relatorem meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum recursui per dictum Sabater interposito locum fuisse, & esse, sicque in dicta causa in R. Concilio procedendum fore, & esse, & quod aliquis ex Regiis Algutzirius accedat ad omnia loca præsentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, qui inquirat, inquisita fortificet, & quos culpabiles inuenerit capiat, & dictum Antonium Sabater in carceribus Regiis dictæ Ciuitatis Dertusæ detentum, & captum ad suas manus apprehendat, & ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat in similibus fieri solita, & assueta, & pro his expediantur, & fiant litteræ, & aliæ, &c.

Similis prouisio fuit facta 2. Iulii 1628. in causa recursus interpositi pro parte Ioannis N. Villæ de Sanahuja Diœces. Urgellens. à procedimentis contra eum factis per P.G. Episcopi Urgellen.

4.

Forma conclusionis, quando Ordinarius recusat tradere Algutzirio reum captum.

Die 24. Nouembris 1631. In facto supplicationis oblatæ pro parte Dominici Cassanyà deducentis se recursum interposuisse ab oppressionibus, & procedimentis, tam longæ detentionis ipsius in carcere Portæ Sancti Antonii præsentis Ciuitatis, & fuit pro eo declaratus recursus, pro cuius executione Michael Rodó Regius Algutzirius extraordinarius se contulit ad custodes turris prædictæ, & ad Magnificos Consiliarios in capite, & tertium, & quartum, & alios Officiales ipsius Ciuitatis, vt ipsum Cassanya traderent, quod vsque modò obtinere non potuit supplicans propterea sibi de condecenti remedio prouideri, vt ipsi Michaeli Rodò tradatur, & ad Regios carceres præsentis Ciuitatis portetur, idem F.P.R.C firmante, facta relatione per Mir pro Berart I.R.C. absente fuit conclusum, meritis processus attentis, & contentis in requisitionibus pones Fræciscum Busquets Not. Regium Ciuem Barcin. receptis, & præsentatis Ioanni Batlle, & dictis Magnificis Consiliariis, & responsionibus, & diligentiis factis ad inueniendum Franciscum Burgunyà, quæ inserantur, seu consuantur, attenta illorum recusatione obtemperandi Regiis mandatis, in dictis requisitionibus contentis, quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad turrim Portalis Sancti Antonii præsentis Ciuitatis, & manu forti, & militari cum claue comitis aperiat ianuas dictæ Turris, & executioni mandet cum omni effectu prouisionem factam in causa recursus interpositi per dictum Dominicum Cassanya, die 20. prædictorum iuxta stylum, & pro his fiant cautella, ex aliæ prouisiones opportunæ iuxta Reg. Cur. stylum.

Vide discussa decis. 52.

Quan-

Quandoq; pars recurrens exhibet instrumēta requisitionū ex quibus perpensis responsionibus Iudicis Ordinarii deprehenditur eius rigor, & recurrentis iusta causa. Quare tunc R. Concilium in calce supplicationis partis solet facere provisionem sequentem.

5.

Recepta d.d. & anno facto verbo in Regio Concilio prouidet, quod mandetur Vicario Ciuitatis Balagarii, & aliis ad quos spectet quatenus intra dies decem mittant inquisitiones, si quas habent, contra Ioannem N. & interim nihil innouent, & quod pro nunc, & donec aliter sit prouisum, & sine præiudicio causæ recursus dictum Ioannem N. tradant nomine R. Cur. idoneæ manuleutæ de se repræsentando infra dies sex intus Regios carceres præsentis Ciuitatis Barcin ad pœnam centum librarum, & pro his fiant, & expediantur litteræ, & aliæ prouisiones opportunæ iuxta R.C. stylum.

Manuleutæ traditur reꝰ de se repræsentādo sine præiudicio causæ recursus, & fit nomine R. Curiæ.

Ita Senatus 4. Iulii 1686. referente Magnifico Bernardino de Puig Iudice R.C. Actuario Famada.

Et 30. Aprilis 1591. fuit facta provisio sequens.

6.

IN facto supplicationis oblatæ die 19. prædictorum pro parte Andreæ N. in causa recursus per eum interpositi à procedimentis cōtra eum factis per Subvicarium Bisulduni facta relatione per Mur. insequendo conclusionem in R. Concilio factam prouidet, quod sine præiudicio causæ recursus mandetur Vicario Bisulduni, & aliis Officialibus ad quos spectet quatenus dictum Andream N. tradans idoneæ manuleutæ cum reincidentia per totum mensem Octobris, absque requisitione aliqua, & interim dum fuerit requisitus teneatur se ponere intus carceres, in quibus nunc detinetur ad pœnam 1000ll. & pro his fiant, & ex expediantur, &c.

Manuleuta cum reincidentia facienda per Ordinariū nomine R. Curiæ.

Similis 18. Decemb. 1591. Similis me referente 19. Decemb. 1670.

7.

Alia conclusio qua iubetur mitti inquisitiones, tradi recurrentem manuleutæ arrestatum nomine R.C.

Die 12. Augusti 1600. In facto recursus interpositi pro parte Petri N. facta relatione per Magarola fuit conclusum, quod mandetur Ludouico Guil procuratori generali Baroniæ de Rialp, & Vallis, &c & aliis Officialibus ad quos spectet quat. intra 10. mittāt inquisitiones, si quas habent contra Petrū N. dictæ Villæ de Rialp, eundemque N. captum in carceribus dictæ Villæ, aut alibi tradant idoneæ manuleutæ arrestatum per dictam Villam nomine R.C.

Manuleuta cum arresto facienda nomine R.C.

ad pœnam 100ℓℓ. & quod postmodum nihil innouent. Et pro his, &c.

Similis factæ die 4. Iulii 1688. legitur sub die 30. Octobris 1663. in causa recursus etiam ab oppressione interpositi pro parte Francisci N. & aliorum Villæ siccæ Campi Tarraconæ, nam post dictum quod mandaretur procuratori generali dicti Campi, & aliis Officialibus ad quos spectaret quatenus intra dies 10. mitterēt inquisitiones, si quas haberēt contra recurrentes fuit additum eosdemque captos in carceribus Villæ de Reus, aut alibi sine præiudicio causæ recursus pro nunc, & nomine Reg. C. donec aliter sit provisum tradant idoneæ manuleutæ de se repræsentando infra dies sex intus R. carceres Barcinonæ, sub pœna 100ℓℓ & postmodum nihil innovent. Scriba Badia.

Similis 21. Iulii 1682. in causa recursus Raymundi N. capti in carceribus Villæfranchæ Pœniten. Actuario Famada.

Similis in causa recursus Pauli N. capti in carceribus Villæ de Olesa, 9. Septembris 1671. Scriba Badia.

Nota differentiam consideratam in dictis Reg. conclusionibus, nam quando placuit Senatui recurrentem redire ad carceres, in quibus erat detrusus apposuit verbum reincidentia, tunc enim propriè reincidere dicitur; Si verò detentus erat in carceribus Iudicis Ordinarii, & ob eius rigiditatem, vel aliis de causis videatur R. C. eum qui recursum interposuit oportere, quod veniat ad R. carceres loci ubi R. C. commoratur eo casu nec adest reincidentia, nec repositio, sed iniungitur obligatio recurrenti de se repræsentando, ut supra habetur.

8.

Mandatum directum ordinario quatenus intra dies 3. mittat inquisitiones sub certa pœna, & quod ad eum effectum accederet Regius Portarius expensis renitentium, sub die 4. Februarii 1659.

FActo verbo in R. Concilio prouidet, quod mandetur Francisco Fernandez Subuicario, Augustino Piñana V. I. D. & Iacobo Cortès piscatori Patriis Ciuitatis Dertusa, quatenus intra dies 3. tradant inquisitiones, si quas habent contra Iacobum N. ad pœnam 100ℓℓ, de bonis propriis, & quod ad dictum effectum aliquis ex R. Portariis accedat ad dictam Ciuitatem expensis dictor. Subuicarii, & Patriorum.

Ita Senatus referente Nobili Iosepho Rull, tunc Iudice R. C. Scriba Oriol.

Similis 18. Martii 1633. concludendo quod aliquis ex Regiis Alguazirijs accederet, &c. expensis Gubernatoris Comitatuum Rossilionis, &

Ce-

Ceritaniæ, ex quo recusauit Ioannem N. manuleutæ tradere, prout fuerat prouisum, dictoque Gerenti vices Generalis Gubernatoris mandatū litteris Regiis, die 22. Novembris eiusdem anni.

§. II.

PROVISIONES QVÆ FIVNT IN DECLARAtione recursus.

1.

Forma conclusionis, qua relaxatur recurrens à carceribus Ordinarii, cùm delictum est leve.

Die 7. Decembris 1661. *In facto recursus interpositi pro parte Iosephi Serra Agricolæ de Palol Sabaldoria, &c. meritis processus attentis, &c. fuit conclusum recursui per dictum Serra interpositio locum fuisse, & esse, & quod dictus Serra relaxetur à carceribus in quibus detinetur nullis solutis expensis, & pro his, &c.*

2.

Forma conclusionis cum quà ad favorem recurrentis providetur restitutio rerum apprehensarum, illarum liquidatione reservata.

Die 26. Octobris 1658. *In facto recursus interpositi per Mariam N. viduā à procedimentis contra eam factis, per Petrum Texidor procuratorem Generalem Ducatus Cardonæ, & Ægidium Boix Baiulum termini de Llobera meritis processus attentis, facta relatione per Ludouicum Ferrer tertiæ aulæ Doctorem, pro Nobili Michaele de Pallarès I. R. C. infirmo, fuit conclusum, quod declaretur dicto recursui locum fuisse, & esse, & quod mandetur dictis Texidor, & Boix quod ei restituant quarteria tritici, pecora, & alias res à domo dictæ Serra apprehensas, seu earum valorem quatenus non extent dictarum rerum, & valoris suo casu, ac damnorum liquidatione reseruata, & pro his fiant litteræ, &c. Scriba Cortès.*

Similis 22. Martii 1630. in causa recursus interpositi pro parte Ioannis N. Villæ de S. Pol concludendo, quod dictus Ioannes N. traderetur sub sacramento, & homagio ad requisitionem dictum, &c. & mandaretur Procuratori generali Vicecomitatuum Capratiæ, & de Basso quatenus 60ll. à dicto Ioanne N. exactas restitueret.

3.

Forma conclusionis qua præcipitur, quod cancelletur debitorium per recurrentem antea firmatum in fauorem Iudicis.

Die 17. Martii 1608. *In facto recursus interpositi per Iacobum Mensæ Agricolam Villæ Pratorum Regis à captura, & procedimentis contra*

tra eum factis per Dominũ, qui dicebatur esse, loci de Segur, facta relatione per Sala fuit conclusum recursui interposito per dictum Iacobum Mensa locũ fuisse, & esse, & quod dictus Mensa tradatur sub sacramento, & homagio ad requisitionem dierum ad pœnam 25 ℔, & quod cancelletur, & anulletur instrumentum debitorii quantitatis 150 ℔. per dictum Mensa firmatum Petro Vidal Subbaiulo dicti loci de Segur, die 1. Iulii 1607. penes Iacobum Bernardum Vidal Notarium Villæ de Calaf, & pro his fiant, &c.

4.

Forma conclusionis qua recurrens eximitur à iurisdictione Baronis in criminalibus, & subjcitur iurisdictioni Vicarii.

IN facto causæ recursus interpositi per Ioannem Alos agricolam Villæ de Cabells Marchionatus de Camarasa, in supplicationibus per eum oblatis, die 25. Septembris, & 30. Octobris 1666. cum quibus recursum interposuit à procedimentis, & arresto contra eum factis per Officiales dicti Marchionatus, & Baiulum dictæ Villæ supplicando declarari locũ esse dicto recurrui, & à iurisdictione dicti Illustris Marchionis de Camarasa eximi, quia passim iniustè, & indebitè per dictos Officiales fuit grauatus, & grauatur, facta relatione per Nob. Narcisum de Anglasell, & Roca I.R.C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur recursui per dictũ Ioannem Alos interposito locum fuisse, & esse & quod relaxetur ab arresto sub quo detinetur in prẽsẽti Ciuitate.

Et Attento quod ex meritis processus constat dictum Alos anno 1660. fuisse indebitè, & iniustè molestatum per officiales dicti Marchionatus prouidendo contra eum capturam, citando illum per edictum ad pœnam bannimenti banniendo eum in perpetuum quia non comparuit, & condemnando vt solueret Ioanni Pedrol expensas quas fecerat in causa, & 15 ℔ pro iniuria, & 100 ℔ Procuratori Fiscali dictæ Curiæ pro pœna, quæ procedimenta in causa recursus per dictum Alos interpositi 21. Martii 1661. cum prouisione facta 31 dictorum mensis, & anni referente quond. Magnifico Bernardo de Olzina, & de Villallonga I.R.C. insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, fuit declaratum nulliter, & iniustè facta fuisse, & recursui locum esse. Rursus attento constat anno 1665. indebitè, & iniustè fuisse dictum Alos molestatum per dictos Officiales contra eum inquirendo, eundem habendo arrestatum per multum tempus sub prætextu quia proposuerat Patiario de Camarasa, quod N. Lacasa qui exercebat officium Procuratoris generalis dicti Illustris Marchionis non poterat vti illo exercitio tamquam exterus, vnde dictus Lacasa obstrictus fuit die 13. Octobris 1666. officium renuntiare, & reuocare procedimenta vti illud exercentem facta vsque ad dictam diem, ex quibus resultat dictum Alos pluries fuisse à dictis Officialibus grauatum, & posse timere

mere ea de cauſa vlterius moleſtari. His, & aliis meritis proceſſus attentis, & aliàs fuit concluſum quod dictus Alos eximatur à iuriſdictione dicti Illuſtris Marchionis, & ſuorum Officialium quo ad cauſas criminales durante vita dicti Illuſtris Marchionis, & quod dictus Alos ſubmittatur quoad dictas cauſas Vicario Ilerdæ, & quod pro his fiat, expediantur, &c. Ex his vides quæ motiua ſint neceſſaria vt quis á Baronis iuriſdictione eximatur.

Ita Senatus 22. Novembris 1666.

5.

Forma concluſionis qua recurrentes remittuntur ad Iudices cauſarum civilium, ad quos ſpectat.

De 5. Iulii 1624. in facto recurſus, &c. facta relatione per Ramon fuit concluſum recurſui interpoſito per Ioannem Serrat, & Marinet, locum fuiſſe, & eſſe, & quod dictus Marinet tradatur ſub Sacramento, & homagio, ad requiſitionem dicrum ad pœnam viginti quinque librarum remittendo cauſam, & partes ad iudicem cauſarum ciuilium ad quem ſpectet.

Similis die 22. Novembris 1628. referente Magnifico Paulo Guiamet I.R.C. addendo recurſui locum fuiſſe, & eſſe.

Quandoque declaratur recurſui ab oppreſſione locum non eſſe, & quod nullum fiat prejudicium pretenſis ſuper iuriſdictione remittendo quoad hunc articulum partem ad iudicem cauſæ civilis. Ita Senatus ſub die 19. Decembris 1630. in cauſa recurſus interpoſiti per nuntium Abbatis Sancti Petri de Roda Diœceſ. Gerundæ.

Recurſus admittitur interdum, & iubetur Regium Algutzirium exequi proviſionem in primitiva Curia antea factam quam inferior ad executionem perducere remorabatur. Ita Senatus 18. Martii 1599. in cauſa recurſus interpoſiti pro parte Ioſephi Pla Civis Dertuſæ.

Aliquoties declaratur recurſui locum non eſſe, ſed partes, & cauſam remittendas fore ordinario, & inhibitionem illi factam tollendam. Hoc tamen intellecto quod mandetur dicto ordinario quatenus infra dies decem cauſam contra recurrentem expediat iuxta doctrinam à me allatam Senatus definitione munitam *deciſ. 1. num. 92.*

6.

Forma concluſionis, qua reo recurrenti iniungitur obtemperet coram ordinario.

De 7. Septembris 1625. in facto recurſus, &c. facta relatione, &c. fuit concluſum quod declaretur recurſui per dictum N. interpoſito locum non fuiſſe, nec eſſe, inhibitionemque factam Baiulo Villæ de Sitjas tollendam, dictuſque N. qui ſub certo detinetur arreſto, tradendum idoneæ manutentæ cum reincidentia quod per totum menſem currentem ſine aliqua requiſitione

ſe

ſe reponet intus carceres Villæ de Sitjas ad pœnam 50ff.

7.

Forma qua declaratur recurſui locum eſſe, & quod recurrentes relaxentur nullis ſolutis expenſis, & quod eis reficiantur damna.

Die 17. Decembris 1674. viſa ſupplicatione oblata pro parte Iſidri Odena Baiuli loci de Roials, & Petri Ioannis Eſcoter Patiarii, ſiue Iurati dicti loci die 22. Nouembris proximè elapſi, qua recurſum interpoſuerunt à captura, & procedimentis contra eos factis per Onuphrium Capdeuila Baiulum Villæ, & Ducatus Montiſalbi: viſa inquiſitione contra eos per dictum Baiulum fulminata; viſis videndis, meritis proceſſus attentis, & aliàs; inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet, dicto recurſui per dictos Iſidrum Odena, & Petrum Ioannem Eſcoter interpoſito locum fuiſſe & eſſe, & quod dicti Iſidrus Odena, & Petrus Ioannes Eſcoter relaxentur à Regijs Carceribus dictæ Villæ Montiſalbi in quibus detinentur, nullis ſolutis expenſis, & refectis per dictum Onuphrium Capdeuila Baiulum damnis eis ratione dictæ capturæ, & procedimentorum illatis, liquidatione reſeruata, & quod pro his expediantur litteræ, & aliæ prouiſiones opportunæ iuxta Regiæ Curiæ ſtylum.

Scriba Riembau. *Tauerner, & Rubi.*

In ea cauſa reproductæ extiterunt litteræ recurſus cum ſua præſentatione in forma aſſueta; deinde fuit petita liquidatio per recurrentem articulis oblatis 16. Februarii 1677. & facta proviſio ſolita in cauſis civilibus, *ad reſpondendum ad tertiam, inſerantur producta, & intimetur.* Et quia Baiulus Villæ Montiſalbi, contra quem inſtabatur liquidatio non comparuerat, fuerunt factæ in valvis intimæ, poſtea Baiulus comparuit, & dederunt partes hinc indè ſuas deductiones, cunctas penè cum ſupplicationibus, prout fieri debet in omnibus quæ portiguntur in cauſis Regaliarum: deinde prodiit proviſio, quæ ſequitur.

8.

Liquidatio.

Die 15. Maii 1679. viſo proceſſu, & Regia prouiſione referente infraſcripto Relatore facta 17. Decembris 1674. in, & cum qua fuit declaratum recurſui per Iſidrum Odena tunc Baiulum loci de Roials, & Petrum Ioannem Eſcoter Patiarium, ſiue Iuratum dicti loci interpoſito à captura, & procedimentis contra eos factis per Onuphrium Capdeuila Baiulum Villæ, & Ducatus Montiſalbi locum fuiſſe, & eſſe dictoſque Odena,

&

& Escoter fore, & esse relaxandos à Regiis Carceribus dicta Villa Montisalbi in quibus detinebantur nullis solutis expensis, & refectis per dictum Onuphrium Capdevila damnis eis ratione dicta captura, & procedimentorum illatis liquidatione reservata, prout latius in dicta provisione continetur, cui refertur. Visis articulis oblatis per Petrum Pares procuratorem dictorum Isidri Odena, & Petri Joannis Escoter die 16. Februarii 1677. quibus petiit damna occasione dictorum procedimentorum passa liquidari, Visis instrumentis exhibitis, & schedulis per partes respective oblatis, visisque aliis videndis, devenendo ad liquidationem reservatam in dicta provisione: attento ex dictis instrumentis, & ex computo facto, seu adnexato per Stephanum Galceran Regium scribam mandati constat predictos Isidrum Odena, & Petrum Joannem Escoter, seu pro eis, & eorum nomine, Joannem Oller Syndicum predict. loci de Rosalsuste solvisse pro duabus Regiis litteris, seu earum expeditione 10ℓ 10ʃ. Onuphrio Casanoues Regio portario pro dictarum litterarum presentatione dicto Capdevila Baiulo in memorata Villa de Monblanch facta 16ℓ 10ʃ pro foleis processus, translati, intimis, & custodia 3ℓ 15ʃ 4. pro salario verò Advocati, duabus informationibus, & articulis quos obtulit, ut prahabetur 16. Februarii 1677. 11ℓ 12ʃ. & pro salario instrumenti apocha de dicta quantitate firmata per Hieronymum Marti V.I.D. Civem Barcinone die 6. Decembris 1678. in posse Petri Pauli Rubes Notarii Regii, & de Collegio Notariorum Regiorum Barcinone 5ʃ. quæ quantitates soluta simul iuncta summam capiunt 42ℓ 12ʃ 4. & constat in viamiaris, in eis expressa venire appellatione damnorum.

Quo verò ad alias partitas contentas in mentionato computo Stephani Galceran, & alio apocha instrumento recepto eadem die 6. Decembris 1678. in posse dicti Petri Pauli Rubes, videlicet pro salario procuratoris soluto Isidro Serra Notario causidico Civi Barcinone, & pro salario prachalendarii apocha instrumenti, attento ex processu non constat memoratum Isidrum Serra fuisse in hac causa procuratorem dictarum Odena, & Escoter, pro nunc, & salva ulteriori liquidatione, pro eis nihil liquidat in creditum dictorum Odena, Escoter, & in debitum predicti Onuphrii Capdevila. Ideò, & aliàs, facto verbo in Regio Concilio, liquidat in creditum dictorum Odena, & Escoter, & in debitum predicti Onuphrii Capdevila supradictas 42ℓ 12ʃ 4. & provisdet, quod pro his rigida fiat executio in bonis dicti Capdevila; super reliquis verò ulteriorem liquidationem reservat, & ad id expediantur littera, & alia provisiones opportune iuxta Regiæ Curiæ stylum, & intimetur.

Tauerner. & Rubi.

N. For-

8.

Forma concluſionis, qua recurrentes tradit R. C. ſub manuleuta ad ſe præſentandum intus Regios carceres Barcinonæ infra terminum præfixum.

Die 6. Iulii 1591. in facto recurſus interpoſiti pro parte Saluatoris N. Iacobi N. & Antonii N. agricolarum Villæ Oleſiæ à procedimentis contra eos factis per Baiulum dictæ Villæ pro Abbate Monaſterii Montiſſerrati facta relatione per Fort, &c. fuit concluſum, quod declaretur recurſui interpoſito pro parte dictorum N. N. locum fuiſſe, & eſſe, & ad vlteriora in Regio Concilio procedendum, & quod mandetur dicto Baiulo Villæ Oleſiæ, vt dictos N. & N. tradat nomine R. C. idoneæ manuleutæ, quatenus intra dies ſex teneantur ſe præſentare intus Regios carceres Barcinonæ ad pœnam 100ℓ pro quolibet, & quod pro his fiant commiſſiones, & prouiſiones opportunæ.

1 *Recurſus in cauſis ciuilibus, & criminalibus tã in terris Regiis, quã Baronis practicatur, & etiam ſine mandato proponi valet, ſequuta tamen grauati ratihabitione.*

2 *Recurſus ſæpiſſimè in Cathalonia admittuntur prætextu ſupremæ regaliæ defenſionis, & leuaminis oppreſſorum.*

3 *Recurſus, alii ante ſententiam, alii poſt ſententiam interponuntur.*

4 *Recurſus ante ſententiam in triplici eſt differentia, vel quando reus eſt captus, vel timet capi, vel cũ nec eſt captus, nec capi timet, ſed à procedimentis recurrit, vtpote ab iniuſta mercium apprehenſione ob fraudatam gabellam, vel aliàs.*

5 *In compilatione proceſſus recurſus ante ſententiam in cauſa oppreſſionis ex captura, aut arreſto, quæ ſint obſeruanda, animaduertuntur, & nu. 6.*

7 *Pendente cauſa recurſus, captus detinetur, quouſque ſuper oppreſſione ius ſit dictum, niſi forſan ex cauſa ad Regios Barcinonæ carceres adduci prouideatur.*

8 *Admiſſo recurſu, captus per ordinarium aliquando remanet detentus in eius carceribus, aliquando ad Regios Barchinonæ carceres adduci prouidetur.*
Quid ſi ordinarius hoc facere neglexerit ibid.

9 *Recurrentes aliquando ſub manuleuta traduntur ad ſe præſentandum intra Regios Barchinonæ carceres.*

10 *Aliquando ſub manuleuta relaxantur, & quomodo in hoc caſu fiat prouiſio.*

11 *Recurrentes rei etiam ſub arreſto penes ordinarium traduntur, & aliquando ſub Sacramento, & homagio.*

12 *Aliquando mittitur Regius Algutzirius, vt prouiſionem antea coram*

ram ordinario factam exequatur.

13 *Si ex copia inquisitionum transmissa liquet delictum esse leue, relaxatur reus à carceribus ordinarii, vel nullis solutis expensis, vel absque præiudicio causæ recursus iuxta qualitatem, & probationem delicti, factique circumstantias.*

14 *Aliquoties prouidetur relaxatio cum emenda damnorum ob iniustam recurrentium capturam.*

15 *Eximitur quandoque oppressus, à iurisdictione Baronis, & aliquãdo ad iudices causarum ciuilium remittitur.*

16 *Si recursui locum non esse declaratur, reponitur causa in statu, in quo erat ante interpositum recursum.*

17 *Quocupliciter causam esse ciuilem Senatus iudicet, & illam istius qualitatis considerans reum dimittat.*

18 *Senatus instrumenta scandalosa præiudicialia Regalitis, aut contra bonum publicum vergentia deleri, & cancellari respectiuè iubet, num. 19.*

19 *Recursus de quo egimus specificè vocatur* ab oppressione, seu procedimentis, *reliqui verò quamuis etiam propter oppressionem interponantur peculiares habent demonstrationes per quas designantur, nempè* arreptionis itineris, & gratiæ, *siue* post sententiam.

ANIMADVERSIONES.

1 REcursus, qui remedium extraordinariũ dicitur in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, tam in terris Regiis, quam Baronis practicatur, proponi pro quolibet etiam sine mandato valet, sequuta tamen gravati ratihabitione practicatur sæpissimè in Cathalonia prætextu supremę regalię defensionis, & levaminis oppressorum adeò Domino Regi affixæ, & eius Locumtenẽti, ut omnino sit inseparabilis. Duę potissimùm recursuum species, practicantur à nostratibus. Prima ab oppressionibus, quæ ante sententiam fieri prætenduntur. Secunda ab his, quę post sententiam sustinendæ fuerint. 2 3

Recursus ante sententiam (qui à procedimentis dicitur) in triplici est differentia: primò quando reus est captus, & in carceribus existens sub oppressione, & captura, recurrit. Secũ ìò, cũ timens capi, vel captus ad superiorẽ atripit iter rupto arresto, aut relictis carceribus, sub quibus detinetur; & denique cùm nec est captus, nec capi timet, sed à procedimentis recurrit, utpote ab iniusta mercium apprehensione ob fraudatam gabellam, vel alias; in causa igitur recursus ante sententiam propter oppressionem ortam ex captura, seu arresto practicalem usum servantes, & compilationem processus eiusdẽ animadvertenda plura congerimus. 4 5

Cùm reus ab ordinario in carceribus detinetur debet recurrens in supplicatione causam oppres- 6

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sionis exprimere, narrando factũ, offerendo de eo informationem, qua recepta, & aliqualiter de eo constito apponitur manus per Regium Concilium cum differentia tamen in causa recursus interpósiti à procedimentis ab officiali Regio factis, & gestis per Baronem, & eius Officiales, in prima enim non tam exacta, ac in secunda petitur á Senatu oppressionis informatio, cùm ergo de oppressione liquet fit provisio transcripta in calce dictæ supplicationis, in vim cuius expediantur litteræ, quibus ordinario iniungitur ut infra terminum præfixum Inquisitiones, si quas habet contra recurrentem mittat, & tunc á parte petente copiam Inquisitionum Notario debet ei fieri realis pecuniæ oblatio pro salario; eo autem tradere copiam recusante offertur per partem secunda supplicatio exhibendo primas litteras cũ earum præsentatione petendo mãdata, & litteras pœnales ad dictum expediri effectum, in calce cuius supplicationis fit provisio quã tradit Calderò *decis.* 23. *num.* 67. & adhuc non obtemperante Notario tertia offertur supplicatio exhibendo secundas litteras cum earũ præsentatione, fitque provisio exequutionem contra notarium decernẽdo quæ traditur ibidem *num.* 68. ac utrãque nos supra perh buimus aliquando autem secundæ litteræ mittuntur per Regium portarium expensis Nottarii, qui copiam inquisitionum non misit ut ibidem *num.* 69. traditur, & in formulis continetur.

Pendente autem causa recursus debet captus per ordinarium Regium, vel Baronem detineri eodẽ modo quo tempore interpositi recursus detinebatur donec, & quousque ius dictum sit super oppressione prætensa, nisi forsan ex causa etiam pendente recursu per Senatum provideretur, ut captus ad Regios Barcinonę carceres adduceretur, ut cùm ab ordinario adeo in suis opprimeretur, quod liquidò cõstaret de imminenti periculo, & vitę discrimine prout in formula huius provisionis habetur. 7

Transmissis per ordinarium Regio Concilio inquisitionibus illisque visis, & lectis fiunt provisiones quas adduximus pro admissione, seu recursus repulsa, facta provisione priori, qua ordinarius fuit inhibitus diversimodè detinetur captus apud illum interim, dum de meritis causæ principalis in Regio Concilio peragitur sicut, & aliquando diversimodè relaxatur, nam aliquoties admisso recursu solet Regiũ Conciliũ providere quod captus penes ordinariũ ad Regios Barcinonę carceres adducatur, ut ad ulteriora in causa procedi valeat, velut in formula quã adducit Reg. Calderò *dec.* 23. *n.* 14. fuit observatum, & in provisione quam superiùs edimus, & si hoc facere recusaverit ordinarius utitur 8

re-

remedio proviſionis tranſcriptæ à Calderò *ibid.num.*74. interdum ad ulteriora in cauſa progreditur detinendo reos captos in carceribus inferiorum ut in exemplari à Reg. Calderò *d.deciſ.*23. *num.*15. adducto, omneſque caſus fuſiùs in formulis complexus fui.

9 Sub manuleuta tradere quoque ſolet Regium Concilium recurrẽtes ad ſe præſentandum intus Regios Carceres Barcinonę, ut in formula ibid. tranſcripta num. 18. & in formula quã legiſti, quod ſi facere neglexerit ordinarius expenſis eiuſdem mititur Algutzirius ad proviſionem exequendam, & obſervat Calderò in formula trãſcripta *nu.*75.& dedi deciſiones ſupra.

10 Aliquoties ſub manuleuta eos relaxat, & tunc fit proviſio mandando ordinario ut nomine R. C. recurrentem ſub idonea manuleuta dimittat quatenus cũ reincidentia per totum menſẽ Maii V.G & interim quandocumque requiſitus fuerit, teneatur ſe ponere intus Regios Carceres Barcinonę ſub pœna aliqua pecuniaria, ut habetur in proviſionibus, quas in formulario luculenter perlegis Calderò *ibid. num.*19.

11 Interdum recurrentes arreſto penes ordinarium tradit, ut ſupra in formula proviſionis die 12. Auguſti 1600. perſpicis, & denique ſub Sacramento, & homagio eos ſolet etiam relaxare Calderò

12 ibid.*num.*19.& ſupra die 22. Martii 1630. aliquando etiam practicatur quod admiſſo recurſu mittitur Regius Algutzirius cui iubetur exequi proviſionem iam antea coram ordinario factam, ut etiam in formalis deciſum accipis.

Si autem ex copia Inquiſitionũ tranſmiſſa liquet delictum de quo recurrens extat impetitus leve eſſe ſolet providere quod captus à carceribus ordinarii relaxetur nullis ſolutis expẽſis, ut in exẽplari quod tradit Calderò ibid.*num.*29. & pariter providere ſolet quod abſque præiudicio cauſę recurſus à carceribus relaxetur, ut in formula deſuper tradita quę ita diverſimodè, ut prædiximus obſervat Regium Concilium perpenſis delicti qualitate, eius probationibus, & facti circunſtantiis: in aliquibus verò recurſuum cauſis ſimul cum relaxatione recurrentiũ providetur quoque in eorum favorem condemnandamnorum ob iniuſtam recurrentium capturam, ut in exemplaribus & formulis, quas Regens Calderò congeſſit ibid.*num.*31 *cum ſeqq.* & ſuperiùs reſeravi, tuncque extat reſervatio liquidationis intereſſe civilis providẽdo inſimul quod cãcelletur debitorium per recurrentem antea firmatum in favorem iudicis, ut in deciſionibus ibid. *nu.* 30. allegatis.

13

14

In ſimilibus quoque cauſis recurſuum eximitur aliquoties oppreſſus à iuriſdictione Baronis ſi ratio hoc exigat, & R. C. conſo-

15

nũ videatur, ut in exemplaribus, & formulis cumulatis à Calderò ibidem à *num.* 34. & in formula à nobis tradita sub die 22. Novembris 1666. videndus Reg. Caldero *d. decis.* 23. *tot.* & Peguera in prax. crimin. *cap.* 22. aliquando autem declaratur recursui locum esse partes ad iudices causarum civilium, ad quos spectet remittendo, ut exemplaribus à me adductis innotescit.

16 Cùm autem declaratur recursui locum non esse reponitur causa in statu, in quo erat antea quam interponeretur, & sublata inhibitione restituitur Ordinario, & si fuerat reus captus, captus restituitur, ut in exemplaribus allegatis à Calderò ibid. *num.* 60. Aliquando autem cum eadem provisione qua repellitur recursus iniungitur etiã reo recurrenti, ut infra certum terminum coram ordinario compareat, ut in exemplaribus, & formula traditis ibid. *num.* 61. alia nos hoc titulo suggerimus satis perspicua.

17 Duo addam prætermissa à modernis scriptoribus, alterum quod quando declaratur recursui locum esse remittendo partes ad iudicem causarum civilium, ad quem spectet cognoscitur de exclusione criminis per modum gravaminis opposita, & hoc quia dupliciter in iudiciis criminalibus potest reus obiicere causam esse civilẽ, vel in vim exceptionis Bertazol. *cons.* 123. *num.* 12. & *cons.* 236. *num.* 2. ubi tenet hanc exceptionem impedire litis ingressum, vel firmando dubium an causa sit civilis, vel criminalis, ut explicui *decis.* 6. *nu.* 56. & latiùs in *compilatione tit.* 7. §. 2. *pag.* 77. *supra*, sed quandoque post indagationẽ facti, comperto id non esse punibile iuxta referata *decis.* 4. ex officio dimittitur reus, licet pro alio facinore esset captus per discussa *decis.* 71. *num.* 13.

18 Secundò animadversum velim circa cancellationem instrumentorum, de qua disservi *num.* 14. *in fine* eam esse Senatus auctoritatem, ut quando aliquod instrumentũ gravando vassallos confectum esse reperiat, vel bonis moribus adversari, aut in præiudicium Regaliarum suæ Maiestatis vergere deleri per Notarium à suis manualibus iubeat, seu per partem interesse habentem cancellari, ut prævidisti *decis.* 13. *num.* 36. & quid evenerit in causa recursus retuli *decis.* 11. *nu.* 63. & non diu est interfui in expedienda sententia, qua inquisito ultra pœnam corporalem, quam sustulit fuit etiam iniunctum quatenus à suis libris deleret deliberationes quasdam sumptas in nonnullis congressibus habitis præiudicialibus Regaliis suæ Maiestatis, & de deletione certificatoriam daret, prout authenticam parendo porrexit.

19 Simili modo 11. Martii 1682. in facto propositionis factæ per Nobilem Regentem Regiam Cã-

cel-

cellariã an esset mandandũ arrendatariis Lesdę Regię, & de Medio-na quæ exigitur in prę̃senti Civitate quatenus cancellarent, & cassarent, & irritarent instrumentum cautionis factum per Hieronymũ Baguet francigenam, Capitaneum navis; attento iuxta assertionem Excellẽtissimi Domini Locumtenentis generalis suæ Maiestatis publicè intererat prædictum instrumentum cancellari fuit concluſũ, quod mãdaretur arrẽdatariis, quod dictum instrumentum cancellarẽt in continenti, & ad eum effectum Magnificus Vincentius Sabater I. R. C. convocaret arrendatarios, & eis mandaret quatenus sub pœna carceris dictum instrumentum cãcellarent, obtemperarunt illicò, & scias quod illud instrumentum poterat esse valde damnosum pacis conservationi inter Coronas Hispaniæ, ac Franciæ.

Ex his edisces qualiter recursuũ nomina prodierint inter nostrates, & in hoc, & aliis titulis tradita fuerint ad illos discriminandos, & distinguendos ob maiorem claritatem, eaque de causa iste, de quo nunc egimus vocatur specificè *ab oppressione, seu procedimentis*, tametsi in aliis omnibus etiam generica oppressio adsit, seu eius famus quãdo recurritur, verùm cum reliqui recursus peculiarem habeant designationem, nempe unus arrepti itineris ad Principem, alius gratiæ post latam sententiam; ideircò nomen oppressionis recursui isti adaptatum fuit, cui huiusmodi circunstantiæ, & speciales demonstrationes non cõvenient; prout scholastici observant in nominandis adoptione specifica, & generica, atque arrogatione, hæc namque adoptio est sicut specifica, sed tamẽ ut dignosceretur adoptioni Patrisfamilias nomen arrogationis tribui, quãdo filiosfamilias adoptatur adoptio specifica distinctionis gratia dicitur.

TIT. XIX. RECVRSVS PER ARREPTIONEM ITINERIS.

1.

Supplicatio.

Excellentissim Senyor.

A Noticia de Nha pervingut, que lo Batlle, &c. intentaria capturarlo sens hauer comés delicte algù, y sols à fi de composarlo: (vel aliàs narra factum, & gravamina) *Per tant, y altrament entenent estar baix lo amparo de V. E. recorre à V. E. y Real Concell per arreptionem itineris de dits agravis, suplicant esserli dit recors admes, oferint posarse pres, ò baix arrest per la present Ciutat, ab la pena à V. E. ben vista, y la present causa esser co-*

me-

meſa à algun Magnifich, ò Noble Iurge de la R. Cort, qui de lletras oportunas prouheſca, manant al dit Batlle, y altres, à qui eſpecte, que dins vn breu termini enuiẽ las enqueſtas, ſi algunas ne tindran contra dit N. y juſticia omni meliori modo miniſtre. Officio, &c.

Altiſſimus, &c.

N.

Decretatio.

Michael N. I. R. C. recognoſcat ſupplicata, & ſuper his debitè prouideat, & ſi hæſitet, verbum faciat.

Prouiſa per Nob. Reg. Cancell. die 15. Ianuar. 1678. Barcin.

N. ſcriba mandati.

Proviſio Iudicis.

Recepta 18. prædictorum menſis, & anni facto verbo in Regio Concilio prouidet, quod mandetur Baiulo, &c. & aliis, ad quos ſpectet quatenus infra dies decem mittant inquiſitiones, ſi quas habent, contra N. & interim nihil innouent, & quod dictus N. tradatur idoneæ manuleutæ arreſtatus per præſentem Ciuitatem ad pœnam ♆ ♎, & pro his fiant, & expediantur litteræ, & aliæ prouiſiones opportunæ iuxta R. C. ſtylum.

N. Iudex R. C.

2.

Vnus pro pluribus.

SImilis proviſio fuit facta referente Nobili Ioſepho de Rull, ſcriba Oriol, & Mercer, in cauſa recurſus per arreptionem itineris interpoſiti ab uno pro pluribus.

Die 14. Martii 1659. facto verbo in R. Concilio prouidet, quod mandetur Baiulo de Monſter, & aliis ad quos ſpectet, quatenus infra decem mittant inquiſitiones, ſi quas habent, contra Iacobum N. Andræam N. Ludouicum N. Hiacintum N. Michaelem N. Antoniam N. Gabrielem N. Iacobum N. Paulum N. Matthæũ N. Iacobum N. & Saluatorem N. & quod interim nihil innouent, & quod pro his expediantur litteræ iuxta ſtylum, & quod dictus Ludouicus N. tradatur idoneæ manulentę arreſtatus per totam præſentem Ciuitatem ad pœnã 50 ♆.

N. Iudex R. C.

Similis 18. Martii 1665. in cauſa recurſus interpoſiti ab oppreſſione per Petrum N. Ioannem N. Iſidorum N. &c. & alios agricolas loci de Grañena, ſcilicet à procedimentis factis per Nobilem Ioſephum Roſſell, & Humedes Præceptorem, & dominum, qui dicebatur, dicti loci. Scriba Famada.

Ratio ob quam unus pro pluribus ad recurrendum exauditur ex eo depromitur quia vulgata eſt aſſertio alium pro aliis, amicum pro amico recurrere poſſe, ut titulo præcedenti in animadverſionibus attuli.

For-

3.

Forma proviſionis quando recurrens liberatur ab arreſto, ſub quo detinebatur, cùm nullæ ab ordinario tranſmiſſæ ſunt inquiſitiones.

Recepta d.d. & anno. Inſequendo concluſionem in R. Concilio factam providet, quod inſerantur producta, & quod dictus N. relaxetur ab arreſto, ſub quo detinetur nullis per eum ſolutis expenſis, & pro his fiant, & expediantur prouiſiones opportunæ.

Quæ fuit facta 12. Ianuarii 1673. referente Regio Senatore Nobili Iacobo de Potau, & Molas, in cauſa recurſus interpoſiti per Ioannem Raſeque, agricolam Quadriæ de Torragraſſa, & de Giminell Parochiæ ſancti Iacobi de Diumenys Vicariæ Pœniten.

4.

Recurſus per arreptionem itineris, & ab oppreſſione declaratio ſimul facta, reſpectu unius declarando recurſui locum eſſe, & non eſſe reſpectu alterius.

IN facto recurſus per arreptionem itineris interpoſiti pro parte N. Aguilar maioris agricolæ Villæ del Arbòs, & recurſus ab oppreſſione interpoſiti pro parte N. Aguilar minoris dierum eius filii, etiam agricolæ, ſupplicatione oblata die 19. Ianuarii proximè elapſi, qua recurſum interpoſuerunt ab arreſto, & procedimentis contra eos reſpectiuè factis per Coſmam Oliuella, Baiulum dictæ Villæ del Arbòs, facta relatione per Tauerner, & Rubì I. R. C. meritis proceſſus attentis, & aliàs fuit concluſum, quod declaretur recurſui per dictum N. Aguilar minorem dierum interpoſito locum fuiſſi, & eſſe, & quod dictus Aguilar minor dierum tradatur nomine Regiæ Curiæ ſub Sacramento, & homagio ad requiſitionem dierum ad pœnam 25 ℔. & recurſui per dictum N. Aguilar maiorem interpoſito locum non fuiſſe, nec eſſe: imò cauſam, & partes eſſe reſtituendas dicto Baiulo Villæ del Arbos, & inhibitionem tollendam, ei mandato, quod dictam cauſam infra dies ſex expediat, & quod dictus N. Aguilar maior, qui ſub certo detinetur arreſto per præſentem Ciuitatem Barcinonæ, ab illo relaxetur, & tradatur idoneæ manuleutæ de ſe repræſentando infra dies tres in dicta Villa del Arbòs ad tenendum ibi arreſtum factum per dictū Baiulum ſub pœna 50 ℔. & quod mandetur predicto Baiulo del Arbós ſub pœna 100 ℔ de bonis propris exigendarum quatenus ſuperſedeat in executione contra dictum N. Aguilar maiorem incepta pro pœna 50 ℔, ſub qua illum in domo arreſtatum tenebat, & cancellet inſtrumentum debitorii conſimilis quantitatis 50 ℔, et ratione dictæ executionis firmatum per N. Aguilar uxorem dicti N. Aguilar maioris dierum 20. Ianuarii proximè elapſi in poſſe Iacobi Marrugat Notarii publici dictæ Villæ del Arbós, & quod dictus Aguilar maior ratione

Sub Sacramento, & homagio nomine R. C. relexatio.

Clauſula quod iniũgatur ordinario, quatenus infra dies ſex cauſam expediat.

Ab arreſto relaxatur ſub eo detentus, & traditur manuleutæ de ſe repreſentãdo ad tenendum ibi arreſtũ.

In executione ſuper ſederi mandatur ordinario, & cãcellare inſtrumentũ debitorii.

In expenſis executionis condemnatur recurrẽs ratione tardanæ notificationis recurſus.

ne retardatæ notificationis recursus condemnetur, quod soluat expensas in prædicta executione factas, quas soluendo moram purgat, & pro his fiant, & expediantur litteræ, & aliæ prouisiones opportunæ iuxta R. C. stylum.

Scriba Riembau.

5.

SImilis in casu recursus gratiæ, & ab oppressione 92. Novembris 1667.

In facto recursus interpositi pro parte Francisci N. à captura, & prouisione super exceptione malæ capturæ, & denegatione appellationis, & à cæteris procedimentis contra eum factis per Locumtenentem Procuratoris Generalis Vicecomitatuum Caprariæ, & de Basso facta relatione per N. &c. fuit conclusum recursui interposito per dictū N. locum fuisse, & esse, & consequenter, quod aliquis ex Regius Algutzirius accedat, &c. Scriba Famada.

1 *Oppressi ab Officialibus Regiis, seu Baronibus, ad Regium Concilium recurrunt iter arripiendo sic carceres, aut arrestum euadentes, aut cùm molestari timent & num. 2.*

2 *Si contra recurrentem nullæ per ordinarium sunt fulminatæ inquisitiones, transactis diebus præfixis pro eis transmittendis, mandatur illius Notario, vt certificatoriam recurrenti tradat, & eam exibendo petitur ab arresto relaxari, & quid etiam exhibita sola præsentatione litterarum non missis inquisitionibus obseruetur.*

3 *Quando recurrit qui timet capi causa efficitur consistorialis illicò postquam fuerunt expeditæ litteræ iudici inferiori, & Senatus recurrentem sub arresto posuit, & ita postea non declaratur recursui locum esse, vel non, sed causa terminatur vbi expediuntur cæteræ in R. C.*

4 *Si recurrit captus, aut arrestatus non redditur consistorialis causa nisi declaretur recursui locum esse.*

5 *Arrestatus est captus, non vero sub manuleuta dimissus, & de genuina discriminis ratione.*

6 *Reo capto liberatur fideiussor de repræsentando.*

7 *Quæ prouisiones fiant pro recursibus decidendis remissiuè.*

8 *Arripiens iter, & frangens carceres an sit puniendus pœna fracti carceris.*

ANIMADVERSIONES.

AD Dominum Regem, seu ad eius Regium Concilium solent oppressi ab Officialibus Regiis, seu Baronum recurrere iter arripiendo, sic carceres, aut arrestum illorum, sub quibus detinebantur evadentes, aut quando timent opprimi, & molestari, indiscriminatim enim Regium Concilium tam captos, seu arrestatos, quam eiusmo-

1

modi anguſtiam timentes audire ſolet.

2 Oblata igitur ſupplicatione à nobis formula 1. adducta fit in calce illius prouiſio mandando Baiulo, ſeu Vicario quatenus infra dies decem mittat inquiſitiones, ſi quas contra recurrentem habet.

3 Si nullæ per ordinarium fulminatæ ſint tranſactis diebus præfixis pro eis tranſmittendis, mandatur illius Notario quatenus certificatoriam recurrenti de hoc ipſo tradat, & iſte ut elargiatur ab arreſto (cui ſemper mancipari ſolent recurrentes, ſi capti non erant, ſi autem in carceres coniecti detinebatur carcerati pariter cuſtodiuntur) ſupplicationem offert, & ſubſequitur proviſio adducta formula 3. quę etiam fit exhibita præſentatione litterarum poſt plures dies elapſos ſi inquiſitiones non appareant.

4 Differentiam dignoſce inter caſum quo recurritur ab homine capto, ſive arreſtato per ordinarium, & caſum quo non eſt captus, timet tamen per ſuum iudicem moleſtari, iſtius cauſa ſtatimatque per Regium Concilium arreſtatur, vel capitur efficitur conſiſtorialis, ſicque non declaratur recurſui locum eſſe, vel non, ſed relaxatur recurrens prouti merita cauſę expoſcunt quemadmodum in aliis cauſis in Regio Concilio incohatis, vel ad ipſum evocatis ſervatur.

5 Si verò recurrens erat captus, vel arreſtatus à iudice inferiori non redditur cauſa conſiſtorialis donec fuerit declaratum recurſui interpoſito locum eſſe Peguera *in prax. crim. cap.* 22. *num.* 14. & poſt eum Calderò *deciſ.* 24. *num.* 14.

6 Capti nomine, tametſi veniat arreſtatus, non comprehenditur ſub manuleuta dimiſſus, ut ex Cortiada *deciſ.* 9. *num.* 67. Farinac. *q.* 30. *nu* 80. Iul. Chartar. *deciſ.* 31. *n.* 58. depromit Calderò *deciſ.* 12. *nu.* 60. cuius ratio nixa in eo, quod nõ poſſit ille, qui ſub fideiuſſione fuit relaxatus iterum carcerari niſi requiſitus, & novis ſupervenientibus indiciis nõ applicaretur manuleutis cum reincidentia conceptis, & ita meo ſenſu ſolum genuina ratio eſt, quoniam carcer dicitur quicumque locus à quo quis liberè diſcedere nequit, ſive ſit arx, camera, domus, ſive palatium, ſeu Civitas, aut alius locus latior, adeò ut ſi aufugiat carceris effractor dicatur Guido Papæ *deciſ.* 253. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 301. *num.* 9. Rota *p.* 6. *noviſſim. deciſ.* 26. *num.* 40. & 41. Merlin. *deciſ.* 507. Novar. *in Pragm. collectan.* 156. *num.* 10. ille autem qui ſub manuleuta dimittitur nullum habet locum præfixum in quo commorari debeat, & à quo recedere interdicatur, ſicque carceratus, ſeu captus dici non poteſt, unde cautè legendus eſt Maiorana *in opopraxi lib.* 2. *cap.* 1. *num* 16. ubi duodecim Doctores allegat tenẽtes eum, qui ſub fideiuſſione repe-

ritur carceratum dici ; at illi hoc absolutè non affirmant, sed dumtaxat quando quis dedit fideiussorem de tenendo certo loco in carcerem, cum is non solum existimetur ex eo quod quis sub clavi, vel vinculis apponatur, sed qualitercumque determinato loco adductus fuerit, ut ab ipso Maiorana citari probant.

7 Quinimò fideiussor de repræsentando, reo capto liberatur Affict. *decis.* 130. *per tot.* Tob. Non. *cons.* 103, *num.* 8. Peguer. *decis.* 47. *num.* 2 Farinac. *q.* 34. *num.* 92. Surd. *cons.* 345 *num.* 26. *lib* 3. Baiard. *ad Clar.* §. *fin q.* 46. *num.* 104. Caball. *resolut. crimin. cas* 47. *num.* 1. *& seqq.* Pitt. Mau. *de fideiussorib. p.* 1 *sect.* 2. *cap.* 3. *num* 31. Guazzin. *defens* 6. *cap.* 1. *num.* 26. prosequitur Conciol. *resolut. crimin.* 13. *Versic. cautio de repræsentando.*

8 Varias autem provisiones, quæ fiunt in hisce recursibus pro illis decidendis quando ab initio causa fuit effecta consistorialis in formulis distinctè habentur, & non minus in casu quo recursus repellitur.

9 Iniustè captus, qui fractis carceribus ad Regiũ Concilium recurrit nullam incurrit pœnam, (optimum tamen erit prout pluriès vidi observatum illum quàm primũ poterit instrumento publico declarare se extisse causa recurrendi ad Principem, ne si in itinere capiatur sui iudicis ordinarii punitioni subsit) cæterum si is, qui recurrit ad superiorem non habet iustam causam remittitur ad suum iudicem, cui iniungi poterit, ut de illo cognoscat iuxta merita, non tamen plectendo pœna fracti carceris, sed leviori, ita ex Manfrella definitum testante *decis.* 76. *num.* 6. refert R. Calderò. *d. decis.* 24. *num.* 19. apud quem hæc, & alia de materia videre poteris, & in *Constit. mes auant* 12. *Constit. per quant* 13. *tit. de appellac. y recors.*

Notabilis est ad praxim præmissam recurrentis per arreptionem itineris, & suum animo instrumento publico declarantis Regia provisio facta verbo facta 4. Iulii 1673 per Magnificum Michaelem Ioannem de Taverner, & Rubí tunc I. R. C. actuario Riembau qua narratur fuisse supplicatum pro parte Damiani Carrera Baiuli Villæ de Rialp revocari procedimenta facta per Michaelem de Serra Gubernatorẽ Vicecomitatus de Castellbo contra dictum Damianũ Carrera, & contra Franciscum Navarro, & Iosephum Ribò agricolas Villæ de Castellbo eius fideiussores, istos exequendo in quantitate 500ll propœna in quam pretendebatur incidisse dictum Carrera, ex quo recesserat è domo Baiuli loci de Ciutat Diœcesi Vrgellen. in qua arrestum tenere promiserat dicto Gubernatori sub relata pœna 500ll. & etiam exequendo bona mobilia, ac immobilia dicti Carrera 10

rera ad instantiam fideiussorum pro recuperatione dictarum 500 ℔. & eidem Gubernatori mandauit ut restitueret fideiussoribus præfatam quantitatē, & Damiano Carrera duas petias terræ, pecora, & alias res ibidem enumeratas, quæ per Gubernatorem venditæ fuerāt ad instantiam fideiussorū; eo quia dicta procedimenta facta extiterāt nulliter, & iuris ordine non servato, & etiam quia memoratus Carrera solùm discessit ab arresto recurrendo ad superiorem per arreptionem itineris, & ponendo se in eius posse captum, & ita in dictam pœnam non inciderat; sic supplicatione in dicta provisione exposita, & recensitis instrumentis alterius interpositionis recursus per arreptionem itineris, & alterius præsentationis instrumenti prædicti factæ Gubernatori per legitimum Nuntium fuit provisum, quod mādaretur Gubernatori quatenus restitueret fideiussoribus antedictas quantitates, & præhabito Carrera petias terræ, pecora, & alias res respectivè apprehensas, seu eorum valorem, si non extarent, liquidatione reservata: unde colliges quàm utile sit quando iter arripitur dimissis carceribus, sive arresto instrumentum confici declarando animum ad superiorem recurrendi.

TIT. XX. GRATIÆ RECVRSVS, SEV POST SENTENTIAM interpositus.

1.

Supplicatio.

Excellentissim Senyor.

IAVME *N. treballador pobre miserable fou condemnat per lo Doctor Pau Gener, Assessor del Vescomtat de Cabrera y Bas, ab sentencia proferida al primer de Setembre 1670. à seruir remant per temps de sinch anys, en las Galeras de sa Magestat (que Deu guarde) lo qual vuy està detingut en los carcers Reals de la present Ciutat. E com dit N. se sentia notablement gravat de dita condemnació per las causas, y rahons resultants del mateix proces, lo qual exhibeix juntament ab la sentencia, vt inseratur, seu consuatur Perçò, y altrament recorrent de la dita condemnació à V. E. y à sa protecció, y amparo, per modū gratiæ, & aliàs omni meliori modo, suplica sia del seruey de V. E. admetrerli dit recors, y manar revocar ó en millor commutar dita sentencia, ó condemnació, y per dit efecte cometrer la present causa à altre dels Nobles, ó Magnifichs Iutges de la Regia Cort, qui justiciam omni meliori modo ministre lo ofici, &c.*

Altissimus, &c.

N. Aduocatus pauperum.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Magnificus N. recognoſcat ſupplicata ſuper quibus debitè provideat, & ſi hæſitat verbum faciat.

Prouiſa per Magnif. Reg. Cancell. die 8. Iunii 1672. Barcin.

N.

Prima proviſio.

Recepta dictis die, & anno facto verbo in R. Concilio, inſeratur in proceſſu vnà cum exhibitis.

N.

2.

Aſſignatio ad relationem.

Excellentiſſime Domine.

AD relationem aſſignari ſupplicat Fiſci Procurator R. C. & iuſtitiam fieri, & miniſtrari iuribus Fiſci ſemper ſaluis, officio, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus.

Remittatur Relatori cauſę qui ſuper ſupplicatis debitè provideat.

Prouiſa per Mag. Reg Cancell. die 27. Febr. 1673. Barcin.

N.

Recepta dictis die, & anno, aſſignat ad relationem in R. C. ad diem præſentem, cum ſequentium continuatione, & int.

N.

Quæ quidem proviſio fuit intimata, & notificata dictis die, & anno, dicto Iacobo N. mediante intimæ tilleto in ſcriptis ſibi perſonaliter dimiſſo inter decimam, & undecimam horas antè meridiem, per Ioannē Ferran Regium portarium, ſic referentem.

3.

Aſſignatio ad ſententiam.

Excellentiſſime Domine.

AD ſententiam aſſignari, & iuſtitiam fieri, & miniſtrari ſupplicat Fiſci Procurator Regiæ Curiæ. Officio, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus

Remittatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debitè provideat.

Prouiſa per Magnificum Regentem Cancellariam, die xxvij. Februarii M.DC.Lxxiij. Barcin.

Re-

Recepta dictis die, & anno, assignat ad sententiam ad diem præsentem, & intimetur, &c. N.

Quæ fuerunt intimata, & notificata dictis die, &c.

4.

Forma sententiæ latæ in causa recursus Gratiæ, qua prima omnimodè revocatur.

Christi nomine humiliter invocato.

NOs Franciscus Fernandez de Cordova, Cardona, & Aragonia, Dux de Cessa, Som & de Baena, &c. Visa supplicatione oblata, & præsentata pro parte Iacobi N laboratoris loci de Bages Comitatus Rossilionis, die 8. Iunii 1672. qua recurrendo à sententia in eius odium lata, die prima Septembris millesimo sexcentisimo septuagesimo per Ioannem Paulum Gener exercentem Officium Procuratoris Generalis, & Assessorem ordinarium Vicecomitatuum Capraria, & de Basso, supplicavit attento gravamine dicta sententia illam revocari, seu in melius commutari. Visa inquisitione contra eum per dictum Ordinarium facta, & sententia in dicto processu prolata. Visis assignatione ad relationem, & ea facta per Magnificum, & dilectum Consiliarium Regium N Iudicem R. C. & conclusione indè sequuta. Visa assignatione ad sententiam ad diem præsentem, & horam, ad quam nunc de novo ad cautelam assignamus, sacrosanctis Dei quatuor Evangeliis coram positis, & illis reverenter inspectis, ut de divino vultu iustum, & rectum procedat iudicium, dictam insequendo conclusionem, sententiamus, pronuntiamus & declaramus in modum sequentem.

Attento licet constet dictum Iacobum N. in, & cum dicta sententia reti delatum, & inculpatum per Fisci Procuratorem dictæ Curiæ, quod furto substraxerat quendam mulum in Comitatu Rossilionis, & illum ad Villam de Blanes adduxerat, aliaque furta perpetravarat in viis publicis, nec non aliquos incolas dictæ Villæ de Blanes sibi associari ad latrocinia perpetranda persuaserat, fuisse condemnatum ad serviendum in Regiis Triremibus remigando per quinquennium. Attamen attento, quia ex meritis processus non constat, saltem eo modo quo constare debet, de intentione dicti F.P. taliter quod dictus Iacobus N. ad dictam pœnam debuerit condemnari.

His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs, insequendo conclusionem in R.C factam sententiamus, pronuntiamus, & declaramus, recursui prædicto locum fuisse, & esse, & quod dictus Iacobus N. tradatur sub sacramento, & homagio ad requisitionem dictarum ad pœnam viginti quinque librarum, & quod modo prædicto sententia Iudicis primitivi revocetur.

Vt. N. Regens. *Vt. N Fisci Adu.*

Vt. N. Iudex.

Lata

Lata per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem Generalē, die xxvij. Februarii M.DC.Lxxij. Barcin.&c.

Quæ fuerunt intimata,& notificata,&c.

5.

Gratiæ recurſus alia ſupplicatio petendo litteras Regiæ Cancellariæ in forma pauperis, ut proceſſus tradatur.

Excellentiſſim Senyor.

DAlmau Caſtanyer joue treballador de la Vila de Riudarenas pobre miſerable, vuy pres, y detingut en los carcers Reals de la preſent Ciutat, fou condemnat en la Vila de Hoſtalrich per lo Lloctiment de Procurador General del Illuſtre Marques de Aytona, de conſell del Dr. Iuan Pau Ianer ſou ordinari Aſſeſſor, entre altres penas à ſeruir remant en las Galeras de ſa Mageſtat per temps de tres anys; la qual ſentencia es molt prejudicial, y grauatoria al dit Dalmau Caſtanyer, com dels merits del procès conſtarà, per eſſer feta contra tota diſpoſició de dret, y altrament per las nullitats que pateix dit procès, y ſentencia: Per lo que recorrent à V.E. y Real Conſell deſta oppreſſio, y grauamen, per modum gratiæ, ſuplica ſia del ſeruey de V.E. manar ſe li admeta dit recors de gracia: Y per quant lo dit Dalmau Caſtanyer, es pobre miſerable, y no tinga perſona que cuyde de preſtarli los aliments neceſſaris per lo ſuſtento de ſa vida, ni menos poſſibilitat per traurer ſia copia de dit procès, y ſentencia contra ell feta, de tot lo que ofereix donar informació, vt recipiatur, &c. Per tant à V.E. y R. Conſell ſuplica, ſia ſeruit, conſtant com conſtarà del referit, manar que ſia poſat à la Almoyna, y deſpedida cartilla per Cancellaria, in forma pauperis, dirigida al dit Aſſeſſor, y à Iuan Bayer Not. deſta cauſa criminal, pera que dins vn termini competent enuien copia autentica de dit procès, y ſentencia franch de tots gaſtos; pera que viſta en lo R. Conſell dita ſentencia, ſia aquella en millor commutada, y en tot juſticia, omni, & quocumque modo meliori miniſtrada, lo offici, &c.

Altiſſimus, &c.

De Aſprer Adu. pauper.

6.

Forma litterarum Regiæ Cancellariæ, pro proceſſus pauperis tranſmiſſione.

Lo Duch de Oſuna y Vzeda, Comte de Vreña, Lloctinent, y Capità General.

AMatts, y fahels de la Real Mageſtat, lo Dr. Iuan Pau Ianer Aſſeſſor Ordinari dels Beſcomtats de Cabrera, y Bas, y Iuan Bayer Not. de la Cort ordinaria de dits Beſcomtats. Per part de Dalmau Caſtanyer joue treballador,

y na-

y natural de la Vila de Riudearenas, pobre de la Almoyna pres, y detingut en los carcers Reals desta Ciutat, no ses estat representat, que ab sentencia per vos dit Doctor lauer contra de aquell feta, fonch condemnat entre altres penas à seruir remant, en las Galeras de sa Magestat, per temps de tres anys, la qual diu es prejudicial, y grauatoria à dit Castanyer; y nos ha supplicat sia de merce nostra li admetam recors de gracia de dita sentencia, peraque aquella sia en millor commutada, y antes de pendrer resolució en la admissiò de dit recors, hauem resolt ab vot, y parer del Real Consell, enuiar per lo procès, y Sentencia, que en eixa Cort tenu feta, y fulminada contra dit Castanyer, y respecte de que lo dit Dalmau Castanyer, es persona miserable, y no te medis, ni comoditats per a fer traurer dit procès, y Sentencia, lo que ha fet constar ab la informaciò se ha rebut deuant lo Noble Regent la Real Cancellaria. Per tant vos diem y manam, que dins deu dies primer uinents, apres de la presentaciò de la present en auant comptadors, nos enuieu per persona segura la copia authentica de dit procès, y Sentencia, la qual se entregará en mans del N. Regent la Real Cancellaria, peraque vista en lo Real Consell, se prouheheseta lo que la Iusticia darà lloch; tractant al dit Dalmau Castanyer com à pobre, y miserable persona fentlo franch lo Notari de tots gastos, altrament no obehint aquest orde nostre (lo que nos creu) manarem enuiar per dit procès, y Sentencia à costas, y despesas vostras. Dat en Barcelona à de Iuliol de MDCLXXXVI.

El Duque Duque
Conde de Ureña.

Vt. de Casademunt olim
de Boxadors Reg. *Antonius de Reart. &c.*

7.

Recursus à duabus sententiis, & utraque revocatur sub die 14. Octobris 1628.

IN facto Fisci Procuratoris R. C. contra N. Roses agricolam Villæ de Guissona Episcopatus Vigellen. & recursus per eum interpositi à sententia diffinitiua per Procuratorem Generalem terræ inferioris dicti episcopatus die 12. Iulii proxime elapsi lata qua fuit condemnatus, quod bannietur, in perpetuum ab omni statione terræ inferioris dicti Episcopatus sub pœna seruiendi R. triremibus, remigando si dictum bannimentum non seruauerit, et ab alia sententia diffinitiua eademmet die 12. Iulii facta qua fuit condemnatus ad seruiẽdum R triremibus remigando per decenium attento licet ex præhalendatis sententiis constet dictum N. Roses condemnatum fuisse quod banniretur inperpetuum à dicta statione terræ inferioris dicti Episcopatus sub pœna seruiendi in R. triremibus remigando si dictum bannimentum non seruauerit, pro eo

quod

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quod delatus, & inculpatus erat de compositionibus dolo, metuque extortis à personis Iacobi Coma Rectoris de Paragais, Nicolai Soler Rectoris de la Figarola & Francisci Soler Canonici Vrgellens. de portu instrumenti manualis vulgo pedrenyal paruæ mensuræ, & quod parentes suos conuiciis afficiendo malè tractabat, incedebatque diuagando viciosèque ac malè viuendo per dictam Villam de Guisona, & alia loca, & ad seruitium R. triremium remigando per decennium pro eo quod fuit delatus, & inculpatus de portu instrumenti manualis vulgò pad enyal, paruæ mensuræ in dicta Villa die 27. Septembris 1627. vt latius in dictis sententiis continetur, ad quas reffertur, attento quia non constat saltem eo modo quo constare debet de intentione Fisci Procuratoris R.C. taliter quod dictus N. Roses ad dictas pœnas condemnari debuerit facta relatione per Paulum Guiamet I. R. C. & causæ Relatorem meritis processus attentis, & alias fuit conclusum quod declaretur recursum per dictum N. Roses interposito à sententiis per dictum Procuratorem Generalem de Concilio sui Assessoris die 12. Iulii proxime fluxi latis locum fuisse, & esse, & quod dicta sententia reuocentur, & quod dictus N. Roses condēnetur ad seruitium R. triremium remigando per quinquennium.

8.

Declaratio recursus renovando causam primitivam ob nullitatem procedimentorum.

De 14. Aprilis 1627. in facto recursus interpositi per Montserratū N. sartiorem Villæ de Granollers, cum supplicatione oblata 12. Aprilis currentis anni 1627. à sententia definitiua per spectabilē Gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ de consilio sui Ordinarii Assessoris, cōtra eum lata in Villa de Caldes de Monbuy die 26. Martii dicti anni, in & cū qua dictus N. delatus, & inculpatus de iactu instrumenti manualis, vulgo dicti pedrenyal in persona Antonii Ioannis Blanca fuit in Villa de la Garriga die 3. Augusti 1626. & de aliis crimin bus, & delictis, fuit ad mortem naturalem condemnatus. Attento constat, cōtra dictum Montserratum N. non concesso guidatico per eum petito pro restibus ministrandis ad sui defensā illis non receptis, & aliàs nulliter fuisse processum. Facta relatione per Magnificum Ludouicum Besturs I.R.C. meritis processus, attētis, & aliàs, fuit conclusum, quod declaretur, quod aliquis ex Regiis Algutzirijs accedat ad omnia loca præsentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, quo opportuerit, qui ex integro cōtra dictum N. inquirat, inquisita fortificet, & dictum N. captum, & detentum in carceribus Villæ de Caldes, ad manus suas apprehendat captum, & benè custoditum ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat in similibus fieri solita, & assueta, & consequenter, recursui per dictum N. interposito, locum fuisse, & esse, & quod pro his fiant, & expediantur litteræ, & alia prouisiones. &c.

Si-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Similis 2. Iulii 1628. in causa recursus ab oppressione interpositi per Ioannem N. Villæ de Sanahuja Diœcesi. Vrgell.

Similis 30. Iunii 1628. in causa recursus gratiæ interpositi pro parte N. sartoris Villæ Sancti Martini de Ateuys eo motivo quia contra dictam Montalt concessa dilatione pro testibus ad sui defensionem ministrandis in, & cum supplicatione 30. Martii proximè elapsi petita, illisque non receptis sequenti die fuit sententia lata Relator Magnificus Paulus Guiamer. Similis in causa recursus gratię me referēte 20. Septembris 1673. scriba Famada.

9.

Forma conclusionis, qua declaratur locum fuisse, & esse recursui, cum declaratione guidatici, & exceptionis malę capturæ, providendo pariter quod de novo inquiratur.

Die 21. Ianuarii 1662. in facto recursus interpositi pro parte Antonii T. Agricolæ, & Baiuli de Massanet de la Selua supplicatione oblata 20. Septembris 1661. à sententia cōtra eum lata per Procuratorem Generalem Vicecomitatuum Capraria, & de Basso de consilio Isidori Coli, & Cardona V. I. D. sui ordinarii Assessoris die 24. eiusdem mensis, & anni in Villa de Blanas qua fuit dictus N. condēnatus ad seruitium Regiarū Triremium per decennium, fuit prouisum, quod declaretur dicto recursui, pro parte dicti Antonii N. interposito, & exceptioni malæ capturæ ratione dicti Guidatici oppositæ locum fuisse, & esse, & consequenter, quod dictus Antonius N. relaxetur à Regiis carceribus in quibus detinetur, & quod desguidetur cum termino sex dierum, & quod ex integro inquiratur, & quod aliquis ex Regiis Alguzirijs accedat ad dictam Villam de Blanes, & ad omnia loca præsentis Principatus &c.

Non tamen semper declarandum, ut supra tametsi extent nullitates nam si iudex infetior absque vllo crimine subditum gravaverit, & simul nullitet se gesserit non instauratur causa, ut invenies in casu sequenti.

10.

Recursui gratiæ, & per arreptionem itineris interposito locum fuisse declaratur ob nullitatem, & traditur recurrens sub sacramento, & homagio.

Die 31. Maii 1661. in facto causæ recursus interpositi per Ioannem N. Villæ de Cubells Marchionatus de Camarasa supplicatione oblata die 19. Februarii proximè elapsi, qua recurrit à prouisione bannimenti ob contumaciam non comparendi dicti N. à Villa de Cubells in perpetuum facta die 16. Nouembris 1660. & à sententia lata die 24. dictorum mensis, & anni per Baiulum dictæ Villæ, qua fuit ad diuersas quantitates pro damnis, iniuria, & pœnis condemnatus, & aliis procedimentis per Baiulum contra eum factis. Attento

tento constat dictum Baiulum nulliter in dictis procedimentis processisse facta relatione per Magnificum Bernardum de Olzina, & de Villalonga I. R. C. fuit conclusum quod declaretur dicto recursui per dictum N. interposito locum fuisse, & esse, & quod dictus N qui sub certo detinetur arresto per præsentem Ciuitatem Barcinonæ ab illo relaxetur, & tradatur sub sacramento, & homagio ad requisitionem dictorum pro nunc, & donec aliter sit prouisum ad pœnam 25ℓ.

1 *Prohibita appellatione ad superiorem non interdicitur recursus, & qualiter iste practicetur.*
2 *Processus primitiui copiam qualiter pauperes recurrentes post sententiã contra eos latam consequantur.*
3 *Mandatum Regiæ Cancellariæ ut processus tradatur quando recurrens non est pauper absque vlla penitùs prouisione expeditur.*
4 *Vt causa recursus gratiæ cum decretatione committatur de iniustitia sententiæ priùs constare debet.*
5 *Quoties absque graui nullitate ullaque iniustitia sententia Ordinarii comperitur verbo recursus repellitur vbi de interpretatione Cõstit. 57. cortiar. anni 1599.*
6 *An in hisce causis recursus possit per Senatum pœna augeri? negatiue resoluitur.*
7 *Ad iniustitiam detegendam in isto recursu admittuntur instrumenta si in promptu doceantur.*
8 *In recursibus appellatis ab oppressione, seu procedimentis, & in his, qui per arreptionem itineris interponũtur quandoque ex causa Regium Concilium testes ministrari permittit ad Fisci intentionem probandã roborando probationes in curia ordinarii factas.*

ANIMADVERSIONES.

IN criminalibus quando non licet ad superiorem appellare prohibitum non est recurrere propter iniustitiam in sententia inferioris contentam, & oppressionem ex ea resultantem, quare sæpè ab Ordinariis condemnati in eius posse adhuc existentes, seu ad Regios Barcinonæ carceres adducti pœna cõtra eos adhuc in inhilo, vel in parte tenus exequuta, in iudicatum tamen sententia transacta recursum ad Principem interponunt. t

Praxis igitur similium causarum hęc est. Recursus gratię (sic appellatur qui post sententiam suscipitur,) vel interponitur à paupere miserabili inuento iam in Regiis carceribus p ęfẽtis Ciuitatis, aut ab eo qui in eisdem pariter existit, pauper tamen non est. Pro primo deservit supplicatio quam transcripsimus, receptaque informatione verbo tenus per Magnificum Regentem Reg. Cancell. expeditur mandatum in forma Regiæ Cancellariæ directum Notario Ordinarii pro habenda primitiui pro- 1

cess-

ceſſus copia abſque ſalario, eaque habita alia offertur ſupplicatio proceſſum producendo iuxta formulam ſuperius inſertam.

3 Hæ recurſuum cauſę omninò extraiudicialiter examinãtur, ideoque mandatum pro habenda proceſſus copia in forma cancellariæ expeditur, etiam quando recurrentes non ſunt pauperes abſque ulla penitùs proviſione.

4 Recurrentes nó miſerabiles ſupplicationẽ offerant de uper tranſcriptam cum copia authentica ad minus ſententiæ, & cum clara expreſſione gravaminum, & iniuſtitiæ illius (ſi proceſſus copia non producatur) ſupplicatio verbo remittitur alteri ex Magnificis Iudicibus R. C. qui in huiuſmodi cauſis recurſuum, ſive reus ſit pauper, ſive non relationem, & lecturam faciunt proceſſuum productorum, & ſi ex illorum meritis de iniuſtitia appareat, tunc cauſa committitur cum decretatione ſolita, deinde aſſignatur ad relationem, & ad ſententiam, ac ad eius formationẽ prout ius dictaverit devenitur.

5 Quoties autem abſque gravi nullitate ullaque iniuſtitia ſententia Ordinarii competitur verbo recurſus repellitur, & iudicatum executioni demandatur. Hæc, & alia Fontanella *dec.* 286. *& ſeq.* poſt Peguera *in prax. crimin. cap.* 22 *num.* 12 R. Calderò *deciſ* 25. *qui n.* 16. ultra caſus à nobis in formulis intextos refert deciſionem ſub die 21. Februarii 1634. acceptam, qua fuit reformata primitiva ſententia, & deinceps ex gratia Principis poſteriori fuit commutata, ut ſerviret cõdemnatus Regiæ Mageſtati in partibus Italiæ militando per quinquennium, & ſolveret Nobili Regenti Reg. Theſaurariam 100ll interpretando *Conſtit.* 57. *curiar. anni* 1599. qua Dominus Rex abdicavit ſibi facultatem remittendi, aut componendi reos recurrentes, ut ea intelligatur quando verbo ut aſſolet, recurſus remittitur nõ autem quando moderata ſententia cauſa fuit effecta conſiſtorialis quæ tamen interpretatio de meo tempore vix aut parum conſultò practicata fuit.

Adiũge predictis fuiſſe aliquoties dubitatum me intervenìente an in his cauſis recurſus poſſet pœna augeri per R. C. iuxta merita primitivi proceſſus, & ex eiſdem actis, & licet videretur affirmandum exẽplo ſumpto à cauſis ſupplicationum, in quibus licet illorũ iudici fiſco petente reformationẽ aut in vim ſolius clauſulę *ius, & iuſtitiam miniſtrari* pœnam duriorẽ infligere, ut ex Fontanella *deciſ.* 123. Gallego *in reſponſo pro Syndic. cap.* 9. *num.* 17. Xammar *de offic. iud. p.* 1. *q.* 9. *à num.* 119. Surdo, & aliis firmat Ripoll ad Peguer. *rubr.* 27. *num.* 177. attamen, cum iſte recurſus gratiæ, ut præhabetur extraiudicialiter incipiat non admittatur donec reus illius admiſſionẽ 6

UAB Biblioteca de Ciències Socials

instans gravamen sibi ex sententia resultans demonstret, quod ex mitiori pœna inferri nequit inde censuerunt Domini nusquam adaugete pœnas in hoc recursu ex mera gratia Principis pẽdente casum venire posse, & ista ratio non militat in supplicatione, quæ non est remedium gratiosum sed iustitiæ.

7 Vlteriùs annotes in hoc recursu admitti instrumenta ad iniustitiam detegendam, si in promptu perhibeantur Fontanella *d. decis. 286. num. 20. & decis. 287. num. 3.* nõ ambigerem admittendum fore Fiscum, seu Ordinarium ad producendum in continenti instrumenta, si quę habetet causa enervandi prodita per recurrentem ex his, quæ de replicatione Fisci scripsimus *decis. 9. num. 55.*

8 Sicut, è converso aliquando vidi interposito recursu à reo, vel dum exiſtit in carceribus Ordinarii, & ita in casu recursus ab oppressione, seu procedimentis nuncupato, vel ipso arripiente iter, & in posse Regiæ Curiæ constituto; Fisci Procuratorem curiæ ordinarii (qui proprie Fisci coadiutor dicitur, cum, ut alibi observavi, reliqui Fiscales dumtaxat coadiuvent exiſtentem apud Principem, & is solummodò stricte loquendo talis sit) submiſtrasse probationes ad roborandum in sua curia factas contra recurrentem, & illis ex causa datum fuisse locum, & adhuc eveniſse memoror reo, qui timebat capi per Regium Concilium arrestato, sicque reddita causa consistoriali Baronem supplicationem in Senatu obtuliſſe delicta narrantem, & de eis le promptum cõstare facere asserentem, petentemque testes recipi, & cum effectu testès fuisse receptos.

TIT. XXI. VSATICVM SIMILI MODO TIT. DE DRET del Fisch.

1.

Supplicatio.

Excellentiſſime Domine.

PROPTER bellum quod erat inter Sacrã, Catholicam, & Regiam Maieſtatem ex vna, & Regem Francorum ex altera, fuit factum, & publicatum Regium edictum, in & cum quo fuit abdicata facultas incolis, & habitatoribus in præſenti Principatu Cathaloniæ ſe inuicem lædendi, occidendi & damnificandi, tam in perſonis, quam in bonis, & nihilominus ſunt conſtituti dicti habitatores, & incolæ ſub protectione, & ſecuritate Regia, & vſatici Barcinonæ incipientis simili modo. *Quam ſecuritatem violare non dubitarunt quidam filii perditionis, videlicet N. & N. qui ar-*

ca-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cabussio, pedrenyal, & aliis armis armati, animo & proposito deliberatis, die Lunæ 15. mensis Februarii proximé lapsi inuaserunt, & iactu arcabussii ferierunt, & lethaliter vulnerarunt N. in capite, qui breuiter obiit, & alia quamplurima enormissima crimina, & delicta commisserunt, & perpetrarunt, propter quod inciderunt in pœnas dicti vsatici, & aliorum vsaticorum eidem applicabilium: idcircò, & aliàs supplicat Fisci Procurator Regiæ Curiæ de prædictis inquiri, & in vim dicti vsatici, & aliorum illi applicabilium culpabiles capi, bonaque eorum ad manus Regiæ Curiæ apprehendi, & sub tuto poni, procedi, & enantari, secundum mentem, seriem, practicam, & stylum dicti Vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & in omnibus Iustitiæ complementum fieri, & ministrari Et exhibet dictam Regiam edictum, cum publicatione eius, supplicans inseri. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Huic supplicationi fieri debet decretatio sequens.

Magnificus N. Iudex Regiæ Curiæ, quò citius, & secretius fieri possit, informet se de contentis in præsenti querela, & seruata forma dicti Vsatici, & aliorum eidem applicabilium in personam nostram debitè prouideat.

Prouisa per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem die 28. Aprilis 1603.

N. Scriba Mandati.

Prouisio habetur in animadversionibus *num.* 4.

2.

Forma processus laudamenti Curiæ in vim dicti usatici, simili modo.

Excellentissim Senyor.

EN grau deseruey de Deu Omnipotent, y de la Real Magestad, è dany dels poblats, è vassalls del present Principat de Cathalunya, no han duptat ni duptan de quiscun dia N. y N. de vna part, y N. y N. de la part altra, fer grans ajusts de bandolers, delats, y enemichs de sa Magestad, gitats de pau, y treua, & de altra gent armada de diuersas armas prohibidas, axi de arcabussos, ballestas, escopetas paradas, y abtretas enaruadas, è altres armas guerrificant, è insidiant los vns als altres, segons llargament està dedu'it per part del Procurador Fiscal de la Regia Cort en la suplicaciòen lo procés de regalia fet en virtut del vsatge, simili modo, è de las cosas à dit vsatge aplicables per lo edicte de la guerra, las quals cosas totas, è sengles per los demunt dits son estades perpetrades en gran deshonor, y dany de la Sacra, Catholica, y R. Magestat, las quals encõtinent lo Procurador Fiscal de la Regia Cort estimà, axi com de present estima per quiscun de las parts, ço es per la part de N. y N. è dels altres per ells aplegats la deshonor, y iniuria de mil ducats de

or,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

or, y los danys à ſinch cents ducats de or. Y per part de dits N. y N. la deshonor, y injuria feta à ſa Mageſtat altres mil ducats de or, y los danys à ſinch cents ducats de or, ſalua la moderació, y taxació judicial, y llohament de la Regia Cort: eſtimant mes hauer pagat de borſa fiſcal las ſobreditas quantitats, que hauer ſuportats tals, è tantas injurias, è deshonors, y danys: Perço, y altrament lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort, fermant de dret à tots y ſengles predits en ma, y poder de V. E. & de la Regia Cort per deu ſous, ab lo aument, ab las ſolitas, y neceſſarias clauſulas, ſuplica los predits tots, y ſengles, y los que foren en ditas coadunacions ſian citats perſonalment, è condemnats en las predictas quantitats vnà cum vndecuplo, y ab las deſpeſas, & aliàs, ſi, è ſegons en dit vſatge es contengut, è ſegons la practica, vs, è obſervança de aquell, y eſtil de la Regia Cort. Axiemperò que pagant hu de quiſcuna de ditas parcialitats, los altres de dita parcialitat ſian libertats, ſaluo iure pluris, & minoris, & Iuribus Fiſci ſemper ſaluis, & ſaluo etiam expreſſè, que en lo eſdeuenidor contra tots, y ſengles anomenats qui de las coſas preditas ſeràn trobats culpables, procehir, y enantarſe puga, ſegons la ſerie, y obſeruança, y practica del dit vſatge, è altres en aquell aplicables. Exhibeix los proceſſos ſobre de aço fets, y lo edicte Real, y per rahò de la guerra publicat, vt ecce, ſuplicant que ſobre totes, è ſengles coſes predictas, ſian fetas lletras commiſſions neceſſarias, y oportunas, e que juſticia ſia adminiſtrada. Que licet, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus.

Fit decretatio.

Remittatur Relatori cauſę qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem Generalem die 30. Aprilis 1603.

N. ſcriba mandati.

Proviſio Iudicis.

Recepta dictis die & anno inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet, quod N. & N. citentur, quod perſonaliter cum eorum hauere, & honore compareant infra quindecim dies coram ſua Excellentia, ſeu eius Regia Curia, juxta formam, ſeriem, & tenorem dicti vſatici, ſimili modo, & Regii edicti, & aliorum eidem applicabilium, & fiant, & expediantur littera ſolita, & opportuna. *N. Iudex.*

In vim ſupradictæ proviſionis expediuntur litteræ in forma ſequenti.

3.

DOn Ioan Terès per la gracia de Deu, y de la Santa Sede Apoſtolica Arcabisbe de Tarragona, Conſeller, Llochtinent, y Capità General de la Sa-

Sacra, Catholica, y Real Magestat en lo Principat de Cathalunya, y Comtats de Rossellò, y Cerdanya. Noble N. be sabeu, è ignorar no podeu, que en los dias passats de manament nostre, es estat publicat edicte Real en los dits Principat, y Comtats de Rossellò, y Cerdanya, per causa de la guerra, que es entre sa Magestat y lo Rey de França, en, y ab lo qual edicte tots los incolas, è habitants, y poblats en los dits Principat, y Comtats son salues, y segurs, y son estat posats sots pau, protecció y emparament del senyor Rey, com ha senyor dels dits Principat, y Comtats, y en virtut del vsatge de Barcelona, començant simili modo, è per conseguent ab lo dit edicte es estada abdicada, y prohibida tota via, y facultat als incolas, y poblats de dits Principat, y Comtats de qualsevol estat, y condició, que sian, de guerrificar, invadir, duellar, desafiar, y acceptar desaximents, y altrament damnificarse. E com vos contrafabent à dits edictes, y vsatge en gran deshonor, y dany de sa Magestat, ab altres complices vostres, no haueu duptat, & c. nattenus factum. Per las quals cosas, y altras seria vist, vos haver incidit, é incorregut en las penas dels dits edicte, é vsatge, vs, y practica de aquell, haueu à venir personalment ab tot vostre haver, y honor, en mans, y poder nostre, y de nostra Regia Cort per a fer nostra voluntat. Per tant à humil suplicació del Procurador Fiscal de nostra Cort, feta paraula en lo nostre S. y R. Consell per lo amat nostre Misser N. Doctor en quiscun dret, y lurge de nostra R. Cort, precehint deliberació y conclusió en aquell fera, ab tenor de las presents, instant lo dit Procurador Fiscal, vos amonestam, diem, ingim, y manam expressament, y peremptoria vos citam, que dins quinse dias del dia, que las presents vos seran presentadas à vos, è en vostra habitació compradors, que si feriat serà lo seguent dia no feriat, lo qual terme per tres monicions, assignacions, y edictes, & alias à vos peremptoriament assignam personalment, y en vostra propria persona vingau en poder nostre, y de nostra R. Cort, ab tots vostres haueri, y honor per fer nostras voluntats, per fer lo consell, y lloament de la R. Cort. Y altrament comparegau deuant Nos aparellat de subir juy, è justicia sobre totas, y sengles cosas sobreditas, segons de dret, rahó, y vsatges de Barcelona, è Constitucions de Cathalunya se trobarà esser fahedor, com Nos en è sobre totas, é sengles cosas sobreditas, é cada qual de aquellas entenem cumplir justicia mitjensant: altrament passat lo dit termini, à vos, segons es dit peremptoriament, y precisa assignat, y que ab las presents assignam, procehirem en é sobre ditas cosas contra vostra persona, y bens vostres, segons los dits vsatges de Barcelona, y Constitucions de Cathalunya disponen, y requeren, vs, estil, y practica de aquell, segons que de justicia trobarem esser fahedor, vostra absencia en res no obstant, mes contumacia exhigint; é de la presentació de las presents estarem à la relació del portador de aquellas, qui ha jurat en la Real

Can-

Cancellaria fer verdadera aquella. Dada en Barcelona à 20. de Abril 1603.

Lo Archebisbe de Tarragona.

Vt. N. Regens. *Vt. N Fisci. Adu.*

Vt N Regens Thesaur. *V. N. Iudex.*

Quibus litteris præsentatis, seu habita relatione portarii de illarum præsentatione, ac elapso termino in eisdem præfixo, si reus citatus non comparuerit, Fisci Procurator debet contra illũ contumaciam accusare, & faciet in forma sequenti.

4.

Excellentissime Domine.

ACcusat contumaciam Fisci P. R. C. contra N. & N. processatos processu Regaliæ in vim vsatici incipientis simili modo, & alios citatos, & non comparentes, ideò supplicat admissa dicta contumacia contra ipsos, & quemlibet eorum procedi, & enantari, vti aliàs per Fisci Procuratorem supplicatum fuit, & exhibet, & producit relationes factas super præsentatione litterarum citatoriarum, vt ecce. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Decretatio.

Remittatur Relatori causa, qui in personam suæ Excell. debitè prouideat.

Prouisa per Excell. Dñm. Locumt. die 26. Maii 1603.

N. Scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta die 26. Maii 1603. admissa contumacia si, & in quantum intimetur.

N. Iudex.

Quæ intima dimittenda est in valvis R. Audientiæ.

Et iterum reo non comparente, venit illius contumatia accusanda, ut supra.

Sed pone, quod reus modo supradicto citatus vult comparere, quæro quę sit forma huius compatitionis. Respondeo ut infra in sequenti supplicatione.

5.

Comparitio rei.

Excellentissime Domine.

NObilis N. citatus fuit, & monitus ad instantiam Fisci Procuratoris Regia Curiæ, & de mandato vestræ Excellentiæ, in vim vsatici Barcinonæ incipientis, simili modo, ex eo, & pro eo, quia asseritur, quod licet omnes homines præsentis Principatus Cathaloniæ sint salui, & securi, ac positi sub pro-

protectione, & emparamento Regiæ Maiestatis virtute edicti publicati ratione guerræ, quæ est inter Regiam Maiestatem ex vna, & Regem Franciæ ex altera, & quod per consequens, cum tali edicto fuit abdicata omnis via, & facultas incolis, & popolatis in dicto Principatu guerrificandi, inuadendi, duellandi, diffidandi, & diffidamenta acceptandi, & aliàs inter se malum, & damnum faciendi. Attamen dicitur, quod Nobilis N. vnà cum aliis complicibus non dubitauit contrafaciendo edicto predicto, & vsatico, simili modo, in graue damnum, & deshonorem suæ Regiæ Maiestatis gentes coadunare, & inimicos suæ Maiestatis, & à pace, & treuga electos, & alios diuersis armorum generibus armatos, tam arcabussis, scopetis, & ballistis tensis, cum ictibus enarbatis, & cum dictis hominibus perquirere, & ad duellum prouocare, & guerrificare Nobilem N. & alios qui stabant vt dicitur sub protectione suæ Maiestatis, violando dictos vsaticos, & edictum, propter quod videtur quod dictus Nobilis inciderit in pœnas dictorum vsaticorum & edicti, & aliorum vsaticorum iis applicabilium. Et idcò ex parte suæ Regiæ Maiestatis fuit mandatum dicto Nobili N. cum litteris à Regia Cancellaria emanatis, quatenus personaliter, & in propria persona compareat coram vestra Excellentia, vnà cum omni honore, & hauere eius infra quindecim dies ad faciendum voluntates suæ Maiestatis, iuxta consilium, & laudamentum Curiæ Regiæ, vt latiùs in dictis litteris continetur ad quas fit relatio. Et licet dictus N. dicatur impetitus de predictis criminibus, tamen cum sit certo certius dictum Nobilem N. contra edictum per vestram Excellentiam publicatum, neque contra vsaticum, simili modo, & alios vsaticos quicquam vnquam egisse, seu commisisse, cum sequēdo vestigia predecessorum suorum suæ Regiæ Maiestati, & suis edictis, & mandatis vsque ad vitam, & sanguinem obedire, & seruire intendat, & semper eisdem obedierit. Et id quod eidem imputatur in crimen, veritate comperta, certum erit in maximam laudem ipsius, & seruitium suæ Maiestatis cessisse. Dictus enim Nobilis non coadunauit gentes aliquas ad bellandum dictum N. sed cum fuisset mandatum N. Regio Commissario, quod quosdam inimicos suæ Maiestatis caperet, vtputà N. & N. & alios, fuit dictus Nobilis requisitus per dictum Commissarium quatenus ipsum associaret, & sibi opem præberet, & assisteret, ne ab aliquibus damnificaretur, & quod absque scandalo, & securitate posset dictos delatos, & inimicos suæ Maiestatis capere. Qui vt audierunt erant in Villa Acrimontis, cum dictus Commissarius procul relicto dicto Nobili vnà cum aliis accessisset, & cum paucis satis propè portas dictæ Villæ, credendo, quod eidem paterentur, per dictos delatos, & alios homines dictæ Villæ fuit ita acriter inuasus dictus Commissarius, quod ictu quodam ballistæ enarbatæ, fuit idem Commissarius percussus, quo ictu transfixus fuisset, nisi clipeo, & coracibus deffensus fuisset, & duodecim homi-

nes dictum Commissarium associantes fuerunt grauiter vulnerati, & vnus ex eisdem interfectus fuit. Sic, quod dictus Nobilis à longè audiendo maximam resistentiam, quæ contra dictum Commissarium committebatur, cum maximo periculo euasit dictum Commissarium, qué obsessum tenebat in quadam domo extra mœnia dicta Villæ, & eidem succursum, quem potuit, præbuit absque alicuius dãno, & omnibus qui secũ ade[illegible] deligenter prædixerat, ne alicui malũ inferrẽt, sed dictũ Cõmissariũ defenderent, & eidẽ assistentiã facerent. Et licet ex prædictis, & aliis certũ sit, dictũ Nobilem ab impetitis esse immunẽ, attamen vt filius obedientiæ, & pro obseruatione dicti vsatici, & cõtentorũ in dictis litteris coram vestra Excellentia personaliter, & in propria persona comparet, & personam suam cum omni hauere, & honore in manu, & posse vestræ Excellentiæ ad faciendam voluntatem suæ Maiestatis secundum consilium, & laudamentum Curiæ, iuxta formam, mentem, & practicam ipsius vsatici pro omnibus, & singulis ad quæ secundũ formã, mentem, & practicam ipsius vsatici teneatur scilicèt cum feudo, seu Caslania, vel Castellania de N. in Vicaria Acrimontis sita, & cũ aliis suis bonis, & iuribus vniuersis, quemadmodũ hæc & alia sua descripta sunt in quodam memoriali quod exhibet, vt ecce, protestando expressè, quod si de præsenti, vel in futurum apparent aliqua bona ipsius, illa nunc pro tunc, & é contra vult habere pro redditis, & positis in manu, & posse vestræ Excellentiæ, & illa ponit, & mittit, & nihilominus confitetur dictum feudum, seu Caslaniam in dicta Vicaria sitam, & omnia alia bona in dicto memoriali descripta nomine suæ Regiæ Maiestatis tenere, & possidere, donec, & quousque realiter, & de facto per vestrã Excellentiam, seu de mandato suæ Maiestatis apprehensa fuerint, iurans per Dominum Deum, & eius sancta quatuor Euangelia corporaliter tacta, se ad præsens aliqua alia bona non habere, imò si in posterum apparent vt præfertur alia bona, nunc pro tunc, & è contra, confitetur ea nomine suæ Maiestatis possidere, volens quod vigore horum verborum naturalis, & ciuilis possessio, seu quasi dictorum bonorum in suam transferatur Maiestatem, quoniam dictus N. in quantum in eo est, facit omnia, & singula ad quę faciendа teneatur, iuxta dictum vsaticum, & illius mentem, & practicam, & stylum Regiæ Curię. Supplicando humiliter vestrę Excellentię, quatenus ex plenitudine potestatis supplere dignetur omnem defectum, si aliquis sit, vel appareat in præsenti comparitione, supplicans vestræ Excellentiæ, vt eidem, & eius aduocati, & Procuratori detur copia processus indè actitati, taliter quod suas valeat dare defensiones, & eius innocentiam docere: supplicans inquam, quod eius comparitio, & bonorum positio, & predicta, & alia necessaria ad istius actus perfectionem ordinentur latissimè per Fisci Aduocatum, & seu per alũ ad quem spectet, taliter quod omnia comprahendantur, atque per dictum vsati-

ſaticum, & illius practicam, & ſtylum Regiæ Curiæ. Sic, quod nullus defectus in præſenti comparitione cauſari poſſit, quoniam dictus Nobilis prædicta facit, & firmat ſicuti eſt faciendum ſuper his Regium officium veſtræ Excellentiæ humiliter implorando. Quæ &c., &c.

Altiſſimus, &c.

N.

Decretatio prædictæ ſupplicationi, in forma ſequenti.

Remittatur Relatori cauſæ, qui exacta depoſitione comparentis in perſonâ ſuæ Excellentiæ ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per Excellentiſſimum Dominum Locumten. Generalem, die 30. Aprilis 1603.

N. Scriba mandati.

Deindè debet Iudex, ſive Relator à dicto comparente exigere depoſitionem, qua recepta, faciet proviſionem ut in forma ſequenti.

Proviſio Iudicis.

Recepta dicta die, inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet, quod Nobilis N. tradatur idoneæ manuleutæ arreſtatus in aliqua domo præſentis Ciuitatis, ad pœnam bis mille librarum.

Hucuſque tradita intexui, tametſi de meo, & anteriori valde tempore in deſuetudinem abierint, adeò ut dicere valeam ea non omiſiſſe dumtaxat, ut nihil antiquitatis penitùs ignoretur: nam nuſquam in caſu huius Vſatici vidi, nec reperi laudamentum Curiæ practicatum, benè vero frequentiſſimè quando proceſſum fuit per regaliam Vſatici *auctoritate, & rogatu.*

1 *Regalia Vſat.* ſimili modo, *eſt vna ex illis, quas Dominus Rex inſeparabiles, & ſuis oſſibus affixas habet.*

2 *Princeps ponit inter ſuos ſubditos, qui ad inuicem aliàs ſunt inimici, treugam, & ſecuritatem, & contra violantes dictam ſecuritatem proceditur per Vſat.* ſimili modo.

3 *Antequam efformetur proceſſus huius regaliæ, debet conſtare de delicto, & quod factum ſit de caſibus regaliæ, & ſuper his declarari per Relatorem cauſæ.*

4 *Forma prouiſionis, quæ in proceſſibus Regaliæ in calce ſupplicationis poſt decretationem ſolet fieri exprimitur.*

5 *Reo capto, proceditur aduerſus eũ datis deffenſionibus, quæ in forma ſupplicationis concipiuntur.*

6 *In vim Regaliæ d. Vſat. procedebatur antiquitus per laudamentũ Curiæ, compilantur caſus in quibus hoc Vſaticum practicatur.*

7 *De differentia inter vſaticum* ſimili modo, *& vſaticum* auctoritate, & rogatu.

8 Constit. 4. tit. de guiatg. in 1. volum. Constitut. *intellectus.*

ANIMADVERSIONES.

1 INter cæteros inquirendi, & procedendi modos quibus F. P. R. C. utitur est per processum Regaliæ, & inter alias comprehentę in dicto usatico *simili modo*, quæ est altera ex prȩcipuis regaliis, quas dominus Rex inseparabiles, & suis ossibus affixas habet in hoc Principatu, quæ consistit in eo, quod Princeps ponit inter suos subditos, qui ad invicem aliàs sunt inimici treugam, & securitatem, quam præcipit teneri, & observari illos ita constituendo sub suo emparamento, suaque Regia protectione quam cuncti servare tenentur, licet enim omnes vassalli sub Regio velamine, ac tutela constituti sint, verumtamen non omnes sub speciali; si ergo quis temerario ausu hanc protectionem violaverit incidet in regaliam dicti usatici, adversusque eum proceditur; & an-
2 tea quam deveniatur ad ulteriora in efformatione processus dictæ Regaliæ sicut, & reliquarum quarumlibet duo generaliter prȩmittenda duxi: primò quod constet de delicto, & quod factum sit de casibus Regaliæ: secundò quod fiat provisio solita in huiusmodi pro-
3 cessibus sub hac forma *Recepta d. d. & anno facto verbo in Regio Cõcilio provisum quod aliquis ex Regiis Alguzirius Regiæ Curiæ accedat ad omnia loca presentis Cathaloniæ Principatus, & Comitatuum Rossilonis, & Ceritaniæ quò opportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, & N. & N. capiat, & ad Regios carceres Barchinonæ adducat, & alia faciat iuxta practicam, & stylum dicti usatici, & aliorum illi applicabilium, & pro his fiant, & expediantur commissiones, & provisiones oportunæ*, & si ex inquisitione postea constet contra alios de scelere sit sequens provisio: *die T. aliquis ex Regiis Alguzirius accedat. & N. & N. & alios quos culpabiles invenerit capiat, &c. & alia faciat pro ut iam fuit provisum.*

In structura ergo dicti processus offertur supplicatio per F. P. R. C. Domino Regi, seu eius Locumtenenti Generali (cui à Domino Rege omnes Regaliæ sunt communicatę) sub forma superiùs trãscripta, cui fit decretatio relata, nomine Excellentissimi Domini Locumtenentis, prout in omnibus processibus Regaliæ obseruatur: deinde si reus capitur proceditur adversus eum datis defensionibus quæ in forma supplicationis, & nõ schedulę concipi debent. 5

Et cum in vim regaliæ dicti usatici procederetur antiquitùs per laudamentũ Curię ideo in efformatione dicti processus attẽde, & inspice formulas desuper intextas, de quibus videndi Peguera *in prax. crimin. cap.* 13. Regens Calderó *decis.* 2. *tot.* ubi postquam regulam sta- 6

tuit

tuit firmando procedi per hoc uſaticum contra f angentes pacem, & treugam, ſalvamguardiam, & ſecuritates Regias ampliat, ut patiter procedatur cõtra offendentes, vel iniuriãtes perſonas religioſas, vel eccleſiaſticas, eorũ bona, Eccleſiaſticas, res eius, aut in illa cuſtodias cęmẽteria, & loca pia violãtes, offenſam committentes in loco ſacro, aut religioſo, adverſus iniuriantes Rectorem Vniverſitatis litterariæ Ilerdæ, & Barcinonæ, vel Cathedraticos Ilerdæ, frãgentes, invadentes, aut conſpirantes in carceres Regios, derobantes, aut offendentes patrimonium Regium, aut in Regia domo delinquentes, contra offendentes, aut iniuriantes milites (ſi fuerint à Principe poſiti ſub ſalvaguardia, & elapſum non extiterit quinquennium à die publicationis illius,) adverſus offendentes, aut derobantes bona Locumtenentis Generalis ſuæ Maieſtatis in hoc Principatu, necnon alicuius ex Regiis Senatoribus, loco Regio offendam irrogantes, adverſus aquęductus, ſeu cequiæ Minoriſſæ aquam auferentes, rumpẽtes, vel eius curſum impedientes, contra derobantes pecunias à depoſito Civitatis Barcinonæ, vel pecunias iurium eiuſdem Civitatis forantes, adverſus contrafacientes litteris Regiis, contra Officiales tolerantes electos à pace, & treuga.

7 Hos omnes caſus Reg. Calderò qui ſupra Senatus deciſionibus ubertim exornat, & non approbat differentiam inter noſtrũ uſaticum *ſimili modo*, & aſaticum *auctoritate, & rogatu ſub eodem tit de dret del Fiſch* aſſignatam à Regente Viñas *de celebrat. curiar. diſcurſ.* 8. *num.* 186. *& ſeq. ex* Valleſicca *ad dict. uſatic. auctor. & rogat.* qui tenent uſaticum *ſimili modo* exerceri contra eos qui Salvãguardiam à Principe impertitam aſpernantur, & violant, atverò uſaticum *auctoritate, & rogatu* practicari adverſus diſrumpentes, aut oppugnantes Salvamguardiam à lege ſtatutam, & conatur hoc diſcrimen evertere ponderans contra damnificantes perſonas poſitas ſub ſecuritate per noſtrum ius municipale fuiſſe ſæpiſſimè proceſſum per uſaticum *ſimili modo*, attamen innegabile erit iſtud introductum fuiſſe ad effectum puniendi contravenientes ſecuritati, ſeu Salvæguardiæ à Principe datæ, & pro hoc caſu ad praxim redactum extitiſſe, non vero pro eodem genere ſecuritatis usũ fuiſſe Senatum uſatico *auctoritate, & rogatu*, ideòque rectè ſubſiſtit inter duo uſatica diſcrimen, quin ea confundantur ex quo etiam noſtrum uſaticum protelaverit interdum exiſtẽtes ſub legis protectione, quoniam ſimilia exemplaria non tollunt finem, & effectum à conditoribus uſatici de quo agimus principaliter inſpectos ſuper quibus uſaticum *auctoritate, & rogatu*, non providet.

Aſ-

8 Assentior vero Regenti Caldeiò quatenus ibidem defendit securitates, seu Salvasguardias à iure provenientes non comprehendi sub *Constit. 4. tit. de guiatg in 1. volum. Constit.* qua disponitur Salvasguardias esse voce præconia publicandas in capite Vicariæ ubi servari eas oportet de quinquennio in quinquennium; quia quę leges nostrę constituere omnibus sat notæ dicuntur, & illis contravenientes ignorantia excusari nequeunt Barbos. *axiom. iur.* 123. Alvarez Velasco *de iud. perfect. rubr.* 14. *annotat.* 5. *num.* 16. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 67. *& seqq.* & perplures penes Sabellum *verbo ignorantia n.* 5. ubi variæ declarationes, ac fallentię.

TIT. XXII. VSATICVM AVCTORITATE, ET ROGATV

Tit. de dret del Fisch.

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

AD potestatem euenientes, stantes, & redeuntes, & per consequens Regii Officiales cum eorum bonis, & familia sunt salui & securi, & positi sub Regia protectione, & vsatici Barcinonæ incipienti, auctoritate, & rogatu. *Quam securitatem violare non dubitarunt quidam filii perditionis, qui de mense Maii proximè præteriti, cum Petrus Mas Regius Commissarius virtute Regiarum litterarum, se conferret ad locum, seu Villam Acrimontis ad quandam executionem faciendam aduersus quosdam particulares dicti loci, validam resistentiam ei fecerunt, & alia crimina commiserunt, propter quæ inciderunt in pœnas dicti vsatici. Idcircò, & aliàs supplicat Fisci Procurator de prædictis inquiri in vim dicti vsatici, & aliorum iis applicabilium, & illos qui reperti fuerint culpabiles capi, & bona illorum ad manus Regiæ Curiæ apprehendi, & sub tuto poni, proceedi, & enaneari, secundum mentem, practicam, & stylum dicti vsatici, & aliorum iis applicabilium, & in omnibus Iustitiæ complementum fieri, & ministrari, Quæ licet, &c.*

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Decretatio fieri debet supradictæ supplicationi sub his verbis.

Magnificus N. Iudex Regiæ Curiæ, quo citiùs, & secretiùs fieri possit informet se de contentis in præsenti querela, & seruata forma dicti vsatici, & aliorum applicabilium in personam nostram debitè prouideat.

Promissa per Excellentiss. Dominum Locumtenentem die 23. Aprilis 1603.

N. Scriba Mandati.

Re-

Recepta die 17. Aprilis 1603. facto verbo in R. C. aliquis ex Regiis Algutzirinis accedat ad locum N. & ad alia loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rossilionis, & Cerretaniæ quò opportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, & quos culpabiles inuenerit capiat, & ad Regios carceres Barcinone benè custoditos adducat, bona eorum inuentariet, & sub tuto ponat, & alia faciat in similibus fieri solita, iuxta mentem, seriem, & practicam dicti Vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & pro his fiant commissiones, & prouisiones opportunæ iuxta Regiæ Curiæ stylum.

N. Iudex R. C.

Adverte quod in vim dictæ prouisionis R. Thesaurarius solet expedire Commissarium, seu Commissarios (quia eius officio hoc facere incumbit) cum memoriali per eum firmato ad exequendam supradictam prouisionem. Et memoriale solet fieri, sub sequenti forma.

2.

Memorial per al Magnifich mossen N. Comissari Real, en virtut de la comissiò à ell per la Excelencia dada, fet en Barcelona à 18. de Maig 1602.

PRimò, anirà à la Vila de Agramunt, y en altres parts hont menester sia, dins lo present Principat de Cathalunya y Comtats de Rossellò y Cerdanya y fortificarà lo procès de Regalia en la R. Cort fet, à relació del Magnifich Misser N. Iutge de la R. C. y del Real Consell, contra N. y N. y altres, per la resistencia feta à Pere Mas Comissari Real, en la execució feya contra N. en virtut de lletras Reals; y tots los que per merits de dit procès trobarà culpables à sas mans pendrà, y presos, y ben guardats aportarà, y mancipará dins los carcers Reals de la present Ciutat de Barcelona.

Item, inuentariarà, y farà tot lo mes auant, que conforme vs, y practica es acostumat fer.

N. Regens Thesaurariam.

3.

Laudamentum Curiæ in vim Vsatici Authoritate, & rogatu 2.

Excellentissime Domine.

CVm N. Causidicus ciuis Barcinone, & N. Notarius, & N. R. Commissarius, seu Algutzirius accessissent in vim quarundam Regiarum litterarum ad faciendam executionem instante N. contra N. qui dicitur dominus de N. & cum capturam fecisset dictus N. Regius Algutzirius de persona de N. eundemque sub certa forma captum portaret ad præsentem Ciuitatem Barcinone, in Regio itinere, iuxta locum de Mata de Pera, eisdem obuiam exiuit N. coadunatus cum quamplurimis facinorosis hominibus, & vt predicitur coadunati, & ar-

armati arcabusiis tormentariis, omnes aggressi fuerunt dictum N. Regium Algutzirium, & validam ei resistentiam faciendo, ab eius manu, & posse exemerunt personam de N. & eundem Regium officialem, ac alios de eius comitiva in dicta resistentia baculo, & en se lethaliter vulnerarunt, propter quod fuit factus, & formatus processus Regalie in vim Vsatici Barcinone incipientis Authoritate, & rogata. Et quia in predictis Fisci Procurator R. C. atrocem sustinuit iniuriam, quam astimat ad quantitatem mille ducatorum, & magna passus fuit damna, que estimat ad quantitatem quingentum ducatorum, quas quantitates maluisset à bursa Fiscali amittere, quam talia, & tanta pati. Idcirco, & aliàs F. P. R. C. comparens coram vestra Excellentia firmat ius, & de iure dicto N. & cuicumque querelati, promittens iudicio sistere, & iudicatum soluere cum suis clausulis vniuersis, &c. Et cum his supplicat per viam laudamenti R. C. & alias eisdem melioribus via modo, & forma quibus possit executionem pro dictis quantitatibus damnorum, & iniurie astimatis, vnà cum vndecupla dictorum damnorum, & expensis iuste factis, & faciendis, salua iudiciali taxatione, & moderatione decerni, & fieri contra personas, & bona dicti N. & aliorum in dicta resistentia culpabilium, & cuiuslibet eorum in solidũ, ita ut vno soluente ceteri liberentur, iuris ordine in exequendo seruato. Et ad eum effectum prouisiones opportune expediri Fisci iuribus semper salus, Regio officio implorato. Que licet, &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocatus.

Decretatio.

Remittatur Relatori cause qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Excellent. Dñm Locumtenentem General. die 24. Aprilis 1603.

N. scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta 24. Aprilis 1603. Visa supplicatione oblata per Fisci Procuratorem R. C. in effectu deducentem, quod cum N. Causidicus ciuis Barcinone, & N. Regius Algutzirius accessissent in vim quarundam Regiarum litterarum ad faciendam executionem instante N. contra N. qui dicitur dominus Loci de N. & cum capturam fecisset dictus N. Regius Algutzirius de persona de N. eundemque sub certa forma captum portaret ad presentem Ciuitatem Barcinone, in Regio itinere, iuxta locum de Mata de Pera eisdem obuiam exiuit N. coadunatus cum quamplurimis facinorosis hominibus, & vt predicitur coadunatis, & armatis arcabusiis tormentariis omnes aggressi fuerunt dictum N. Regium Algutzirium, & validam ei resistentiam faciendo, ab eius manu, & posse exeme-

merunt personam dicti N.& eundem Regium Officialem,ac alios de eius comitiua in dicta resistentia baculo,& ense lethaliter vulnerarunt. Propter quod fuit formatus processus Regaliæ in vim Vsatici Barcinonæ incipientis, Authoritate,& rogatu, supplicantem propterea, ob tam ingentem,validamque resistentiam per viam laudamenti R.C.executionem fieri,& decerni contra personas,& bona predictorum delinquentium,& cuiuslibet eorum in solidum pro quantitatibus mille ducatorum ratione iniuri ,& quingentorum ducatorum ratione damnorum vnà cum vndecupla dictorũ damnorum,& pro expensis iustè factis,& faciendis, prout hac,& alia in dicta supplicatione latiùs sunt contenta ad quam habetur relatio. Visis aliis videndis, attentisque attendendis, meritisque processus attentis,& aliàs insequendo conclusionem die præsenti in R.C.factam,moderando primitus,& taxando quantitatẽ iniuriæ ad summam quingentarum librarum,& damnorũ ad summam quinquaginta librarum,prouidet quod fiat executio contra personas,& bona dicti N.& N.& cuiuslibet eorum insolidum pro dictis quingentis libris ratione iniuria,& quinquaginta libris ratione damnorum moderatis, vnà cum vndecupla dictorum damnorum,qua quantitates simul iunctæ summam capiunt mille,& quinquaginta librarum,& pro expensis factis,& faciendis ,ita vt altero soluente, alter liberetur, iuris ordine in exequendo seruato. Et pro his fiant littera,& alia prouisiones oppertuna iuxta stylum R.C.

N.Iudex R.C.

1 *Ad potestatem ,seu eius Curiam, venientes, in ea stantes,& ab ea recedentes sunt sub Regia protectione,& proceditur in vim Vsatic.* Authoritate, & rogatu *contra violantes eorum personas,& bona.*

2 *Quomodo procedatur vigore dicti Vsatici.*

3 *Hodie bona delinquẽtium in vim d.Vsatici non inuentariantur.*

4 *Contra resistentes Officialibus Regiis in executionibus Regiarũ prouisionum,& litterarum,proceditur per laudamentum Curiæ.*

5 *Executio,quæ prouidetur in vim processus laudamenti Curiæ, effectum sortitur parte non citata; Si verò ea compareat ,& in manu R.C.regaliam purgaturus se posuerit,supersedetur in dicta executione.*

6 *Casus quibus per hoc Vsaticum proceditur enumerantur.*

7 *Laudamenti Curiæ requisita.*

ANIMADVERSIONES.

SVb sua Regia protectione Potestas, seu Comes Barcinonæ, qui nunc est Dominus Rex,posuit omnes ad eum , seu eius Curiam venientes,in illa stantes,& ab ea recedentes,quam securitatem indul-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sit ipsorum personis, & bonis, qui igitur securitatem prædictam violaverit in pœnam, ac regaliam dicti Vsatici incidit.

2 Ad notitiam P.F.R.C. devento delicto offertur prima transcripta supplicatio, & decretatione facta per Excellentissimum Dominum Locumtenentem informationem recipere debet Iudex, & perquirere an de delicto constet, & an illud de comprehensis sub regalia dicti Vsatici sit, ut superius animadvertimus, factaque provisione transcripta expeditur per Regentem Regiam Thesaurariam Commissarius Regius ad illam exequendam, cui traditur memoriale, seu

3 commissio de qua supra. Admonendum est tamen hodie non observari delinquentium bona invētariari, & sub tuto poni, ne quis in persona, & bonis puniatur; verum tamen hanc regulā intellige, prout enodavimus *decis.* 53. *num.* 37.

4 Et quia semper propter validas resistentias, quæ Officialibus Regiis accidere solent in exequutionibus Regiarum provisionum, & litterarum procedi est assuetum per Curiæ laudamentum, ut innotescat quomodo processus adstruēdus sit formulam illius quoque inserui, in quo te animadvertendum

5 volo, quod executio, quæ providetur in vim processus laudamenti Curiæ effectum sortitur parte inaudita, & non citata cum in his Fiscus manu plena procedere dicatur; atveto si pars comparuerit in manuque Regiæ Curiæ regaliam purgatur[9] se posuerit, supersedetur in executione dicti laudamenti, procedituque adversus eū coërcione criminali ob publicam vindictam, ut in cæteris delictis, ne in persona, & bonis pœnas luere dicatur delinquens. Videndi Peguera *in praxi crimin. cap.* 13. Calderò 6 *decis.* 3. ex quibus hauries per hoc Vsaticum procedi contra offendentes eos, qui præsentes sunt in loco ubi est Audientia Principis, & eunt ad eam, aut recedunt ab ipsa pro negotiis, vel litibus exposcentibus sequi Curiam, pro quacumque offensa illata occasione Curiæ, & pro negotiis illius, aut in vindictam sententiæ, contra iniuriantes, vel offendentes vocatos ad Curias generales, resistentes, aut damnificantes Officiales Regios in exercitio sui officii, seu illius causa, etiamsi finito officio accidat iniuria in ipsius æmulationem eximentes captos in posse illorum, vel detentos in manibus iustitiæ occidentes, aut vulnerantes, contra iniuriantes, seu damnificantes Locumtenentem Generalem, vel alios Ministros Regios superiores re, vel verbis, contra usurpantes præeminentias Officialium Regiorum, eisve lædentes, vel nomen illorum supponentes, adversus domos, vel personas Thesaurarii Bullæ Cruciatæ violantes, Officiales Regios parere nolentes mandatis

de

de comparendo in R. C. contra vaſſallos Baronis eccleſiaſtici, qui præſtiterunt ſacramentum,& homagium, antequam ipſe obtinuiſſet litteras executoriales,& præſtitiſſet ſacramentum , ac homagium.

7 Ad laudamentum Curię requiritur,ut annotant prędicti Doctores, quod is cui reſiſtitur ſit verè Officialis Regius, præſtiteritque ſacramentum, ac homagiũ,quod detulerit publicè ſignum baculi, ut à reſiſtentibus cognoſceretur, niſi in caſu ſupinæ ignorantiæ, & denique quod tempore factæ reſiſtentiæ actu exerceret officium, vel reſiſtentiam eveniſſe intuitu, aut colore officii , circa quæ vide ſi mata *deciſ.65.hoc volum.*

TIT. XXIII. VSATICVM CAMINI, ET STRATÆ.

Tit.*de Comercis,y ſeguretats de camins.*

1.

Supplicatio.

Excellentiſſime Domine.

CAMINI, & ſtratæ, ac viæ publicæ, & omnes itinerantes in præſenti Principatu Cathaloniæ, ſunt ſalui, ſecuri, & poſiti ſub Regia protectione, & vſatici Barcinonæ incipientis,camini, & ſtratæ.Quam protectionem violarunt quidam filij perditionis,qui non dubitarunt de menſe Februarij proximè lapſi,in Regio itinere quo itur de loco N ad locum N. derobare,&c. narretur factum,*aliaque crimina, & delicta commiſerunt,& perpetrarunt: Idcircò ſupplicat F.P.R.C de prædictis inquiri,in vim dicti vſatici, & aliorum iis applicabilium, & culpabiles capi , bonaque illorum ad manus R. C. apprehendi, & ſub tuto poni procedi,& enantari,ſecundum mentem, ſeriem,practicam,& ſtylum dicti vſatici,& aliorum eidem applicabilium,& in omnibus iuſtitiam fieri,& miniſtrari. Quæ licet,&c.*

Altiſſimus,&c.

N.Fiſci Aduocatus.

Prædictæ ſupplicationi,ſeu in illius calce fit decretatio ſequens.

Magnificus N.Iudex R. C. quo citiùs, & ſecretiùs fieri poſſit , informet ſe de contentis in præſenti querela,& ſeruata forma dicti vſatici,& aliorum eidem applicabilium in perſonam noſtram debitè prouideat.

Prouiſa per Excell.Dñm.Locumt.Gener.die 5.Februar.1603.

N.Scriba mandati.

Et recepta prius per Iudicem ſummaria informatione,quod caſus de

quo agitur eſt caſus Regaliæ, ac facto verbo in R. Concilio, iuxta Conſtitutionem Domini noſtri Regis in Curiis anni 1599. cap. 10. in actis Curiæ, facit proviſionem ſequentem.

Proviſio Iudicis.

Recepta die 11. Aprilis 1603. aliquis ex R. Alguzirijs accedat ad locum de N. & ad omnia loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuũ Roſſilionis, & Ceritaniæ quò opportuerit, qui inquirat, inquiſita fortificet, & N. & N. capiat, & ad R carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat juxta practicã, & ſtylum dicti vſatici, & aliorum illi applicabilium, & pro his fiant, & expediantur commiſſiones, & prouiſiones opportunæ.

N. Iudex.

ANIMADVERSIONES.

1 *Itinerantes per terrã, & mare ſunt ſub Regia protectione, & eos offendentes, tam in perſona, quam in bonis incidunt in regaliam vſatic.* Camini, & ſtratæ.

2 *Nouiſſimo iure patrio ſublatæ ſunt pœnæ dupli, ſolumque aduerſus hos delinquentes proceditur criminali vltione indicta.*
In efformatione proceſſus huius regaliæ quæ inſpicienda remiſſiuè.

3 *Cap. 11. Curiar. anni 1599. enucleatum.*

4 *Viæ publicæ Domini Regis ſunt, etiam in locis vbi tantum habet merum imperium, & vide n. 7.*

5 *Quæ dicantur viæ publicæ ad effectum procedendi in vim iſtius Vſatici.*

6 *De aliis caſibus in quibus hoc Vſaticum locum habet.*

7 *De hac Regalia Doctores peragẽtes memorantur.*

8 *Baronibus communicatam eſſe Regaliam huius vſatici quomodo intelligatur.*

EXpediens, & utile eſt ſine metu, & periculo per itinera cõmeari, hæc intuentes Sereniſſimi Comites Barcinonæ, ſub ſua protectione poſuere Regia omnes itinerantes per terram, & per mare, graveſque indixere pœnas adverſus eos offendentes, ſivè in bonis, ſive in perſona, ut in Vſatico prædicto legitur, noviſſimo autem patrio iure ſublatæ ſunt pœnæ dupli, & undecupli, ſolumque adverſus delinquentes proceditur criminali ultione indicta, ut in cæteris delictis datis defẽſionibus, in efformatione proceſſus eadem, quę in prę-miſſis Regaliis inſpicienda ſunt videndus Peguer. *cap. 15. in praxi crimin.* 1

Recolenda quoq; erunt, quę prę- 3
iecimus *deciſ. 1. num. 102.* & quæ diſſeruerunt R. Vinyes *diſcurſ. 8. de celebrat. Curiar.* R. Cottiada *deciſ. 107. à nu. 24.* Ripoll *de Regal. cap.*

40.

40. & notabile eſt *cap.* 11. *Cur. anni* 1599. quo cavetur ſub hac regalia non comprehendi facinora patrata intus Villas, & populos habentes ultra 20. domos, etiamſi via publica per illos tranſeat, & ſimiliter regaliam iſtam non procedere ob rixam in itinere Regio ſubortam, ſi in illa neque nex evenerit, neque membri mutilatio, aut effuſio ſanguinis; atverò procedi poſſe per huiuſmodi regaliam quando latrones poſt commiſſa furta cum rebus furatis per Regia itinera inceſſerint.

4 Sunt viæ publicę Domini Regis, etiamſi ſitæ in loco ubi tantū habeat merum imperium. Peguer. *d. cap.* 15. *nu.* 5. Fontan. *de pact nupt. claus.* 4 *gloſ.* 14 *num.* 26. Canc. *var. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 47.

5 Dicuntur viæ publicæ loca per quæ iter communiter fieri ſolet. Peguera *d. cap.* 15. *nu.* 7. Canc. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 96. *ad* 100. & *par.* 3. *cap.* 5. *num.* 25. *ad* 38. Fontan. *de pact. claus.* 4 *gloſ.* 14 *num.* 22. Calic. *de ſono emiſſo cap.* 5. *verſ. ſi quæro an maleficium*, & ita regalia iſta extenditur ad vias privatas, dummodò per eas pleruмque iter fieri ſoleat, iter facientibus enim proſpicitur, & non viis publicis, quicquid in contrarium voluerit Ripoll *de Regal. d. cap.* 40 *num.* 35.

6 Quinimò Regium Concilium non ſolum huius Regaliæ proceſſum practicavit ob ſceleta patrata in viis, ſed etiam pro delictis commiſſis in domibus, vulgo vocatis *terras, ó maſos*, quæ extra Locum, ſeu Villam ſitæ, & fabricatæ ſunt, ut accidit 3. Novembris 1621. cōtra derobantes domum cuiuſdam Verdaguer de Caſtellſit, & 22. Ianuarii 1622. contra illos qui derobarunt domum Pauli Vivet agricolæ Loci de Badalona, exiſtimatę autem domus prænarratas in via publica exiſtere; ſicut exercetur huiuſmodi Regalia contra delinquentes in pontibus publicis per quos iter frequēter fieri conſueverit, prout obtervavit Senatus 22. Aprilis 1670. contra Ioannem N. delatum de nece per eum unà cū aliis perpetrata in ponte exiſtenti propè Civitatem Minoriſſæ, referente Nobili Narciſo de Anglaſell, tunc I. R. C. ſcriba Riembau.

Ad ornatum iſtius Regaliæ, 7
Afflictis *in §. via publica. Quæ ſint Regal. in vaſib feudor.* Cohel. *ad bullam bon. regim cap.* 28. *num.* 88. Roſental. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 20. *nu.* 1. *& ſeq.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 595. Novar. *in Pragm. Reg. Neapol. collectan.* 142. *num.* 3. Palma *conſ.* 59. ubi quænam ſint probāda, ut quis puniri poſſit de occupatione viæ publicæ. Surd. *dec.* 42. *per tot.* Ioſephus de Roſ *conſultat.* 1 *tot.* Antunez de Portugal *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *per tot.* Cardinal. de Luca *de Regal. diſcur.* 136. *num.* 4. *& diſcur.* 137. *num.* 2. Cyriac. *contro.* 667. *num.* 28. Tondut. *quæſt. Cæſ. cap.* 133. *num.* 10. *& ſeqq.*

Com-

7 Communicata eſt Baronibus talis Regalia. Canc. *var.* 2. *d. cap.* 2. *num.* 96. & *par.* 3. *cap.* 5. *num.* 135. Fontan. *de pact. clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *à num.* 22. *ad* 26. non formando proceſſum Regaliæ, ſed delicti, videlicet non ſuper violatione ſecuritatis itinerum publicorum, ſed ſuper latrocinio, nece, clade, vel aliis flagitiis ibi perpetratis, concurritque Dominus Rex virtute Regaliæ, & Baro via ordinaria. Canc. *d. cap.* 5 *num.* 136. quę intelligas dum in vim Regaliæ non fuit evocata cauſa, nam ex die evocationis remanet inhibitus Baro; unde tenendum erit Barones poſſe cognoſcere de criminibus commiſſis in viis publicis, via tamen ordinaria. Ripoll *de Regal. cap.* 40. *num.* 12. qui Pegueram defendit à Cancer, ſequitur Romaguera *ad Conciol. lib.* 1. *rubr.* 54. *num.* 10. & *ſeq.* ex nuper allegatis, & Tondut. *de præcent. cap.* 11. *num.* 26. Antunez Portugal *de donat. Reg. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. & 9. Fontan. *de pact. clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *num.* 22. & antea Romaguera ex pluribus concludit, quod licet viæ publicæ ſint de Regalibus quoad protectionem, proprietatem, & cuſtodiam, quoad uſum verò ſunt populorum, & quoad iuriſdictionem Baronum, & de territorio ipſorum via ordinaria, ut præhabetur procedendo.

TIT. XXIV. MONETÆ FABRICATIO, ET VSATICI incipientis moneta proceſſus.

1.

Supplicatio.

Excellentiſſime Domine.

MONETA tam auri, quam argenti quæ cuditur in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ, pertinet tantum ad Dominum noſtrum Regem, & per conſequens fabricantes monetam in dictis Principatu, & Comitatibus abſque licentia, & permiſſu dicti Domini noſtri Regis, & fabricantes falſam monetam, & illam expendentes, bonamque monetam tondentes, & diminuentes, incidunt in pœnas vſatici Barcinonæ incipientis, Moneta. *Quem vſaticum violare non dubitarunt quidam filii perditionis habitatores Villæ de Cabra, & ſignãter N. & N. qui in dicta Villa, & aliis partibus Cathaloniæ diebus elapſis, parum Deum timentes, & Regiam correctionem, non dubitarunt falſam monetam argenteam*, ſcilicet peſſas de dos, y de quatre, y reals ſenſillos *nummos, & aliam falſam fabricare, & illam pro bona expendere, bonamque monetam tondere, & diminuere, in grave vilipendium Regiæ iuriſdictionis, populorumque detrimentum, & dam-*

num,

num, & alia crimina, & delicta commisserunt, & perpetrarunt, propter quæ inciderunt in pœnas dicti Vsatici, & aliorum eidem applicabilium. Supplicat propterea, & alàs F.P.R.C de prædictis inquiri, culpabiles capi, bona eorum inventariari, & sub tuto poni procedi, & enantari, secundum mentem, seriem, & tenorem dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & in omnibus iustitiæ complementum fieri, & ministrari, iuribus Fisci semper saluis, & Officio Regio implorato. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocatus.

Decretatio.

Magnificus N. Iudex R. C. quo citiùs, & secretiùs fieri possit, informet se de contentis in præinserta querela, & seruata forma dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium super supplicatis, & aliis in personam nostram debitè prouideat.

Prouisa per Excellent. Dñm Locumtenentem General. die 19. Aprilis 1603.

N. scriba mandati.

2.

Prouisio Iudicis.

REcepta dictis die, & anno, facto verbo in R. C. prouidet, quod aliquis ex R. Alguzirijs accedat ad loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ quò opportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, & quos culpabiles inuenerit capiat, & ad Regios carceres Barcinone benè custoditos adducat, bona eorum inuentariet, & sub tuto ponat, & alia faciat in similibus fieri solita, iuxta mentem, seriem, & practicam dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & pro his fiant commissiones, & prouisiones opportunæ iuxta Regiæ Curiæ stylum.

N. Iudex R.C.

1 Moneta vnde denominatur.

2 Tondentes monetam, siue falsam fabricantes, & etiam optimam absque Principis licentia cudentes, vltra pœnas à iure indictas, incidunt in regaliam Vsatici Moneta.

3 Reus huius criminis vltimo supplicio plectitur, non pœna confiscationis bonorum, nisi delatus sit de fabricatione falsæ monetæ auri, seu argenti, qua fabricatur in Secca Ciuitatis Barcinonæ.

4 Casus, in quibus proceditur in vim Vsat. Moneta exprimuntur.

5 Corpus delicti qualiter in hoc crimine sit probandum.

6 Duo testes de visu necessarii non sunt vt extraordinariè monetarius puniatur, sed ad vltionem ordi-

ordinariam, & adhuc ad istam testis de visu sufficit cum indicijs indubitatis, imo supremus Senatus ad illam devenit ex indicijs dubitatis unum indubitatum Constituentibus iunctis aliis adminiculis, & probationibus.

7 *De materia istius tituli remissiuè ubi arbitrariè puniri bonam cudentes monetam pro se ultra Principis licentiam.*

ANIMADVERSIONES.

1 IMpositum nummo, seu pecuniæ fuit nomen *Moneta*, monentur namque subditi monetam colere, ac venerari authoritate Principis fabricatam, eiusque imagine signatam, ne illius bonitatem in qualitate, aut pondere, vel aliter falsificare audeant. Qui ergo mo-
2 netam æqui ponderis, ac pretii tõduit, seu rasit; falsam, seu adulterinam fabricaverit, aut optimam cuderit (eadem, enim est pœna optimam, atque bonam cudentis, cum falsa talis diiudicetur moneta, eò quod nomine Principis, & absque illius licentia facta sit) ultra pœnas à iure communi indictas incidit in regaliam dicti usatici: Sciendum est tamen hodie su-
3 blatam fuisse in tali crimine pœnam confiscationis bonorum, solumque ultimo supplicio reum plecti, ac condemnari, nisi delatus existat de fabricatione falsæ monetæ auri, seu argenti de ea matcha, que fabricatur in Regia Sicca Civitatis Barcinonæ, tunc enim ad cõfiscationem bonorum condemnatur etiam reus, ut refert Cortiada *decis.* 87. *num.* 19. & Reg. Calderò mox allegandus.

Plures autem sunt casus in qui- 4
bus proceditur per Regaliam dicti Vsatici. Primò in expresso ab eodem usatico adulterantis monetam idest falsam cudentis, sive id in materia quo ad valorem, forma quo ad auctoritatem, sive in pondere quo ad usum contingat. Secundò, adversus præpositos ad illius fabrica cùm ex adulterina materia eam cudunt. Tertiò, contra adulterantes, & falsificantes monetæ imaginem. Quartò, contra tondentes, mutilantes, seu radentes. Quintò, contra tingentes; & ultimò contra scienter expendentes eam, adiecto tamen in hoc ultimo moderamine per Authores statim citandos adducto.

Videndi Peguera *in prax. crim.* 5
cap. 16. Regens Calderò *decis.* 10. *tot.* ubi firmat corpus delicti in fabricatione monetæ patrati per eũ qui non habet potestatem cudendi probari per testes de visu deponentes de ipso facto fabricationis, nec requiri inventionem, seu recognitionem monetæ, secus asserens quando cum facultate cudendi adulteratur moneta forma, pondere, vel materia; nam tunc requiritur ad corpus delicti identitas falsæ monetæ.

Non

6 Non tamen ex his autumes ad puniendum reum in hoc crimine exigi præcisè contra illum duos teſtes de viſu deponere, quia iſti ſolum expoſtulantur ad probationem corporis delicti, nempe ad detegendum ipſum patratum eſſe, & ita ſufficiet teſtes dicere vidiſſe certo menſe monetam fabricari, tametſi alter ex eis ſortem non cognoſcat, & ad conſtruendam probationem contra ipſum, vel ultra ſemiplenam, vel perfectam, ſeu completam, nedum teſtes de viſu proderunt, ſed etiam indicia, & præſumptiones, cum ſit delictū occultum, & difficilis probationis Decian. *tract. crimin. lib.7. cap.24. num.10.in fin.* & *cap.26.num.24.* Farinac. *in prax. quæſt.115. num.50.* Vermigliol. *conſ.218.nu.7.* & *conſ.219.num.5.* punctim diſtinguendo Conciol. *reſolut.crim.1.Verſ.moneta falſa num.5.* qui licet dicat *num.ſeq.* quoad condemnationem concludentem probationem requiri, de pœna ordinaria accipiendus venit, alioquin ſi ad condemnandū monetarium per duos teſtes de viſu ſemper plena probatio deſideraretur numquam extra ordinem ultio intraret, quinimò ex indiciis indubitatis teſteque de viſu omni exceptione maiore motte reus coercetur, & quod plus eſt hoc caſu, cum ſcelus tam abſconditum ſit, ſupremus Senatus pœnam ordinariam ex indiciis dubitatis unū indubitatum conſtituentibus iunctis aliis adminiculis, & probationibus pœnam influgit ordinariā, ut perduxi *deciſ.50.num.17.* & *19.*

De materia iſtius tituli Decian. 7
tract. crim. lib.7. cap.23. Maſtril. *de indult. cap.27.* Lattea *deciſ.10.* Garcia *de re milit. dec.1.* Mart *ad Prag. tit.27.* Raynald. *ſyntax. rer. crimin. cap.5. per tot. à fol.338.* Anton. Portugal. *de donat. Reg lib.2. cap.25. nu.50.* & *ſeqq.* Francile. Marc. *dec.261.* Novar. *in Pragmat. collect.136. nu.4.* Gob. *de monet. q.10. nu.8.* & *q.11. num.15.* qui ultimi firmant habentem auctoritatem à Principe cudendi pro eo monetam, excedendo limites conceſſionis, & cudendo monetam pro ſe, ac ad propriā utilitatem, licet bonam, & iuſtam in materia, liga, pondere, & forma, in illa parte, in qua excedunt poſſe puniri pœna arbitraria.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TIT. XXV. VSATICVM IVDICIVM IN CVRIA DATVM. I.

Tit. *de celebrar Corts.*

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

DIE 28. Aprilis 1603. ad relationem Magnifici N. Doctoris R. Audiē-tiæ fuit lata quædam diffinitiua sententia, in causa vertente inter N. ex vna, & N. parte ex altera, in qua fuit declaratum, &c. narra in summa declarationem Regiam, & posteà dices. *Deinde die 3. Maii 1603. fuit prouisum, quod fieret executio dictæ Regiæ sententiæ, & ideò fuerūt litteræ executoriales expeditæ 13. eiusdem mensis Maii. Denique vigore dictarum litterarum die 17. prædicti mensis, dictus N. fuit missus in possessionem bonorum dicti N. & præcipuè cuiusdam agri siti in termino N. in loco vocato N. & licet dictus N. in possessionem dicti agri, & fructuum in illo existentium perceptione per neminem molestari debuerit, nihilominus tamen quidam filii perditionis, de præsenti mense non dubitarunt segetes dicti agri, vi, vel clam à dicto agro asportare, contraueniendo dictæ Regiæ sententiæ, & incidendo in pœnas Vsatici Barcinone incipientis,* Iudicium in Curia datum. *Idcircò, & aliàs F. P. R. C. exhibendo prædictam Regiam sententiam, litteras executoriales, instrumentum possessionis, & informationem super his receptam, vt inseruntur, supplicat amplius inquiri, & culpabiles capi, bona eorum inuentariari, & subrogato poni procedi, & enantari, secundum mentem, practicam, & stylum dicti Vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & in omnibus iustitia complementum fieri, & ministrari. Quæ licet, &c.*

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Prædictæ supplicationi, seu in illius calce fieri debet decretatio sequens.

Magnificus N. Iudex R. C. quo citiùs, & secretiùs fieri possit, informet se de contentis in præsenti querela, & seruata forma dicti vsatici, & aliorum applicabilium in personam nostram debitè prouideat.

Prouisa per Excellent. Dñm Locumtenentem General. die 22. Aprilis 1603.

N. scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recept. d. d. facto verbo, in R. C. prouidet qd aliquis ex R. Alg accedat ad omnia

loca

loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ quòopportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, & N. & N. loci de N. capiat, & ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat juxta practicam, & stylum dicti vsatici, & aliorum eidē applicabilium, & pro his fiant, & expediantur commissiones, & prouisiones opportunæ.

N. Iudex R C.

2.

Epistola.

SA Excelencia, y Real Concell me ha ordenat auise à v.m. que per part de N se ha donat suplicaciò en la Regia Cort, instant que en virtut del vsatge iudicium in Curia datum, se procehesca criminalment contra la persona de v.m y altres, per hauer contrafet à la prouisiò y sententia de manutenciò en la posessió del exercici de la jurisdicció ciuil plena de las Parroquias de Perafita, y Sant Agusti de Llussanès, en son fauor fetas; pera que dins deu dias primer vinents si te cosa que dedubir contra dita pretensio comparega deuant de mi, com à Relador de dita causa, pera dedubiro extrajudicialment: quant no, passat dit terminí se procehirà conforme se trobarà ser de justicia. Nostre Sr. guarde à v.m. Barcelona à T. del mes de T. del any T.

N. Iuige de la R.C.

1 *Regalia vsat.* iudicium in Curia datum, *est altera ex principalibus domini Regis.*
In eam incidunt turbantes executionem sententiæ Principis, eiusque Senatus.

2 *Hæc Regalia solum exercetur adversus in causa citatos, & non alios.*
Cum fiat casui, & personis simul de ipsis constare debet, in quo differt ab aliis regaliis, in quibus, cum fiant casui tantum, non requiritur de delinquentibus constare, sed postmodum de ipsis inquiritur.

3 *Praxis regaliæ vsat.* iudicium in Curia datum *exponitur.*

4 *Actus positiuus contrafactionis requiritur vt per hoc vsaticum procedatur, re conturbando, vel verbis, si verba sufficiunt ad impediendum.*

5 *Quomodo contra non citatos in causa procedatur per hanc Regaliam.*

6 *Prouisioni manutentionis contravenientes huic Regaliæ subsunt, non vero si alijs prouisionibus mere interlocutorijs contrafaciant.*

7 *Capto reo proceditur vt in aliis causis ordinarijs, demptis circunstantijs hic expressis.*

8 *Senatus aliquæ prouisiones inuentario bonorum adiecto condite.*

9 *Decisio Senatus qua supplicationem ab hac Regalia non procedere fuit diffinitum.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANIMADVERSIONES.

1 ALtera ex principalibus Regalis domini Regis in fui, & totius Reipublicæ favorem, in odiumque delinquentium introducta eſt agnita vigere dicti uſatici, adeò domini Regis propria, eiuſq; oſſibus affixa, ut nullus alios niſi ipſe poſſit proceſſus in vim dictæ Regalię facere; quicunque igitur Principis ſententiæ, eiuſque Senatus executionem turbaverit, ac impedierit in illam incidit: ſciendum tamen eſt eam non e-
2 xerceri, nec vigere niſi adverſus in cauſa citatos, & non alios, valde enim intereſt inter Regaliam iſtius uſatici, & cęterorum præcedentiũ, nam iſtæ cum fiant, & exerceantur caſui tantũ opus non eſt, quod tempore quo Regaliæ locus datur de delinquentibus cõſtet, ſed poſtmodùm ea inſtituta de perſonis inquiritur, quæ autem in vim præſentis uſatici exercetur cum fiat caſui, & perſonis ſimul de ipſis in individuo conſtare debet quænam ſcilicet ſententiæ executionem impedierint.

3 Accedendo ad praxim ergo cõpilationis proceſſus dictæ Regaliæ oblata per F. P. R. Curię ſupplicatione in Regio Criminali Cõcilio, aut per partem inſtantem, (cui adhęrere ſolet in forma ſolita Fiſci Procurator Regiæ Curiæ) extraiudicialiter per Relatorem cui commiſſa eſt cauſa admoneri ſolet is, qui contrafeciſſe dicitur epiſtola contextus ſuperiùs expreſſi ea de ratione quia cum articulum civilem materia iſtius uſatici reſpiciat multa deduci valent, quæ à pœna excuſent, & à formali contraventione, qualis requiritur in hoc caſu, ut rectè expendit Ramon *conſ.* 60. *tot.*

Adeundi Peguer. *in prax crimin.* 4
cap. 17. *& deciſ.* 71. *tot. tom.* 1. R. Vinyes *in diſcurſ. celebrat. Curiar. diſcurſ.* 2. *à num.* 53. Ripoll *de Regal. cap.* 36. *à num.* 63. *& in additionib. ad hoc uſatic*, *à num.* 14. ubi concludit ad probandum contrafactionem ſententiæ actum poſitivum requiri re, vel verbis conturbando, ſi verba ſufficiant ad impediendam ſententiæ executionẽ.

Dirigitur huius Regaliæ proceſ- 5
ſus cõtra illos qui citati fuerunt, ut præmittitur, his verò qui nec citati fuere, neque intervenerunt eſt facienda oſtenſio ſententiæ, executorialium cum regeſtro, & ſigũlo, copiam authenticam tradendo parti ita ex Surdo *conſ.* 22 *num.* 17. *&* 18. *ac conſ.* 440. *num.* 12. Afflic. *deciſ.* 516. *num.* 3. Fontan *tom.* 1. *cl.* 4 *gl.* 17. *num.* 90. recitat Ripoll in *præallegat. addition. num.* 9. Senatus deciſione attexta, & *num.* 21. de eo agit, qui requiſitus cum præſentatione ſententiæ, & executorialium non revocaverat pignoramentum illi contraveniendo factum, uſaticiqui diſpoſitioni ſubiici profert.

Huic

6 Huic paritet uſatico ſubeſſe probat Ripoll *in eiſdem additionibus nu.* 18. contratacientes proviſioni manutentionis tranſactæ in iudicatum, ſi expeditæ ſint litteræ executoriales, ſecus autem proviſionibus meræ interloquutoriis hæc regalia locum ſibi non vendicat.

7 Capto reo, ut in cauſis ordinariis eſt procedendum quoad omnia, demptis iis quæ in quacumque Regalia generaliter, ac in ſpecie animadvertimus circa decretationes, ſupplicationes, & ſententias tormentorum, & diffinitivas, quæ fiunt in perſona dominæ Regis, & Locumtenentis generalis.

8 Licet in formula ſupra tradita proviſio non contineat quod bona inventarientur, placuit tamen apponi in R. proviſione facto verbo facta 13. Maii 1659. referente Nobili Don Ioſepho de Rull tunc I.R.C. inſequêdo factam 7. Octobris 1628. referête Magnifico Paulo Guiamet I. R. C. & 12. Iunii 1621. referente Magnifico Iacobo Mir tertiæ aulæ Doctore pro dicto R. S. Guiamet abſente, verum eſt quod non conficitur poſtea inventarium.

Non prætermittam Senatus 30. Octobris 1611. concluſionem, qua fuit diffinitum ſupplicationem interpoſitam ab hac Regalia non procedere; quia adhuc non erat facta proviſio capturæ in illa cauſa, hoc intellecto quod per ſententiam in vim dictæ concluſionis ferendam non impediretur proceſſus inquiſitionis via ordinaria factæ inſtante F. P. R. C. contra N. & N. 9

TIT. XXVI. CONNEXITATIS CAVSÆ REGALIA.

1.

Supplicatio.

Excellentiſſime Domine.

IN Ciuitate Vici diebus elapſis de menſe Aprilis, fuit ſequuta quædam rixa inter N. & N. & alios ex vna, & N. parte ex altera, in qua rixa quidam filii perditionis fecerunt validam reſiſtentiam N. Aſſeſſori Ordinario Vicarii dictæ Ciuitatis, & ratione dictæ reſiſtentiæ factæ dicto N. fuit formatus proceſſus regalis. Et quia ad auditum Fiſci Procuratoris Regiæ Curiæ peruenit, quod occaſione dictæ rixæ de qua fuit formata regalia, poſtmodum inter eaſdem partes, & vos valitores, & fautores, ſunt ſequutæ plures aliæ rixæ, & ſignanter de menſe Aprilis proximè effluxi, fuit nocte, & hora capta vulneratus N. in capite de quo vulnere poſitus fuit in periculo, & diſcrimine vitæ. Quod delictum perpetratum fuit (vt ita perceptum eſt) cauſa

ſa, & ratione dictæ prioris rixæ. Et cum propterea cauſa ſit iam effecta conſiſtorialis ratione dicti proceſſus regaliæ, & inquiſitio illius cum dependentibus annexis, & connexis, pertineat, & ſpectet ad veſtram Excellentiam, & Regium Concilium, ſupplicat propterea Fiſci Procurator Regiæ Curiæ præſentem cauſam vulnerum illatorum dicto N. cum eius dependentibus ad ſe ſuumque Regium Concilium euocari, & illam committi Magnifico N. cui cauſa dictæ regaliæ fuit commiſſa, qui inquirat, & culpabiles capi faciat, & in omnibus iuſtitiæ complementum miniſtret. Quæ licet, &c.

Altiſſimus, &c.
N. Fiſci Aduocatus.

Decretatio.

Magnificus N. recognoſcat ſupplicata, & verbum faciat.

Prouiſa per Mag. Reg. Cancell. die 27. Maii 1603.
N. Scriba mandati.

Proviſio.

Recepta die 29. Aprilis 1603. facto verbo in Regio Concilio, prouidet, quod aliquis ex Regijs Alguzirijs accedat ad Ciuitatē Vici, & ad omnia loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſsilionis, & Ceritaniæ, qui inquirat, inquiſita fortifi.et, & quos culpabiles inuenerit capiat, & alia neceſſaria, & opportuna faciat, & pro his fiant, & expediantur litteræ, commiſsiones, & prouiſiones opportunæ.

1 *Cauſæ ob connexitatem ad Regium criminale Concilium euocatur, ne illarum continentia diuidatur.*
2 *Praxis huius regaliæ exprimitur.*

ANIMADVERSIONES.

AD Regium criminale Concilium evocantur paſſim negotia, & cauſæ propter connexitatem, ne illarum continentia dividatur cum cognitio cauſarum incidentium à negotiis, & delictis de quibus iam in Regia Curia exiſtunt inhocati, & efformari proceſſus tamquam dependentium ex eis ſeparari nequeat iuxta expoſita *deciſ.* 8., quare ad praxim dictæ regaliæ accedentes, concipienda eſt ſupplicatio ſub forma ſuperiùs tranſcripta, & ſi recognitis ſupplicatis, & facto verbo in Regio Cōcilio videbitur cauſam debere evocari fit facto verbō trāſcripta proviſio, procediturque in dicta regalia pro ut in proceſſibus cæterarum, videndus Caldero *dec.* 1. *num.* 10. Peguet. *in prax. crimin. cap.* 18. *pag.* 447. quibus adde enucleata *deciſ.* 1. *à num.* 91. *volum.* 1.

§§§

TIT.

TIT. XXVII. CRIMEN LÆSÆ MAIESTATIS IN PRIMO capite, & eius proceſſus.

1.

ſupplicatio.

Excellentiſſime Domine.

EXISTENTIBVS *in profundo malorũ N. & N. huius Patriæ, & Principatus originariis electi à pace, & treuga, inimiciſque ſacræ, & Regiæ Maieſtatis, delatis de pluribus homicidiis, & reſiſtentiis, & aliis enormiſſimis criminibus, & delictis per eos commiſſis, & perpetratis, propter quæ, & alias fuerunt, & ſunt proceſſati proceſſibus regalie factis in vim vaſaticorum Barcinonæ, & aliàs, addendo mala malis, non dubitarunt his proximè lapſis diebus, vnà cum coadunatione & ſocietate aliorum prauorum, & inimicorum delatorum capere habitatores præſentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſſilionis & Ceritaniæ, vaſſalloſque S.R. Maieſtatis, & ſignanter Nobilem N. Procuratorem Generalem Viceconitatuum Caprariæ, & de Baſſo, illum ſeu illos ſecum captum, & captos per vim deferendo, & tranſportando ad partes, & terras Regis N. hoſtis, & inimici præfatæ S.R. Maieſtatis, ipſoſque in manibus dictorum inimicorum ponendo, & cum dicto Rege N. & ſeu gentibus inimicis præfatæ S.R. Maieſtatis, & noſtris confœderando, & cum eiſdem paciſcendo, dictum Principatum Cathaloniæ, & Comitatus Roſſilionis, & Ceritaniæ, cum vaſſallis dicti Regis N. & aliis inuadere, & deuaſtare, prout cum dictis inimicis ingreſſus fuit dictum Principatum, & Comitatus ſimilia faciendo & perpetrando ſecreta huius Patriæ Principatus, & Comitatuum reuelando, crimen læſæ Maieſtatis in primo capite, & alia crimina & delicta committendo, & perpetrando. Idcircò, & aliàs, Fiſci Procurator Regiæ Curiæ prædicta omnia, & ſingula Excellentiæ veſtræ humiliter exponendo, ſupplicat de prædictis omnibus, & ſingulis inquiri, & contra prædictos, & quemlibet ex ipſis, & quoſcumque alios, qui eiſdem & cuilibet ex ipſis conſilium, auxilium fauorem, & iuuamen dederunt & dabunt, & in prædictis conſenſerunt, & conſentient, & eos qui ſciuerint ipſos fuiſſe, & eſſe nunc vel in futurum in aliqua parte, ſeu partibus dictorum Principatus, & Comitatuum, & non denuntiauerint incontinenti veſtræ Excellentiæ, & Regiæ Curiæ, tamquam rebelles, & delatos de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite procedi, & enantari, perſonas & bona capiendo, & puniendo, & Regiis arariis dicta bona confiſcando, & ripidè procedendo, prout in crimine læſæ Maieſtatis in primo capite ſolitum eſt fieri, & puniri debent: Ac etiam ſuppicat, quod pro his expediantur, & fiant litteræ opportunæ, & neceſſariæ iuxta ſtylum Regiæ Cu-

Curiæ Et licet de prædictis notorié, & manifestè constet, ad vberiorem cautelã, & si, & quatenus opus sit exhibet, & producit Regium edictum propter bellum, præconitzaciones, processus, & alia acta, prout designabuntur, Iuribus Fisci semper saluis. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocatus.

Prædictę supplicationi fit decretatio sequens.

Mag N. Iudex R Curiæ recognoscat supplicata, & super ipsis debitè prouideat.
Prouisa per Excell. Dñm. Locumt. Generalem die 29. Aprilis 1603.
N. Scriba mandati.

Tunc Iudex curabit recipere informationem de contentis in supplicatione per viam inquisitionis, & constito de supplicatis, procedere ad faciendam provisionem sequentem.

Provisio Iudicis.

Recepta die 18. Maii 1603 facto verbo in Regio Concilio, prouidet, quod N. & N. citentur vt compareant personaliter intra decem dies coram sua Excellentia, & Regia Curia ad dandum rationes de crimine læsæ Maiestatis in primo capite, de quo impetuntur per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ, cum comminatione, quod aliàs elapso termino procedetur contra eos, & quemlibet ipsorum, & eorum bona, prout in similibus solitum est fieri, & si opus fuerit citentur per edictum, seu præconium, & pro his fiant, & expediantur litteræ, præconitzationes, & prouisiones solitæ, & opportunæ, & inserantur, seu consuantur exhibita.

N. Iudex Reg. Curiæ.

Postea in vim supradictę provisionis sunt expediendæ litteræ citatorię, & debent fieri in forma sequenti.

2.

Litteræ.

Philippus diuina fauente clementia Rex, &c.

DON Ioannes Terès miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Conciliarius, Locumtenens, & Capitaneus Generalis pro sacra, Catholica, & Regia Maiestate in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rosilionis, & Ceritaniæ, N humilis supplicatione pro parte Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ coram nobis, & in Regio Concilio oblata percepimus, quod te existente in profundo malorum, & N. vulgò dicto lo Bastart Cabruia huius Patriæ Cathaloniæ originariis, eiectis à pace, & treuga, inimicisque dictæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis delatis de pluribus homicidiis, & resistentiis Officialibus Regiis factis incendiis, sacrilegiis latrociniis, & aliis enormissimis perpetratis, atque & aliis processatis processibus regalia factis in vim vsaticorum Barcinonæ, & aliàs nouissimè

pro-

proceſſatis de reſiſtentia, & nece temerario auſu perpetratis in perſonam de N. addendo mala malis de diuerſis capturis his proximè diebus lapſis, vnà cum coadunatione, & ſocietate aliorum deprauatorum inimicorum dictæ Regiæ Maieſtatis factis de nonnullis habitatoribus dicti Principatus Cathaloniæ vaſallis eiuſdem Regiæ Maieſtatis, & ſignanter de captura facta de dicto N. & de tranſportatione eorum per eum ad partes, & terras de N. hoſtis, & inimici præfatæ Regiæ Maieſtatis, ponendo in manu, & poſſe dictorum inimicorum, confœderando, & paciſcendo cum eiſdem, bona Cathalanorum inuadendo, & deuaſtando, ingreſſus cum dictis inimicis in eoſdem Principatum, & Comitatus faciendo, & ſecreta huius Patriæ dictis inimicis reuelando, crimen læſæ Maieſtatis in primo capite, & alia enormiſſima crimina, & delicta committendo, & perpetrando, & propterea ſupplicat nobis humiliter, vt ſuper prædictis omnibus, & ſingulis inquirire, & contrate, & alios prædictos, & quemlibet ex ipſis, & quoſcumque alios tibi, & eiuſdem, & cuilibet cum ipſis conſilium, auxilium, fauorem, & iuuamen dantes, & etiam contra illos qui tibi, & eiſdem dederunt, & in prædictis conſenſerunt, procedere, & enantare, perſonas, & bona capiendo, & puniendo, eorumque bona Regiis grariis confiſcãdo, & contra eos qui ſciuerint te, & ipſos fuiſſe, & eſſe nunc, vel in futurum in aliqua, ſeu in aliquibus partibus dictorum Principatus, & Comitatuum, & nobis, Regiæque Curiæ in continenti non denunciauerint, tum quia rebelles, & delatos de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite, & rebellionis, prout in crimine læſæ Maieſtatis ſolitum eſt fieri, & puniri debeant, etiam procedere, & enantare, & aliàs ſibi de congruo iuris, & iuſtitiæ remedio prouidere dignaremur, prout hæc, & alia in dicta ſupplicatione, ad quam habetur relatio latius continetur. Vndè attenta prædicta ſupplicatione, & humiliter ſupplicatis in eadem, eiſque tamquam iuſtis, & rationi conſonis benigniter annuentes, præcedente legitima informatione per dilectum conciliarium Regium N. vtriuſque iuris Doctorem Iudicem Regiæ Curiæ ſuper prædictis recepta, cui huiuſmodi negotium à nobis eſt commiſſum, factoque per eum verbo in dicto Regio Concilio, harum ſerie, de certa ſcientia, deliberatè, & conſultò, te citamus, tibique dicimus, & mandamus, vt compareas perſonaliter intra decem dies poſt noſtram huiuſmodi tibi, vel contra te faciendam citationem in dicta Villa Riuipulli, in domo vndè originem trahis, vel in aliis locis opportunis in anteà continuè numerandos, coram nobis, & in Regia Curia, ad dandum rationes de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite, de quo impetitus es per dictum Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ, & aliàs proſequuturus huiuſmodi, & omnes, & ſingulos illius actus vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, alioquin lapſo dicto termino, quem tibi præciſè, & peremptoriè aſſignamus, niſi compareritis, vt præfertur, procedemus, & procedi mandabimus in prædictis contra te, & bona tua vt iuris fuerit, & rationis, & prout in ſimili-

bus ſolitum eſt fieri, tua abſentia in aliquo non obſtante, verum contumacia exigente. Datum Barcinonæ die 22. Maii 1603.

Lo Archebisbe.

Vt. N. Regens *Vt. N. Fiſci Adu.*

Vt. N. Reg. Theſaur. *Vt. N. Iudex R. Curia.*

Sub ſimili forma expediri debent litteræ citatoriæ uniuſcuiuſque ex delatis, quæ intimantur, aut perſonaliter, aut in loco habitationis illorū, aut in loco originis.

3.

Citatio per edictum.

Poteſt etiam fieri ſupradicta citatio per edictum, ſeu præconium, & caſu quo ita fiat eſt facienda ſub forma ſequenti.

ARa Ojats tothom generalment, queus notifican, y fan à ſaber de part del Excellentiſſim Senyor Don Ioan Terès per la gracia de Deu, y de la ſanta Sede Apoſtolica Archebisbe de Tarragona, &c. Que à humil ſuplicaciò per part del P. F. de la R. C. deuant ſa Excelencia, y Real Conſell preſentada, à efecte que eſſent Pere N. de la Vila de Ripoll, y N. dit lo Baſtart Cabruja en lo profundo dels mals, que eſſer poden, y eſſent girats, &c. inſeratur narrativa ſuperioris citationis. *De hont atteſa la dita ſuplicaciò, y las coſas en aquella ſuplicadas, ab ſerie y veu de la preſēt publica crida, de certa ſciēcia, y deliberadament, y conſulta, cita, y per citat hauer vol à tots los dits deſus nomenats delats, y enemichs de ſa Mageſtat, y en aquells diu, y mana, y à quiſcu de aquells, que comparegan perſonalment dins deu dias apres de la publicaciò de la preſent crida en auant compradors, y continuament venidors deuant de ſa Excelencia, y R. Cort, pera dar rahò de dit crim de leſa Mageſtat; del qual per dit Procurador Fiſcal ſon impetits, y altrament pera proſeguir la preſent cauſa, y tots, y ſengles actes de aquella fins à ſentencia diſinitiua incluſiuament. Altrament paſſat lo dit termini lo qual à ells preciſament, y peremptoriament aſsignam, ſino comparexen com es dit, procehirà, y procehir manarà en las preditas coſas contra ells, y bens llurs, conforme ſerà trobat fahedor de dret, y rahò demanarà, y conforme en ſemblants actes es acoſtumat de fer, llur abſencia en res no obſtant, emperò contumacia exhigint. E perque no pugan alguna ignorancia allegar, mana ſa Excelencia la preſent publica crida eſſer feta, y publicada per los llochs acoſtumats de la preſent Ciutat de Barcelona, y altres Ciutats, Vilas, y Llochs acoſtumats del preſent Princ. y Cōtats: y guart ſi, qui guardar ſiha, &c.*

Lo Archebiſbe de Tarragona.

Vt. N. Regens. *Vt. N. Fiſci Aduocatus.*

Vt. N. Regens Theſaur. *Vt. N. Iudex R. Curia.*

Hu-

Huiusmodi præconio sigillato sigillo parvo Regio, & registrato, & publicato per loca solita Barcinonę, cum sono quatuor tubicinarum, atque elapso termino in eo præfixo, debet Fisci Procurator procedere ad accusationem contumaciæ, quod facit in forma sequenti.

4.

Accusatio contumatiæ.

Excellentissime Domine.

Fisci Procurator Regia Curiæ accusat contumatiam aduersus, & contra Petrum N. & N dictum lo Bastart Baòrn, a legitimè citatos, & non comparentes supplicans illa admissa iustitiam fieri, & ministrari, contra ipsos procedi, & enantari; ita & prout per Fisci Procuratorem fuit supplicatum. Et exhibet, & producit litteras citatorias, & illarum præsentationem prout ecce. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocatus.

Decretatio.

Remittatur Relatori causę qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Excell. Dñm. Locumt. Gener die 24. Maii 1603.
N. scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta die 24 Maii 1603. admissa contumacia si, & in quantum, inferantur, seu consuantur producta, & portetur processus, & intimetur.

N. Iudex.

Et intimatione in valvis Regiæ Curiæ facta, interim, & in quantum fieri possit, fortificetur inquisitio.

Posteà Fisci Procurator debet petere ad sententiam assignari, sub forma sequenti.

5.

Excellentissime Domine.

AD sententiam, seu declarationem faciendam assignari, contra Petrum N. & N. dictum lo Bastart Cabruja, legitimè citatos, & contumaces, quā contumaciam iterum accusat Fisci Procurator, supplicans illa admissa, dictam sententiam ferri, & exequi, & procedi contra predictos, & quemlibet ex ipsis, & bona illorum, vt aliàs fuit supplicatum, iuribus Fisci semper saluis, &c. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocat.

Decretatio.

Remittatur Relatori cauſæ, qui in perſonam noſtram ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per Excel. Dñm. Locumt. Generalem, die, &c.

N. ſcriba mandati.

Proviſio Iudicis.

Recepta die 29. Maii 1603. admiſſa contumacia, ſi & in quantum, aſſignat ad ſententiam ad diem craſtinam, & intimetur.

N. Iudex.

Et fiet intimatio in valvis Regiæ Curiæ.

6.

Sequitur nunc ſententia in forma ſequenti proferenda.

NOs Don Ioannes Teres, &c. Viſis ſupplicationibus Fiſci P. R. C. oblatis contra Petrum N. & N. dictum lo Baſtart Cabruja, originatios Principatus Cathaloniæ legitimé citatos, contra quos contumacia fuit accuſata, & non comparuerunt in termino, nec poſt, delatos de pluribus homicidiis, & reſiſtentiis Regiis Officialibus factis, & nouiſſimè de reſiſtentia facta Michaeli N. Regio Alguzirio, & de captura Nobilis N. & illius trāſportatione ad Regnum Franciæ, & ad hoſtes dictæ Regiæ Maieſtatis, opera rebellionis & infidelitatis faciendo, crimen læſæ Maieſtatis in primo capite, & aliàs committendo. Viſo proceſſu, & teſtibus ſuper his receptis, & litteris citatoriis, & relationibus de eiſdem factis, & contumaciis accuſatis. Viſis omnibus actitatis, & denique toto proceſſu, & eius meritis conſideratis. Viſis aliis videndis, & attentis attendendis, Sacroſanctis Euangeliis coram nobis poſitis, & illis reuerenter inſpectis, vt de vultu Dei noſtrum procedat iudicium, & oculi mentis noſtræ cernere valeant quod æquum, & iuſtum eſt. Viſa aſſignatione ad ſententiam ad quam proferendam iterum, & ad cautelam cum præſenti aſſignamus, inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, pronuntiamus, ſententiamus, & declaramus in hunc qui ſequitur modum.

Attento quod per merita proceſſus, & aliàs conſtat dictos Petrum N. & N. dictum lo Baſtart Cabruja fuiſſe legitimè citatos, & eorum contumaciā accuſatam, & non comparuiſſe, & ſic, & aliàs legitimè conſtat de intentione Fiſci Procuratoris; Ideó & aliàs pronuntiamus, ſententiamus, & declaramus, omnes, & ſingulos prædictos eſſe rebelles, & infideles Regiæ Maieſtatis, & totius Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſſilionis, & Ceritaniæ, & conſequenter crimen rebellionis, infidelitatis, & læſæ Maieſtatis in primo capite cōmiſiſſe, & eorum bona eſſe confiſcata, & erariis Regiæ Curiæ applicanda, prout cum præſenti applicamus. Inſuper declaramus eſſe procedendum contra quoſcumque fautores, receptatores, Conſultores, & auxiliatores prædictorum

rebel-

rebellium, & illorum bona, & quod pro his fiant, & expediantur prouisiones, commissiones, praconia, & alia opportuna.

Vt. N. Regens. *Vt. N. Fisci Aduoc.*
Vt. N. Iudex.

1 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite pluribus potest committi modis remissiuè.*

2 *Læsæ Maiestatis crimen committitur contra Regem, & Principes, & Ciuitates superiorem non recognoscentes.*

3 *Confiscatio bonorum in crimine læsæ Maiestatis tam de iure communi, quam municipali incurritur statim, quod tale factnus committitur, non sortitur tamen effectum, nisi sequuta iudicis sententia.*

4 *In crimine læsæ Maiestatis quomodo efformetur processus, & quid obseruandum facta, & publicata sententia, qua rebelles, & infideles Regiæ Maiestatis declarantur rei.*

5 *Septem casus criminis læsæ Maiestatis in primo capite hic enumerati quomodo intelligẽdi perpensis circunstantiis, & doli gradibus ne indistinctè scelera ad hoc genus flagitii referantur, & num. 6.*

7 *Vbi mortis pœna ex causa temperatur confiscatio non imponitur.*

8 *Ex proclamatibus constito de eorũ publicatione scientia contentorum in illis præsumitur.*

ANIMADVERSIONES.

1 OMisso crimen lęsæ Maiestatis in primo capite pluribus committi posse modis à DD. relatis, & adductis nonnullis pręcipuè à Peguer. *cap. 19. à num. 1.* & à nobis *decis. 21. 22. 23. 24. 38.* & 39 & quod tale crimen committitur cõtra R. Principes & Ciuitates superiorem non recognoscentes. 2

Ob immanitatem tanti facinoris nedum de iure communi, verum, & municipali delinquentiũ bona confiscantur, statim enim quod tale flagitium hortisonumque scelus commissum est amittunt sontes ipso iure dominium, & administrationem bonorũ suorum, licet confiscatio effectum nõ sortiatur nisi sequuta iudicis sententia, qua in tale crimen incurrisse declaratur. 3

Processus igitur efformandus est ut te edocebunt adductæ formulæ, facta autem, & lata sententia, qua rebelles, & infideles Regiæ Maiestatis declarantur rei, aliud expeditur præconium, quo publicantur, ne ab aliquibus auxiliẽtur, neve eos in suis domibus, terminis, locis, aut castris ulli recipiant sub pręcepto quod ubicunque sciverint eos degere, ac latere, persequi, & capere debeãt uti publicos hostes, qua publicatione facta neminẽ in receptatione illorum iuvare ignorantia valet. 4

Sep-

5 Septem casus criminis læsę maiestatis in primo capite enumerat præcitatus Peguera, primum quãdo subditus facit tractatum contra personam domini, vel contra statum Principis, vel Reipublicę, secundò si quis venit armatus in bellum contra suum Principem. Tertiò quoties cũ hostibus domini Regis pacem, & amicitiam vassallus contraxerit. Quartò de eo qui intraverit tamquam hostis occupare castra, vel Civitates sui domini. Quintò quotiescumque castra Regis tamquam hostis invaserit. Sextò si custos castri, vel arcis illud tradidit hostibus. Septimò si revelentur secreta Principis.

6 In eis tamen maturè est incedendum: nam circunstantiæ iungi valent quæ arcis defensorem à proditione excusent, ut enervavi *decis.* 48. effusè, & in crimine læsæ Maiestatis gradus doli secernendos esse *decis.* 36. discutitur, quibus præcognitis qualis malignitas in revelãte secreta Principis competiatur deprehendes, & non indistinctè crimen læsæ Maiestatis quodcumque scelus constitues, sed omnibus qualitatibus pensatis.

Memora accuratè relata *decis.* 38. *num.* 77. circa pertinentia ad primum caput, necnon etiam cõfiscationis pœnam neutiquam irrogari ubi mortis supplicium ex causa non imponitur, ad firmata *decis.* 2. *num.* 18. & clariùs *decis.* 22. *num.* 129. 7

Ex proclamatibus publicè emanatis scientiam contentorum in illis præsumi probant Vivius *cõm. opin.* 695. Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1231. *per tot.* R. Matthæu *de re crimin. controv.* 76. *à n.* 86 quare meritò *num.* 4. post præconii publicationem ignorantiam non sufragari hosce reos receptantes stabilivi, pleraque decisiones Senatus in locis supra allegatis dedi, aliasque persimiles consultò prætereo. 8

TIT. XXVIII. SEQVESTRVM BONORVM PERSONARVM degentium sub ditione Regis inimici.

1.

Supplicatio.

Excelentissim Senyor.

A Noticia del Procurador Fiscal de la Regia Cort ha novament pervingut, que lo Abat de Caxà, lo Prior de Eyna, N. Prevere, y Abat de Valldona, Dona Teresa N. Dona Elucia N. Sebastià N. Abdon N. Gironym N. y altres que habitan en lo Comtat de Rossellò, subjecte vuy, y ocupat per lo enemich Francès, entre altras rendas, y emoluments que tenen, ne possehexen en lo present Principat de Cathalunya, y Comtat de Cerdanya algunas. E com, Excelentissim Senyor, no sia just que los sobredits ha-

habitant, com habitan, en terras ocupadas per lo Enemich gozen dels fruyts, y emoluments de dites rendas. y que aquellas vadant ad inimicos. Perço, y altramèt lo dit Procurador Fiscal oferint donar informaciò del sobredit à V. E. suplica, que mane posar segrest en totas las rendas, jurisdiccions civils y criminals, mer, y mixt imperi, drets, y emoluments que los sobredits tenen, y possehexen en dit Principat, y Comptat de Cerdanya, nè bona vadant ad inimicos: y perçò la present causa de sa naturaleza Consistorial sia euocada à V. E. y R. Consell. y comesa à algun Noble, ò Magnifich Iutge de la Regia Cort, qui de provisions oportunas degudament prouhisca, y justicia ministre, los drets del Fisch sempre salvos, lo ofici, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Evocata causa prætextu quo supplicatur, committatur Magnifico, & Nobili N. qui super supplicatis, & aliis debitè provideat.

Provisa per Nob. Reg. Cancell. 9 Februar. 1684. Barcin.

N.

Recepta d. d. & anno, ministratis testibus paratus est illos recipere.

N.

2.

Pro sequestro bonorum personatorum degentium in terris ditionis inimicorum testis depositio.

Die vndecima mensis Februarii anno à Nativitate Dñi millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto, Barcin.

Per Nobilem N. V. I. D. Iudicem R. Gutiæ.

IOannes Petrus N. Notarius Regius Oriundus oppidi Perpiniani, ad præsens in Ciuitate Barcinonæ commorans cognitus à me Notario infrascripto, ætatis suæ, pro vt dixit, triginta nouem annorum parum plus, vel minus, testis citatis, &c qui iurauit, & c. & promisit dicere veritatem, &c.

Et interrogatus super Curia præcentis, & signanter super supplicatione per P. F R C die nona Februarii millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto oblata, eidem testi lecta. & per ipsum, vt dixit, benè intellecta.

Et dixit: Senyor, lo que jo sè, y puch dir asserca lo que vm. me interroga, y en particular sobre la suplicació que ara de present sem es estada llegida, es que jo conech molt be à tots los anomenats, y cognomenats en dita suplicació, los quals he vist sempre habitar en la Vila de Perpinyà, y que aquella es ocupada per lo enemich Francès, y he obit à dir que tots los alt anomenats tenen algunas rendas, y emoluments en lo present Principat de Cathalunya, y Comtat de Cerdanya, en terra de la obediencia del Rey N. S. (que Deu guarde) y en particular

Dona

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Dona Teresa de N. en lo Empurdà en la Vila de Sant Pere Pescador, y altras parts, y ho dich saber, per ser natural de dita Vila de Perpinyà, hauerli habitat sempre fins lo any mil siscents vuytanta tres en lo mes de Ianer, que comencí à ser ma abitació en la present Ciutat, y hauerho obit à dir publicament, que encara fan llur habitació en la dita Vila de Perpinyà, y terras de la obediencia del enemich Francés; y lo que tinch dit es la veritat, per lo iurament tinch prestat.

Ioan Pere N. Notari.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit presente dicto Nobili Relatore N.

Additur deindè alius testis consimiliter deponens, ut debite prouideri valeat.

2.

Sequestri prouisio.

Die 21. Februarii 1684. Visa supplicatione oblata per F. P. R. C. die nona currentis mensis, & anni, qua causis, & rationibus in ea expressis supplicauit, sub sequestro poni bona mobilia, & immobilia, emolumenta, reddituus, & iura, quæ in presenti Principatu, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ possidentur per Venerabilem Abbatem de Vallbona, Nobilem Theresiam N. Nobilem Ludouicam N. Sebastianum N. Abdonem N. Hieronymum N. & alios habitatores in Comitatu Rossilionis, & alus locis quæ hodie occupant inimici Francigenę, vt hæc, & alia in dicta supplicatione continentur, ad quam habetur relatio. Viso presenti processu & aliis videndis visis, meritis processus attentis, & aliàs facto verbo in R. C. prouidet, quod ne prædicta bona vadãt ad inimicos, & euitentur damna, & alia præiudicia in dicta supplicatione narrata pro nunc, & donech aliter sit prouisum, dicta bona mobilia, & immobilia, emolumenta, reddituus, & iura, quæ in dictis Principatu, & Comitatibus per prædictos Abbatem de Cuxà, Priorem de Eyna, N. Presbyterum, & Abbatem de Vallbona, Nobilem N. Nobilem Ludouicam N. Sebastianum N. Abdonem N. & Hyeronimum N. & alios habitatores in dicto Comitatu Rossilionis, & alus locis supradictis possidentur, ponantur sub Regio sequestro, & fructuum collectio, & aliorum bonorum administratio, commendentur Nobili ac dilecto Regio Conciliario Don Petro de Montaner Regenti Regiam Thezaurariam in his Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, & pro his fiant, & expediantur littera, & alia prouisiones opportunæ iuxta Regiæ Curiæ stylum.

N. Iudex.

Ita prouisum sub die supra intexto Actuario Badia.

Con-

1 Constitut. 5. & 6. Tit. de sequest. y emparas in primo volum. Constitut. *contextus, & nu. 2. vbi quando obseruanda essent huiusmodi Constitutiones.*

3 *De sequestris hic indagatis, ac Abbatiarum, & beneficiorum Regii patronatus vbi de ratione Principis inimici opulentiam omni conatu esse debilitandam.*

ANIMADVERSIONES.

1 IN casibus in quibus indicto bello contra Francigenas sequestrantur bona, redditus, ac emolumenta degentium in terris inimicorum, ne ad istos illa vadant, hæc iuxta iura patriæ in *constitution. 5. & 6. tit. de sequestr. y emparas*, obseruãda sunt, scilicet quod sequestratis emolumentis, & redditibus beneficiorum, seu Abbatiarum degentium in Francia commendetur sequestrum illorum Abbatibus, seu Ecclesiasticis personis obtinẽtibus beneficia, seu Abbatias in Cathalonia, redditus autem, & emolumenta in Francia, prẽstita tamen per eos idonea fideiussoria cautione personarum laicalium, & de iurisdictione domini nostri Regis in manu, & posse Locumtenentis Gener. de restituendis fructibus, quorum restitutio locum non habebit donec de quantitatibus per Francigenas debitis fuerint satisfacti.

2 Similiter cùm in oppidis, Villis, seu locis emolumenta, aut redditus quos Francigenæ in præsenti Principatu possidẽt uti obtinentes Abbatias, seu alia ecclesiastica beneficia, aut aliter tamquã laicæ, & priuatæ personæ emptionibus, successionibus, aut aliàs acquisita, & possessa sequestranda sunt, debent sequestra commẽdari primò creditoribus habẽtibus specialem, seu generalem hypothecam super dictis bonis, pluribus autem creditoribus concurrentibus priores in dicto sequestro præferuntur, præstita tamen ab eis idonea caurione de benè, & legaliter administrando, de restituendis fructibus, qui superuerunt, solutis priùs creditis eis debitis, expensisque factis in dicto sequestro. Hucusq; narrata in praxi nõ vidi seruari, forsan quia nõ concurrebant circunstantiæ per Constitutiones expostulatæ, sed si eæ iungerentur infringi nequirent accedente petitione interesse habentium.

3 De sequestro fructuum, & redituum beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium Regii patronatus per dominum Regem apponendo, sequestrisque nominatione ipsi spectante R. Cortiada plenè *decis. 255. tom. 5.* sed punctim de sequestro bonorum, & redituum, sive secularium, sive ecclesiasticorum commorantiũ in dominiis Regis inimici cerne per me exarata *decis. 42. num. 28. hoc volum.* & ad reborandam rationẽ

fundamentalem huiusmodi sequestri *ne bona vadant, ad inimicos* adaptatur tradita ibidem, *à num.* 25. nempe expedire vites Principis inimici debilitari in pecuniis, fructibus, aliisve rebus quibus opulentior effici posset, & probatur Senatus decisione ibi expensa.

TIT. XXIX. FAVTORIÆ FACINOROSORVM PROCESSVS.

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

IOAN N. del Bisbat N. es publicat per enemich de la Sacra, Catholica, y Real Magestat, y gitat de pau, y treua per los enormes delictes per ell perpetrats, segons consta ab la crida, y publicació ab deliberació del Real Consell, de la qual se fa fè, ut ecce. E com sia peruingut à noticia del Procura-Fiscal de la Rigia Cort, que dit Ioan N. es receptat, y afauorit per molts Barons, y Gentils homens, y altra gent, à causa de la qual fauor, y ajuda, dit N. ha perpetrats, y quiscun dia no cessa de perpetrar molts detestables crims, è delictes. Per tant, & aliàs dit Procurador Fiscal humilment suplica, euocada la present causa, à cautela, si y en quant menester sia, à V. E. y Concell Real prouehir en manar, que sia procehit contra los fautors, ajudadors, è complices de aquell, si y en quant per Constitucions de Cathalunya, & aliàs de dret, y iusticia se deu, is pot procehir, y que sobre assò sian fetas las prouisions, y altres monicions necessarias, lo Real Ofici de vostra Excelencia implorant. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Dictæ supplicationi, seu in eius calce est facienda per Regentem Cancellariam decretatio sequens.

Euocata causa prætextu quo supplicatur, committatur Magnifico N. Iudici Regiæ Curiæ, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa, &c. die &c.

N. Scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta dictis die, & anno, insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, fiant litteræ monitoriæ in forma solita, & etiam vbi opus sit, præconizaciones solitæ, & opportunæ.

In vim huius ptouisionis monentur fautores, quod à fautoria, & receptatione desistant, duobus modis. Primò per præconium. Secundò,

per

per patẽtes litteras. Et per preçoniũ fit dicta monitio in forma ſequẽti.

2.

Præconium.

ARa ojats tothom generalment, queus notifican, y fan à ſaber de part del Excellentiſſim Senyor Don Ioan Terès per la gracia de Deu, y de la Santa Sede Apoſtolica Archebisbe de Tarragona, &c. Que com ſa Excelencia tinguès deſitg de prouehir quant en ell es, que los poblats en los dits Principat, y Comtats ſian preſeruats de tots mals, infortunis, y inconuenients, à fi que pacificament pugan viurer, y habitar en llurs caſas, y heretats, y que los delinquents criminoſos, y de mala vida ſian extirpats, foragitats, ó altrament caſtigats, ó punits ſegons llurs demerits. E com en dias paſſats ſian eſtats publicats per gitats de pau, y treua, y per enemichs de la prefata Real Mageſtat Ioan N. del Bisbat de Comenge, y N. y N. per las cauſas, y rahons, en los proceſſos ſobre aſsò actitats contengudes, manant ab la dita publicació, que ningù los ſoſtingués, ni donàs conſell, ni ajuda, amagadament, ni manifeſta. E ſi lo contrari era fet, ſeria enantat contra ells, y bens llurs, y cada hu dels contrafahents, com à fautors, complices, ajudadors dels demunt gitats, y ſeparats de pau, y treua, virilment, y poderoſa, ſegons forma, ſerie, y tenor de las Conſtitucions de Cathalunya, y per las penas en aquellas apoſades, ſegons per iuſticia ſe trobarà eſſer fahedor, com mes llargament en las ditas publicacions ſe contè. E ſia ſa Excelencia eſtat ſuplicat per lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort, que contra los fautors, ajudadors, conſelladors, y ſoſtentadors dels demunt dits gitats, y ſeparats de pau, y treua, manàs prouehir ſegons en ditas Conſtitucions de Cathalunya es diſpoſat, y altrament ſegons es de iuſticia. Per tant ſa Excelencia, precehint deslliberació, y concluſió del ſacre, y Real Conſell ſobre aſsó feta, ſuplicant, y inſtant lo dit Procurador Fiſcal de la Regia Cort, ab veu de la preſent publica crida, dia, notifica, mana, y amoneſta à tothom generalment de qualſeuol eſtat, grau, ò condicio ſia, que dins ſis dias primers vinents, apres de la publicació de la preſent publica crida continuament comtadors, y ſeguidors, deſiſtan, y no curen de afauorir, aconſellar, ajudar, y ſoſtenir en llurs caſas, y habitacions, è iuriſdiccions los demunt dits anomenats, gitats, é ſeparats de pau, y treua, ni algù de aquells, ni permetan que per Oficials, ò ſubdits, ni gent à ells ſotſmeſa, ni per la familia llur ſian afauorits, aconſellats, ajudats, ſoſtenguts en manera alguna: altrament ſa Excelencia manarà procehir contra los contrafahents, y caſcù dells, y bens llurs, ſegons que per Conſtitucions de Cathalunya de pau, y treua, ò altrament trobarà eſſer fahedor. E perque de ditas coſas algù no puga ignorancia allegar, mana ſa Excelencia eſſer feta, y publicada la preſent publica crida, perque

ſia à tots manifeſt, y guart ſi, qui guardarſi ha.

Lo Archabisbe.

Vt. N. Regens. *Vt. N. Fiſci Aduoc.*
Vt. N. Reg. Thezaur. *V. N. Iudex.*

Sequitur nunc monitio, quę per litteras patentes fieri debet, & forma litterarum eſt quę ſequitur.

3.

Litteræ.

Don Felip per la Diuina Gracia Rey, &c. Comte de Barcelona, &c.

DOn Ioan Terès, &c. *al amat de la preſata Real Mageſtat Don Ioan N. ſenyor ques diu de Bufarull, ſalut, y dilecciò. En dias paſſats ſon eſtats publicats per gitats, y ſeparats de pau, y treua, y enemichs de ſa Mageſtat, en Ioan N. y N. per las cauſas, y rahons en los proceſſos ſobre aſsò actitats contengudas, manant ab la dita publicaciò, qui ningù los ſoſtinguès, ni los donàs conſell, fauor, y ajuda, amagadament, ni manifeſta, è ſi lo contrari era fet, ſeria enantat contra ells, y bens llurs, y cada hu dels contrafahents, com à fautors, complices, ajudadors, aconſelladors, ſoſtenidors dels demunt dits gitats, y ſeparats de pau, y treua, virilment, y poderoſa, ſegons forma, ſerie, y tenor de las Conſtitucions de Cathalunya, y per las penas en aquellas apoſades, ſegons per iuſticia, ſe trobarà fahedor, com mes llargament en las ditas publicacions ſe contè. E ſiam eſtats ſuplicats per lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort, que contra los fautors, ajudadors, conſelladors, è ſuſtenidors dels demunt dits gitats, y ſeparats de pau, y treua, manaſſem procehir ſegons en ditas Conſtitucions de Cathalunya es diſpoſat, y altrament ſegons es de iuſticia. Per tant ab tenor de las preſents, deliberadament, y conſulta, de noſtra ſciencia precehint deliberaciò, y concluſiò del ſacre Real Conſell, en è ſobre aſsò feta, vos diem, manam y amoneſtam, que dins ſis dies primers vinents apres que la preſent vos ſerà preſentada, deſiſtau, y no cureu afauorir, aconſellar, ajudar, y ſoſtenir en voſtras caſas, habitacions, y juriſdiccions los demunt dits nomenats, y ſeparats de pau, y treua, ni algù de aquells, ni permetau que per voſtres Oficials, ò ſubdits, ò gent à voſal tres ſots meſa, ni per la familia voſtra, ni llur, ſian afauorits, aconſellats, ajudats, ò ſoſtinguts en manera alguna, altrament procehirem contra vos, y quiſcù dells, y bens voſtres, y llurs ſegons per Conſtitucions de Cathalunya de pau, y treua, y altrament trobarem eſſer fahedor. Dada en Barcelona à 17. de Abril. 1603.*

Vt. N. Regens. *Vt. N. Fiſci Aduoc.*
Vt. N. Reg. Theſaur. *Vt. N. Iudex.*

Prædictæ litteræ expediuntur omnibus militibus, & Baiulis, ac Iuratis de conſilio bene viſis. Et poſteà inſeruntur in proceſſu relationes præ-

ſen-

sentationum dictarum litterarum, ac etiam relationes publicationum dictorum præconiorum de locis in quibus fuerint publicata.

Posteà si ad notitiam Fisci Procuratoris pervenit, quód post præsentationem litterarum monitoriarum aliqui non dubitarunt date favorem consilium, auxilium, & iuvamen Ioanni N. electo à pace treugâ vel aliis, & velit contra tales procedere instabit contra illos in forma sequenti.

4.

Alia supplicatio.

Excellentissime Domine.

QVia peruenit ad notitiam Fisci Procuratoris, quod post præsentationem litterarum monitoriarum aliqui non dubitarunt dare fauorem, consilium, auxilium, & juuamen Ioanni N. electo, & separato à pace, & treuga, & publicato, idcircò Fisci Procurator Regiæ Curiæ supplicat mandari quod de prædictis inquiratur, & procedatur contra eosdim, tam per processum fautoriæ, quam aliàs, & ita, & prout Constitutiones Cathaloniæ, vsatici Barcinonæ, & alia iura patriæ, & communia disponunt, & in ommbus iustitiæ complementum fieri. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocatus.

Decretatio.

Remittatur Relatori causa, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisio Iudicis.

Recepta dictis die, & anno, ministratis testibus paratus est illos recipere. Et aliquis ex Regiis Algutziriis accedat per omnia loca Principatus Cathaloniæ, & de prædictis se informet, & expediantur litteræ, & commissiones solitæ, & opportunæ.

In vim supradictæ prouisionis expediuntur litteræ commissionis Regio Algutzirio in forma sequenti.

5.

Commissio.

Philippus Dei gratia, &c.

DOn Ioannes Terès, &c. Dilecto Regio Algutzirio N. damicello salutem, & dilectionem. Cum ex deliberatione Regij Concilij procedere intendamus contra nonnullos, qui parui pendēdo præconitzationes, & monitiones mandato nostro factas, & publicatas, non dubitarunt receptare, & sustinere in eorum terris, & domibus quosdam processatos processu regaliæ electos à pace, & treuga, & pro talibus publicatos ad supplicationem fisci Regij Procuratoris, & partium instantiam in dictis præconitzationibus, & monitionibus nomi-

natis

natis virtute conſtitutionis, com inſtigant,*cum modificatione aliarum conſtitutionum, incidendo in pœnas à iure,& Conſtitutionibus Cathaloniæ ſtatutas. Propterea confidentes de veſtra peritia, fide, & legalitate, huiuſmodi informationis receptionem vobis duximus committendam, veluti per præſentes committimus, dicentes,& mandantes vobis, quatenus vos perſonaliter conferàtis ad quæcumque loca ubi expediat ,& informationem prædictam quó ſecretiùs fieri poterit recipiatis contra omnes, & quaſcumque perſonas cuiuſuis ſtatus,aut conditionis exiſtant,tam eccleſiaſticas,quam ſæculares,quæ poſt publicationem, & præconitzationem mandato noſtro factas, receptarunt, & ſuſtinuerũt dictos ejectos à pace,& treuga,in dictis præconitzationibus,& monitionibus nominatos,in vilipendium dictarum Regiarum præconitzationum, quorum nomina ad partem vobis tradi iuſſimus, recipiendo , & examinando omnes, & quoſcumque teſtes, qui in prædictis aliquid ſcient, dictorumque teſtium atteſtationes per fidem Notarij in ſcriptis fideliter redigi faciendo. Cum verò dicti teſtes recepti fuerint, eorum dicta,& atteſtationes ad Nos, ſeu ad Magnificum , & dilectum conſiliarium Regium N. Regiam Theſaurariam Regentem,adducatis, vt eis viſis, quod iuſtum fuerit prouidere valeamus, committentes vobis in, & ſuper prædictis omnibus,& ſingulis, cum incidentibus, dependentibus,ſeu emergentibus ex eiſdem, voces, & vices Regias, atque noſtras plenariè per præſentes.Perquas, vniuerſis, & ſingulis Officialibus, tam Regijs,quam ad quos ſpectet,dicimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus ad pœnam florennorum auri Aragonum mille Regijs inferendorum erariis, quatenus in prædictis omnibus, & ſingulis, nullum vobis faciant obſtaculum,ſeu impedimentum, quin potius requiſiti vobis aſsiſtant , præſtentque auxilium, conſilium,& fauorem opportunos. Datum Barcinonæ 29. Aprilis* 1603.

Vt. N. Regens *Vt. N. Fiſci Adu.*
Vt. N. Reg. Theſaur. *Vt. N. Iudex R. Curiæ.*

Vide ſimiles litteras ſupra tit. 1. pag. 8.

Et ſi ex informatione recepta per Regium Commiſſarium, conſtiterit in individuo de aliquibus fautoribus, qui poſt præconitzationem , & monitionem eis factam fuerint fautores,& receptatores,poterit tunc fiſci Procurator contra illos offerre ſupplicationem ſequentem.

6.

Alia ſupplicatio.

Excellentiſſime Domine.

COmparens coram veſtra Excellentia N. fiſci Procurator Regiæ Curiæ, humiliter exponit aduerſus,& contra Nobiles N. & N. & alios inferiùs nominandos,& quemlibet ex ipſis, ex eo, quia licet in mandato veſtræ Excel-

cellentiæ prædicti Nobiles, litteratorié, & aliàs sint moniti, nè Ioannem N. & alios in dictis litteris monitoriis nominatos electos, & separatos à pace, & treuga, & pro inimicis suæ Maiestatis publicatos sustinerent, neuè illis, seu alicui illorum fauorem, auxilium, & iuuamen darent, vel præberent, imò ipsos euitarent, & euitari ab aliis facerent, prout hæc, & alia in dictis litteris monitoriis, & præconitzationibus continentur, quas, & nonnulla alia acta, & inquisitiones, prout designabuntur, fisci Procurator exhibet, & producit, prout ecce, dicens quod prædicti Nobiles contra prædicta Regia mandata sustinuerunt prædictos Ioannem N. & alios delatos electos à pace, & treuga, & inimicos suæ Maiestatis, seu aliquem ex ipsis, & consilium, auxilium, & fauorem eisdem dederunt, & dari permiserunt, receptando, receptari permittendo, alimenta, & alia præstando, & dando, dari, & præstari permittendo, ipsosque, & aliquem ex ipsis associando, res & negotia ipsorum, & alterius ipsorum dirigendo, diuersisque modis, & formis faciendo, contra formam, seriem, & tenorem Constitutionum pacium, & treugarum, & vsaticorum Barcinonæ, & eorum, & earum, pragmaticas, vsus, & obseruantias, & declarationes hactenus super his editas, & obseruatas, pacem, & treugam violando, vti per informationem super prædictis receptam constat, dicens in super dictus fisci Procurator, quod ex causis præmissis dicti Nobiles, & alii inferiùs nominandi tamquam fautores, adiutores, Consultores, sustentatores, & receptatores dicti Ioannis N. & aliorum electorum à pace, & treuga, electi & separati sunt. Ideó & aliàs dictus fisci Procurator supplicat decerni, & declarari, prædictos Nobiles, & alios inferiùs nominandos, & quemlibet ex ipsis, esse, & fuisse ex causis prædictis ipso facto electos, & separatos à pace, & treuga, & pro talibus publicandos, & contra ipsos, & quemlibet ex ipsis, tamquam contra fautores, adiutores dictorum delatorum, & electorum à pace, & treuga, & contra bona ipsorum viriliter, & cum tota pace, secundumque vestræ Excellentiæ benè visum fuerit insurgendo, & insurgi faciendo, eisdem & bonis illorum damna, quæ potuerit faciendo, & inferendo, excepta ignis immissione, & appositione, bona illorum dissipando, & destruendo, domos, fortitudines, & ædificia eorum funditùs diruendo, & contra ipsos, & quemlibet ex ipsis procedi, & enantari iuxta formam, mentem, seriem, & tenorem dictarum Constitutionum, pragmaticarum Regiarum, vsaticorum Barcinonæ, & declarationem ipsarum, & iuxta stylum Regiæ Audientiæ, ius, & iustitiam in prædictis ministrando, vnà cum condemnatione expensarum factarum hac de causa, & indè faciendarum, dicens, & exponens prædicta salvo iure pluris, & minoris, &c. & cuiuslibet alterius iuris, & iuribus fisci semper salvis, Regium officium vestræ Excellentiæ humiliter implorando. Quę licet, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

De:

Decretatio.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Excellent. Dñm Locumtenentem General. ex deliberatione Regii Consilii die 4. Maii 1603.

N. scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regio Concilio, & conclusione indè sequuta, meritisque processus attentis, prouidet, quod contra prædictos Nob. N. & N. fautores, & receptatores fiat littera citatoria stylatæ, & inserãtur productæ.

N. Iudex.

In vim dictæ prouisionis expediuntur litteræ citatoriæ in forma sequenti.

Philippus Dei gratia Rex, &c.

7.

Aliæ litteræ.

DOn Ioannes Terès, &c. Nobili, & dilecto Regio N. salutem & dilectionem. Noueritis quod die datæ præsentium, comparens coram nobis N. fisci Procurator Regiæ Curiæ, quandam nobis, & contra vos, & alios obtulit, & præsentauit supplicationem tenoris huiusmodi. Excellentissime Domine Locumtenens, comparens, &c. inseratur tota in huiusmodi litteris. *Qua quidem supplicatione coram nobis præsentata dictus fisci Procurator instantissimè supplicauit, contra vos, & bona, & cuiuslibet vestrum tamquam contra fautores, complices, consiliarios, & adiutores, sustentatores, atque receptatores prædictorum à pace, & treuga electorum, & separatorum, seu aliquorũ ex eis procedi, prout superiùs in præinserta supplicatione latiùs continetur, & aliàs, iuxta Constitutiones pacium, & treugarum, & pragmaticas sanctiones hactenus super his editas. Nos verò dicta supplicatione vt iusta, & rationi consona benignè exaudita, volentes in, & super prædictis debitè, vt decet prouidere, facto verbo priùs in Regio Concilio per N. dicti Regii Concilii Doctorem, & Regiæ Curiæ Iudicem, ac causæ Relatorem, & conclusione indè sequuta, dicto fisci Procuratore Regiæ Curiæ humiliter supplicante, meritis processus attentis, & aliàs, harum serie vos citamus, vobisque dicimus, & mandamus, quatenus infra quindecim dierum spatium à præsentium præsentatione vobis faciendã in antea continuè numerandos, personaliter, & in propria persona coram nobis compareatis, paratusque respondere supplicationi præinsertæ vsque ad sententiam, seu declarationem audiendam inclusiuè, & aliàs auditurus, & recepturus debitam punctionem, & castigationem criminis dictæ sustentationis, & receptationis, & aliàs in tota præsenti causa gradatim, & successiuè ad procedendum in ea, visurus & aliàs facturus omnia, & singula, quæ procedenda, & faciendã erunt in & circa prædicta, iuxta Constitutiones pacium, &*

treu-

treugarum, pragmaticas, sanctiones, & earum mentem, seriem, & tenorem, declarationes, obseruationes, & pragmaticas hactenus super his editas, & obseruatas, aliàs, si infra dictorum quindecim dierum spatium, quem vobis precisè, & peremptoriè assignamus, coram nobis, vt præfertur, non comparueritis, prout facere tenemini, & debetis, Nos procedemus viriliter ad insurgendum contra vos, & bona vestra tamquam contra complicem fautorem, consultorem, adiutorem, sustentatorem, atque receptatorem ciectorum à pace, et treuga, et etiam contra fautores, complices, et receptatores vestros, cum tota pace, secundum quod nobis visum fuerit faciendum vobis, et bonis vestris, & eorum damnum quod poterimus, excepta ignis appositione, inferendo, videlicet bona vestra, & alio um funditùs destruendo, & alia faciendo, prout in similibus sunt solita, & vsitata fieri, iustitia mediante. Super præsentatione quarum stabimus relationi Regii portarii præsentium latori, qui iurauit in Regia Cancellaria relationem veridicam facere. Datum Barcin. die 7. Maii 1603.

Dictis citatoriis litteris præsentatis, ponamus nunc, quod reus citatus vult comparere, videamus igitur qua forma debeat fieri dicta compartitio. Et dic ut in sequenti.

8.

Alia supplicatio.

Excellentissime Domine.

HIs diebus non longè effluxis de mandato vestræ Excellentiæ, & cum litteris patentibus fuit citatus Nobilis N. instante fisci Procuratore, & cum illis fuit iniunctum, vt personaliter intra quindecim dies coram vestra Excellentia, aut coram N. causæ Relatore compareret responsurus contentis in supplicatione contra eum oblata, qua fuit supplicatum procedi contra ipsum tamquam contra fautorem, adiutorem, & receptatorem Ioannis N. à pacibus, & treugis publicati, & ciecti, prout in dictis litteris continentur ad quas habetur relatio. Et quamuis præfatus Nobilis N. nullatenus teneatur in prædictis, neque potuerit ob prædictam causam citari, eo quod ipse auxilium, consilium, aut fauorem non præstitit dicto N. nihilominus tamen præfatus N. vt filius obedientiæ, saluis sibi omnibus exceptionibus, tam in iure, quam in facto consistentibus, comparet coram vestra Excellentia, vel coram causæ Relatore, si & in quantum de iure teneatur, non aliàs, nec in plus, & firmat ius, & de iure pro decem solidis cum iuris augmento, & pro omnibus, & singulis, ad quæ de iure, et secundum Constitutiones Cathaloniæ firmandum sit, et existat, promittens iudicio sisti, et iudicatum solui cum suis clausulis vniuersis, et saluitatibus supradictis. Et deducit, ac deducere intendit in harum comparitione omnia ea ad quæ secundum Cõstitutiones Cathaloniæ, pragmaticas sanctitas, usus,

& practicas earundem facere, et deducere teneatur: ſupplicans veſtræ Excellentiæ præſentem comparitionẽ, et iuris firmam admitti, et eam idoneæ manuleutæ tradi mandare Et nominat in fideiuſſores, vt in memoriali quod exhibet, vt ecce continetur. Supplicans in omnibus iuſtitiæ complementum miniſtrari.

Altiſſimus, &c.

N.

Nomina fideiuſſorum ſunt N.N.N.&. N. poſtea in proceſſu continuatur firma Iuris.

Quibus peractis Regens Cancellariam in perſonam Locumtenentis Generalis ſuper ſupplicatis facit proviſionem ſequentem.

Dominus Locumtenens Generalis admiſſa dicta comparitione, et firma Iuris, & aliis ſi et in quantum, mandat pradictum comparentem intus Regios carceres poni, & ibidem eius depoſitionem exigi; cætera prouidẽda remittit Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Proviſa per N. Regentem Cancellariam die 22. &c.

N. ſcriba mandati.

Cuius proviſionis vigore, aliquis ex Regiis Virgariis Regiæ Audientiæ dictum comparentem ponit intus Regios Carceres. Et dicto comparente in dictis Regiis carceribus poſito, Relator cauſæ exigit ab eo depoſitionem, qua depoſitione exacta, in pede comparitionis, ſeu ſupplicationis facit ſequentem proviſionem.

Recepta die, &c. Attentò quod fuit exacta depoſitio à dicto N. citato, et monito, facto verbo in Regia Audientia per N. Regiæ Audientiæ Doctorem, cauſæ Relatorẽ, et concluſione indè ſecuta, prouidet, quod dictus N. tradatur idoneæ manuleutæ arreſtatus per præſentem Ciuitatem ad pœnam mille librarum, & intimetur.

N. Iudex.

Et ſi hic qui comparuit vult ſe defendere, debet offerre ſupplicationem in forma ſequenti.

9.

Comparitio rei.

Excellentiſſime Domine.

QVia Nobilis N. comparuit coram veſtra Excellentia, & litteris citatoriis à Regia Audientia emanatis, vt filius obedientiæ obtemperauit, et cupiat ſe deffendere ab impetiis per Fiſci Procuratorem, quare ſupplicat humiliter veſtra Excellentia pro parte dicti N. quatenus dignetur mandare Relatori cauſæ, quod inquiſitionem contra ipſum receptam publicari prouideat, et ſibi copiam tradi, vt ſuas defenſiones offerre poſſit: officium

ve-

vestra Excellentia humiliter implorando. Qua licet, &c.

Altissimus, &c.

N.

Hoc petitur sapius donec obtinetur.

Decretatio.

Remittatur Relatori causa, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa, &c. die, &c.

Prouisio Iudicis.

Recepta die, &c. ad dicendum intra 3. cur supplicata fieri non debeant, & intimetur. *N. Iudex.*

Et posteà proceditur cursu ordinario sicut in aliis processibus. Nunc demus quod reus modo prædicto citatus, potest se à dicta comparitione excusare, aut propter senectutem, aut propter aliquem gravem morbum, vel impedimentum, quibus impediatur arripere iter ad comparendum, & se præsentandum; & casu quo aliqua ex istis in eo concurrant, & velit se propterea excusare, pro illius parte est offetenda supplicatio in forma sequenti.

10.

Comparere impediti supplicatio.

Excellentissime Domine.

His diebus non longè decursis fuit citatus N. ad instantiam fisci Procuratoris, ex eo quia vt prætenditur post publicationem, & electionem de pacibus, & treugis Ioannis N. eum vt prætenditur receptauit, & eidem alimenta præbuit procedendo contra præfatum N. vt fautorem, & adiutorem præfati Ioannis N. quærelati secundum Constitutiones Cathaloniæ pacium, & treugarum, & secundum vsus, & consuetudines earundem, prædicto N. iniungendo, quod compareret decima quinta die coram vestra Excellentia, & seu huiusmodi causæ Relatore, & aliàs, prout in præfatis litteris continetur, ad quas habetur relatio. Quam citationem compertam habent tam Nobilis N. filius dicti N. quam Raymundus N. Procurator dicti Nobilis N. & scientes senectutem, & decrepitudinem dicti Nobilis N. infirmitatem, & impossibilitatem ad comparendum, cum propter suam infirmitatem vulgò dictam mal de gota, ò puagre, *est impossibile eidem quod iter arripiat, nec ei esset possibile huc accedere, & comparere coram vestra Excellentia: ideò præfati Nobilis N. & dictus Raymundus N. procurator dicti N. tam coniunctim, quam diuisim comparent coram vestra Excellentia ad allegandum præfatam senectutem, & infirmitatem, ac impossibilitatem veniendi ad præsentem Ciuitatem ad comparendum, supplicantes præfatam excusationem admitti, & nullatenus contra præfatum Nobilem N. suo impedimento, & infirmitate notoria durante,*

pro qua etiam licet notoria sit, parati sunt informationem dare supplicant illam recipi mandari, & incontinenti prout eam in promptu dare offerunt, & etiam exhibent informationem de prædicta infirmitate receptam, supplicantes illam inseri; & cum ex præmissis, & aliàs constabit præfatum Nobilem N. esse excusatum ad comparendum coram vestra Excellentia: quia nemo ad impossibile obligatur, supplicat humiliter nullatenus ratione alicuius contumaciæ contra eum procedi; quia contumax non est, qui ad iudicium vocatus propter impedimentum naturæ, aut alterius infirmitatis, aut casus fortuiti, venire non potest: supplicantibus in omnibus ius, & iustitiam ministrari: officium Regium vestra Excellentia humiliter implorando. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N.

Decretatio.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa, &c. die, &c.

N. Scriba mandati.

Provisio Iudicis.

Recepta die 8. Maii 1603. facta verbo in Regio Concilio ministratis testibus paratus est illos recipere, & consuantur exhibita, & intimetur.

N. Iudex.

Scedula offerenda per dictum Raymundum N. ut procuratorem dicti Nobilis N.

Exhibet, & producit hæc pars informationem receptam de infirmitate Nobilis N. supplicans inseri.

Provisio Iudicis.

Die 9. Maii 1603. inserantur producta, & intimetur.

N. Iudex.

Et utcumque sit, sivè reus citatus contumax sit ratione dicti impedimenti, sivè quia est arrogãs, sivè quia timet comparere, fisci Procurator Regiæ Curię curabit ter illius contumaciam accusare, procedendo semper in dicta accusatione per viam supplicationis, ut in forma sequenti.

11.

Contumaciæ accusatio.

Excellentissime Domine.

ACcusat fisci Procurator contumatiam contra N. legitimè citatum, & non comparentem, propterea supplicat ad vlteriora causæ procedi, & de-

declarari, ut fuit supplicatum. Quę licet, &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocatus.

Prouisio Iudicis.

Recepta die N. admissa contumacia si, & in quantum, intimetur.

N. Iudex.

Supplicatio offerenda pro parte dicti Nobilis N. citati, & non comparentis.

12.

Excellentissime Domine.

OBtinere nequit locum contumatia Nobilis N. qui licet citatus, propter tamen impedimentum suæ infirmitatis, non potest venire, de quo impedimento fuit data informatio. Quare humiliter supplicat dictus N. dignetur vestra Excellentia mandare Relatori causæ quod testes receptos ad probandum dictam infirmitatem publicet, & copiam partibus tradat. Et attento impedimento notorio dicti Nobilis N. vt contumacem non procedat, sed excusationem iustam admittat. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.
N.

Dectetatio.

Remittatur Relatori causæ, &c.

Prouisio Iudicis.

Recepta die, &c. Viso processu, & facto verbo, prouidebitur, intimetur.

N. Iudex.

1 Const. 1. sub tit. de fautoria enodatio.

2 Monitio præcedere nō debet si via ordinaria, vel per processum Regaliæ procedatur contra fautores ad eorum punitionem, non verò ad electionem à pace, & treuga

3 Cap. 3. Tit. de Bandejaments in 2. vol. Const. interpretatio.

4 Qualis scientia requiratur ad crimen fautoriæ, seu receptationis vindicandum.

5 Constit. fin. tit. de faut. exposita.

6 Pœna receptantium bannitos de iure communi est arbitraria.

7 De iure nostro fautores electorum à pace, & treuga subsunt pœnis Constitutionum pacium, & treugarum.
Regalia pacium, & treugarum communicata est à domino Rege Vicariis, & Subuicariis Regiis.

8 Receptatores efficiuntur subditi iudicis per quem banniti receptati condemnati fuerant.

9 Citatio ter fieri debet absenti ut cōtra illū procedi possit in cōtumaciā de iure cōmuni, vel una perētoria.

ANI-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANIMADVERSIONES.

1 SI contra receptatores,& fautores eiectorum à pace,& treuga, & inimicorum Domini Regis procedatur per processum fautoriæ ad effectum etiam eiicendi illos à pace,& treuga instante parte querelante,servari debent Constitutiones pacis , & treugæ, tamerſi Fiſcus cum parte concurrat (cuius quoque hoc caſu dicitur proceſſus,ut deciſione 1. explicui) at ſi abſque partis privatæ inſtantia procedendum ſit, litteratotiè ſunt monendi fautores ut à receptatione , & fautoria deſiſtant termino arbitratiè præfixo, commination adiecta quod eo elapſo ad illa devenietur, quæ ius, & iuſtitia poſtulabunt, qua monitione præmiſſa,ſi ex informatione recepta reſultent culpabiles poteſt eodem Fiſco inſtante progredi ad declarationem,& publicationem illorum pro eiectis à pace,& treuga, & ad ipſos alias coercendum iuxta Conſtitutiones pacis, & treugę *Cõſt. 1.tit. de fautor.* & eſt ſequẽda ſeries formularum de quibus hic,& penes Peguera in *prax. crim. cap.* 20. *à num.* 8. *in fin.*

2 At verò quando contra receptatores,& fautores eiectorum à pace, & treuga procedi intenditur, non ad eos deiiciendum à pace, & treuga, ſed ad illorum punitionẽ ob receptationem, & fautoriam, vel via ordinaria, vel proceſſu Regaliç, tunc nulla debet precedere monitio,neque locus eſt diſpoſitis per relatam *Conſtit.* 1. *Tit. de fautoria*, veluti optimè defendit Fontan. *to.* 2. *dec.* 372. *et ſeq.* ac ſectatur R. Calderò *deciſ.* 60. *num.* 14. *tom.* 2.

Habes in formula prima præ- 3
conium cum eius publicatione eſſe producendum,ut ex eis conſtet de notitia, ſeu ſcientia receptatorum,iſtique allegate ignorantiam nequeant eiectionis illorum, quibus favorem,& auxilium prębent ſicut diſponitur in *cap.* 3. *Tit de Bandejaments in* 2. *volum Conſtit.* dum bannitos in una vicaria publicari in aliarum vicariarum capitibus pręcipitur, & ſic ab omnibus vitentur, alioquin ipſis faventes debitè puniri valeant,& poſt Fontanella *deciſ.* 373. *num.* 22. refert Calderò. *d. deciſ.* 60. *num.* 14. notans eam eſſe obſervantiam Regię Curiæ, nempe ſufficere publicationem pręconiorum in capitibus vicariarum,ut eorum ſcientia probata dicatur quoad omnes in illa vicaria reſidentes.

Scientiam requiri ad aliquem 4
puniendum de crimine receptationis,& fautoriæ exploratum tradunt Peguera,& Calderò citati,& probant *l.* 2. *C. de his qui latron. l. ſi quis forte C. de deſertorib. et occult. lib.* 12.& fuſius adſtruxit Conciol. *reſolut. crimin.* 3. *verbo bannitus ex* Antonio Gomez, Menochio, Baiardo ad Clarum, Farinacio, Coſta,

Cal-

Calvino, & permultis aliis, qui cõueniunt quoad imponendam pœnam corporalem plenam debere esse scientiam, quatenus verò ad infligẽdam leviorem sufficere per famam, vel suspicionem.

5 Meminerunt etiam præallegati authores de contextu *Constit. fin. tit. de faut.* editæ contra præstantes alimenta eis, qui pacem publicam perturbant, adversus quos in vim illius iuris proceditur per provisionem capturæ, & prout in aliis processibus via ordinaria compaginatis.

6 Pœnam receptantium bannitos de iure communi esse arbitrariam docuerunt Sanfelic. *dec.* 343. & 227. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 17. & *seqq.* Costa *de fact. scient.* & *ignorant. distinct.* 49. *per tot.* cum pluribus ab eis allegatis.

7 Sed tamen de iure nostro fautores electorum à pace, & treuga subsunt pœnis Constitutionũ pacium, & treugarum, ideoque regaliæ ex illis resultanti, quam cõmunicatam esse à Domino Rege Vicariis, & Subvicariis Regiis observant Marquilles *in Vsatic. simili modo, Vers. quæro* 14. *fol.* 182. *pag.* 2. *colum.* 2. & passim Otiba *de iur. Fis. cap.* 4 *à nu.* 16. Ripoll *de Regal. cap.* 30. *à num.* 40. & *in pract. Cur. Vicar. Barc. rubr.* 1. *sub num.* 3. Cortiad. *dec.* 10. *num.* 178.

Receptatores effici subditos illius iudicis per quem banniti receptati condemnati fuerant, & ab eo puniri posse per text. *in l. nullum Cod. de test.* tenuerunt Franch. *dec.* 470. Sanfelic. *dec* 63. *num.* 7. & *dec.* 336. *num.* 48. & *in prax. sect.* 25. *nu.* 48. Sabellus *in summa* §. *Receptatio num.* 1. *Vers. quod dicti receptatores, &c.* observatum referens. 8

Circa contumaciã, de quà in formulis regula est citationem fieri debere absenti, ut contra illũ procedi possit in contumaciam de iure communi, vel una peremptoria. Thesaur. *dec.* 11. *num.* 2. Socin. *regul.* 75. Paul. Christin. *dec.* 139. *volum.* 1. ubi etiam quales debeãc esse huiusmodi citationes Boer. *dec.* 255. *num.* 11. Cæterum in processu de quo agitur solum monitio exigitur iuxta formam per Cõstitutiones præscriptam, quæ trinam citationem neutiquam exposcunt. 9

TIT.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TIT. XXX. SEQVESTRVM IVRISDICTIONIS.

1.

supplicatio.

Excellentiſſime Domine.

NOBILIS N. proceſſatus proceſſu regaliæ, contra quem fuit prouiſum, quod caperetur, et bona illius inuẽtariarẽtur, et ad manus Curiæ apprehenderẽtur, et ſub tuto ponerentur, vt latiùs in dicto proceſſu, et prouiſione continetur, quem exhibet, et producit Fiſci Procurator, vt ecce. Et eſt certum quod in dicto proceſſu conſtat, quod plura furta facta per plures proceſſatos regaliæ, et plures homines eiectos à pace, et treuga receptantur in caſtro N. vt de prædictis, et aliis conſtat in proceſſu de mandato veſtræ Excellentiæ recepto, quem etiam exhibet; ideò, et aliàs dictus F.P. pro executione, et obſeruantia vſatici Barcinone incipientis, Camini, et ſtratæ, virtute cuius fuerũt facti dicti proceſſus regaliæ, et virtute prouiſionum in illis factarum, ac etiam pro obſeruantia Conſtitutionum contra fautores facinoroſorum hominum eiectorum à pace, et treuga conditarum, et aliàs ſupplicat caſtra, et loca dicti Nobilis N. ſub ſequeſtro poni, et aliàs debitè prouideri, ſecundum mentem, practicã, & ſtylum dictorum Vſatici, & Conſtitutionum, & aliorum illis applicabiliũ, & in omnibus iuſtitiæ complementum fieri. Quæ licet, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus.

Decretatio.

Remittatur Relatori cauſæ, qui in perſonam noſtram debitè prouideat.

Prouiſa per Excel. Dñm. Locumt. Generalem, die 24. Aprilis 1603.

N. ſcriba mandati.

Proviſio Iudicis.

Recepta die, &c. meritis proceſſus attentis, & aliàs, inſequendo concluſionem in R. C. factam, prouidet, quod in omnimoda iuriſdictione Caſtri, & loci N. poſſeſſi per Nobilem N. apponatur ſequeſter per Excellentiſſimum Dñm Locumt. Generalem nominandus, qui illam exerceat nomine R. Curiæ donec aliter fuerit prouiſum, & quod pro his fiant, & expediantur prouiſiones ſolitæ, & litteræ opportunæ.

N. Iudex.

Lit-

2.

Litteræ appoſitionis ſequeſtri.

In vim ſupradictæ proviſionis expediuntur litteræ oppoſitionis dicti ſequeſtri ſub ſequenti forma.

Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonum, Comes Barcinonæ, &c.

DOn Ioannes Terès, &c. dilecto Alguzirio Regio N. domicello ſalutem, & dilectionem. Ex ſupplicatis humiliter per F. P. R. C. & dedu ctis, intelleximus, quod in caſtro, & loco N. qui dicitur eſſe de N. ſuſtentantur plures proceſſati proceſſu regalie. & etiam electi à pace, & treuga, inimicique ſuæ Regiæ Maieſtatis, vt in dicto proceſſu continetur, quem cum aliis proceſſibus exhibuit, & produxit. Quapropter Fiſci Procurator pro executione, & obſeruantia vſatici Barcinonæ incipientis, Camini, & ſtratæ, virtute cuius fuerunt facti dicti proceſſus regalii, & virtute prouiſionum in illis factarum, ac pro obſeruantia Conſtitutionum Cathaloniæ contra fautores facinoroſorũ hominum electorum à pace, & treuga conditarum, & aliàs, ſupplicatur nobis humiliter, quatenus dictum caſtrum, & locum N. ſub ſequeſtro poni, & aliàs debitè prouideri mandaremus. Nos verò dicta ſupplicatione vti iuſta, & rationi conſona benignè exaudita, inſequendo concluſionem in R. Concilio factam, tenore igitur præſentium de noſtra certa ſcientia deliberatè, & conſultò, eodem F. P. R. C. ſupplicante, vobis dicimus, committimus, & mandamus, quatenus viſis præſentibus ſinè mora perſonaliter accedatis ad dictum caſtrum, & locum N. & ad alia loca vbi fuerit neceſſarium, & dictum caſtrum, & locum cum omnimoda iuriſdictione, & iuribus, & pertinentiis eorundem ad manus R. Curiæ apprehendatis, & dilecto Regio N. commendetis, qui ipſum detineat nomine R. C. exerceat, regat, & adminiſtret, & alia faciat, quæ in prædictis fieri requirantur, donec aliter fuerit prouiſum: confecto per eum priùs inuentario de omnibus, & ſingulis quæ à vobis in commendam acceperit, vt præfertur. Et præſtito per eum iuramento de benè fideliter, et legaliter ſe habendo in exercitio prædictorum omnium, et ſingulorum per vos eidem commiſſorum, præſtitaque per dictum N. idonea cautione de reſtituendo omnia, et ſingula in inuentario contenta, et ſpecificata. Nos enim in, et ſuper prædictis omnibus, et ſingulis per vos complendis, et exequendis, cum incidentibus, dependentibus, et emergentibus ex eiſdem, vobis vices, voces noſtras, imò Regias plenariè committimus per præſentes: per quas vniuerſis, et ſingulis Officialibus, tam Regiis, &c. dic vt in aliis præceptiuis, vt in fine illarum.

Vt. N. Regens. *Vt. N. Fiſci Aduoc.*

Vt. N. Iudex.

1 *Sequestra bonorum licet regulariter sint prohibita multis ex causis locum habent.*

2 *In Baronum iurisdictione sequestrum apponitur, reuocabiliter tamen, si ea abutantur scienter receptando sceleratos homines, seu ejectos à pace, & treuga.*

3 *Inuentarium quando sequestratur iurisdictio Baronis de quibus rebus sit conficiendum. Vbi quandoque prouisionem capturæ fieri vltra sequestrum.*

4 *Casus enarrantur in quibus R. Concilium iurisdictionum sequestrum practicauit, & num. 5.*

6 *Ecclesiastici vti Barones, quoad bona, R. Concilio dūtaxat subsunt.*

7 *De clausula hic inserta in prouisione sequestri intexenda cum decisione Senatus.*

8 *Litteræ in vim dictæ prouisionis sequestri expeditæ per quos subscribende, & qualiter litteræ nominationis sequestrium.*

9 *Sequestres sacramentum, ac homagium præstant, idoneèque cauent non verò ad ea adstringitur Regens Thesaurariam, si ipsi sequestram commendetur.*

10 *Quando sequestrum malitiosè instatur declarari valet formiter ei locum non esse.*

11 *Baro cuius iurisdictio fuit sequestrata auditur extraudicialiter, si velit ei obiectis satisfacere.*

12 *De salario sequestratori taxando remissiue, & praxi tollendi sequestri cum Senatu.*

ANIMADVERSIONES.

MVltiplicibus ex causis, & iure communi, & nostro illi in his conformi ad sequestrationem bonorū licet regulariter prohibitam deuenire potest, vt docent scribentes ad *l. Vnic. C. de prohib. sequestr.* practici ad *constit. Mes estatuim 3. tit. de sequestr. y. empar.* videndi Bovadilla *in polit. lib. 3. cap. 14. num. 22.* Gomez *in l. 45. Taur. num. 125.* Ricc. *p. 1. collectan. 223. & 328.* Gonzalez *in §. Proem. àn. 19.* Salgado *p. 2. de Reg. protect. cap. 1 à num. 187. &. cap. 16. & in labyrint. p. 1. cap. 13. §. vnic.* Larrea *decis. 58.* Hermosill. *in l. 1. glos. 4. à num. 3. & l. 5. glos. 6. num. 1. tit. 3. p. 5.* Cyriac. *contro v. 507.* Castillo *de aliment. cap. 13.* Iul. Capon. *tom. 1. discept. 18.* Canc. *variar 2. cap. 4.* Peguera *decis. 36. & in prax. crimin. cap. 20. versic potest etiam* R. Caldeiò. *decis. 71. fere per tot.* 1

Inter casus vtroque iure permissos vt sequestrum apponatur ille recensetur quo Barones, seu eorum Officiales in suis Baronijs, & iurisdictionibes flagitiosos homines, seu ejectos à pace, & treuga scienter receptant, tunc enim, cum iurisdictione perperam abutantur, merito ab ea remouētur cum clausula de qua in formula prouisionis ibi: *Donec aliter fuerit prouisum*, per quam denotatur illos iurisdictione non privari irrevocabiliter, sed tantum ipsis revocabiliter adimi. 2

Præ-

3 Præterea obſerva circa clauſulam contentam ſupra in litteris ibi: *Confecto prius inventario de omnibus, & ſingulis, quæ à vobis in commendam acceperit* inventarium fieri non debere niſi de rebus concernentibus ad iuriſdictionem, iura, & pertinentias eiuſdem, non autem de alijs bonis, neque de fructibus iuriſdictionis ob contextum: *Conſtit. fin. tit. de bens dels condemnats*, qua cõfiſcationes interdicuntur in omnibus criminibus, demptis læſę Maieſtatis Divinæ, vel humanæ, ut adduxi *deciſ.* 53. *num.* 35. & ea præcipuè de ratione, quia placuit Senatui iuris rigorem temperari, Baroneſque dumtaxat in illo in quo deliquerunt puniri, ut optimè obſervat Peguera citatus, qui etiam *deciſ.* 36. *num.* 11. aduertit regulariter proviſionem capturæ non fieri contra Barones ſeculares quando propter eorum abuſus ſequeſtrantur iuriſdictiones, caſum tamen tradit Calderò, *dict. deciſ.* 71. *num.* 22. quo Senatus ad proviſionem capturæ proceſſit, & deinde ad ſequeſtrandam iuriſdictionem.

4 Practicavit R. Concilium iuriſdictionum ſequeſtrum contra Barones, ut præhabetur, ſceleratas gentes receptantes ſcienter cum pernicie pacis publicę in ſuis terris, & Baronijs, nedum propter illorũ dolum, ſed etiam ob delicta ſucceſſiva ſuorum Officialium, ſi ex eis perturbatio à facinoroſorum receptatione cauſata ſequatur, ſimiliter adverſus Barones malè ſe gerentes in exercitio iuriſdictionum etiam civilium, & quoties negligunt delicta punire, vel impediunt iuriſdictionem per Regium Concilium exerceri, eius Officiales, ſeu Commiſſarios offendendo.

Quando deeſt in Baronijs adminiſtratio iuſtitię ob carentiam Dominorum, & Officialium pariformiter locus eſt iuriſdictionum ſequeſtro, quandoque providendo per Regiam Audientiam Civilem, interdum per R. Criminale Concilium, prout declaravi diſcretivè *deciſ.* 73. 5

Barones Eccleſiaſtici iuriſdictione modo præexpoſito abutentes non minus huic demonſtrationi ſequeſtri ſubſunt, ut habetur *d. Conſt. Mes eſtatuim.* 3. *tit. de ſequeſt. y emp.* quia uti Barones quo ad bona Regio Concilio tantummodò ſubiiciuntur, ut ubertim probat R. Calderò allegatus, & pleniùs *deciſ.* 75. 6

Admonitus ſis in proviſione ſuperius adducta deficere clauſulã, quam melius eſt in fine ſubiungere prout ſequitur, *& quod per præſentem proviſionem non cenſeatur tributa maior iuriſdictio dicto* N. *quã ei de iure, & aliàs competebat*, eam adiecimus 3. Septembris 1670. in facto inquiſitionis factæ ad inſtantiam F.P.R.C.. & partis inſtantis contra Nobilem N. militem ordinis, & militiæ Sancti Ioannis Hieroſolimitan. Præceptorem Præ- 7

ceptoriæ de Aſcò, & eo nomine dominum, qui dicebatur, iuriſdictionis civilis, & criminalis dictæ villæ de Aſcò, eo quod in exercitio dictarum iuriſdictionū à multis citra temporibus malè ſe geſſit, contra quem referente Nobili Ioanne Baptiſta Paſtor, tunc tertiæ Aulæ Doctore pro Nobili Narciſo de Anglaſell ad R.A. civilem promoto fuit concluſum, quod iuriſdictio civilis, & criminalis villæ, & termini de Aſcò, quæ dicebatur eſſe dicti N. pro nunc, & donec aliter eſſet proviſum poneretur ſub Regio ſequeſtro, & exerceretur per ſequeſtrem per ſuam Excellentiam nominandum nomine Regiæ Curiæ ſubſequuta ſimili clauſula ibi: *taliter quod per præſentem proviſionem non cenſeatur dicto ſequeſtri tributa maior iuriſdictio quam illi competebat, & pro his fiāt, ac expediantur litteræ, & aliæ proviſiones opportunæ iuxta ſtylum.* quę ultima verba in proviſione, non in concluſione ſolent ſcribi.

8 Repetitur in litteris deſuper tranſcriptis alia clauſula *dilecto Regio N. commendatis, &c.* Super qua annota, quod huiſmodi litteræ, cum ſint noſtitiæ, ſubſcribuntur per eos quos ibi adduxi, ut moris eſt in alijs quibuſcumque ſimilis claſſis, at verò litteræ nominationis ſequeſtratorum, ſeu ſequeſtriū quæ ſunt gratiæ, expediūtur in forma Cancellariæ cū firma Dñi Locumtenentis Generalis, Regentis Regiam Cancellariam, & Regentis Regiam Theſaurariam iuxta præſcripta in *conſt. 1. tit. de offici de Prothon. Pragm. 1. tit. de off. de Theſor.* explicat Excellentiſſimus Crelpi *obſervat. 5. à num. 297.*

Sequeſter à Principe nominatus præſtare tenetur ſacramentum, & homagium, idoneamque cautionē de benè, & legaliter ſe habendo prout ei iniungitur in diplomate nominationis, at ſi eligatur Regēs Theſaurariam, nec litteras firmat, ſive ſubſcribit, ſed pro illo Regens Cancellariam, nec ad prædicta ad ſtringitur; quia omnia adimplevit in ingreſſo ſui officij, quæ benè obſervat Regens Caldero præallegatus. 9

Quando poſt propoſitam querelam, ſeu accuſationem, factaſque debitas diligentias ad probandum in ea contenta de illis non conſtat poteſt formiter declarari ſequeſtro locum non fuiſſe, & ita aliquando declaratum extitit, pro quo puncto vide Doctores de calumnioſo accuſatore peragentes cumulatos *deciſ. 1. num. 114.* 10

Auditur Bato extraiudicialiter appoſito ſequeſtro, ut refert Fon. *deciſ. 341. num. 28. & 29.* & commiſcet in caſu Præceptoris de Aſcò fuiſſe verbo illi expoſita capitula, quę in querela continebantur, & admiſſas extra proceſſum nonnullas allegationes in facto, & in iure quibus ſatisfacere ei obiectis conabatur. 11

Ta-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

12 Taxationes salarii sequestri super redditibus, & emolumentis Baroniæ sequestratæ suggerit R. Caldeò laudatus, qui etiam recitat provisiones quibus tollitur sequestrum ad preces Baronum nullis expressis motivis cum clausulis *pro nunc, & donec aliter sit provisum*, & etiam illa, *& quod per præsentem provisionem non censeatur tributa maiori iurisdictio, &c.* comperi tamen sub die 4. Septembris 1596. fuisse conclusum referente Magnifico Iosepho Benach, quod tolleretur sequestrum appositum die 30. Ianuarii 1593. super iurisdictionibus civilibus, & criminalibus, mero, & mixto imperio Villarum, & Locorum de la Baseo, Cortera, Miravet, Pinell, Benilanet, Rarguera, & aliorum; ex quo cessabant causæ propter quas dictum sequestrum fuerat appositum.

TIT. XXXI. DE PROCESSV IN VIM CONSTITVTIO, *cum instigant*, Regis Ferdinandi II. in 3. Curiæ Barcinonæ collocatæ, sub titulo: *Quant sia licit, ò no vemparsefens lurge.* in nova compilatione.

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

ATTENTO quod casus necium perpetratarum in personas N. & N. & aliorum eiusdem comitiva nominatarum in memoriali quod cum præsenti exhibet fuerunt commissi in resistentia facta N. & aliis Officialibus Regiis, resistendo illis proditorie, & appensatè, & nullis precedentibus diffidamentis. Et quia causa predictarum necium fuit iam euocata ad Regium Concilium, pretextu regalia contra dictos delinquentes in vim vsatici Authoritate, & togato, & aliarum eidem applicabilium facta, & commissa Magnifico N. Iudici Regiæ Curiæ. Ideò supplicat Fisci Procurator predictos N. & N. qui resistendo, & aliàs incidunt in pœnas Constitutionis cum instigant, prouideri fore, & esse publicandas in vim dictæ Constitutionis, cũ illius modificationibus pro inimicis, & acuydatis Regiæ Maiestatis, & in omnibus eius, & iustitiæ complementum ministrari. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Decretatio.

Remittatur, die vt in aliis.

Pro-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Proviſio Iudicis.

RECEPTA die 7 Aprilis 1603. inſerantur producta, & inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet, & declarat N. & N. cauſis, & rationibus in dicta ſupplicatione contentis incidiſſe in pœnas Conſtitutionis, com inſtigãt; *cum modificationibus aliarum Conſtitutionum, & conſequenter eſſe ejectos à pace, & treuga, & acuydatos Regiæ Maieſtatis, & pro talibus eſſe publicandos. Et quod pro his fiant, & expediantur proviſiones ſolitæ, & opportunæ.*

N. Iudex.

Poterit etiam Iudex alia forma facere dictam proviſionem, & dicere.

Recepta die, &c. Viſa ſupplicatione oblata pro parte Fiſci Procuratoris effectu ſupplicationis, &c. narretur caſus, & poſtea dices, *prout hæc, & alia in dicta ſupplicatione continentur ad quam fit relatio. Viſo proceſſu, & illius meritis attentis, & aliàs, inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet, & declarat dictos N. & N. incidiſſe in pœnas Conſtitutionis,* Com inſtigant, *cum modificationibus aliarum Conſtitutionum, & conſequenter eſſe ejectos à pace, & treuga, & acuydatos Regiæ Maieſtatis, & pro talibus eſſe publicandos, & quod pro his fiant, & expediantur proviſiones ſolitæ, & opportunæ.*

Et facta dicta proviſione illius vigore facienda eſt publicatio in forma ſequenti.

Præconium.

ARA ojats tothom generalment, queus notificam, y fem à ſaber de part del Excellentiſſim Senyor Don Ioan Terès, &c. que com N. y N. reſiſtint proditoriè, y appenſadament, y ſens prechehir deſeximents alguns à N. Oficial Real, hagen mort las perſonas de N. y N. de la comitiva de dit Oficial, ſegons que plenament ha conſtat per lo procès de regalia ſobre ditas mortes, fet en virtut del vſatge de Barcelona començant Authoritate, & rogatu. E com per dit efecte precehint legitima informació, à inſtancia, y humil ſuplicació del Procurador Fiſcal de la Regia Cort, à ſa Excellencia aja conſtat, los dits N. y N. eſſer incidits en las penas de la Conſtitució feta per lo Catholich Rey Don Fernando de bona memoria, en las Corts generals celebradas en la Ciutat de Barcelona, en lo Monaſtir de Sant Franceſch, començant Com inſtigant, ab modificació de las altras Conſtitucions, y per conſeguent eſſer gitats de pau, y treva, y acuydats de ſa Real Mageſtat; per tant ſa Excellencia inſeguint la concluſió en lo Real Conſell feta à relació del Magnifich, y amat Conceller de ſa Mageſtat Miſſer N. Doctor de dit Real Conſell, ab veu de la preſent publica crida, notifica à tothom generalment, com los dits N. y N.

ſon

son girats, y separats de pau, y treva acuydats de sa Real Magestat, y din, y mana que desta hora en avant los hajen, y tingan per girats, y separats de pau, y treva, y acuydats de sa Real Magestat. E que algu nols sostinga, nils aculla, nils done consell, favor, ni ajuda, amagadament, ni manifesta, E si lo contrari faràn, serà enantat contra dells, y quiscu dels contrafahents com hafautors, complices, y ajudadors, aconselladors, y sostenidors de aquells virilment, y poderosa, segons serie, y tenor de la dita Constitució y per las pena sen aquella apposades, y altrament segons que de justicia se trobarà esser fahedor. E perque algu de dits cosas, no puga ignorancia allegar, mana sa Excellencia esser feta, y publicada la present publica crida per los llochs acostumats de la Ciutat de Barcelona y de altres ciutats, vilas, y llochs de dits Principat, y Comtats hont menester sia.

Lo Arquebisbe.

Vt. N. Regens. *Vt. N. Fisci Aduoc.*
Vt. N. Reg. Thezaur. *V. N. Iudex.*
N. Scriba mandati.

De hac Constitutione *Canc. 1 p. cap. 10. toto* Scripsimus *decis. 3. nu. 64. decis. 10. num. 59. &. decis. 14. num 45. vol. 1.* non obliviscaris tradita *decis. 1. num. 102.* ubi ex alijs firmavi contra equites in hoc Principatu procedi non posse nisi parte formata instante, tametsi secius sub hac Constitutione sit comprehensum, & memora supra exarata *Tit. 7 in animadversionibus num. 12. & seq. pag. 81.*

Peguera *in prax. crimin cap. 21.* ex dicta Constitutione eam infert conclusionem, nempe nemini licere se ab iniurijs, & invasionibus contra ipsum illatis vindicare nisi servata forma illius, & si fuerit omissa ipso facto incidere aggressorem in crimen proditionis, & pro proditore, & electo à pace, & treuga esse habendum, publicandum, & puniendum, sed quia diffidamenta, & certificatoriæ, quæ pro eis dabantur in desuetudinem abierunt, ideò in vim huius Constitutionis procedi hodie indistinctè solet contra homicidas proditorios solo scelere in supplicatione narrato, eiusque enormitate ad eos publicandos pro electis à pace, & treuga, & acuydatis Regiæ Maiestatis.

Eiiciuntur etiam à pace, & treuga vti inimici Domini nostri Regis citra casum huius Constitutionis fontes qui immania patrarunt maleficia, ut sæpissimè in hisce decisionibus reperi isti, & quotidiana edocent exemplaria.

Posse electos à pace, & treuga impunè occidi in Catalaloniæ probavi *d. decis. 10. num. 62.* vbi quod aliquoties per Regium Concilium promittitur præmium capienti famosum reum vivum maius, &

ca-

capienti mortuum minus, nefas autem esse apud nos occidere bannitos, à pace, & treuga non evulsos Doctores ibidem citati stabiliunt, quibus addo Regentem Cottiada *decis.* 28. *num.* 152.

TIT. XXXII. DE PROCESSV TREVGARVM FRACTARVM.

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

EXISTENTIBVS treugis conventionalibus initis, & firmatis 14. mensis Maij 1603 proximè præteriti inter N. & N. & alios complures villæ de N. ex vna, & N. & N. & N. & alios complures eiusdem villæ partibus ex altera, in & cum quibus promiserunt dictæ partes ad invicem, quod dictis treugis durantibus, & tinentijs earundem, non facerent, neque fieri permitterent, aut procurarent, vel consentirent damnum, neque iniuriam in personis, & bonis ipsorum, vel cuiuslibet eorum & in casu contraventionis, sibi imposuerunt dictæ partes inter alia pœnã duorũ mille ducatorum, pro medietate parti obedienti, & pro alia medietate erarijs Domini Regis applicandorum, pro qua pœna obligarunt dictæ partes sibi ad invicem, & simul Regiæ Curiæ personas, & bona habita, & habenda eorum propria, & uniuscuiusque eorũ in solidũ, prout in debitis fiscalibus, & cum alijs clausulis, & renuntiationibus in similibus apponi assuetis, pro quibus præstiterunt sacramentum, & homagium in posse N. Regij Alguzirij, prout in instrumento dictarum treugarum penes N. Notarium, seu Scribam sub diversis Kalendarijs recepto, & testificato prædicta, & alia latiùs continentur. Et licet ita res se habeat, nihilhominus tamen non dubitarunt die Iouis qua computabatur 16. Maij proximè lapsi, & seu intra tempus dictarum treugarum N. aliàs dictus lo Gallo, & N. & N. & complures alij villæ N. animo, & proposito deliberatis, & absque alia causa occasionẽ quærentes, verbis primò injuriare, & deinde dictus N. aliàs lo Gallo pugno, sivè alapa percutere, & cædere in facie dictum N. per viam publicam dictæ villæ pacificè incedentem, & de treugis inter eos existentibus publicè protestantem. Idcircó, & aliàs Fisci Procurator Regiæ Curiæ exhibẽs, & producens instrumentum dictarum treugarum & processũ regaliæ, cuius vigore, & occasione penes N. Regium Alguzirium dictæ treugæ firmatæ fuerunt, & inquisitionem super prædictis receptam prout ecce, inserantur, supplicat humiliter dignetur vestra Excellentia mandare decerni, & fieri executionem in personis, & bonis dictorum,

N.

N. aliàs lo Gallo, & N. & N & aliorum qui in dicto instrumento treuga rum firmarum pro parte dictorum N. & N. & cuiuslibet eorum insolidum, pro nunc pro quantitate mille ducatorum in dicto instrumento apposita, & pro expensis factis, & faciendis: ita tamen, ut uno eorum solvente ceteri liberen tur, & in omnibus justitiæ complementum fieri, & ministrari, aliis tamen fisco Regio competentibus salvis, & illæsis remanentibus: Regium officium implorando. Quæ licet &c.

Altissimus, &c.
N. Fisci Aduocatus

Decretatio.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè prouideat.

Provisa per N. Regentem Cancellariam.
Die, &c. Barcinone.
N. Scriba mandati.

2

Provisio Iudicis.

REcepta die, &c. meritis processus attentis, insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, provident, quod inserantur, seu consuantur producta; & fiat executio in personis, & bonis de N. aliàs lo Gallo, & aliorum in supplicatione nominatorum, qui pro eorum parte firmarunt in dictis treugis & uniuscuiusque eorum insolidum, iuxta seriem, & tenorem instrumenti treugarum, pro nunc, pro quantitate mille ducatorum auri, & pro expensis factis & faciendis, iuris ordine in exequendo servato, ita tamen ut uno soluente ceteri liberentur, & pro his expediantur litteræ, commissiones, & provisiones opportunæ

N. Iudex.

3.

Instrumentum treugarum frequentiorum.

Die T. mensis T. anno à Natt. Domini T.

DE orde, y mandato del Noble, y amat Conceller de la Real Magnifi. T. en quiscun dret Doctor, Iutge de la Regia Cort, se fan, y firman bonas, y lleals treuas duradoras per temps de sis mesos ab tinencia de deu dies per, y entre T. de una, y T. de part altra, conuenint, y en bona fe promet ent la una part à la altra, que desta hora en auant, per si, ni per interpo sadas personas, no se ofendrán de paraula, ni ab fets, ni en altra qualsevol manera, sots pena en cas de contrafacció de ℔ ℗ moneda Barcelonesa aplicadoras als Cofres Reals de sa Magestat. Per lo que attendrer, y cumplir, te nir, y seruar, ne obligan sa persona, y bens, y de cada hu de ells à solas com à deutes fiscals, y Reals llargament prestantne sagrament, y homenarge de

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ma, y muſclo, en ma, y poder de T. Alguazil ordinari, qui lo reb en nom de ſa Mageſtat (Deu lo guarde.) De quibus, &c.

Teſtes ſunt T. & T.

1 *Proceſſus treugarum eſt executiuus, & conſequens proceſſus antea in Regia Curia inſtructi, ſicque euocatione non eget.*

2 *Treugæ ad certum tempus, non in perpetuum imponendæ.*

Cautio de non offendendo ſine tẽporis præfinitione expirat finito officio Officialis loci, vbi non ſit reſirmata per ſucceſſorem ibid.

3 *Sententia lata ſuper treugis iniunctis Vicecomiti Cardonæ expromitur.*

4 *Ob Regaliam Principi competentem treugas iniungendi, ſine partis inſtantia, equites ad ipſas adſtringuntur, vbi deciſio Regii Senatus.*

5 *Iudex, extante timore probabili rixæ, ſeu ſcandali, poteſt ex officio cogere ſubditos ad mutuam cautionem de ſe non offendendo præſtandam ſub bonorum hypotheca, non veró ad dandum fideiuſſores, ſine partis inſtantia.*

6 *Fideiuſſores præſtare laborioſum, & quando Iudex abſque cauſæ cognitione, ad eos dandos poſſit compellere.*

7 *Iudex ex officio, & ad partis inſtantiam compellit inquiſitum ad cauendum de non offendendo, & offenſum ad non reoffendendum, mitius tamen ſe agendo erga offenſum, quam erga offendentem.*

8 *Iudex nequit cogere vnam ſolam partem ad cauendum, quando pars altera iuſtè timens petit ſibi recaueri.*

Cautio de non offendendo an & quando debeat eſſe reciproca ibidem, & num. 9.

10 *Præceptum de præſtando cautionem de ſe inuicem non offendendo cum declaratione, quod interim cautiones habeantur pro præſtitis, validum eſt.*

11 *Quomodo in Regio Criminali Concilio procedatur contra renitentes obedire mãdatis ſuper firma treugarum factis, & num. 12.*

13 *Conſanguinei, & affines etiam tenentur præſtare cautionem de non offendendo pro eorum conſanguineis, & affinibus ad bonũ publicum, & quietum Ciuitatis ſtatum.*

Iuxta Cap. 17. Cutiar. anni 1599. *prædicta tantum procedũt in conſanguineis, & affinibus vſque ad ſecundum gradum incluſiué ibid.*

14 *Vt pœna pecuniaria impoſita ad obſeruantiam arreſti, manuleutæ treugarum, & ſimilium exequatur contra inobedientes debet conſtare de illis per inſtrumentũ, aliter ſi mandatum ore tenus factum ſit ſpretum pœna exigi non valet.*

Ver-

15 *Verba* ut in debitis fiscalibus, & Regalibus *cur in instrumentis Fisci apponi debeant, & nu.* 16.

ANIMADVERSIONES.

1 QVę obseruanda sint in hoc processu formulæ satis cõmonstrant, notabis tamen illum esse executiuum, & cõsequentem processus antea in Regia Curia instructi, ob quem ad treugas firmãdas fuit deuentũ, & ita euocatione non eget.

2 Non inaniter in supplicatione legis verba *quod dictis treugis durãtibus, & tinentiis earundem*, & in instrumento *duradoras per temps de sis mesos ab tinencia de deu dias*, id est per sex menses, & decem dies; quia treugę imponi solent ad certum tempus, non in perpetuum, veluti ad quinque, vel ad nouem, vel ad duodecim menses, ut refert Iacob. à Calic. *in viridar. milit. Versicul. decimò quæritur num.* 2. ubi hoc licere Principi vigore Vsatic. *Simili modo tit. de dret del Fisc* Iurisperitos Cathaloniæ sensisse comminiscitur, & profectò apertè loquitur Vsaticum ibi *semblantment fermament sia obseruada treua, è pau, è seguretat quel Princep manarà tenir entrels enemichs, &c.* attamen Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 51. ex Anton. Eugen. *cons.* 82. *num.* 8. tradit cautionem de non offendendo sine temporis præfinitione expirare finito officio Officialis loci ubi non sit refirmata per successorem.

Recitat ibidem Calicius sentẽ- 3
tiam latam per iudices à Domino Rege electos super treugis iniunctis Raymundo Vicecomiti Cardonę, qui definierunt illum obnoxium fuisse obseruantiæ earũ, & aliarum quarumcumque, quæ à cætero imponerentur ad certum, & moderatum tempus, ita quod treuga iusta, & ęqua dignoscatur inspecta qualitate personarum, & negotii pro quo guerra fieret.

Quapropter ob Regaliam Prin- 4
cipi competentem treugas iniungendi non est opus partis instantia ut ad ipsas milites, seu equites adstringantur ex trita regula docente Regalias non comprehendi in dispositione aliqua, nisi de eis facta sit expressa mentio, prout erui *decis.* 1. *à nu.* 101. quamobrem die 20. Ianuarii *1676.* referente Nobili Iosepho de Balaguer tertię aulæ Doctore pro Nobili Iacobo de Potau tunc I.R.C. absente constito per informationem de periculo stragium fuit absque partis priuatæ instantia facto verbo in R.C. edita prouisio, quod aliquis ex Regiis Algutziriis accederet ad Villam Cervariæ, & alibi quò opporteret, & compelleret nonnullos equites in ea Villa domiciliatos ad firmandum treugas cum aliquibus inimicis suis, seu inter quos suspicabantur eventura damna, & scandala, adiecta pœna

UAB Biblioteca de Ciències Socials

2009 in actis Badia.

5 Idcircò Canc. *var. 2. cap. 11. nu.* 50. concludit, non ſolum ad petitionem partis cogere iudicem poſſe ſubditos ad pręſtandam mutuam cautionem de ſe non offendendo; ſed etiam ex mero arbitrio ubi ſubeſt timor probabilis rixæ, & ſcandali, & ne partes veniant ad arma ex Clar. in *pract. §. fin. q.* 47. *num.* 7. Vicent. de Franch. *deciſ.* 359. *p.* 2. quicquid in contrarium tenuerint Pariſ. *conſ.* 168. *num.* 10. *lib.* 4. Pla. *lib.* 1. *delict. cap.* 7. *num.* 1. *in fine*, quorum opinio ſuſtineri valeret ſi vellet iudex quempiam obſtringere ad dandos fideiuſſores, non autem ſi ſub hypotheca bonorum obligandus quis eſſet; nam hoc caſu in Cathalonia non hæſitatur cautionem prætſtari debere iudice ex officio iubente.

6 Siquidem ſatisdare, & pro ſecuritate fideiuſſores prętſtare laboriosum cenſetur *l.* 2. *§. ſed niſi dubitetur, ff. de iudic.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 240. *num.* 4. quare quando iudex cōpellit ad dandos fideiuſſores cauſæ cognitionem adhibere tenetur Canc. *d. cap.* 11. *num.* 51. niſi periculum ſit in mora, & timeatur de imminēti offenſione, aut quod pars aufugiat, vel notoriæ eſſent inimicitiæ, tunc enim non eſt prohibitum iudici partes ad cavendum cogere nulla præcedente cauſæ cognitione, & poterit etiam per informationem extraiudicialem ſine examine teſtium Farinac. *q.* 107. *num.* 19. Guazzin. *de treug. & pac. in tit. de caut. q.* 6. *p.* 2. *num.* 4.

7 Licet etiam iudici ex officio, & ad partis inſtantiam cogere inquiſitum ad cavendum de non offendendo iam per eum offenſum, & hunc pariter ad non reoffendendum, ſemper tamen mitiùs ſe agendo erga offenſum, quam erga offendentem Farinac. *d. q.* 107. *num.* 22. præſertim ſi offenſus fuerit dives, vel nobilis, offendens verò pauper, & plebeius.

8 Nequit iudex cogere unam ſolam partem ad prętſtandam cautionem quando altera pars etiam iuſtè timens petit ſibi recaveri Herculan. *in tract. de caut. de non offenden. cap.* 31. *num.* 1. firmans quod ſi iudex iuſſit uni ex partibus dari huiuſmodi cautionem, alia vero pars cautionem non præſtitit inefficax erit obligatio illius qui cautionem dedit, cum intelligatur data prout de iure, & poteſt petere eam caſſari, & providetur quod non intelligatur præſtita Sanfelic. *deciſ.* 142. *num.* 13. declarant Franch. *deciſ.* 159. *num.* 6. Farinac. *in prax. d. q.* 107. *num.* 23. Baiard. ad Clar. *d. q.* 47. *num.* 22. Guazzin. *de treug. & pac. in tit. de caut. q.* 6. *p.* 2. *num.* 13. *&* §. 3. in princip. alios congerit Conciol. *reſolut. criminal.* 9. *à num.* 1. *Verſic. cautio de non offendendo* reddens rationem, quia huiuſmodi contractus

ctus cautionis de non offendendo dicitur correſpectivus,& reciprocus, ideòque nõ debet claudicare, ita ut una ex partibus ſit ligata, & alia remaneat ſoluta, limitat tamen ex pluribus Conciolus quando cautio fuit præſtita iuſſu iudicis cauſa cognita, ut quia dignoſcitur ex una parte adeſſe iuſtum timorem, ex alia non, quoniam tunc ſubſiſtit præſtita per ſolam partem contra quam urgebat timor.

9 Verum eſt quod non pauci,& quidem graves Doctores tenuerunt cautionem de non offendendo validam remanere licet ex adverſo nõ ſit reciprocata,inter quos connumerantur Hercul. de Syl. *conſ.97. num.* 13. *inter conſ. crimin diuerſ. lib.* 2. Morot. *de fid. & pac. q.* 107. *num.*1.Farinac.*d.q.* 107.*nu.* 23. *Verſic. quibus adde omnino* Caball.*reſolut.criminal.caſ.* 219. *num.* 3. *& ſeq. &* alii laudati per Conciol. qui ſupra nixi eo fundamento, quod cautio de non offendendo non dicatur propriè contractus, cum in ea ſimultaneus conſenſus non interveniat.

10 Præceptum factum per iudicem partibus de præſtando cautionem de ſe invicem non offendendo cũ declaratione quod interim cautiones habeantur pro præſtitis tãquam factum pro bono pacis, & ad obviandum ſcandalis validum fatentur Farinac. *d.q.*107.*num.* 13. Caball. *reſolut. criminal. caſ.* 219. *num.* 13.*&*. *caſ.* 231. *per tot.*Guazzin.*defen.*11. *cap.*2. *num.* 12. Vermigliol. *conſ.*166.*num.*7.& alii adducti per Conciolum *d. Verſic.cautio de non offendendo reſol.*7.*num.* 1. *qui nu.*3.affirmat ſequuta per partes præceptatas ad cavendum de non offendendo contraventione pœnam in præcepto contentam commiti, & exigi poſſe,adde Carol. Anton.de Luca ad Franch.*obſeruat.* 359.*num.*4.& ab eo laudatos.

Vt autem noſtram praxim 11
ſcias referam caſum ſatis notabilem,ſuborta fuit rixa die 10. Septembris 1660. inter quendam equitem Barcinonæ domiciliatum, & quendam mercatorem, iſte in Regios carceres coniectus extitit, & traditus deinde idoneę manuleutæ cum reincidentia quatenus per totum menſem Iunii tunc proximè venturum,& interim quandoque foret requiſitus ſe reponeret intus eoſdem Regios carceres ſub pœna 300ℓℓ firmatis prius treugis cum memorato milite,ſeu equite ad pœnam 500ℓℓ pro quibus idoneè caveret, fuitque additum in proviſione quod expedirentur mandata militi ad treugas ſub dicta pœna firmandas, ille tamen prætendebat non teneri ob inæqualitatem gremii, cum unus eſſet eques, alius vero mercator, ſed nihilominùs penſatis circunſtantiis rixæ præcedentis,& periculi, quod in poſterum minabatur

ex-

expedita mandata fuere, & quia recuſavit obtemperare miles detentus extitit in domo ſua arreſtatus per ſpatium ſeptem menſium, & propter nimiam renitentiam iniunctum ei fuit, quod infra unũ diẽ obediret treugas firmando datis cautionibus,cũ comminatione, quod alioquin contra ipſum prout iuris foerit procederetur, accuſata deinceps fuit contumacia contra eundem militem reproductis mãdatis cum eorũ notificatione,& 13. Maii 1668. referente Nobili Ioſepho de Balaguer tunc I.R.C.fuit facto verbo proviſum quod præhabitus miles Regiis carceribus manciparetur,& ibi detentus exiſteret,donec pareret, ſed antequã ad executionem perveniretur treugas firmavit, ut prȩcipiebatur.

12 Sequuti fuerunt Domini exẽplar traditum à Michaele Ferrer 1. *p. obſeruant. cap.*30. ſub die 26. Iunii 1498. in facto Ioannis Carrenca loci de Martorellas, & den Perelloc loci de Alella, in quo attento non paruerunt mandato eis facto ſuper firma treugarum ipſis intimato,fuit concluſum quod ponerentur in carceribus Barcinonæ.

13 Conſanguineos, & affines teneri præſtare cautionem de non offendendo pro eorum cõſanguineis,& affinibus ad bonum publicum,& quietum ſtatum Civitatis maximè de conſuetudine generali docuerunt Cabal.*reſolut.crimin.caſ.* 149.*per tot.* Vulpell. *de promiſſ. de non offend. q.*83. *num.*5.Gratian.*deciſ. March.* 133. *num.*5. & alii cumulati per Conciol. *reſolut.crimin.* 4.*Verſic. cautio de non offendendo*, adde citatos per Sanfelic. *deciſ.* 142.*num.*9. ſedtamen per *Cap.*17. *Curiar. ann.* 1599. fuit cautũ quod treugæ firmarentur tantum per conſanguineos,& affines uſque ad ſecundum gradum incluſivè, & ita hoc caput non eſt iuri cõmuni conforme, ut ex authoribus proximè laudatis depromes, obſerva treugas firmatas ad invicem, & viciſſim de menſe Aprilis 1672. inter duos patres,& filios reſpectivè,& ſanè prænobiles ſub pœna 4000℔ abſque tamen fideiuſſoribus referente nobili Hieronymo de Magarola tunc I. R. C.in actis Badia.

Regulam vero generalem pro 14
arreſtis, manuleutis, & treugis attendant iudices, & Officiales ut omnia iſta, & ſimilia pro quibus pœna pecuniaria ad eorum obſervantiam imponitur conſtẽt per inſtrumentum publicum, aliter enim mandato ſpreto pœna exigi non poterit, cum eius exactioni locus non detur ex contraventione mandati ore tenus facti Afflic. *in Conſtitut. Regn. Neapol. Verſic.ſi vaſſall.num.*1. Thoro *in compend. deciſ. verbo pœna ſpreti mandati la* 2.*in fin.tom.*1.Novar.*de grauamin. vaſſallor. grauam.*220.*tom.*1.& ita quando arreſta verbo fiunt pœna pecuniaria impoſita contra inobe-

bedientem exequi nequibit.

15 Merito in instrumento trengarum inveniuntur verba, *no obliga sa persona, y bens de cada hu de ells à solas com à deutes fiscals, y Reals*, id est *cum obligatione personarum, & bonorum cuiuslibet illorum in solidum, vt in debitis fiscalibus, & Regalibus*; nam eam habent prærogativam debita fiscalia, ut pro illis executivè procedi possit contra personam, & bona, §. *coges in authen. de mandat Princip. l. penult. vbi Bartol. C. de conuen. fisc. debitor lib.* 10. Gutier. *de gabell. q.* 164. *à num.* 8. Olea. *de cession. iur. tit.* 4. *q.* 4. *n.* 15. Xammar. *de offic. iudic. p.* 2. *q.* 6. *nu.* 96. qui *num.* 100. ad intentum nostrum porrigit vim debitorum fiscalium ad milites, sivè nobiles aliasque personas privilegio militari gaudētes, & legum Doctores, qui pro debitis fiscalibus capi possunt, licet aliàs pro debito civili nō capiantur. *Constit. fin. tit. de acc. y obligac.* Fontanella, Cancer, Oliba, & alii in ornatum dictæ Constitutionis per eundem Xammar congesti, & ampliùs asserit non solum fiscum Regium capere nobiles, sed & fiscum Generalis Cathaloniæ, aliud autem de fœminis memoratus Xammar firmat, nempè capi non posse pro debito fiscali.

Sunt etiam adhibita prænarrata verba, ut per ea privilegia fiscalia intelligantur in obligatione expressa, seu imbibita, quæ quanta, quotue sint supervacaneum esset hic dinumerare, cum per plerosque tractatus de iure fisci excussos patefiant. 16

TIT. XXXIII. DE PROCESSV QVANDO COMMISSARII Apostolici vocantur ad Bancum Regium.

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

IOANNES N loci de N. *vexatur, & molestatur indebitè corā N. Cōseruatore cōseruatoriæ Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ, instante N. agricola loci de N. ratione cuiusdam prætensi debiti, ad cuius solutionem dictus N. non tenetur. Et licet teneretur, quod expressè negatur, non poterat, nec debebat antè dictum Conseruatorē conueniri, tanquam Iudicem ecclesiasticum, & incompetentem, ac nullam in laicis iurisdictionem habentem, atque ita, cum procedimenta facta per dictum Conseruatorem, qui iudicaliter pro dicto prætenso debito procedit contra dictum Ioannem N. laicum, & Regiæ iurisdictioni submissum, sint nulla, & nulliter facta, & in præiudicium Regiæ iurisdictionis; ideò & aliàs dictus Ioannes N. de foro, & iurisdictione vestræ Excellen-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lentiæ, & Regiæ Audientiæ, & non de iurisdictione Iudicis Ecclesiastici firmans ius, & de iure pro decem solidis cum iuris augmento iuxta stylum dicto N. Conseruatori prefato, & dicto N. instanti, supplicat dictam iuris firmam admitti, & ea admissa eidem Conseruatori mandari, quod omnia procedimenta per ipsum facta contra dictum Ioannem N. & eius bona laicum, & sic de iurisdictione Regia, casset, reuocet, & certa die coram V. Excel. seu eius Regia Audientia compareat bancum Regium informaturus, & aliàs ad allegandum, & deducendum causas, si quas habet, ob quas ad prædictam reuocationem minimè teneatur. Et præsentem causam, eo prætextu quod agitur de occupatione, & violatione iurisdictionis Regiæ, ad se, suamque Regiam Audientiam euocari, & alicui ex Magnificis Regus Consiliariis committi, qui de litteris, & prouisionibus iuxta stylum prouideat, & ius & iustitiam faciat, & ministrat, officio, &c. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Aduocatus.

Cui quidem supplicationi solet fieri decretatio sequens.

Magnificus N. recognoscat supplicata, & verbum faciat.

Prouisa per Reuerendum Cancellarium 10. Martii 1603. Barcinone.

N. scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta die 12. prædictorum mensis, & anni, facto verbo in Regia Audientia, prouidet quod inserantur producta, & admissa firma iuris si, & in quantum, scribatur N. Conseruatori prætenso, casset, reuocet, & annullet procedimenta contra dictum Ioannem N. ius firmantem laicum facta, & intra dies decem de reuocatione fidem faciat, vel compareat bancum Regium informaturus, & fiant litteræ ad id opportunæ.

N. Iudex.

Et vigore dictę prouisionis instante dicto Ioanne N. expediuntur litteræ prouisę in forma sequenti.

2.

Litteræ.

Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinone, &c.

DOn Ioannes Terès, &c. Dilecto Regio N. prætenso Conseruatori Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ salutem, & dilectionem. Humili supplicatione nobis, & in Regia Audiētia oblata pro parte Ioannis N. extitit deductum, quod ipse per vos molestatur, & inquietatur instāte N. agricola loci de N. ratione cuiusdam prætensi debiti, & cum ipse sit laicus, & de foro, & iurisdictione Domini Regis, & non alicuius Iudicis Ecclesiastici, dicta procedimenta sunt nulla, & nulliter facta, ac in præiudicium Regiæ iurisdictionis: Ideò firman-

mando vobis ius, & de iure in manu & posse nostris, & Regiæ Audientiæ pro decem solidis cum iuris augmento cum suis clausulis vniuersis, supplicauit dictam iuris firmam admitti, & ea admissa vobis mandari, quatenus omnia procedimenta per vos contra eum, & eius bona facta cassaretis, reuocaretis, & annullaretis, & certa die per nos prefigenda compareretis coram nobis & in Regia Audientia bancum Regium informaturus, deducendo, & allegando causas, si quas habetis, ob quas ad predictam reuocationem minimè teneremini, & presentem causam, quia agitur de occupatione, & violatione Regiæ iurisdictionis ad Regiam Audientiam euocari, & alicui Magnifico Regio Doctori committi, qui de litteris & prouisionibus opportunis prouideret. Nos autem dicta supplicatione vti iusta benignè susceptâ, illam Magnifico & dilecto Conciliario Regio N. vtriusque iuris, & dictæ Regiæ Audientiæ Doctori commisimus. Quo referente, die & anno infrascripto, facto per eum verbo in Regia Audientia, admissaque dicta iuris firma prouidimus, quod scriberetur vobis quatenus cassaretis, reuocaretis, & annullaretis procedimenta per vos contra dictum Ioannem N. laicum facta, & de reuocatione fidem faceretis intra dies decem, vel compareretis bancum Regium informaturus, & fierent litteræ opportunæ. Ea propter, predicta omnia & singula intimantes, & notificantes, dicto Ioanne N. nobis supplicante, harum serie vobis dicimus, vosque monemus, quod intra dies decem post presentium presentationem vobis faciendam in anteà continuè numerandos operis per effectum cassetis, reuocetis, & annulletis procedimenta quæcumque contra dictum Ioannem N. facta, & ad pristinum reducatis statum, & à vestris regestris penitus debeatis, & de eorum reuocatione intra eosdem decem dies authenticè nobis, & dicto Magnifico Relatori fidem faciatis, partes, & causam predictas ad nos eorum iudicem competentem remittendo: cum sic iustitia suadente facere debeatis. Aut intra eosdem decem dies personaliter coram nobis in banco Regio, seu coram dicto Magnifico N. Relatore compareatis bancum Regium informaturus, daturus, allegaturus, & reddituros rationes iustas, si quas habetis, cur predicta facere non teneamini: aliàs pro conseruatione Regiæ iurisdictionis procedemus, & procedi mandabimus contra vos, & bona vestra vt iuris fuerit, & rationis. Taliter quod Regia iurisdictio salua remaneat pariter, & illesa. Datum Barcinone die T. anno T. N. Regens.

Vis N. Iudex.

In communi Locumtenentiæ x. fol. &c.

Scriba N.

Et posito, ac dato, quod dictus Conservator, seu Ecclesiasticus Iudex non pareat litteris sibi præsentatis, non solum non revocando procedimenta, nec in banco Regio comparendo, sed ad ulteriora contra laicum

& eius bona profana procedendo, tũc inſtante parte læſa, & gravata expediuntur aliæ ſecundę litteræ eidem Eccleſiaſtico Iudici directæ, & forma qua petitur dictas ſecundas litteras expediri eſt tenoris ſequentis.

3.

Alia ſupplicatio.

Excellentiſſim Senyor.

NO obſtant, que per part de Ioan N. fos ſuplicat, que vns procehiments fets per N. conſeruador del Sant Eſperit de la Ciutat de Lleyda contra dit Ioan N. perſona ſecular, y de Iuriſdicciò ſecular, y no Eccleſiaſtica, foſſen manats reuocar, ò per cert dia compareguès deuant de voſtra Excellencia, per deduhir las cauſas, y rahons perque fer nos degués, y fos feta prouiſiò per lo Magnifich Miſſer N. Doctor del Real Concell, al qual ſe cometé dita cauſa, y en virtut de aquella deſpedidas lletras de la Real Cancellaria ab la forma deguda y aquellas preſentadas al dit N. pretes Conſeruador, com ab lo acte de aqui fet conſta, lo qual exhibeix; no emperò ha duptat dit Conſeruador en preiudici de dita cauſa, y citaciò en virtut de ditas lletras feta, attentant, é innouant de fer alguns procehiments, y expedir alguns manaments, y fer preſentar aquells al dit Ioan N. los quals ab requeſta per eſta part preſentada, ſe ha inſtat ſe reuocaſſen, tornant altra vegada preſentar, y notificar ditas lletras, com ab lo acte de aqui fet, lo qual exhibeix, es de veurer: ſuplica perçó á voſtra Excellencia dit Ioan N. ſia de ſon Real ſeruey manar expedir altras lletras, ó cartells peral dit pretès Conſeruador, ab las comminacions ſolitas, y neceſſarias, iuxta lo eſtil del Real Concell, y en quant ſia meneſter, que lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort hi faſsa part, y juſticia eſſerli feta, y adminiſtrada: lo ofici, &c.

Altiſſimus, &c.

N.

Cui ſupplicationi fieri ſolet decretatio ſequens.

Remittatur Relatori cauſa, qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per N. Regentem Cancellariam die, &c. Barcinone

N. ſcriba mandati.

Proviſio Iudicis.

Recepta die 11 Maii 1603. facto verbo in Regio Concilio, prouidet, quod inſerantur producta, et quod fiant ſecundæ litteræ, ſeu cartella opportuna, cum comminatione bannimenti, et aliis opportunis iuxta ſtylum.

Et vigore dictæ proviſionis in calce ſupradictæ ſupplicationis factæ, inſtante dicto Ioanne N. per Notarium proceſſus expediuntur ſecundæ litteræ, quæ ſunt tenoris ſequentis.

Se-

4.

Secundæ litteræ.

Philippus Dei gratia, Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinone, &c.

DOn Ioannes Teres, &c. Regio N. pretenso Conseruatori Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ salutem, & benedictionem. Humili supplicatione nobis, & in Regio Concilio oblata pro parte Ioannis N. extitit in effectu deductum, quod licet pro eius parte fuisset nobis supplicatum, quatenus vos moneremus nonnulla procedimenta per vos instante N. facta contra dictum Ioannē N. laicum, cassaretis, & reuocaretis, aut aliàs die certa in Regia Audientia personaliter compareretis more solito bancum Regium informaturus, & fuerit per nos causa prædicta commissa Magnifico, & dilecto Consiliario Regio N. vtriusque iuris, & dictæ Regiæ Audientiæ Doctori, & ex prouisione per eum facto verbo in Regia Audientia facta fuerint in forma solita emanatæ litteræ vobis directæ prædicta in se continentes, quæ vobis præsentatæ, & notificatæ fuerunt, prout nobis authenticè constat: vos nihilominus non dubitastis in præiudicium dictæ causæ, & citationis vobis dictarum litterarum vigore factæ, attentando, & innouando aliqua alia procedimenta facere contra dictum Ioānem N. qui iterum repræsentando dictas Regias litteras vos requisiuit, quatenus prædicta procedimenta reuocaretis, prout per publicum instrumentum nobis constat; & cū prædicta procedimenta contra dictū Ioannem N. laicum, & de foro, & iurisdictione Regia, & nō ecclesiastica facta sint in æmulationem dictæ litis, & Regiæ iurisdictionis, & aliàs supplicauerit secundas litteras vobis directas in forma expediri, cū solitis, & assuetis comminationibus. Nos autem videntes supplicata fore iusta, & rationi consona, volentes Regiam iurisdictionem illesam seruare, vt tenemur, dicto Magnifico Relatore referente factoque per eum verbo in Regio Concilio, prouidimus quod fierent secundæ litteræ cum commination bannimenti, & alijs opportunis iuxta stylum. Ea propter, prædicta omnia, & singula intimantes, & notificantes, dicto Ioanne N. nobis supplicante, harum serie vobis dicimus, vosque requirimus, & monemus, quatenus intra dies decem post præsentium præsentationem vobis faciendam in anteà continuè numerandos, cassetis, & annulletis procedimenta quæcumque cōtra dictum Ioannem N. instante dicto N. facta, & ad pristinum reducatis statum, illa à regestris vestris penitùs delendo, & de eorum reuocatione intra dictum terminū authenticè nobis, & dicto Relatori fidem faciatis, causam, & partes prædictas ad nos eorum iudicem competentem remittendo, cum sic iustitia suadente facere debeatis. Aut intra eosdem decem dies personaliter coram nobis in banco Regio, seu coram dicto N. Relatore, prout in prioribus litteris continetur, compareatis bancum Regium informaturus, daturus, & redditurus rationes iustas, si quas habetis, cur prædicta facere non teneamini, aliàs si prædicta

per nos iustè, & secundò requisita facere recusaueritis, quod non credimus pro conseruatione Regiæ iurisdictionis procedemus, & procedi mandabimus contra vos, & bona vestra, etiam ad banniendum vos à dicto Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis & Ceritaniæ: & aliàs, prout de iure, & stylo inuenerimus faciendum. Taliter quod Regia iurisdictio salua remaneat pariter & illæsa. Datum Barcinone die vigessimo sexto Aprilis anno à natiuitate Domini millessimo sexcentessimo tertio. N. Regens.

Vt. N. Iudex.

Scriba N.

Et præsentatis dictis litteris, ponamus quod ipse Conservator, & Iudex Ecclesiasticus persistat in contumacia non parendi, per quam Regis iurisdictio offenditur, & partes iudicis impediuntur quò minùs fortiantur effectum, imó protervus sit procedendo ad ulteriora, tunc iterum parte instante, & Fisci procuratore Regiæ Curiæ, mittuntur aliæ, & tertiæ litteræ, quibus idem quod in prioribus litteris præcipitur. Sin minus, quod decima die post dictarum tertiarum litterarum præsentationem, & si feriata sit die sequenti non feriata, cum dierum continuatione, compareat coram Domino Rege, seu eius Locumtenente Generali, & in Regio Concilio, seu Relatore causæ, ad videndum declarari se incidisse in pœnam banni sibi oppositam, & sic ad expediendas dictas tertias litteras, pars læsa, & gravata iterum comparet coram Domino Rege, & offert ei sequentem supplicationem.

5.

Tertia supplicatio.

Excellentissim Senyor.

A Instantia de Ioan N. foncb suplicat à V. Excel. attès los procehiments contra sos bens fets per lo pretès Conseruador del Sāt Esperit de la Ciutat de Lleyda, eran indebitament fets, y perçò cometent dita causa al Magnifich Misser N. Doctor del Real Concell, fonch prouehit, que compareguès per informar lo Real Concell, y per no auer comparegut foren prouehidas altres lletras ad fines banni. E com no haja obtemperat dit Conseruador à ditas provisions; suplica perçó à vostra Excel. attès ditas contumacias en no comparexer, y obehir als manaments del Real Concell, dit Conseruador esser bandejat, ò altrament prouehit per los remeys de justicia necessaris, y oportuns: exhibint las lletras presentadas à dit Conseruador, perque sian insertadas, y justicia esserli feta, y administrada, lo ofici, &c.

Altissimus, &c.

N.

De-

Decretatio.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per N. *Cancellarium die, &c. Barcinone.*

N. Scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta dictis die & anno, facto verbo in Regio Concilio, prouidet, quod fiant tertiæ litteræ, quibus scribatur N. *Conseruatori, quatenus die decima non feriata post litterarum præsentationem cum sequentium continuatione compareat in Regio Concilio ad videndum declarari se incidisse in pœnam bannimenti, & fiant litteræ opportunæ iuxta stylum.*

N. *Iudex.*

Et vigore dictæ prouisionis expediuntur per Notarium causæ tertiæ litteræ, quæ sunt tenoris sequentis.

6.

Tertiæ litteræ.

Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinonæ, &c.

DOn Ioānes Terès, &c. Dilecto Regio N. *prætenso Conseruatori Cōseruatoriæ Sācti Spiritus Ciuitatis Illerdæ. Litteris Regiis fuistis diebus elapsis monitus, quatenus nonnulla procedimenta per vos instante* N. *facta contra Ioannem* N. *laicum de foro, & iurisdictione Regiis, & districtualem nostrum, cassaretis, & reuocaretis, aut aliàs die certa in dictis litteris contenta in dicto Regio Concilio coram Magnifico, & dilecto Consiliario Regio* N. *dicti Regii Concilii Doctore, cui dicta causa extitit commissa personaliter compareretis bancum Regium more solito informaturus, prout latiùs in dictis Regiis litteris cōtinetur, quæ vobis, vt constare videmus, præsentatæ fuerunt, & cum prædicta in dictis Regiis litteris contenta facere non curaueritis, fuistis aliis secundis litteris Regiis datis Barcinone die T. iterum monitus, quatenus prædicta in dictis prioribus Regiis litteris contenta, & monita adimpleretis, cum expressa comminatione quod aliàs pro conseruatione Regiæ iurisdictionis procederemus, & procedi mandaremus contra vos, & bona vestra tanquam perturbatorem Regiæ iurisdictionis, etiam ad banniendum vos à dictis Principatu, & Comitatibus, & aliàs prout de iure, & de stylo inuenerimus faciendum; taliter quod Regia iurisdictio remaneat salua pariter, & illæsa: Et quia nedum monita in prioribus, verum etiam, & in secundis litteris contenta facere, & implere renuistis, in contemptū dictarum Regiarum litterarum, & præiudicium Regiæ iurisdictionis, ac damnum dicti Ioannis* N. *Idcircó die, & anno infrascriptis conquerendo dictus Ioannes* N. *de vestra notoria renitentia, & recusatione, exhibendoque præsentationes dictarum litterarum supplicauit, vos tanquam perturbatorem Regiæ iurisdictionis banniri à Principatu & Comitatibus, aut*

aliàs

aliàs prouideri de opportunis iuris,& iuſtitiæ remedijs Nos autem dicto Magnifico N. Relatore referente, factoque per eum verbo in Regio Concilio, prouidimus, quod fierent tertiæ litteræ, quibus ſcriberetur quatenus die decima non feriata poſt litterarum præſentationem, cum ſequentium continuatione, compareretis in dicto Regio Concilio ad videndum declarari vos incidiſſe in pœnam bannimenti, & fierent litteræ opportunæ iuxta ſtylum. Ea propter prædicta omnia, & ſingula vobis intimantes, & notificantes, dicto Ioanne N. nobis ſupplicante, harum ſerie vobis dicimus, vosque monemus, quatenus intra dies ſex poſt præſentium præſentationē vobis faciēdam in anteà continuè numerandos operis per effectum caſſetis, reuocetis,& annulletis procedimenta quæcumque contra dictum Ioannem N. inſtante dicto N. per vos facta, & ad priſtinum reducatis ſtatum, illa penitus à regeſtris veſtris delendo,& de eorum reuocatione intra dictum terminum authenticè nobis fidem faciatis, partes, & cauſas prædictas ad nos eorum iudicem competentem remittendo, cum ſic iuſtitia ſuadente facere habeatis, aut intra eoſdem dies decem perſonaliter coram nobis in banco Regio, ſeu coram dicto N. Relatore, prout in prioribus litteris continetur, compareatis bancum Regium informaturus, daturus, & reddiuurus rationes iuſtas, ſi quas habetis, cur prædicta facere non teneamini; aliàs ſi prædicta facere recuſaueritis, vel diſtuleritis, tenore præſentium vos citamus, vobiſque dicimus, & mandamus, quatenus dicta die decima non feriata poſt præſentium præſentationem vobis faciendam, cum ſequentium continuatione perſonaliter compareatis coram nobis, ſeu in dicto Regio Concilio coram Magnifico N. Relatore ad videndum declarare vos in pœnam bannimenti in poſterioribus litteris comminatam incidiſſe. Alioquin lapſo dicto termino, quem vobis præcisè, & peremptoriè aſſignamus, niſi prædicta per uos primò, ſecundò, & tertio iuſtè monita adimpleueritis, vt præfertur, procedemus, & procedi mandabimus in prædictis contra vos, & bona veſtra, prout de iure, & ſtylo inueniemus fore faciendum, & procedendum, taliter quod Regia iuriſdictio ſalua remaneat pariter, & illæſa, veſtra abſentia in aliquo non obſtante, verum contumacia exigente. Datum Barcinone die T. anno T. Rovirola Cancellarius.

Vt. N. Fiſci Aduoc. *Vt. N. Iudex.*

Scriba N.

Poſt verò dictarum tertiarum litteratum præſentationem, dicto Cōſervatore adhuc renuente comparere, nec velle dicta acta revocare, imò appenſatè, & ex propoſito vilipendendo dictas Regias litteras perſeverante inferre vim dicto Ioanni N. laico, & vaſſallo Domini Regis, tunc pars læſa, unà cum Fiſci Procuratore Regię Curię debent offerre ſupplicationem, qua in effectu petant, & ſupplicent mandati declarari dictū

Con-

Conſervatorem, ut perturbatorem Regiæ iuriſdictionis incidiſſe in pœnam bannimenti, & alias pœnas eidem cum dictis ultimis litteris comminatas. Et forma ſupplicationis qua id petere debent eſt huiuſmodi tenoris.

7.

Quarta ſupplicatio.

Excellentiſſim Senyor.

NO obſtant, que per part de Ioan N. ſe proſeguis vna cauſa en lo Real Concell, y deuant del Magnifich Miſſer N. Doctor del Real Concell, contra dels procehiments eran eſtats fets per N. pretès Conſeruador del Sant Eſperit de la Ciutat de Lleyda, y que ab vnas lletras preſentadas à dit Conſeruador, ſe li manaua, que dins deu dias après de la preſentaciò, compareguès en lo Real Concell, pera veurer declarar eſſer incidit pena de bandeig, no ha duptat dit Conſeruador paſſar auant, fent procehiments contra N. narrentur hic procedimenta, & poſteà concludatur. *Suplican perço dits Procurador Fiſcal, y Ioan N. á voſtra Excel. ſe ſerueſca manar prouehir, que dits exceſſos ſian refrenats, y que dit pretés Conſeruador, attés que no ha obehit à las prouiſions fetas en lo Real Concell, ſia publicat, y bandejat: exhibint los procehiments fets, perque ſian incertats, y juntament ab las lletras terceras, ſe li preſentaren molts dias fa, y iuſticia eſſer feta, y adminiſtrada lo Real Ofici de voſtra Excel. benignament implorant. Qua licet, &c.*

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus.

Idem ſupplicat Fiſci procurator iuribus ſemper ſaluis.

N. Fiſci Aduocatus Patrim.

Cui quidem ſupplicationi fit decretatio ſequens.

Remittatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per Reuerendum Cancel. 14. Martii 1603. Barcinone.

N. ſcriba mandati.

8.

Proviſio Iudicis.

REcepta die 20. Aprilis 1603. Viſo proceſſu, & illius meritis attentis, & ſignanter attento ex proceſſus meritis conſtat, cum litteris à Regia Audientia emanatis, & N. prætenſo Conſeruatori Sanctæ Spiritus Ciuitatis Illerdæ præſentatis die 7. Martii 1603. fuiſſe dicto N. Conſeruatori prætenſo iniunctum, quatenus intra dies decem, caſſaret, reuocaret, & annullaret, procedimenta per ipſum dicto nomine facta contra dictum Ioannem N. & de reuocatione fidem faceret, vel compareret bancum Regium informaturus, &

con-

ſtet die 14. Aprilis proximè lapſi, ad prædicti Ioannis N. inſtantiam fuiſſe alias ſecundas litteras prouiſas, & dicto N. prætenſo Conſeruatori perſonaliter præſentatas die T. eiuſdem menſis Aprilis, quibus eidem fuit iniuncta quatenus dicta procedimenta tanquam perturbatiua Regiæ iuriſdictionis contra laicos facta, caſſaret, & reuocaret ad pœnam bannimenti, vel compareret bancum Regium informaturus. Cõſtat etiam ob recuſationem dicti Conſeruatoris fuiſſe alias tertias litteras proniſas die T. Aprilis dicti anni 1603. eidem Cõſeruatori etiam perſonaliter præſentatas die T. eiuſdem, menſis, quibus fuit ei iniunctum, quatenus die decima non feriata poſt litterarum prædictarum præſentationem, cum ſequentium continuatione, compareret ad videndum declarari ſe incidiſſe in pœnam prædicti bannimenti, attento non curauit reuocare procedimenta contra dictum Ioannem N. laicum facta in præiudicium Regiæ iuriſdictionis, vel compareret bancum Regium informaturus, cur ad prædicta nõ teneatur. Et attento conſtat dictum N. Conſeruatorem in eadem recuſatione, & contumacia perſiſtere, & ad vlteriora proceſſiſſe, & procedere contra dictum laicum in præiudicium Regiæ iuriſdictionis, vilipendendo dictas Regias litteras, Regiam iuriſdictionem præheminentiam, & illius regalias contemnendo. His igitur, & aliis meritis proceſſus attentis, & aliàs, inſequendo concluſionem in Regio Cõcilio factam, prouidet & declarat, quod inſerantur producta, & pro defenſione dictarum iuriſdictionis, præheminentiæ, & regaliarum, & reparatione tanti, & tam notorii grauaminis, declarat locum fuiſſe, & eſſe declarationi dictarum pœnarum dicto Conſeruatori comminatarum, & impoſitarum, & quod ad dictum effectum faciendi dictam declarationem portetur proceſſus Magnifico Regenti Regiam Cancellariam.

Vt. N. Iudex.

In vim ſupradictæ proviſionis defertur proceſſus Regenti Regiam Cancellariam, & ipſe Regens viſo dicto proceſſu, & illius meritis attentis, procedit ad faciendam dictam bannimenti declarationem.

9.

Sententia bannimenti.

Ieſu Chriſti & eius Beatiſſimæ Matris Mariæ nominibus humiliter inuocatis.

EXcellentiſſimus Dominus Locumtenens Generalis, viſa ſupplicatione die 13. Martii 1603. oblata per Ioannem N. in effectu ſupplicantem, &c. Procedes per omnes viſos uſque ad motiva, diſpoſitivam ſententiam, & concludes viſos. *Viſo denique toto proceſſu, & procedimentis factis contra dictum N. Conſeruatorem, & aliis videndis viſis, Sacroſanctis Dei quatuor Euangeliis coram poſitis, & illis reuerenter inſpectis, vt de diuino vultu rectum procedat iuditium, ſua Excellentia inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, pronuntiat, ſententiat, & declarat in modum ſequentem.*

At-

Attento ex meritis processus constat, N. pretensum Conseruatorem Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ velle procedimentis iudicialibus cognoscere, & de facto cognouisse de persona, & bonis Ioannis N. loci de N. districtualis, & vasalli Domini Regis, bona illius reperta sub inuentario describi faciendo, itaque sic in eum, eiusque res, & bona prædicto nomine iurisdictionem exercendo. Propter quæ constat dictum Ioannem N. tanquam de foro, & iurisdictione Domini Regis, & non Iudicis Ecclesiastici, firmasse in Regia Audientia ius, & de iure pro decem solidis, cum iuris augmento, & aliis clausulis, dicto N. pretenso Conseruatori, ac in & cum supplicatione per eum die 3. Aprilis 1603. petisse admissa dicta iuris firma illi mandari, quod omnia procedimēta contra dictum Ioannem N. & eius bona facta reuocaret, & annullaret, vel quod certa die per suam Excellentiam præfigenda compareret coram sua Excellentia, eiusque Regia Audientia bancum Regium informaturus, prout hæc & alia latiùs in dicta supplicatione sunt contenta, ad quam fit relatio. Et constat, in vim Regiarum prouisionum, referente Magnifico N. Regii Concilii Doctore factarum scilicet die 13. Martii, & die 2 Maii, & die 6 Maii 1603. dictum N. Conseruatorem, litteris emanatis à Regia Audientia, & eidem præsentatis, fuisse semel, bis, & tertio monitum, quod procedimenta facta contra dictum Ioannem N. ius firmantem laicum, & de iurisdictione Domini Regis, tanquam Regiæ iurisdictioni præiudicialia, & nociua, reuocaret, cassaret, & annullaret, & de reuocatione fidem faceret intra dies decem, aut intra eosdem compareret bancum Regium informaturus, comminatione adiecta, quod alioquin tanquam Regiæ iurisdictionis perturbator à præsenti Principatu banniretur. Et constat, dictum N. Conseruatorem contumaciter minimè curasse dicta procedimenta reuocare, & minùs ad bancum Regium ad illum informandum accedere; imò constat eum tertio alias Regias litteras fuisse monitū, & eisdem eidem iniunctum, quod die decima non seruata post dictarum tertiarum litterarum præsentationē, cum sequentium continuatione compareret in Regio Concilio ad videndum declarari se incidisse in pœnam bannimenti. Et constat dictum N. Conseruatorem omnibus monitoriis litteris neglectis, pertinaciter, & contumaciter ad vlteriora contra eundem Ioannem N. processisse, & procedere in præiudicium Regiæ iurisdictionis; ac dictas Regias litteras, præeminentiam, & Regalias Domini Regis contemnendo propter quod instantibus dictis Ioanne N. & N. Fisci Procuratore patrimoniali, in & cum supplicatione per eos oblata die T. Maii 1603. constat in Regio Concilio insequendo conclusionem ibidem factam fuisse die T. dicti mensis, & anni prouisum, & declaratum pro defensione dictarum Regiæ iurisdictionis, præeminentiæ, & regaliarum, & reparatione tanti, & tam notorii grauaminis, locum fuisse, & esse declarationi dictarum pœnarum dicto N. Conseruatori comminatarum, & impositarum, & quod ad

dictum effectum faciendi dictam declarationem portaretur processus Regenti Regiam Cancellariã: ex quibus manifestè constat, dictum N. nomine prætensi Conseruatoris velle ex proposito, & appensatè iurisdictionem Regiam inquietare, & perturbare, & in casu non permisso sibi illam appropriare. His, & aliis meritis attentis; & aliàs sua Excellentia dictam insequendo conclusionem in Regio Concilio factã, sententiat pronũciat, & declarat, dictum N. prafatũ Conseruatorem tanquam perturbatorem Regiæ iurisdictionis, in pœnam bannimenti in & cum supràmentionatis litteris sibi impositam incidisse, & propterea eum à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilloni, & Ceritaniæ bannendum fore & esse, prout cum præsenti bannit, & pro bannito habendum, & publicandum fore & esse, & pro tali tenendum & reputandum donec aliter sit prouisum, & Regiam iurisdictionem in præiudicio illi illato reintegrauerit, & pro his fiant litteræ, prouisiones, commissiones, & præconizationes opportunæ iuxta Regiæ Curiæ stylum.

Vt. N. Regens.

Vt. N. Fisci Aduocatus Patrimon.

Lata per N. Regentem Cancellariam, & de illius mandato lecta per N. Regium Scribam mandati, & Notarium publicum per totam terrã, die decima quinta Maii MDCiij. instante N. Fisci Procuratore Regiæ Curiæ, & Ioanne N. præsentibus testibus N. & N. Civibus Barcinone, compluribus in multitudine copiosa.

Supradicta sententia debet postea intimari dicto Conservatori absenti cum litteris à Regia Cancellaria emanatis, quę litteræ faciendæ sunt in forma sequenti.

10.

Litterę intimationis sententiæ bannimenti.

Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinone, &c.

DOn Ioannes Terès, &c. Dilecto Regio N. Conseruatori Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ, salutem, & dilectionem. In causa, seu quæstione firmeiuris, quæ in Regia extitit Audientia sub examine Magnifici, & dilecti Consiliarii Regii N. vtr usque iuris, & dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, inter Ioannem N. ex vna, & vos dictum Conseruatorem ex altera partibus, causis, & rationibus in processu super his actitato contentis per nos die decima sexta Maii anni præsentis, ad instantiam dicti Ioannis N. & Procuratoris Fiscalis Patrimonialis fuit de consilio N. Regentis Cancellariam insequendo conclusionem in Regia Audientia factam lata contra vos Regia Sententia, siue declaratio, cuius dispositiua est tenoris sequentis. Inseratur hic dispositiva dictę sententiæ, & postea scribatur. *Ea propter dictis Ioanne N. & Fisci Procuratore Patrimoniali nobis supplicantibus, prædictam Regiam Sententiã,*

& omnia, et singula in ea contenta tenore præsentium vobis intimamus & notificamus, ad effectum, vt de premissis plenam, & perfectam notitiam habeatis, & omnia, & singula in ea contenta adimpleatis. Datum Barcinone die trigessima Maii MDCiij. N. Regens. Vt. N. Fisci Aduocatus.

II.

Monitorium mittendum post epistolam privatam.

Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comesque Barcinonę, Rossilionis & Ceritaniæ, &c.

FRanciscus de Orosco, & Ribera, Marchio de Olias Mortara, &c. Dilecto Regio Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali pro Reuerendo in Christo Patre, & dilecto Conciliario Regio Episcopo Barcinonæ, salutem, & dilectionem. Lata iam per nos sententia bannimenti à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ contra vos: opportet nobis quod pro tuitione, & defensione Regiæ iurisdictionis, & præeminentiæ, ac regaliarum deueniamus ad illius executionem nobis instatã & petitam à Petro A. Notario publico Ciue Barcinonæ, & Procuratore Regii Fisci Patrimonialis attenta potissimum notoria contumacia vestra in reuocando, cassando, & annullando omnia, & singula procedimenta facta contra dictum Petrum A. personam merè laicam, & de foro, & iurisdictione Domini Regis, illius temporalem iurisdictionem vsurpando ac etiam in firmando contentionem, dictum subditum nostrum indebitè molestando: vnde pro reparatione tanti, & tam notorii grauaminis Regiæ iurisdictioni, præeminentiæ, & authoritati per vos illati, deueniendum à nobis est cũ maxima animi nostri displicentia ad dictum bannimẽtum, tanquam remedium Domino Regi de iure licitum, & permissum, ac à suis prædecessoribus contra turbantes suam iurisdictionem in casu tam claro, & notorio secundum Apostolicam, & Regiam concordiam assuetum, attentis potissimum causis, & rationibus in dicta nostra sententia contentis, in cuius confirmationem mittimus cum præsentibus nostris litteris monitoriis iustificationes motiuorum, ex quibus ad dictam declarationem bannimenti deueniendum fore, & esse, pretensum, & instatum fuit per dictum Petrum A. & Regij Fisci Procuratorem Patrimonialem cum allegationibus coram nobis factis: ex quibus omnibus notum, & clarum vobis extitit quantum preiudicium fuit illatum in vestra Curia Ecclesiastica Regiæ iurisdictioni Domini Regis, & illius præeminentiæ, iura & leges violando, ac Apostolicam, & Regiam concordiam transgrediendo, pacem, & quietem, ac tranquillum statum subditorũ, & vassallorum nostrorum perturbando. Qua propter ex parte suæ Regiæ Maiestatis, & authoritate nostri Officii qua in hac parte fungimur, vos tenore præsentium vltimo monemus, quatenus pro predictæ nostræ Regiæ Sententiæ executione intra dies sex à die notificationis præsentium computandos exeatis à Ca-

thaloniæ Principatu, & Comitatibus Roſſelionis, & Ceritaniæ, niſi caſſationem, annullationem, & reuocationem faciatis de omnibus, & ſingulis procedimentis factis in dicta Curia tranſmittendo nobis fidem, & certificatoriam de cancellatione iuxta contenta in noſtris litteris requiſitorijs, repetitoriis, ſiue exhortatorijs, atque iterum vos rogamus, & hortamur, aut contentionem prædictam firmetis, aliàs procedi mandabimus ad executionem dictæ ſententiæ pro remedijs, quæ vobis permutantur, imputando omnia, & ſingula damna, & ſcandala, quæ ex eo ſuscitari poſſunt notoriæ contumaciæ veſtræ in non exeundo à dicto Principatu, & Comitatibus in dicto termino aſſignato, aut reuocando dicta procedimenta per vos facta, ſeu contentionem firmando, & ita proteſtamur Dat Barcinonæ die 20. Junii 1656.

N. Regens.

V. N. F. Aduocatus. *Vt.* N.

Hæc formula deſumpta à Cortiada *d. deciſ.* 28. *num.* 147. poteſt deſeruire quando accidat caſus Iudicis Eccleſiaſtici delegati mutatis mutandis, & idem annoto quoad formam immediatè ſequentem.

Perſiſtente adhuc contumacia, & perfidia Iudicis Eccleſiaſtici mittitur ad eum aliquis Regius Officialis, qui petita prius aſſiſtentia Iudicis Ordinarii Eccleſiaſtici, ſive obtenta, ſive non illum decenter, & urbanè capiat, & à Principatu, & Comitatibus extrahat, ita ex Oliba, Peguera, Fontanella, Cortiada *deciſ.* 28. *num.* 148.

12.

Litteræ bannimenti.

Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonum, Comes Barcinonæ Roſſilionis & Ceritaniæ, &c.

Franciſcus de Oroſco, & Ribera Marchio de Olias, Mortara, &c. Dilecto N. Regio Alguzirio ſalutem, & dilectionem. In cauſa, ſeu quæſtione firmæ iuris, quæ in Regia extitit Audientia ſub examine nobilis, & dilecti Conciliarij Regij N. vtriuſque iuris, & dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, inter Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ, & Regij Fiſci Procuratorem Patrimonialem ex vna, & Doctorem Franciſcum C. Officialem, & Vicarium Generalem Reuerēdi in Chriſto Patris Epiſcopi Barcinonæ, partibus ex altera, cauſis, & rationibus in proceſſu ſuper his actitato largè contentis, per nos die 16. Junij præſentis anni ad inſtantiam dictorum Petri A. & Regij Fiſci Procuratoris Patrimonialis fuit contra dictum Officialem, & Vicarium Generalem lata R. Sententia, ſeu declaratio bannimenti à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ Poſt quā ſententiā noſtris cū litteris dictū Officialē & Vicariū Generalē Barc. requiſiuimus, & monuimus, ut reuocaret, caſſaret, &

et annullaret procedimẽta in ſua Curia facta contra dictum Petrum A. in præiudicium, turbationem, & vſurpationem Regiæ iuriſdictionis, præeminentiæ, & Regaliarum Domini Regis, & de annullatione fidem faceret, aut contentionem firmaret, prout in dictis noſtris litteris, Dat. Barcinonæ 20. Iunij curremis anni ad quas nos referimus continetur. Quæquidem dictus Officialis, & Vicarius Generalis dicta procedimenta minimè reuocare curauit, nec contentionem firmauit. Ideo attenta contumacia illius, & pro reparatione tanti, & tam notorij grauaminis Regiæ iuriſdictioni, præeminentiæ, & authoritati illati, inſtantibus dictis Petro A. & Regij Fiſci Procuratore Patrimoniali, vobis dicimus & mandamus conſulto, & de certa ſcientia ſub incurſu Regiæ indignationis, & iræ pœnaque quinque mille florenorum Aragonum, quatenus viſis præſentibus, & ſine mora tranſmittatis vos ad domum dicti Officialis, & Vicarij Generalis, & procuretis amicabiliter, quatenus reuocet dicta procedimenta, aut contentionem firmet, & caſu quo perſeueraret, & perſeuerare vellet in ſua contumacia, & perfidia, notificabitis illi ſumptus, & expenſas veſtras, & aliorum Officialium, deinde accedatis ad domum Reuerendi in Chriſto Patris Epiſcopi Barcinonæ, & ab eo petatis aſſiſtentiam ad extrahendum dictum Officialem, & Vicarium Generalem à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ, & illa petita, ſiue obtenta, ſiue non obtenta, publicare faciatis per loca ſolita Ciuitatis Barcinonæ præconizationes dicti bannimenti, & poſtea iterum accedatis ad domum dicti Officialis, & vicarij Generalis illique notificabitis illius publicationem, & quod exeat à dictis Principatu, & Comitatibus, debeatiſque actuare per veſtrum Notarium omnia, & ſingula procedimenta per vos facta, & facienda in forma authentica, & ſi dictus Officialis, & Vicarius Generalis intra dies ſex non exierit à dictis Principatu, & Comitatibus, illis elapſis, perſeuerando in ſua contumacia illum decenter, & cum Vrbanitate poſſibili in aliquo curru capiatis, & captum pro executione dictæ Regiæ Sententiæ à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſelionis, & Ceritaniæ extrahatis, & ad hunc effectum mandamus Gerentibus vices Generalium Gubernatorum, Cathaloniæ, & Comitatuũ Roſſelionis, & Ceritaniæ, Vicarijs, Subuicarijs, Baiulis, Subbaiulis, & alijs quibuſcunque Officialibus tam Regijs quam Baronalibus quatenus vobis aſſiſtent, & præſtent auxilium, & fauorem vſque ad prædictorum debitam executionem. Dat. Barcinonæ 27. Iunij 1656. N. Regens.

Vt. N.

Vt. N. F. P. Aduocat.

Deinde ante totalem executionem bannimenti facienda ſunt præconia.

Lo

13.

Lo Rey de Castella, Aragó, Comte de Barcelona de Rossellò, y Cerdanya.

ARa ojats tothom generalment, queus notifiquen manen, y fan à saber de part del Excellentissim Senyor Don Francisco de Orosco, y Ribera, Marquès de Olias, Mortara, &c. Que per quant ab sentencia preferida en la Real Audiencia à relació del Magnifich Doctor N. en 16. de Iuny del corrent Any sie estat declarat hauerse de desterrar, y bandejar del present Principat de Cathalunya, y Comptats de Rosselló, y Cerdanya, lo Doctor Francesch C. Official, y Vicari Gen. del Reuerent en Christo Pare Bisbe de Barcelona, per les causes, y rahons en dita sentencia cõtengudes à la qual se fa relació, y perque bonament no ha volgut efectuar lo tenor de dita sentencia, per be, que après de la notificació de aquella, se li sia altra vegada amonestat, y exortat ab un monitori, que se li ha presentat. Per tant ab tenor de la present publica crida, bandeja, y per bandejat, vol hauer, y tenir lo dit Doctor Francesch C. Oficial, y Vicari General de Barcelona de tots los dit Principat de Cathalunya, Comptats de Rosselló, y Cerdanya, ordenant, y manant à totes, y qualsevol persones de qualsevol estament, grau, ò condició sien, que aquell ninguen per bandejat dels dits Principat, y Comptats, y que nil acullen, nil sustenten, ni li donen consell, favor, auxili, y ajuda manifesta, ni amagadament, è si lo contrari ser fet, serà procehit contra dells, y llurs bens, segons que per las constitucions de Cathalunya, y vsatges de Barcelona està disposat, y altrament serà trobat fahedor. Y perque les ditas coses sian à tothom manifestes, y ningù puga dellas allegar ignorancia, mana sa Excelencia la present publica crida esser feta, y publicada per los llochs acostumats de la present Ciutat de Barcelona, y de altres Ciutats, Viles, y llochs dels dits Principat, y Comtats ahont menester sie. Dat. en Barcelona 27. de Iuny 1656.

Lo Marquès de Olias,
y Mortara.

Vt. N. Regens
Vt. N.F.P. Aduocatus. *Vt. N.*

Relatio curritoris, seu Proxenetæ.

A 27. de Iuny fonch publicada la present crida per tots los llochs acostumats de la present Ciutat de Barcelona, ab veu de dues trompetes, per mi Pere N. corredor, y Trompeta de sa Maiestat.

14.

Revocatio Iudicis Ecclesiastici.

EXcellentissimo Domino Don Francisco de Orosco, & Ribera Marchioni de Olias Mortara, & Sarreal, &c. Locumtenenti, & Capitaneo Generali, &c.

&c. & ſeu Nobili Michaeli Pallarés, &c. Relatori nec nō alijs, &c Ioſephus de Arnes Presbyter V. I. D. pro Illuſtriſſimo Domino Don Franciſco de Rojas Dei Gratia Sanctæ Tarraconen. Eccleſiæ Archiepiſcopo, Regioque Conciliario, in ſpiritualibus, & tēporalibus Officialis, & Vicarius Generalis ſalutem in Domino, & proſperos ad vota ſucceſſus. Reſcribentes litteris à V. E. Regioque Concilio emanatis die 29. Decembris proximè lapſi more Regiæ Audientiæ, per præſentes atteſtamur, & fidem facimus die præſenti, & infraſcripta coram Notario, & ſcriba Curiæ noſtræ, &c. & teſtibus infraſcriptis caſſaſſe, revocaſſe, & annullaſſe omnia, & quæcumque procedimenta, & actitata per Nos facta contra Nobilem Didacum de Vidal, & Agràs Locumtenētem Procuratoris Regij Ciuitatis, & Campi Tarraconæ, ex cauſis in dictis litteris prechalendatis facta contra eum ad inſtantiam Raymundi Porta, &c mandaſſeque Notario, & Scribæ cauſæ, quatenus á regeſtris dictæ noſtræ Curiæ delinearet, & deleret omnia, & ſingula procedimenta prædicta, & quod de dictis caſſatione, revocatione, & delineatione, V. E. fidem per inſtrumentum faceret authenticum, & in præſentibus deſcriberet vti infertum, cuius tenor ſic ſe habet. Vniuerſis, & ſingulis atteſtor, &c. Egò Auguſtinus Alemany auctoritatibus, &c. Not. &c. quod in regeſtro currenti dictæ Curiæ communis, & Eccleſiaſticæ Tarraconæ, eſt deſcriptum, & continuatum inſtrumentum per Illuſtrem, et Admodum Reuerendum Dominum Ioſephum de Arnes Offic. et Vic. Generalem, tenoris ſequentis. Die 7. Martij 1660. Tarraconæ. Illuſtris, et Admodum Reuerendus Dominus Ioſephus de Arnes Presbyter pro Illuſtriſſimo, et Reuerendiſſimo, &c. in ſpiritualibus, &c. Officialis et Vic. Generalis, conſtitutus perſonaliter intus domos &c qui mihi dicto Auguſtino Alemany auctoritatibus, &c. Not. requiſiuit, et mandauit, quatenus in regeſtris dictæ Curiæ, et ſcribaniæ, ſeu Vicariatus Eccleſiaſtici Tarraconæ ſcribetem, et continuarem ſcripturam per ſe coram teſtibus infraſcriptis, mihi iam dicto, et infraſcripto Notario oblatam, et coram eiſdem teſtibus per me Not. lectam, tenoris ſequentis. Quia quædam litteræ expeditæ fuerunt à Regia Audientia die 29. Decembris proximè lapſi, ac Illuſtriſſimo, &c. præſentatæ, quibus continetur infra trium dierum ſpatium á præſentatione, caſſent revocent, &c. procedimenta facta contra Nob. Didacum de Vidal et Agras, &c. cum commination ſequeſtrationis, et occupationis temporalium in caſu renitentiæ, cauſis, et rationibus in dictis litteris contentis (ſalvis tamen mentæ Archiepiſcop. in omnibus, et per omnia) caſſamus, revocamus, et annullamus, et à regeſtro noſtræ Curiæ delemus, ſeu deleri mandamus procedimenta contra Don Didacum, &c. prædicto nomine facta et quòd præſens caſſatio, &c. deſcribatur in regeſtris dictæ noſtræ Curiæ, et quòd expediantur litteræ iuxta ſtylum cum inſertione præſentis inſtrumenti et quòd Notarius, et Scriba dictæ noſtræ Curiæ de prædictis fidem faciat. Arnes Officialis,

de

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de quibus, &c. præsentibus, &c. quæ omnia inseri mandauimus, ne dubitetur de prædictis. In quorum, &c. Dat. Tarraconæ 7. Martij 1660.

Dr. Iosepus de Arnes Offic. & Vic. Gen.

Nos Iosephus de Arnes, &c. & quia constat Nob. Didacum de Vidal, &c. per nos à mense Decembris proximè lapso excommunicatum ex causis in præsenti processu contentis, & excommunicatio sit pœna medicinalis, & non mortalis, absoluimus dictum Vidal ab excommunicatione ad cautelam, & quatenus opus sit, concessa copia intimetur. De Arnes, &c. lata, &c. 7. Martij 1660. testes, &c.

De hac formula Calderò *decis.* 82. *num.* 48. *p.* 2. post Cortiada *decis.* 28. *num.* 177. *p.* 1. qui advertit fuisse admissam protestationem salvis iuribus mensæ Archiepiscopalis, non vero aliam nimirum quod illam faciebat metu occupationis temporalitatum, quapropter cum Sesse *de inhibitionib. cap.* 10. §. 1. *num.* 11. probat revocationem fieri debere simpliciter per delegatos, laudat etiam Fontanella *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gl.* 13. *p.* 3. *num.* 10. Enarrat etiam Cortiada quandoque revocationem fieri per litteras, interdum de illa confici instrumentum, nonnumquam certificatoriam mitti

1 *Competentia iurisdictionis inter Iudices Ecclesiasticos, & seculares Regios, iuxta concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Conuenarum est terminanda.*

2 *Iuxta tenorem dictæ concordiæ firmatur contentio inter Iudices seculares Regios Ordinarios, & Iudices Ecclesiasticos Ordinarios, aut delegatos ad vniuersitatem causarum, qui ordinarij reputantur.*

3 *Aduersos alios Iudices delegatos in contentione iurisdictionis procedituer per citationem ad informandum Bancum Regium.*

4 *Quæ obseruanda sunt in processu citationis ad Bancũ Regium, traditur, & num. seqq. vsque ad 9.*

9 *Declaratio occupationis temporalitatum, aut bannimenti duobus practicatur modis.*

10 *Declaratio, siue sententia occupationis temporalitatum quomodo sit notificanda, & de charitatiua monitione per epistolam Locumtenentis generalis.*

11 *De monitorio post priuatam epistolam mittendo Iudici Ecclesiastico, vt exeat à Principatu.*

12 *Abbreuiari possunt dies, qui in Regijs litteris assignari solent, si casus vrgentia postulet cum trium Aularum decisione, & num. 13. vbi decisio pariter trium Aularũ in ardua contingentia.*

ANIMADVERSIONES.

COntentionis, seu iurisdictionis competentiæ quæ pas- 1

sim

sim in Cathalonia incidunt inter Iudices Ecclesiasticos, & seculares Regios expediri, & terminari solent iuxta concordiam Reginę Elehonoris,& Cardinalis Convenarum, ut lato calamo differit Cort. *dec. 1.per tot.* verum cum iuxta tenorem dictę concordiæ solum fiat metur contentio inter iudices seculares Regios ordinarios, & Iudices Ecclesiasticos pariter ordinarios, non autem delegatos,nisi tales sint ad universitatem causarũ, qui ordinarii reputantur, idẽ Cort. *dec.8. num.18.* ideo adversus iudices Ecclesiasticos delegatos in cõtentione iurisdictionis locum habet citatio ad informandum bancum Regium quoties proceduntpro factis profanis cõtra personas, vel bona laicorum.

Tunc ergo dictis Iudicibus Ecclesiasticis delegatis litteratoriè scribitur per Regium Concilium quatenus procedimenta per eos contra laicos, & Regię iurisdictioni subiectos facta revocent, aut compareant in Regio Concilio bancum Regium informaturi; omissis autem pluribus in materia incidentibus, de quibus latè Cort. *dec.19. per tot.* praxim Compilationis dicti processus tenus sectando sciẽdum,ac obseruandum erit imprimis quod pulsato seculari coram delegatis Apostolicis offerri solet supplicatio, vel per eandem partem solam, aut per solum F. P. prout supra continetur. Secundò prouisio, quę in calce dictæ primæ supplicationis fit aliquando concipi solet absque clausula *aut compareat in R. A. bancum Regium informaturus*, & tunc practicari solet quando est valde prę-cellens, & conspicua persona Iudicis Ecclesiastici, cui scribitur. Tertiò primæ litteræ (quibus terminus decem dierum ad comparendum prefigi consuevit) non debent esse præceptivæ,sed hortatorię.Quarto quando Iudex Ecclesiasticus delegatus non comparet in R. A. nec revocat procedimenta expediuntur secundæ litteræ cum eadẽ dilatione, & simili monitione, & urbanitate, sicut primæ addita solum comminatione temporalitatum, si eas habeat in Regno,sin autem cum bannimenti cõminatione, elapso dicto termino procedimentis à delegato non revocatis, eoque non comparente offertur tertia supplicatio superius transcripta,cui adhęret plerumque F. P. & subsequitur prouisio quod scribatur delegato, ut revocet procedimenta similiter infra dies decem, aut bancum Regium informaturus compareat, seu quod cõpareat ad videndum declarari se incidisse in pœnam bannimenti, si temporalitates non habeat, aut occupationis earum si illis fruatur.

His peractis si etiã in nihilo obtẽperatur,quarta offertur supplicatio per laicũ interesse habẽtẽ Fisco partes

tes interponente, qua petitur declarari incidisse ecclesiasticum in pœnam occupationis temporalitatum, aut bannimenti: quæ declaratio duobus fit modis, videlicet, 9
vel per solum Relatorem causæ insequentem conclusionem R. Aud. absque eo quid portetur processus Regenti Reg. Cancell. pro declaratione forma relata à Cortiada *decis.* 29. *nu.* 14. vel formata provisione, quod portetur processus Regẽti Reg. Cancell. sub formula superiùs transcripta, & animadverte quod provisionem relatam à Cortiada præcedit conclusio fermè eiusdem tenoris, cuius est sententia bannimenti desuper intexta, ibi: *His, & alijs meritis processus attentis, & aliàs sua Excellentia insequendo conclusionem in R. A. factam providet, & declarat locũ esse declarationi bannimenti dicto N. comminati, & alijs pœnis in dictis litteris contentis, & consequenter quod dictus N. banniatur à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, & quod fiant pro prædictorum executione litteræ executoriales opportunæ, & subsidiariæ, ac requisitoriæ iuxta stylum, præconizationes, & prouisiones necessariæ.*

Subscribũ huic provisioni Relator, & Advo. Fiscalis Patrimonialis

10 Declaratio occupationis temporalitatum, seu bannimenti iudici ecclesiastico notificanda est litteris à R. Cancell. emanatis cum formula ultimo loco transcripta, aut cum alia adducta à Cortiada *decis.* 28. *num.* 144. & adhuc deindè Locumten. General. solet charitativè ecclesiasticum monere cum privata epistola, ut procedimenta revocet, aut compareat in R. Aud. informaturus de iustitia procedimentorum quæ fecit.

Expedita prædicta privata epistola mittitur monitorium eidem ecclesiastico iudici, quo ei præcipitur quatenus infra dies sex pro effectuatione, & executione sententiæ (si illa est bannimenti) exeat à præsenti Principatu cum insertione omnium causarum, motivorũ, & rationum, in quibus sententia fundatur, quando autem ipsa continet temporalitatum occupationem expedito quoque simili monitorio delegato iniungitur quod pro executione sententiæ pareat infra sex procedimenta revocando, & observantur cætera in formulis relata Cortiada *d. decis.* 28. *num.* 146. post. Peguera *decis.* 92. *num.* 22. & in *praxi crimin. cap.* 24. *in fin. Versic. Atque ita pag.* 497. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *cl.* 4. *gl.* 13. *p.* 3. *num.* 18. 11

Reliqua ex serie formularum decerpuntur, & summari non indigent, nec pertingam quid servetur quando delegatus in Regia Audientia comparet cum ad scopum non pertineat, unum non prætermittam, videlicet dies in formulis concessos iudici delegato ut revocet procedimenta abbreviari pos- 12

se,

se, si urgentia casus exposcat ut fuit diffinitum in Regia Audientia iũctis tribus aulis 11. Feb. 1637. concludendo quod procederetur contra Inquisitorem Dominicũ Abad, & Huerta, sicut procedi solet contra quoscumque iudices delegatos Apostolicos impedientes, & perturbantes Regiam iurisdictionem citando eum cum tribus Regiis litteris, in primis ei mandando quatenus revocaret, & à regestris sui Tribunalis deleret litteras de quibus agebatur infra terminum triũ horarum, & de dicta cassatione, & revocatione fidem faceret, aut infra dictum terminum compareret personaliter in R.C. bancum Regium informaturus, in secundis cũ termino duarum horarum, & cõminatione bannimenti ob eius renitentiam, & in tertiis citando illum ad videndum declarari se incidisse in pœnam bannimenti cũ termino unius horæ, & perseverãte contumacia, & renitentia procederetur ad declarationem, & executionem dictæ pœnæ iuxta stylũ, fuerunt præsentatę litteræ Inquisitori, & ipsius renitentia perdurante die 13. eiusdem mensis Februarij, declaratum extitit locum fuisse declarationi pœnarum comminatarum, sedtamen Inquisitor procedimenta revocavit, prouti meminere Regens Cortiada *decis.* 30. *num.* 75. eruditissimus olim Senator Ludovicus Ferrer *in discur. pro iurisdict. Reg. num.* 25.

Multò post hæc scripta contigit memorabilis casus procedimẽtorum, quæ facta fuere per venerabiles Patres Inquisitores præsentis Principatus Cathaloniæ, contra Magnificum, & Nobilẽ Michaëlem de Calderò, Regentem Regiã Cancellariam excommunicatum eum denuò declarando, & talem publicari iubẽdo in Ecclesiis huius Civitatis Barcin. prout cũ effectu publicatus fuit, aggravatus; & regravatus; at verò post Inquisitores litteratorie monitos ea terminorũ præfixione, quę temporis angustia postulabat, postque præmissa cætera iuxta praxim superiùs traditam, deinceps Regia provisione facta per Magnificum Iosephum Claver R.S. 30. Decembris 1695. conclusionem in Regia Aud. conditã insequendo fuit declaratum locũ fuisse declarationi bannimenti dictis venerabilibus Patribus Inquisitoribus comminati, & aliis pœnis in dictis Regiis litteris contentis, & consequenter quod dicti venerabiles Patres Inquisitores bannirẽtur à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, postea ex officio absolutus fuit ad cautelam Nobilis Regens ab Inquisitoribus, alia quæ in hac hypothesi evenerunt non exscribo altiori enim calamo submitto digniſſimi Regentis D. Michaëlis de Calderò, qui doctissimis suis elucubrationibus adiicere parat de memorata materia indaginem, ut

13

typis commendata cunctis lucem suffundat, & nolo Phaetontis lapsus haud immemor solis axim audax suscipere, de illius causa fuit actum, & nemo ut ipse eam propugnabit.

TIT. XXXIV. DE PROCESSV QVANDO IMMVNITAS ecclesiastica allegatur.

1.

Supplicatio rei.

Admodum Reuerende Domine Officialis.

IOannes N. faber lignarius præsentis Ciuitatis Barcinonæ fuit his proximè lapsis diebus violenter extractus per N. *prætensum Regium Algutzirium ab Ecclesia Sanctæ Mariæ de mari, & illius cæmeterio, & postea ductus ad Regios carceres dictæ Ciuitatis ratione quorundam prætensorum delictorum per dictum Ioannem N. vt falsò asseritur commissorum, & cum dictus Ioannes N. gaudeat & gaudere debeat immunitate dictæ Ecclesiæ, iuxta sacrorum Canonum statuta, nec potuerit ab ea violenter extrahi absque magno illius, & dictæ Ecclesiæ præiudicio, eiusque immunitatis violatione. Idcircò, & aliàs, dictus Ioannes N firmans ius, & de iure Fisci Regij Procuratori, & alijs ad quos spectet in Curia Ecclesiastica vestræ Reuerentiæ pro decem solidis, cum iuris augmento, & alijs clausulis necessarijs, offerensque de prædicta violenta extractione informationem dare, prout ecce, supplicat vestræ Reuerentiæ quatenus dicta iuris firma admissa dignetur scribere Excellentissimo Domino Locumtenenti Generali, & eius Regiæ Audientiæ, & seu Magnifico* N. *Iudici Regiæ Curiæ, & Relatori, vt asseritur, causæ dicti Ioannis N. quatenus incontinenti à dictis Regijs carceribus eundem Ioannem N. liberent, & ad suam pristinam libertatem, prout erat tempore extractionis à dicta Ecclesia, restituant, & alia faciant ad quæ teneantur, & sint adstricti, iuxta dictorum sacrorum Canonum statuta pro dictæ Ecclesiæ immunitate seruanda, & si in his hæsitauerit, licet hæsitandum non sit, arbitrum pro parte Regiæ Curiæ eligant, qui vnà cum arbitro per vestram Reuerentiam eligendo contentionem dirimant, iuxta formam concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Conuenarum. Et pro his litteras firmæ iuris, & contentionis in forma debita expediri. Quæ licet, &c.*

Altissimus, &c.

N. Aduocatus.

Idem petit Fisci Advocatus Curiæ Ecclesiasticę Barcinone.

N. Fisci Aduocatus.

Curiæ Ecclesiasticæ Barcinone.

Præ-

Prædictæ ſupplicationi per dictum Officialem Eccleſiaſticum fieri ſolet proviſio ſequens.

Die 13. Martij 1603. recipiatur informatio ſuper contentis in ſupplicatione per Scribam Curiæ, cui teſtium & iuramenti receptionem committimus, intima prius Fiſci Procuratori Curiæ ſecularis, ad videndum iurare, & recipi teſtes hora tertia poſt meridiem, & recepta prouidebitur.

N. *Officialis.*

Et vigore dictæ proviſionis, inſtante Fiſci Procuratore Curiæ Eccleſiaſticæ per ſcribam, ſeu notarium eiuſdem Curię expeditur in continẽti intima, quæ per nuntium mittitur ad Regentem Regiam Cancellariam, & ad Iudicem, ſeu Relatorem cauſæ Curiæ Regiæ, & ad Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ, qua in effectu illis dicitur, & intimatur, quod eadem die compareant ſi comparere voluerint in Conſiſtorio Curiæ Eccleſiaſticę, ſignanter tali hora ad videndum iurare teſtes producendos per dictum Fiſci Procuratorem in cauſa immunitatis allegatæ pro Ioanne N. ut prætenditur violenter extracti ab Eccleſia Sanctæ Mariæ de mari, ſin minus elapſo termino, procedetur ad illorum receptionẽ, & forma dictæ intimæ eſt ut ſequitur.

Intiman à N. Regent la Real Cancellaria, y al Procurador Fiſcal de la Regia Cort, que lo Reuerent ſenyor N. en drets Doctor, &c. Oficial per lo molt Illuſtre, y Reuerendiſſim ſenyor Don N. per la gracia de Deu, y de la ſanta Sede Apoſtolica Bisbe de Barcelona, los aſſigna pera huy dia preſent à las tres horas ſian preſents ſi volran dins lo Conſiſtori de ſa Cort Eccleſiaſtica, per veurer jurar los teſtimonis produidors per part del Procurador Fiſcal de dita Cort Eccleſiaſtica, acerca de la immunitat allegada de la perſona de Ioan N. lo qual violentment es eſtat extret de la Igleſia de Santa Maria de la mar de la preſent Ciutat, altrament paſſat dit termini, dits teſtimonis ſeràn preſos, llur abſencia en res no obſtant mes contumacia exigint. Dat. en Barcelona à 13. del mes de Mars 1603.

Scriba Curiæ Officialatus Eccleſiaſtici Barcinonæ, N. *Notarius.*

Poſtea ſolet relatio nuntij præſentationis dictæ intimæ continuari in eadem Curia Eccleſiaſtica in forma ſequenti.

Quod quidem cartellum fuit intimatum, & notificatum dictis die, & anno inter undecimam, & duodecimam horam ante meridiem N. & N. per N. nuntium iuratum præſentis Curiæ ſic referentem.

Poſtmodum dictis die & anno, & hora tertia poſt meridiem ſuprà aſſignata, accuſata prius contumacia adverſus, & contra ſupradictos nominatos legitimè citatos, & non comparentes; ac vigore proviſionis ſuprà

prà factæ per dictum Officialem Curiæ Ecclesiasticæ recipitur informatio super immunitate allegata per dictum Ioannem N.

Et recepta dicta informatione, ac constito, quod dictus Ioannes N. fuisset extractus violenter á dicta Ecclesia, tunc per dictum Officialem Ecclesiasticum fit provisio sequens.

23. Martij 1603. Visa præsenti informatione, meritis illius attentis, & aliàs, providet quod fiant litteræ repetitoriæ in forma contentionis, cum electione arbitri de persona Reverendi N. Canonici Ecclesiæ Barcinone.

N. Officialis Curiæ Ecclesiasticæ.

Et vigore supradictæ provisionis, instante & requirente dicto Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ, per Scribam causæ eiusdem Curiæ expediuntur litteræ repetitoriæ de persona dicti Ioannis N. Regiæ Curiæ directæ. Quæ litteræ sunt tenoris sequentis.

2.

Primæ litteræ Curiæ Ecclesiasticæ.

EXcellentissimo Domino Domno Ioanni Teres miseratione diuina Archiepiscopo Tarraconæ, sacræ, Catholicæ, & Regiæ Maiestatis Conciliario, Locumtenenti, & Capitaneo Generali in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, nec non N. Regenti Cancellariam, ac Magnifico N. iuris vtriusque Doctori de Regio Concilio criminali, & iudici Regiæ Curiæ, cæterisque Doctoribus eiusdem Regij Concilij, & eorum cuilibet, Petrus N. Decretorum Doctor Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ Officialis, & in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis pro admodum Illustri, & Reuerendissimo in Christo Patre, & Domino N. Dei, & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Barcinonensi Episcopo, vestri dicti Domini Locumtenentis Excellentiæ reuerentiam debitam, aliys verò honorem debitum cum salutate. Nouerit Excellentia vestra, cæterique noscant, quod comparens coram me, & in Curia mea Ecclesiastica Barcinonæ venerabilis N. presbyter, & Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, sua cum supplicatione conquæstus fuit, quod Ioannes N. faber lignarius præsentis Ciuitatis fuit maxima cum violentia ab ecclesia Beatæ Mariæ de mari extractus per N. prætensum Regium Alguziriam, & alios, de quibus mihi, & Curiæ meæ ecclesiasticæ constat per informationem inde recepiam, quod fieri non potest, obstante ecclesiastica immunitate. Et cum extracti ab ecclesijs, & locis sacris, gaudeant & gaudere debeant dicta immunitate Ecclesiastica, & omnibus libertatibus, & priuilegijs ecclesiasticis, & quia ad me pro iurisdictione ecclesiæ, illiusque immunitatis obseruatione

spe-

ſpectat, Eccleſias, locaque ſacra in ſuis libertatibus, & prærogatiuis defendere, & tueri; pro tanto ad dicti venerabilis Fiſci Procuratoris inſtantiam & requiſitionem, & Excellentiam veſtram humiliter ſupplico, alios verò ex parte prefati admodum Illuſtris, & Reuerendiſſimi Domini Barcinonenſis Epiſcopi, & auctoritate officij quo fungor, requiro, & moneo, & ex mea attentè deprecor, quatenus dictam immunitatem Eccleſiaſticam à iure, & alias permiſſam dicto Ioanni N. & ſeu dicta eccleſia Beatæ Mariæ de mari, Excellentia veſtra obſeruari iubeat, & mandet cæterique obſeruent, & obſeruari faciant prout facere tenentur in dictam eccleſiam Beatæ Mariæ de mari, ſeu illius cæmeterium, à quibus dictum Ioannem N. extraxerunt, reſtituendo, & tornando, cum ſuper prædictis, & alijs tam in facto, quam in iure conſiſtentibus, Excellentia veſtra iuſtitiam facere habeat, & teneatur, cæterique ſint obligati: Verum ſi in his Excellentia veſtra hæſitauerit, licet hæſitandum non ſit, inſequendo concordiam Sereniſſimæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Conuenarum, Capitula Dertuſæ, & alias Regias prouiſiones, & Conſtitutiones Eccleſiaſtico brachio conceſſas, Reuerendum Decretorum Doctorem Presbyterum in arbitrum eligo, qui vnà cum arbitro per Excellentiam veſtram eligendo, hanc ſopiant, & dirimant altercationem: aliàs procederem contra vos N. Regentem Cancellariam, & alios per remedia Sacrorum Conciliorum Tarraconens, & aliàs prout de iure, vſu, & ſtylo Curiæ meæ inuenero fore procedendum, & Altiſſimus veſtram dicti Domini Locumtenentis Excellentiam conſeruet per tempora longiora proſperè, & fœliciter. Dat Barcinone die 8 Aprilis anno à Natiuitate Domini milleſſimo ſexcenteſſimo tertio. Petrus N. Officialis, & Vicarius Generalis præfatus.

Scriba Curiæ Officialatus Eccleſiaſtici Barc.
Petrus Dalmau Notarius.

Relatio præſentationis dictarum litterarum debet, & ſolet continuari in forma ſequenti.

Quæ quidem litteræ fuerunt intimatæ, & notificatæ die 10. menſis Aprilis anno prædicto N. Regenti Regiam Cancellariam, ac Magnifico N. de Regio Concilio criminali, & Iudici Regiæ Curiæ inter ſeptimam, & octauam horas anté meridiem ipſius diei per N. nuntium iuratum Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ ſic referentem.

His litteris perſpectis per Fiſci Advocatum R.C. ſi ei videatur firmari debere contentionem eo quia reus immunitate eccleſiæ non gaudet offertur per Fiſci Procuratorem ſupplicatio, quę in litteris ſubiungendis continetur.

Lit-

3.

Litteræ reſponſivæ à Regia Curia emanatæ in earum dorſo ſigillatæ cum ſigno de regiſtrata, & alijs debitis, & aſſuetis ſolemnitatibus more Regiç Curiæ expeditæ.

Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonum, Comeſque Barcinonæ.

DOn Ioannes Teres, &c. Dilecto Regio N. Decretorum Doctori Canonico Eccleſiæ Barcinonæ, Officiali & Vicario Generali, pro Reuerendo in Chriſto Patre, & dilecto Conciliario Regio Epiſcopo Barcinone ſalutem, & dilectionem Humili ſupplicatione nobis, & in Regio Concilio oblata per Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ expoſitum fuit, quod quædam fuerunt à Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ emanata litteræ firmæ iuris in forma contentionis Regenti Cancellariam, & Magnifico N. Iudici Regiæ Curiæ præſentatæ, quibus in effectu veſtri ex parte momentur, & requirantur quatenus reſtituant, ſeu reſtitui faciant Ioannem N. ad eccleſiam Beatæ Mariæ de mari, à qua ſeu illius cæmeterio, vt prætenditur, fuit violenter extractus per N. Regium Algutzirium, & alios, prout in dictis litteris, quæ exhibentur, vt inſerantur, citra tamen earum approbationem, hæc, & alia latiùs enarrantur. De quibus quidem litteris, & de contentis in eis admodum miratur dictus Fiſci Procurator Regiç Curiæ, cum dictus Ioannes N. licet per N. Regium Algutzirium virtute ſoni emiſſi per Regium Concilium declarati, fuerit à dicta eccleſia, ſeu illius cimiterio extractus in qua ſe receptauerat, non poſſit, neque debeat immunitate Eccleſiaſtica per eum prætenſa, & allegata gaudere, cum locus in quo fuit captus non ſit cæmeterium dictæ eccleſiæ Beatæ Mariæ de mari, nec ſit locus ſacer. Et caſu quo dictus locus gauderet dicta immunitate Eccleſiaſtica (quod expreſsè negatur) non poteſt, neque debet dictus Ioannes N. gaudere prædicta Eccleſiaſtica immunitate per eum allegata: cum ipſe ſit latro publicus, & graſſator, & commiſerit diuerſa, & complurima latrocinia, homicidia, ac alia crimina pro quibus iuſtè in carceribus Regijs Barcinonæ captus detinetur, de quibus latrocinijs, homicidijs, & delictis per dictum Ioannem N. commiſſis, & perpetratis conſtat in proceſſibus, ſeu inquiſitionibus in Regia Curia receptis, & exiſtentibus. Deducens igitur dictus Fiſci Procurator Regiæ Curiæ prædicta omnia, & ſingula eis melioribus via, modo, & forma quibus potuit, & debuit, firmanſque ius, & de iure dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ, & eius fiſco, & alijs de ſe conquærentibus pro decem ſolidis cum iuris augmento vt in forma, nobis humiliter ſupplicauit dictam iuris firmam admitti, & litteratoriè reſcribi dictæ Curiæ, ſeu vobis, quatenus caſſetis, reuocetis, & annulletis dictas veſtras litteras, & omnia, & ſingula in eis contenta, & à regeſtris in veſtris, ſeu dictæ Curiæ deleatis, & de reuocatione, caſſatione, & annullatione nobis, ſeu dicto Magnifico N. Relatori fidem faciatis, & à repeti-

Fiſci Procuratoris R. C. ſupplicatio.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

petitione dicti Ioannis N. desistatis, & amplius Regiam iurisdictionem non perturbetis, & in casu hæsitationis cum arbitri electione iuxta concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Conuenarum, Capitula Dertusæ, & alia iura Patriæ, qui vnà cum arbitro per dict. Cur. Ecclesiasticã nominando ambo conueniant, & hanc dirimant, & decidant contentionem, & probis de litteris oportunis prouideri, prout in dicta supplicatione enarratur. Nos verò dicta supplicatione benignè exaudita, illam ad prouidendum remisimus dicto Magnifico, & dilecto Conciliario Regio N. dictæ causæ Relatori, per quem die præsenti, & infrascripto facto verbo in Regio Concilio, fuit prouisum, quod inserantur producta, & admissa ioris firmasi, & in quantum expediantur litteræ in forma contentionis cum insertione supplicationis, & motivis in ea contentis cum electione arbitri de persona Relatoris infrascripti, & alijs opportunis iuxta Reg. Cur. stylum *Ea propter dictam insequendo conclusionem, & prouisionem, tenore præsentium vobis dicimus, vosque requirimus, & hortamur, quatenus præsentibus receptis, reuocetis, cassetis, & annulletis dictas vestras litteras, & omnia, & singula in eis contenta, & à regestris vestris, seu dictæ curiæ deleatis, & de reuocatione, cassatione, & annullatione nobis, seu dicto Magnifico Relatori fidem faciatis, & à repetitione dicti Ioannis N. desistatis, & amplius Regiam iurisdictionem non perturbetis. verum si in his hæsitaueritis, licet hæsitandum non sit, quia vos ex parte vestri, seu Curiæ vestræ elegistis in arbitrum dilectum Regium N. Decretorum Doctorem Presbyterum, nos, nostrique, seu dictæ Curiæ Regiæ ex parte insequendo dictam contordiam Reginæ Eleonoræ, Cardinalis Conuenarum, Capitula Dertusæ, & alia iura Patriæ eligimus in arbitrum dictum Magnificum, & dilectum Conciliarium Regium N. Iudicem Regiæ Curiæ, & causæ prædictæ Relatorem, qui ambo conueniant, & prædictam sopiant, & dirimant contentionem. Datt. Barcin. die septimo Maii anno à natiuitate Domini millesimo sexcentesimo tertio.* N. Regens. Prouisio Iudicis.

Vt. N. Fisci Aduoc.

Vt. N. Iudex R. Cur.

Scriba N.

4.

Supplicatio offerenda Reuerendo Cancellario, deuoluta ei causa contentionis.

Admodum Illustris, & Admod. Reuerende Domine.

QVia Arbitri intra terminum quinque dierum non declarauerunt causam contentionis iurisdictionis motam, & suscitatam inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex vna, & Curiam secularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ iuris in dicta Curia seculari Regiæ Audientiæ factæ per Petrum

A. Notarium publicum Barcinonæ procedimentis contra eum factis in dicta Curia Ecclesiastica per Ioannem B. mercatorem dictæ Ciuitatis est diuoluta dominationi nostræ. Quare dictus Petrus A. exhibens processum Curiæ secularis dictæ Regiæ Audientiæ, litteras ab ea emanatas cum responsuis, & præsentatione illarum, vt inserantur, seu consuantur, supplicat declarari dictæ iuris firmę factę in dicta Curia seculari locum esse, & cognitionem dictę causæ ad eam pertinere, & spectare cum condemnatione expensarum, & complementum iustitiæ ministrari. Offic. &c. Quæ licet, &c. Altissimus, &c.

N.

Cui supplicationi fit prouisio sequens.

Die 6 Iunii 1656.

Inserantur, seu consuantur producta, int.

N. Cancellarius.

De hac formula Cottiada *decis. 21. num. 184.*

5.

Prouisio Cancellarii super testium receptione.

22. *Aprilis 1603. testes ministrandi recipiantur intra tempus in causis contentionum assignatum, intimato prius parti alteri ad videndum illos iurare, committendo dictorum testium, & iuramenti receptionem Scribæ nostro, & pro recipiendis extra vrbem expediantur litteræ compulsoriæ intra stylum, & concessa copia intimetur.* *N. Cancellarius.*

Scire tamen debes, quod dare litteras compulsorias pro testibus alibi recipiendis est in arbitrio Cancellarii, qui pro qualitate causæ, conditione personarum de quibus agitur, & metu falsorum testium æstimare debet, an dictæ litteræ concedi debeant, & in hoc casu potest iubere, quod testes ministrandi coram eo exhibeantur, & recipiantur, & ita vidit Egregius Senator Peguera (ut attestatur in *pract. crim. cap. 26. in formulis Versic. scire tamen debes pag. mihi 522.*) fuisse deliberatum per Doctores trium Aularum super facto immunitatis allegatæ per Petrum Voltor, qui cum peteret litteras compulsorias ad probandum suos articulos illas non obtinuit, sed fuit prouisum quod testes per eum ministrandi per eũdem Cancellariũ examinarẽtur, & casu, quo reus esset pauper compellerentur testes coram Cancellario venire expensis Regiæ Curię.

6.

Supplicatio ad petendum terminum ad declarandum contentionem prorogari.

Admodum Illustris, & Admod. Reuerende Domine.

CORam dominatione vestra pendet indecisa causa contentionis iurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcin. ex vna, & Curiam secularem

Re-

Regiæ Audientiæ ex altera, occaſione firmę iuris factę in dicta Regia Audientia per Petrum A. Notarium publicum Barcinonę procedimentis contra eum factis in dicta Curia Eccleſiaſtica per Ioannem B. mercatorem dictæ Ciuitatis, quę propter plurimas occupationes dominationis veſtræ intra terminum triginta dierum declarari non poteſt. Quare Fiſci Procuratores vtriuſque Curię ſupplicant terminum ad illam declarandā per tempus congruum prorogari. Offic. &c. Quę licet, &c. Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Ad. C. E. Barcin. *N. F. P. Aduocat.*

Cui ſupplicationi fit proviſio ſequens.

Die 6. Iulii 1656. attento conſenſu vtriuſque Curię prorogat terminum iuris ad declarandum vſque ad diem primā menſis Auguſti proximè venturi.

N. Cancellarius.

De hac formula Cortiada *deciſ. 21. num. 187.*

7.

Sententia.

Chriſti, eiuſque Matris nominibus inuocatis.

ADmodum Illuſtris Reuerendus Dominus Raphael de Rouirola vtriuſque Iuris Doctor Canonicus Eccleſię Barcinonæ, ac Prior Eccleſię Beatę Mariæ de Manlleu Diœceſ. Vicen. Regius Cancellarius. In facto cauſę contentionis ortę, inter Curiam Eccleſiaſticam Reuerendiſſimi Barcinonenſis Epiſcopi ex vna, & Curiam ſecularem Regij Concilij partibus ex altera, occaſione immunitatis Eccleſiaſticę allegatæ per dictam Curiam Eccleſiaſticam in perſonam Ioannis N. extracti violenter in vim ſoni emiſſi per N. Alguzirium Regium ab Eccleſia, & eius cæmeterio Beatę Marię de Mari preſentis Ciuitatis Barcinonæ, & in carceribus Regijs eiuſdem Ciuitatis capti, & detenti. Viſis litteris ab vtraque Curia emanatis in forma contentionis cum electione arbitrorum. Viſis proceſſibus, inquiſitionibus, & denuntiationibus factis contra dictum Ioannem N. ſuper criminibus de quibus impetitus exiſtit. Viſis articulis in preſenti cauſa pro parte vtriuſque Curiæ oblatis, & teſtibus ſuper illis miniſtratis. Viſo denique toto proceſſu, actis, & inſtrumentis in eo exhibitis. Viſis videndis, attentiſque attendendis, ſententiat, pronuntiat, & declarat dictum Ioannem N. immunitate Eccleſiaſtica allegata gaudere, & caſu quo non gaudeat, dicat tunc non gaudere.

Rovirola Cancellarius.

Vt. N. *Vt. N.*
Vt. N. *Vt. N.*
Vt. N. *Vt. N.*

Isti sunt Consultores, quorum interventio, & quoad numerum fit de voluntate Cancellarii, qui solus dictarum contentionum Iudex est.

Lata, & publicata fuit huiusmodi sententia, siuè declaratio per dictum Admodum Illustrem, & Reuerendum Dominum Cancellarium in quadam Aula domorum suæ habitationis quas fouet in præsenti Ciuitate in platea Sedis, & de eius voluntate, & mandato lecta, & publicata per me Ludouicum Bertrò auctoritate Apostolica Notarium publicum, & causarum contentionum scribā Ciuem Barcinonæ, die 30. Aprilis 1603 præsentibus pro testibus N. & N.

Quæ fuerūt intimata per N. Regium Virgarium, sic referentem.

Quomodo sit facienda restitutio rei ad Ecclesiam, Cortiada *decis. 24. num. 147.*

8.

Supplicatio qua petitur revocari litteras emanatas à Curia Ecclesiastica, ad firmandam contentionem super re iam decisa.

Excellentissime Domine.

Littera emanata à Curia Ecclesiastica Barcinonæ ex parte Ioachimi Palau D. D. Canonici Ecclesiæ Barcinone, & Officialis pro Reuerendo Capitulo Canonicorum dictæ Ecclesiæ Sede vacante, datæ Barcinonæ die præsenti, quę computatur dies 6 præsentis mensis Maii, instantibus Petro Masò, & Vmbert agricola parochię de Parets diœcesis Barcinonæ, vt asserto consanguineo, & proximiore parentelę Ludouici Campanya, quibus surreptitiè firmatur ius in dicta Curia, non poterant, nec debebant expediri, præsertim ea forma qua conceptę sunt: quia continent materiam contentionis immunitatis Ecclesiasticę tam aliàs allegatę pro parte Fisci Procuratoris dictę Curię Ecclesiasticę in fauorem dicti Ludouici Campanya, super qua fuit formata contentio in forma debita, & in ea per Reuerendum Cancellarium fuit declaratum, & sententiatum in fauorem Curię secularis. Vndè constat quod facta dicta declaratione non potest Curia Ecclesiastica super eisdem meritis, & contentis in ea aliam de nouo formare contentionem, non solum instante parte, verum etiam neque instante Fisci Procuratore dictę Curię Ecclesiasticę; imò dictę primę declarationi stari debet: à qua iuxta dictam concordiam, & capitula sancti Cucuphatis, & Dertusę, ac aliarum patriæ nullus potest haberi recursus; & cum ex prędictis non solum fiat perturbatio Regię iurisdictioni, & dictę concordię, ac aliis iuribus patriæ, ad quorum obseruationem Ecclesiastica Curia tenetur; Propterea, & aliàs Fisci Procurator Regię Curię firmans ad cauthelam ius, & de iure coram vestra Excellentia, & Regia Curia prędictę Curię Ecclesiasticę, supplicat.

plicat dictam iuris firmam admitti, & referib. dicte Curie Ecclesiastice, seu illius Officiali, quod infra spatium vnius diei à presentatione litterarum computandi, dictas litteras, & omnia alia procedimenta in emulationem Regie iurisdictionis in dicta Curia Ecclesiastica facta, reuocet, casset, & annullet, & à suis regestris deleat, & de reuocatione, cassatione, & deletione intra dictum tempus fidem faciat, aliàs procedatur contra dictam Curiam Ecclesiasticam, & dictum Capitulum ad occupationem temporalitatum, & aliàs prout iuris fuerit: & presentem causam committi alicui ex Magnificis Iudicibus Regie Curie, qui de litteris opportunis, & stylatis prouideat, iusque, & iustitiam ministret, Iuribus Fisci semper saluis, officio vestra Excellentie, &c.

Altissimus, &c.

Pineda Fisci Aduoc.

Prædictæ supplicationi fit decretatio sequens.

Committatur Magnifico Iosepho Ferrer Iudici Regie Curie, qui super supplicatis debitè prouideat.

Prouisa per Nobilem Ludouicum de Peguera antiquiorem die 6. Maij 1603. Barcinone ex deliberatione Regij Concilij criminalis.

Pellisser Scriba mandati.

Prouisio Iudicis.

Recepta dictis die & anno, insequendo conclusionem die presenti in Regio Concilio factam, prouidet, quod admissa iuris firma si, & in quantum, Scribatur Ioachimo Palau Decretorum Doctori Canonico Ecclesie Barcinone, Officiali Capituli Canonicorum dicte Ecclesie Sede vacante, & alijs ad quos spectet, quod intra spatium vnius diei reuocent, cassent, & annullent, & à regestris Curie Ecclesiastice deleant litteras die presenti instante Petro Masò, & Vmbert Agricola Parochie de Parets Diœces. Barcin certo nomine à dicta Curia Ecclesiastica emanatas, & alia procedimenta instante dicto Masò, indè facta, & de cassatione, reuocatione, annullatione, & deletione, intra dictũ tempus fidem faciant: cum commination, quod aliàs procedetur ad occupationem temporalitatum dicti Capituli, & aliàs prout iuris fuerit, & pro his fiãt littere, & alie prouisiones opportune iuxta Regie Curie stylum.

10.

Immunitati Ecclesiasticæ quæ allegari poterat renuntiatio cum pacti voluntarij impositione.

Excelentissim Senyor.

N. *Aliàs lo sech Pobre de la Almoyna, pres, y detingut en los carcers Reals de la present Ciutat, està patint en aquells molta necessitat,*

y po

y pobreza, y desitjant desliurarse dels treballs, que li pot ocasionar una llarga detenció, ofereix per pacte voluntari, que liberament se imposa de anar à seruir à sa Magestat militant ab lo solit estipendi en lo castell, eò fort Real de Sant Felip de Mahó, en la Isla de Menorca, per temps de deu anys, sots pena en cas de contrafacció, de seruir remant en las Galeras de sa Magestat, per los mateixos deu anys. Suplicant humilment à V. E y Real Concell, sia seruit admetrerli dit pacte, y oferta: Y per quant lo dit N. suplicant podria pretendrer ara, ò en algun temps gosar de la immunitat Eccleſiastica, per haverlo tret del lloch sagrat quant lo capturaren, y confiat de la clemencia, y benignitat de V. E. en que se ha de seruir concedirli la gracia, que solicita en la acceptació de dit pacte; Perçò, y altrament renuncia dit N. à la pretenció de la dita immunitat Eccleſiastica, la qual deſde ara vol hauer per renunciada en virtut de la present, pera que ab llibertat puga lo dit N. anar à cumplir son pacte, y oferta, que horebrà à singular gracia, y merce lo ofici, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Aduoc. pauperum.

Idem ſupplicat Procurator Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ, Iuribus ſuis ſemper ſaluis.

N. P. F. C. E. Aduocatus.

Remittatur Magnifico Relatori cauſæ qui ſuper ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per Nobilem Regentem Cancellariam die xv. Iunij MDCLxxx. Barcinone.

N.

Recepta vigeſima ſecunda prædictorum menſis, & anni, inſeratur in proceſſu.

N.

11.

Acceptatio Procuratoris Fiſcalis Regiæ Curiæ renuntiationis immunitati Eccleſiaſticę.

Excelentiſſim Senyor.

ACcepta lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort la renunciació de la immunitat Eccleſiaſtica, que allegaua podia pretendrer N. ſuplicant, que en tot li ſia miniſtrada juſticia, officio, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduocatus.

Re-

Remitatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debitè provideat.

Prouiſa per Nobilem Regentem Cancellariam, die xxij. Iunii M.DC Lxxx. Barcin.

N.

Recepta dictis die, & anno, inſeratur in proceſſu.

N.

Poſtea reus aliam debet offerre ſupplicationem narrando contenta in prima, & renuntiationem fuiſſe acceptatam per Fiſci Procuratorem R.C. petendo quod hiſce attentis admittator pactum, quod obtulit, & relaxetur à carceribus ad effectum illud implendi, & tunc fit proviſio, quod attenta renuntiatione immunitatis, & pacto ſuſcepto relaxetur reus, prout in aliis pactis de quibus egi in hac compilat. *tit.* 14 *formul.* 3. *pag.* 131.

Pendente verò cauſa contentionis prædicta renuntiatio immunitatis iam allegatæ facienda eſt, & acceptanda coram Reverendo Cancellario, & deindè reus talem renuntiationem, eioſque admiſſionem exhibet in Reg. Crimin. Concil. porrecta ſupplicatione petens pactum, quod offert admitti, & fit proviſio prout nuper addoxi, & *deciſ.* 12. *num.* 104. & ſcias quod quando reus immunitati renuntiat iam ante eſt certus Reg. Conc pactum acceptaturum.

12.

Forma qua iudex laicus requirit iudicem eccleſiaſticum, ut aperiri iubeat ianuas eccleſiæ.

EN virtut de declaració de ſomatent feta en lo Real Conſell, me ſo conferit en la Igleſia, y Moneſtir de las Carmelitas Deſcalças de la preſent Ciutat à effecte de extraurer un delinquent, que eſtà dins dita Igleſia ò Conuent, que no goza de immunitat Eccleſiaſtica, y he trobat las portas de dita Igleſia, ò Conuent tancadas. Per lo que requireſch à V.m. que encontinent, y ſens mora alguna mane obrir las portas de dita Igleſia, y Conuent, oferint que ſe li obſervarà la immunitat de la Igleſia al delinquent, en cas goze de aquella.

De hac formula Calderò *par.* 1. *deciſ.* 9. *num.* 57.

De ſono emiſſo differui in hac compilatione *tit.* 8 *pag.* 82.

1 *Scelerati qui ad eccleſiam confugiant eius immunitate gaudent.*

2 *De effectu diuerſo ſententiæ declarantis reum extractum ab eccleſia ipſius immunitate gaudere ab ea qua declaratur eccleſiæ reſtituendum eſſe.*

3 *Scopus harum animaduerſionum.*

4 *Contentio non firmatur ſuper immunitate Eccleſiaſtica retro capto non exiſtente, & quid dicendum ſi poſt firmatam mentionem eius reſtituatur eccleſiæ, & petat illam declarari.*

Pe-

5 Periti Aduocati de firmanda contentione non agunt quousque sit publicata inquisitio.

6 In curia ecclesiastica solum possunt recipi testes super violenta rei extractione ab ecclesia, non verò super sceleris qualitate.

7 Cessante imminenti periculo secundæ litteræ contentionis nequeunt expediri per Curiam ecclesiasticã nisi post tres dies computandos à die præsentationis primarum litterarum.

8 De termino præfixo arbitris ad cõtentionem declarandam.

9 De termino præfinito vtrique Curiæ contendenti post deuolutam contentionem Cancellario, & huic quoque assignato ad illam definiendam.

10 Differentia perpenditur inter contentionem super immunitate ortã, & contentionem iurisdictionis, & quid sit obseruandum in competentiis agitatis cum Tribunali sanctæ Inquisitionis.

11 Reus ad ecclesiam confugiens potest actu facto, vel verbis renuntiare eius immunitati, & quare praxis induxerit renũtiationes iudiciales fieri accidente consensu procuratoris fiscalis curiæ ecclesiasticæ.

12 Discrimen assignatur quoad firmandam nouam contentionem inter casum quo fuit decisa solo reo in causa existente, & casũ quo contentio renuntiatione rei fuit sopita.

13 Quãdo adsunt in causa Fisci procurator curiæ ecclesiasticæ, & pars priuata, & contentio fuerit decisa, nouaque firmetur, tunc curia quæ obtinuit petere debet litteras, & procedimenta reuocari, vt hic cũ decisionibus, & num. 14.

15 Licet contentionem sola curia ecclesiastica firmauerit, si tamen litteræ emanatæ à curia seculari fuerint reo præsentatæ, & procedimenta successiua intimata nequit contentione decisa nouam firmare.

16 Durantibus altercatis coram arbitris moris non dormiunt quinque dies arbitris concessi, sed statim eis elapsis causa ad Cancellarium deuoluitur.

17 Concilii Tridenti de reformat. sess. 25. cap. 3. contextura.

18 Concilium Tridentinum præscripsit formã iudicibus ecclesiasticis qua non seruata excommunicatio est nulla.

19 Iudex ecclesiasticus in Cathalonia potest tantum in subsidium implorare auxilium seu brachium iudicis secularis, scilicet vbi aduersus laicum vsus fuerit censuris.

20 Const. 2. tit. de invocat. del bras secul. expensa.

21 Contra hanc Constitutionem argumentum, & solutio num. 22.

23 Duplex est assistentia, alia nuda quæ dumtaxat ad vitanda scãdala extra iudicialiter, & omninò economice datur nullam exercendo iurisdictionem, alia verò quæ præstatur per iudicem secularem

pro

pro exequenda ſententia iudicis eccleſiaſtici contra laicũ, & vtraque abſque partis citatione præſtatur.

24 *Conceſsio brachii ſecularis non expeditur abſque partis citatione, & prouiſione iudicis, & guſtatis meritis ſententiæ exequendæ.*

25 *De brachio materiali, ſeu meri facti, & brachio iuris.*

26 *Efficaciùs, & vi coactiua procedit iudex ſecularis in brachio impertiendo, quam in aſſiſtentia concedenda.*

27 *Monitio ad iudices ſeculares.*

28 *Deciſiones producuntur quibus reuocata fuerunt procedimenta facta per iudicem eccleſiaſticum contra laicum non ſeruata forma Concilij Tridentini, & num.* 29.

30 *Verſicul.* nefas autem *eiuſdem* cap. 3. Concilij Tridentini *explanatur, & num.* 31.

32 *Cancellarius vti tertius contentionum habet iuriſdictionem Pontificiam, & Regiam.*

33 *In ſententijs Cancellarius poteſt ſtatuere modum procedendi, & apponere conditionem iudici in cuius fauorem declarat quod via ordinaria procedat, & non via rigoroſa ſacrarum Conſtitutionũ Tarraconæ, vbi deciſiones.*

34 *Concilium Tridentinum in dicto Verſicul. nefas autem Conſiſtorium Principis non comprehendit.*

ANIMADVERSIONES.

1 PLura ius Ciuile, & Canonicũ ſacroſanctis Eccleſiis, ac aliis venerabilibus locis meritò tribuere, inter cætera autem non minus dignoſcitur immunitatis priuilegium, quo iuuantur, & gaudent ſcelerati, qui ad eas profugi ſe conferunt.

2 Et quoties declaratur quod extractus ab eccleſia gaudet eius immunitate euadit abſolutus ab omnibus delictis ante extractionem commiſſis, non verò ſi declaratur eum eccleſiæ reſtituendum eſſe, ut expoſui *deciſ.* 16. *num.* 2. & 15.

3 Paucis, ut fieri licuerit, contentionis praxim iuxta morem compilationis complectar, & ſeligens adaptabiliora ex his, quæ cum eximio plauſu, & maiori forenſi profectu prælo commendauit magnus contentionum magiſter Nobilis Regens de Cortiada *to.* 1. ſuæ praxis, ac doctiſſimarum deciſionum.

4 Suppono imprimis Curiam Regiam ſecularem in Cathalonia cõtentionem non firmare ſuper immunitate eccleſiaſtica rei eo capto non exiſtente, ſed tamen in caſu quo extractus ab eccleſia poſt firmatam contentionem ad eam reſtituitur, & per ipſum petitur reſtitutione non obſtante declarari immunitate eccleſiaſtica gaudere, tunc renuẽte etiam Fiſco ſuper immunitate eſt declarãdum, ut utrũque probaui d. *deciſ.* 16. *num.* 18.

5 Cautus Advocatus publicata reo inquiſitione, copiaque offenſi- vi proceſſus obtenta, & non antea de firmanda contentione agit

(iovaluit etenim praxis denegandi reo copiam in huiusmodi quoque capsis non publicata inquisitione, ut attuli supra *tit. 11. n. 11. pa. 107.*) & ad id cõsanguineus, amicus, aut procurator rei, solus, vel cõcurrẽte pariter Fisci procuratore Curiæ ecclesiasticæ comparet coram Officiali, seu Vicario generali illius, & offert supplicationem desuper insertam, ac subsequuntur reliqua in formulis elimata.

6 Quibus adde, & mente retineas firmata *decis. 15.* ubi latè defendi in Curia ecclesiastica recipi dumtaxat posse testes super violenta rei extractione ab ecclesia, non verò super sceleris qualitate.

7 Pariformiter te animadversum velim, quod cessante imminenti periculo secundæ litteræ contentionis nequeunt expediri per Curiam ecclesiasticam nisi post elapsos tres dies à die præsentationis primarum litterarum computandos, ut etiam firmavi effusè, *d. decis. 15. num. 6.*

8 Præsentatis litteris responsivis à Regia Curia emanatis reo, & Procuratori Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ illius partes iuvanti currunt statim de momento ad momentum arbitris quinque dies pro cõtentione declaranda, & iste est terminus ipsis ad id præfixus per Pragmatic. *primeramente 6. de contenc. de iurisdict. in 2. volum. Constitut.* ut ex Ripoll, Peguera Fontanella, Ferrer, & Matheu refert Cortiada *decis. 16. num. 81.*

9 Arbitris intra quinque dies non declarantibus statim causa contentionis devolvitur Reverendo Cãcellario, & ea devoluta præfiniti sunt utrique Curiæ, Ecclesiasticæ, & seculari triginta dies dilationis ad probandum, & processus in illis respectivè conditos producendum, cum hac tamen differentia, quod Fisci procurator Curiæ Ecclesiasticæ, aut reus habent omnes triginta dies, Fisci autem Procuratori Regiæ C. solum probationes facere fas erit infra primos quindecim dies, adeò quod si eis elapsis renuntiat reus residuo aliorum quindecim non exaudiatur F.P.R.C. ad ullam probationem, seu processus productionem faciẽdam, reo autem non renuntiante residuo dilationis fiunt alii quindecim dies ambabus Curiis communes *Pragmat. fin. tit. de contenc. de iurisdic.* Ripoll ad Peguer. *in pract. civil. Rubr. 18. à num. 42.* Peguera *in pract. crimin. cap 26. nu. 7. Versic. ulterius versicul. intellecta tamen, & in Versicul. iam nunc ex predictis* Michael Ferrer *p. 3. observant cap. 172.* & post illos Cortiada *decis. 21. num. 7.* qui pariter firmant Cancellarium in Cathalonia, & Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Maioricarum teneri intra triginta dies contentionem declarare, aliàs pro declarata habetur in favorem ecclesiæ, illosque currere ipso iure, & facto immediate post

quin-

quinque dies arbitris conceſſos, ac eſſe continuos, & latiùs idem Cortiada *deciſ.* 17. *à num.* 33. & reaſſumens materiam *deciſ.* 24. *à num.* 1.

10 Obſerva etiam ex præcitatis Doctoribus diſcrimen non omittendum inter hanc de qua agimus contentionem, & eam quæ ſuper iuriſdictione ſuſcitatur, etenim iſta pendente probationes fieri nequeunt coram ullo ex iudicibus contendentibus, ſed coram Cancellario, atverò pendente contentione ſuper immunitate eccleſiæ nō cōquieſcunt proceſſus, imò poteſt utraque Curia, & conſuevit pro ſuo intereſſe reſpectivè teſtes recipere, illoſque coram Cancellario exhibere, ut iterum cū Ferrer, Peguera Cancer, & alijs enucleat Cortiada *deciſ.* 22. *num.* 106. ſed idem ipſe *deciſ.* 30. *num.* 50. & 51. in competentijs inter Regiā Audientiam, & Tribunal ſanctæ Inquiſitionis tenet poſſe utramquamque Curiam informationes recipere pendente contentione uſque dum prima conferentia inter Inquiſitorem antiquiorem, & Regium Miniſtrum habeatur, traditque Reg. Matthęu de Regim. Regn. Valent. *tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *ſect.* 1. *num.* 29. ex reſcripto concordato 6. Auguſti 1652. & fuit in praxim deductum ad mei tunc I.R.C. relationem in competentia exorta inter Reg. criminale Concil. & Tribunal ſanctæ Inquiſitionis occaſione mādati Iacobo C'eus Subvicario Barcinonæ facti 11. Iulij 1672. per Officiales ſanctæ Inquiſitionis eum requirendo quod faceret illis aſſiſtentiam ad pœnā 100ℓ, & excommunicationis renuendo explicare quod petebatur pro cauſa fidei, aut ab ipſa dependente, fuerunt namque poſt firmatam competentiam, anteque conferentiam habitam recepti per me teſtes ſuper facti veritate.

Tranſeamus ad alia quæ maiorem quam hactenus habuerunt expoſitionem depoſcunt, receptum eſt in Catbalonia reum ad eccleſiam confugientem poſſe renuntiare eius immunitati, tā actu, vel facto, quam verbis, & adſtabilierunt Gonni *in tract. de immunit. fallent.* 12. Barbola *de iur. eccleſ. vniu. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 58. Bovadilla *in Polit lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 80. alios plures congerit R. Cortiada *deciſ.* 71. *num.* 3. & 4. & antea tenentes contrariam ſententiam cumulat permotos ea de ratione quia privilegium immunitatis conceſſum eſt eccleſiæ, & non perſonis ad eam confugientibus, vel ſaltem eſt privilegium mixtum eccleſijs, & perſonis confugientibus impertitum, quapropter tametſi prima retenta opinione apud nos obſervata, ut valida eſſet renuntiatio rei huiuſmodi immunitatis, quam allegare poterat opus non eſſet in illa concurrere Fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ, nihilominùs tamen 11 ad

ad uberiorem cautelam praxis introduxit, ut prævidisti in formulis, talem concursum expectare.

12 Prædicta equidem procedunt in renuntiatione immunitatis facta per reum, quæ ita illi nocet, ut nec per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ allegari valeat, aive ò ipso non existente in causa fuerit contentio decisa, potest novam formare Michaël Ferret *p.* 3. *observant. cap.* 196. *in fin.* Fontan. *decis.* 317. *num.* 16. *p.* 2. & ex his Cortiada *decis.* 12. *num.* 89. quia per renuntiationem rei ius allegãdi immunitatem, non solum respectu ipsius, sed etiam Curiæ ipsũ protegere volentis extinguitur, quę ratio non viget in sententia, cum dumtaxat in causa extantibus noceat, ut ex prę allegatis scriptoribus demonstratur.

13 Si adsint in causa, & Fisci Procurator Curię Ecclesiasticæ, & pars privata, fueritque contentio decisa, & firmetur nova ex Fontanella *decis.* 318. *num.* 3. *p.* 2. consulit Cortiada *d. decis.* 12. *num.* 58. quod illam firmet Curia quæ obtinuit, & opponat exceptionem rei iudicatæ; Attamen formula supra tradita circa hunc articulum (practicanda, quando nulla subest ratio novam contentionem firmandi) diversimodè concludit ut perspexisti, cum petatur litteras, & procedimenta revocari adiecta comminatione occupationis temporalitatum, prout tradit Peguera decisiones suggerens *in practic. crim. cap.* 26. *num.* 5. *Versic. Quare in praedicta causa pag. mihi* 527.

Fuit adhuc in forensibus ter- 14
minis idem novissimè practicatum, in causa namque contentionis super immunitate suscitata inter Procuratorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ Celsonæ ex una, & Fisci Procur. R. C. partibus ex alia sententia lata per Reverendũ Cancellariũ de Taverner, & Rubì 4. Maij 1691 fuit declaratũ nõ gaudere immunitate ecclesiastica Iosephũ N. pro quo illam allegaverat memorata Curia Ecclesiastica Celsonæ, quæ non obstante decisione novã Iosephus contentionem firmavit litteris expeditis 13. Octobris præfatione 1691. eo nixus fundamento quod primam ille non firmaverat, at verò instante Fisci Procuratore Regiæ Curiæ fuerunt expeditę litteræ directę Reverendo in Christo Patri Episcopo, & eius Vicario Generali, ut intra spatium unius diei revocarẽt prædictas litteras, & reliqua procedimenta comminatione adhibita respectu Episcopi occupationis temporalitatũ, respectu vero Vic. Gen. bannimẽti.

Scire autem debes quod tamet- 15
si Iosephus primam contentionem non firmaverat, verumtamen litteræ emanatę à Curia seculari fuerant ei præsentatę, & procedimenta successiva intimata extiterant illi, & Procuratori Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ, quo casu cum omnes

nes sint vocati, & citati novam contentionem prima declarata efformare non possunt, ut cum Vrtig. Vrt. *de competent. q. 60. num. 19.* & passim probat Calderò *decis. 75. num. 20.* ubi de casu revocationis attentatorum, quare non dubites in affectione Pegueræ amplectenda, etenim post præsentatas Vicario Generali supradictas litteras Reg. Cur. ille respõsivas à sua Curia expedivit, quibus de revocatione in forma debita certioravit.

16 Durantibus altercatis regulariter tempora probatoria non currere, præsertim si adfuit iusta causa litigandi firmavi *decis. 15. num. 20.* in specie contentionum, & sub eisdem terminis exemplaria refert R. Calderò *in additionib. ad decis. 6. num. 9. p. 1.* hæc tamen regula tantum locum habet devoluta causa ad Cancellarium, non vero quoad quinque dies arbitris ad declarandum præfixos, quia ipsis elapsis quamuis altercata incident ad Cancellarium statim devenit, currunt que triginta dies ipsi designati pro sententia ferenda, ut fuit decisum pluribus adscitis Consultoribus per Cancellarium Montserrat 11. Februarij 1689. in causa contentionis Capituli, & Curiæ Ecclesiasticæ Gerũdæ contra Syndicum eiusdem Civitatis.

17 Diu hæc compacta fuerant cũ evenit singularis investigatio super materia non exactè à nostratibus declarata, quam ut dilucidem præmoto Sacrum Concilium Tridentinum *de reformat. session. 25. ca. 3.* præscripsisse quatenus in causis iudicialibus Iudices Ecclesiastici quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij *ab ipsis propria auctoritate fieri poterit* abstineant se, tam in procedendo, quam definiendo à censuris, seu interdicto, & licere eis quando expediat in causis civilibus quomodolibet ad suum forum pertinentibus contra quoscumque etiã laicos per mulctas pecuniarias, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem per suos proprios, *aut alienos executores faciendam*, sive etiam per privationẽ beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, ac si executio realis, vel personalis *fieri aduersus eos nequeat, extante iudicis contumacia* anathematis mucrone arbitrio suo præter alias pœnas ferire posse, quã dispositionem enodarunt Daniel de Nobilib. *disputat. 26. num. 16. & disput. 37. num. 18. & 19.* Matta *de iurisd. p. 3. cap. 4. num. 7. & cap. 14. num. 15* Salgado *de Reg. protect. p. 4. cap. 5. num. 63.* Cevallos *de cognit. per viam violent. p. 2. q. 57. &* & cum his, ac alijs Cortiada *decis. 234. tot. tom. 4.* qui num. 1. animadvertit Concilium Provinciale Tarraconæ immediatè celebratum post Concilium Tridentinum tale istius decretum acceptasse, & ita narrari in *cap. 47. Curiar. Mantuisso.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tiſſoni anni 1585. quod eſt *Conſtit.* 2. *tit. de inuocac. de bras ſecul.* de cuius contextura infra pert actabitur, ad* de Franciſcum Romaguera in Synodalib. Gerunden. *lib.* 5 *tit.* 10. *cap.* 9. laudatis Carol. Ant. de Luca ad Gratian *cap.* 787. *num.* 2. *& ſeq. tom.* 4. Blaſ. Altimar. *de nullitatib. iudicior. rubr.* 3. *q.* 20. *nu.* 12. Guazzin. iun. *ad defenſ. animar. lib.* 2. *defenſ.* 6. *cap.* 40. *num.* 15. alijſque permultis.

18 Concludit etiam Cortiada cum ab eo allegatis Concilium Tridentinum præfinijſſe præexpreſſam formam iudicibus eccleſiaſticis, qua non ſervata excommunicatio eſt nulla, & Romaguera, atque per ipſum adducti præcipuè *nu.* 15. affirmant poſt Concilium Tridentinum remedium cenſuratum eſſe effectum ſubſidiarium, diſtrictionem autem perſonalem, ſeu invocationem brachii ſecularis primarium, quo primario uti debent eccleſiaſtici antequam ad cenſuras deveniant.

19 Difficultas tamen, & non modica in eo ſiſtit, nempè in Cathalonia exploratum haberi iudicē eccleſiaſticum poſſe tantum in ſubſidium implorare auxilium, ſeu brachium iudicis ſecularis, ſcilicet ubi adverſus laicum iam uſus fuerit cenſuris, nec earum viribus potuerit ſuam ſententiam exequi, tūc enim pro eius executione meritò adit iudicem ſeculare, ut brachium, & auxilium ſuum impertiatur Oliba *de iur. fiſc cap.* 15. *num.* 52. *&* 74. Pegueta *deciſ.* 92. *nu.* 25. Cancer *var.* 3 *cap.* 19. *num.* 1. Molinus *de brach. ſecul. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot.* & *cap.* 15. *num.* 3. Fontan. *deciſ.* 310. *num.* 26. *p.* 2. Ripoll *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 20. Cortiada *deciſ.* 26. *num.* 84. *& ſeq.* & alibi paſſim.

Nunc ita, ſi iouocatio brachij uſum cenſurarū præſupponere debet certa non erit concluſio quam Romaguera, & alij ſupra allati conſtituunt, nimirum poſt Concilium Tridentinum remedium cēſuratum ſubſidiarium eſſe, invocationem verò brachij ſecularis primarium, imo præponderata opinione admiſſa eiuſdēmmet Cōcilij Tridentini contextus inexequibilis redditur, cuius dubitationis vis adaugetur ex contentis in *Conſtit.* 2. *tic. de inuocac. del bras ſecul.* ubi poſt recitatam Concilij definitionem ad neceſſariam obſervantiam illius, & ne Prælati ab ea ſe excuſarent propter defectū, ſeu renitentiam Officialium temporalium ſtatuitur, quod Officiales omnes ſeculares, tam Regij, quam Baronum requiſiti teneantur exequi ſententias in cauſis pecuniarijs, & alijs civilibus quæ per iudices eccleſiaſticos in caſibus ſui fori contra laicos prolatę fuerint, necnon etiam exequi proviſiones quaſcūque executivas contra bona, & perſonas ſubiectas iudici ſeculari requiſito, donec, & quouſque huiuſmodi proviſiones, & sē-

20

ten-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tentiæ iudicis ecclesiastici requirentis cum effectu sint ad debitã obedientiam redactę, & satisfactæ partes interesse habentes, quæ solvere obstringantur expensas, & præsentes esse, vel procuratorem habere in actu executionis, & si forte talis executio fieri nequibit iudex secularis referat ecclesiastico causam cur illi non sit locus, & tũc liceat proferre, si ei videbitur, censuras contra contumaces, aut aliter procedere usque ad invocationem brachij secularis.

21 Argumentum ita efformo; Constitutio exequi vult per Officiales seculares sententias iudicis ecclesiastici procedẽtis in suo casu antequam censuras promulget: ergo brachium seculare ante censuras imploratur, deinde in sequenti versiculo extante impedimento exequendi sententias censuras posse ferri disponitur, & postea invocari brachium seculare, non videntur ista inter se componi posse, & ambagibus hoc punctum involutum non diffitetur Francisc. Molin. *de brach. secul. cap.* 3. *à num.* 29.

21 Respondetur Constitutionem ipsam rectè perpensam nodum dissolvere, & obscuritatem in hoc puncto hucusque compertã præclarè dimovere: nam quãdo Officialibus præcipit quod exequantur sententias iudicis ecclesiastici de assistentia loquitur, quę diversa quidem est à brachio seculari, & discretivè profecto de illa peragit, ac de brachio, de isto enim dumtaxat sermonem instituit casu quo assistentia non concedatur.

Sane verum agnosco brachium 23
seculare non elargiri nisi post censuras prolatas, at verò assistẽtia ante earum prolationẽ erit petenda, & præstanda iuxta Concilium Tridentinum *ibi per suos proprios, aut alienos executores*, necnon etiã iuxta contextum prælibatæ *Constit.* 2. etenim notoria est differentia inter assistentiam, & auxilium brachij, siquidem si illa sit nuda extraiudicialiter, & omnino æconomicè verbo datur, absque ulla partis citatione, & tunc assistens iudici ecclesiastico non facit executionem, nec ipsius nomine fit executio, nec in actibus executionis nominatur, sed tantum partes compescit, ut liberè, ac sine scandalo, ac contradictione facti, & resistentia aliqua iudex ecclesiasticus suã faciat executionem, ut cum Fontanella, Cãcer, Oliba Xammar, Cortiada, ac alijs prænotavi ad dictam *rubr.* 20. *pract. Vicar. Barcinon.* prosequitur Cortiada *decis.* 232. *à num.* 61. & tametsi auxilium non petatur, sed instetur assistentia per iudicem ecclesiasticum ut iudex secularis exequatur sententiam per illum latam contra laicum, tunc etiam illa conceditur absque partis interessatæ citatione, ac provisione iudicis secularis, de hac intelligendi sunt Scialoya de *for competent. cap.* 12. *num.* 29. Ripoll. *variar. cap.* 1. *num.*

num. 37. Pottol. *ad Molin. §. iudex à num.* 92. Cottiada *deciſ.* 269. *n.* 41. *p.* 4. & è converſo de caſu quo executio ſententiæ iudicis laici eſt facienda contra Clericum idem Regens Cottiada *deciſ.* 26. *à num.* 24. in quo caſu intrat diſtinctio inter bona mobilia, & immobilia de hacque ultima aſſiſtētia agunt cōcilium Tridentinum, & *Conſtit.* 2. dum ſubſidiariam ad illam excōmunicationem præfiniunt.

24 Diverſimodè ſe res habet in conceſſione auxilij brachij ſecularis, quę non aliter expeditur quam pręvia citatione partis cuius intereſt, & iudicis ſubſequuta proviſione aliquali cognitione adhibita iuſtitiæ ſententiæ exequendæ, ut cū authoribus nuper memoratis firmavi in *addition. ad dictam rubr.* 20. *prax. Vicar. Barcin.* ſequitur Romaguer in *Synodalib. d. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 9. *num.* 28. qui expreſſim tenet ceſſare omnes difficultates antea per ipſum expenſas ſuper invocatione quādo à iudice laico eccleſiaſticus, tā in civilibus, quam in criminalibus nō egrediēdo caſus à iure p rmiſſos pro ſuis ſentētijs, ſeu mandatis exequendis petit familiā armatam, videlicet aſſiſtentiam.

25 Egregiè Pignatell. *Conſultat.* 174. *tom.* 1. ubi diſtinguit inter brachium materiale, ſeu meri facti, & iuris primum inquit eſſe militare, aut familiā armatam, & hoc procul diſputatione eſſe concedēdum à iudice ſeculari reſolvit, præſertim quando iudex eccleſiaſticus directe requirit birruarios, & executores ut ſua mandata, vel ſentētias exequantur, ſecundum vero cadit ſub quæſtione an iudex laicus teneatur ſententiam exequi eccleſiaſtici non guſtatis meritis cauſę, de quo articulo Doctores in *cap.* 1. *de offic. ordin.* unde perſpicuè inferes prędictæ diſcuſſionis intricationem omnino proveniſſe ex uſu dictionis brachij, non facta hactenus per Doctores iuxta caſuū eventus diſtinctione inter brachiū formale præcedentibus citatione, & aliquali iuſtitiæ ſententię cognitione, & ſequuta proviſione cōcedendum, & aſſiſtentiam, quæ abſque his formalitatibus præſtatur, & conſectarię colliges ex prædictis authores docentes brachij invocationem p æſupponere cēſuras prolatas, & obdurationem in eis non dimicare cum ſupra firmatis quatenus auxilium, ſeu aſſiſtentiam peti debere à iudice eccleſiaſtico deduximus priuſquam ad excommunicationem perveniat.

Nec tibi videatur nihil magis 26
operaturam brachij proviſionem, quam auxilium, ſeu aſſiſtentiam, in hac namque ſolummodò, ſi nuda ſit removet ſcandala iudex ſecularis, & ſuo nomine nihil agit, & in alia pleniori tantummodó conatur exequi ſententiam prout commodius fieri poteſt, in brachio vero efficaciùs ſe gerit vi coactiva compellendo laicum per captura

per-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

perſonæ(ubi caſus permittet) venditionemque bonorum, ut obtemperet ex integro ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, velut ſupra citati Doctores declarant,& habetur in formul. præallegatæ *Rubr.* 20. *Cur. Virac. Barcin.*

27 Moneo tamen iudices ſeculares ne nimis tardi,& ſcrupuloſi ſint ad aſſiſtentiam petitam per iudicem eccleſiaſticum pro exequendis cẽtẽtiis latis contra laicos concedendam: etenim ſi legitima non dictante cauſa valdè difficiles ſe reddant poterũt eccleſiaſtici ſpiritualem gladium iniicere, velut exclamant Doctores laudati per Romaguera qui ſupra, & ſignanter Oliva *de for. eccleſ. 2. p. q.* 5.& legitur expreſſim in dicto cap. 3. Cõcil. Tridentini, ibi *ſed ſi dictæ executioni facile locus eſſe non poſſit licebit iudici hoc ſpirituali gladio in delinquentes uti*, & eſt de mente prænarrata *Conſtitutionis* 2.

28 Quamobrem magna cum ratione in Cathalonia Cancellarius declarat procedimenta, quæ fiunt per iudicem eccleſiaſticum quãdo procedit contra laicum non cum mulctis,& pœnis pecuniariis priùs, & deinde in ſubſidium ſub cenſura excommunicationis, & ita non ſervata forma Concilij Tridentini *d. ſectione* 25. *de reformat cap.* 3.& *Conſtit.* 2. *tit. de invocac. de bras ſecul.* eſſe revocanda, prout memorat R. Cortiada *d. deciſ.* 234. *num.* 16. quatuor referens ſententias, quas vidi originaliter, duas Cacell. Manegat latas 20. Decẽbris 1586.& 26. Maij 1587. & alias duas per Cancellarium Copons diebus 24. Decembris 1587. & 5. Maij 1593.

Similis noviſſime lata fuit die 28 29
Novembris 1696. per Cancellariũ Tavernet,& Rubì in cauſa contẽtionis orţ inter Thomam Benet, & Carreta, paratorem lanæ Villæ Sancti Fœlicis de Torellò, & Curiam ſecularem ordinariam Civitatis Vici ex una, ic Rectorem,& operarios eccleſiæ parochialis de Montoñola, Curiamque eccleſiaſticam Vicen partibus ex alia Conſultoribus Anglaſeil, Claver unà mecum, ſed advertenter in præexpreſſa ſententia fuit dictum non fuiſſe ſervatam formam Concilij Tridentini, quam obſervari debere in dicta Conſtit. 2. diſpoſitum repetitur, rurſuſque additum extitit non fuiſſe petitam aſſiſtentiam per iudicem eccleſiaſticum iudici ſeculari ut ſuam exequeretur ſententiam contra laicum, indeque videant eccleſiaſtici ſenſiſſe Reverendũ Cancellarium, eiuſque Cõſultores poſſe illum cenſuris uti ſi ei aſſiſtentia denegetur.

Quibus non adverſantur verba 30
eiuſdem Concilij Tridentini, ibi: *nefas autem ſit ſeculari cuilibet magiſtratui prohibere eccleſiaſtico iudici ne quem excommunicet, aut mandare ut latam excommunicationem revocet ſub prętextu quod contenta in preſenti decreto non ſint obſervata,*

cum non ad ſecularem, ſed ad eccleſiaſticum hæc cognitio pertineat.

31 Reſponſio enim non perdifficilis occurrit: nam iudex ſecularis quando contentionem mouet minimè prohibet eccleſiaſtico iudicine excommunicet, neque præcipit ut excommunicationem reuocet, ſed tantummodo eum requirit, ac hortatur, ut huiuſmodi procedimenta per excommunicationem facti obliteret, ſicuti ex lectura litterarum conſpicitur.

32 Inſuper Cancellarius uti tertius contentionum habet iuriſdictionem Pontificiam, & Regiam, ut

33 tradidi *deciſ. 26. n. 22.* & in ſententijs poteſt ſtatuere modum procedendi, & apponere conditionem iudici in cuius fauorem declarat, utpote quod via ordinaria teneatur procedere, non via rigoroſa Sacrarum Conſtitutionum Tarraconæ Ferrer 3. *p. obſeruant. cap.* 224. *&* 235. Oliba *de iur. fiſc. cap.* 12. *n.* 24. Cortiada deciſionibus cõprobans *deciſ.* 24. *à num.* 82. & fuit declaratum per Cancellarium Taverner, & Rubì ſententia lata 16. Iulij 1692. Cõſultoribus Anglaſell Magarola, Potau; Sabater, Gelcen, in facto cõtentionis iuriſdictionis ortæ inter Curiam ſecularem R. A. ex una, & Curiam eccleſiaſticam Barcinonæ vigore litterarum ſubſidiariarũ à curia eccleſiaſtica Vicen emanatarum ex altera partibus his verbis, *hoc tamen intellecto, quod attento natura, & qualitate cauſæ, in qua dolus non conſideratur, quod iudicio ordinario tantum, quod attinet ad tria capita, facultatis irrigandi, molendi gratis, & ſoluendi integras penſiones procedatur, & non in rem Conſtitutionum Sacri Concilij Tarraconç, & proinde procedimenta eo modo quo facta fuerunt (ſolum quoad dicta tria capita) contra quatuor Conſiliarios, & dictos duos iuratos Conſilij generalis Ciuitatis Minoriſſç reuocanda eſſe.*

Denique non præteribo Ludo- 34
vicum Saravia *de iuriſdict. Adiunctor. q.* 30. *nu.* 33. ſuper dicto Verſicul. *nefas* dinumerare tenentes non comprehendere Regium Tribunal propter celſitudinem dignitatis ſuæ, eiſque adſcribit Bartholom, Humada *lib.* 13. *gl.* 4. *tit.* 13. *p.* 2. Vivald. in *candelab. p.* 2. *caſ.* 16. *num.* 114. *in explicat. bull.* Azevedo in *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopilat. fundament.* 14. Barboſa *ad d. cap.* 3. *num.* 10.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TIT. XXXV. DE CARCERVM REPARATIONE.

1.

Supplicatio.

Excelentiſſim Senyor.

A Noticia del Procurador Fiſcal de la Regia Cort ha peruingut, que en lloch ningù del Veſcomtat de Caſtellbò hi ha preſons per a tenir en bona cuſtodia los delinquents, de calitat que per a que no fugen, es precis hauer de poſar guardas de vista, y moltas vegadas ſucceheix hauerlos de portar en preſons mutuadas, ò preſtadas per Barons, que altrament ab gran facilitat eſcaparian, lo que redunda en graue dany, y prejudici de la adminiſtraciò de juſticia, y per conſeguent contra lo be, y quietut publica; eſsent aixi que ditas preſons antigament eran molt fortas, conſtruhidas en lo lloch anomenat Ciutat, ço es, en lo Caſtell, ahont encara han quedat las paréts meſtres: y com la conſtrucciò, redificaciò, y reparo de ditas preſons toque, y eſpecte als Iurats, y Vniuerſitats de dit Veſcomtat. Perçò y altrament dit Procurador Fiſcal à V. Excelencia ſuplica ſia ſeruit manar als Iurats, y Vniuerſitats del referit Veſcomtat, ſots las penas à V. Excel ben vistas, y dins vn cert termini, que à coſtas, y gaſtos dels bens de ditas Vniuerſitats reparen, redifiquen, y en quant menester ſia fabriquen aquellas de nou en dit Caſtell del lloch de Ciutat, ó en altre lloch ó part apte, demanera q̃ los preſos ſe detindràn en ditas preſons eſtigan ab la deguda ſeguretat, y que la preſent cauſa, per no ſer lo Ordinari poderós per a fer cumplir, y executar lo ſobredit, ſia euocada à V. E. y Real Concell, y comeſa à algun Noble, ó Magnifich Iutge de la Regia Cort, qui de manamẽts penals, y altres prouiſions opportunas proueheſca, y juſticia miniſtre. Offic. &c.

Altiſſimus, &c.

N. Fiſci Aduoc.

Evocata cauſa prætextu quo ſupplicatur committatur Magnifico N. Iudici R. Curiæ, qui ſuper ſupplicatis, & aliis debitè prouideat.

Prouiſa per Nob. Reg. Cancell. 16. Maii 1687. Barcin.

Mauricii.

Recepta dictis die, & anno facto verbo in R. Concilio prouidet, quod aliquis ex Regiis Alguziriis accedat ad Vicecomitatum de Caſtellbó, & ad alia loca præſentis Principatus Cathaloniæ quò opportuerit, qui inquirat, inquiſita fortificet, & alia faciat in ſimilibus fieri ſolita, & pro his fiant, & expediantur litteræ, inſtructiones, commiſſiones, & aliæ prouiſiones oportunæ iuxta Regiæ Curiæ ſtylum.

N. Iudex.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

2.

Depositio testis.

Die vigesima mensis Maii anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo, Barcinone.

Per Magnificum, & dilectum Consiliarium Regium N. V. I. Doctorem Iudicem Regiæ Curiæ.

IOannes Antonius Rossell cultor loci de Ordina vallis Andorræ diœces. Vrgellen cognitus à me Notario, etatis (vt dixit) quadraginta annorum parum plus, vel minus testis citatus, qui iuravit, &c.

Et interrogatus super Curia preuentis, &c.

Dixit: *Senyor, lo que jo testimoni sè, y puch dir asserca del que v. m. me interroga, es que sè molt be jo testimoni que en lo Vescomtat de Castellbò, ni en ningun lloch del dit Vescomtat hi ha presons pera tenir en bona custodia los presos; de tal manera, que pera que los presos no fugen, y estigan ab algun genero de custodia, he vist los han de posar guardas de vista, y algunas vegadas he dit jo testimoni per ser vehi del dit Vescomtat, que los han hagut de portar en presons prestades de altres llochs fora del dit Vescomtat, y hauent jo testis anat varias vegades en la Vila de Ciutat del dit Vescomtat de Castellbò he vist las presons que antigament hi hauia en la dita Vila en lo Castell de la dita Vila de Ciutat, que vuy se troban encara las parets mestres: y esta es la veritat per lo juramens tinch prestat.*

Ioan Antoni Rossell.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit præsente dicto Magnifico Relatore N.

Additur deindè alius testis consimiliter deponens, ut debitè provideri valeat.

3.

Provisio.

Die 9. Iunij 1687. Visa supplicatione per Fiscum Procuratorem Regiæ Curiæ die 16 Maii proximè elapsi oblata, qua supplicat mandari Vniuersitatibus, ac Iuratis locorum Vicecomitatus de Castellbó, quatenus intra terminũ eis prafigendum de pecuniis dictarum Vniuersitatum construant, seu reædificent carceres publicos, & idoneos, in quibus rei qui capiuntur, tam in dictis locis, quã eorum terminis, & aliàs securè detineri, & custodiri valeant, nè eorum defectu quamplurima crimina, quæ in dies committuntur (in graue Reipublicæ damnũ) impunita euadant, prout hæc & alia latiùs in supplicatione continentur ad quam refertur. Visa informatione indè recepta, qua de supplicatis & urgenti necessitate dictorum carcerum constat. Visis videndis, meritis processus attentis,

tis. & aliàs insequendo conclusionem in R. Concilio factam prouidet, quod mã detur dictis Iuratis, & Vniuersitatibus predicti Vicecomitatus de Castellbò, qualenus intra sex menses à die presenti numerandos dictos communes & publicos carceres idoneos in loco apto ad reorum custadiam de pecuniis dictarum Vniuersitatum construant, seu reedificent, sub pœna mille librarum in casu contrafactionis Regiis erariis inferendarum, & ad id expediantur litteræ, & alia prouisiones opportunæ iuxta R. Curiæ stylum.

N. Iudex.

Ita decisum actuario Maurici, & ratio est quia constructio, fabricatio, & reparatio carcerum fieri debet expensis Reipublicæ, custodia tamen carceratorum spectat ad Regem, & Dominum loci. Escobar *de rattocin. cap. 25. num. 10. &* 11. Bovadilla *in politic. lib. 5. cap. 4. num. 6. glos. litt. C.* Suelves *cons. 14. num. 18. lib. 3.* & de iure nostro videnda *Constit. 55. Curiar. anni* 1599. quam allegat Cortiada *decis. 82. num. 23.* adde de materia peragentes, Balmaceda *de collect. quæst. 59. num. 23. & seq.* Romagueta *ad Concil. in stat. Eugub. lib. 1. rubr. 16. num. 19.*

TIT. XXXVI. DE VISITA REGIORVM CARCERVM.

1.

Die 11. Martii 1684. Barcinonæ.

IN Regia generali visita celebrata in Regiis carceribus, præsidente in ea Nobili Don Michaele de Cortiada Regente Regiam Cancellariam interfuerunt cum eo:

Nobilis Don Iosephus de Balaguer, tertiæ Aulæ Doctor.
Magnificus Michael de Calderó Fisci Aduocatus, tertiæ Aulæ Doctor.
Nobilis Don Petrus de Amigant, tertiæ Aulæ Doctor.
Magnificus Bernardinus de Puig. *Iudices R. Curiæ.*
Nobilis D. Franciscus de Cancer.

Fuit conclusum.

Quod Iosephus N. aliàs lo Ayguader, *relaxetur à carceribus in quibus detinetur, attẽto pacto per eũ voluntariè suscepto seruiendi in legione, vulgo* Tercio de la Ciutat, *ea durante, sub pœna in casu contrafactionis seruiendi militando in præsidio de Rosas cum solito stipendio per tempus trium annorum.*

Nonnulla alia quæ sequebantur omitto.

Quod Franciscus N. relaxetur à carceribus attento pacto per eum voluntariè suscepto seruiendi laborando in præsidio de Rosas per tempus trium annorum cum

cum ſolito ſtipendio, ſub pœna in caſu contrafactionis ſeruiendi laborando in dicto præſidio per duplicatum tempus.

Quod Ioannes N. tradatur idoneæ manutentæ cum reincidentia, quod hinc ad totum menſem Auguſti abſque vlla requiſitione, & interim quandocumque fuerit requiſitus, teneatur ſe reponere intra Regios carceres præſentis Ciuitatis ad pœnam mille librarum.

Et quod Maria N. relaxetur à carceribus, attento pacto per eam voluntariè ſuſcepto ſeruiendi paũperibus infirmis Hoſpitalis generalis ſanctæ Crucis præſentis Ciuitatis per tempus quinque annorum, ſub pœna in caſu contrafactionis, quod proceſſus remaneat in ſuis robore, & valore.

El Marques de Leganès.

Vt. D. Michael de Cortiada Reg.

2.

Cartellum pro reo relaxando.

CArceller dels Carcers Reals de la preſent Ciutat, no tindreu mes per la Regia Cort la perſona de N. lo qual ix ab ſagrament, y homenatge ab requiſició de dies, ſots pena de vint y ſinch lliuras moneda Barceloneſa, en virtut de concluſiò feta en lo Concell Real lo dia preſent, y deuall eſcrit. Dat en Barcelona als 31. del mes de Ianer de 1674.

El Marques de Leganès.

Vt. N. Regens Theſaur.

Aliqua prætermiſi præexpreſſæ viſitæ generalis, quia in nihilo ad inſtitutum prodeſſent, duodecim rei fuerunt in illa viſita dimiſſi.

De viſitatione carcerum librum integrum ſcripſit Thomas Cerdan de Tallada Valentinus, pertractarunt Bovadilla *in politicis lib. 3. cap. 15. tot.* Berart. *de viſitat. cap. 9. num. 36.* R. Matheu *de re crimin. contro. 1. num. 36.* R. Calderò *deciſ. 12. à num. 6.* vbi per noſtrum Regium criminale Concilium fieri viſitationem Regiorum carcerum Sabbato non impedito, aut aliàs vltimo die iuridico, cuiuſque hebdomadæ, atque etiã notat Excellentiſſimum dominum Locumtenentem generalem ſuæ Maieſtatis, annuatim in vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli, accedere cum Regio Concilio ad Regios carceres, eos viſitandi gratia, eo hac eſt una ex viſitationibus generalibus, aliæ verò quot annis fiunt Sabbato, ſeu vigilia Penteceſtes, vltimo die iuridico ante feriias Æſtiuales, ac vigiliæ Dominicæ in Palmis, & aduerte quod ſi vigiliæ harum feſtivitatum ſint feriã fiunt eiuſmodi viſitationes die antecedenti iuridico.

In vtriſque viſitis generalibus, aliiſque traditur per Commentarienſem Catalogus omnium carceratorum, etiam captorum de mandato Magnificis Regenti Regiam Cancellariam, Fiſci Aduocato, & Iudicibus

bus Reg. Cur. quæ nomenclatura reorum continuata in ſpeciali libro ad hunc effectum deſtinato (demptis his qui de mandato reperiuntur detenti) legitur per Scribam mandati, in illaque ſtatus cauſæ, Relator, eiuſque actuarius recitantur, poſtea Regii Senatores de quocumque reo ſingulatim quid ad expeditionem ſuæ cauſæ, vel illo, vel alio die fieri poſſit agunt, dirigunt, definiunt.

Admodum viſitationes carcerum, & carceratorum à iure commendantur ut eorum neceſſitatibus, & carcerum incommodis humanius ſuccurratur, neve nimias ærumnas, ac cuſtodum vexationes patiantur, utque ipſorum cauſæ citiùs terminentur; *l. Iudices, Cod. de Epiſcop. Aud. l fin. Cod. de cuſtod. reor.* ubi fieri debere per Magiſtratus ordinarios qualibet hebdomada Conſtitut. noſtræ non minus ſcedulæ, & benignæ proſpexere, ut videre eſt in *Conſtit. 13. tit. de cuſtod. de preſ. Conſt. per donar expedició 3. tit. de Audienc. y Conſell Real, Conſt. ajuſtant 53. Curiar. anni 1599.* leges Caſtellæ perplures ad eundem finem latas agglomerant Cerdan, & Bovadilla præcitati, & ultra allatas viſitas generales, & cuiuſque hebdomadæ *Conſt. per remediar 25. Curiar. anni 1599.* ſtatuitur Iudices Reg. Cur. per turnum primo die iuridico cuiuſque menſis teneri Regios carceres viſitare.

Religiosè Senatus concluſionē condidit ſub die prima Aprilis 1591. in facto Fiſci procuratoris Regiæ Curię, & informationis receptæ ſuper abuſibus, qui committuntur in Regiis carceribus per Commentarienſē, cuſtodem carcerum, & famulos ab eo locatos, vulgo dictos *guardas*, & etiam per illos, qui vocantur vulgo *Abats*, tam in vendendis rebus captis, ſeu perſonis detentis in dictis Regiis carceribus, quam in extorquendis ab eiſdem captis pecuniis indebitè, & iniuſtè, & etiam ſuper abuſibus circa malam cuſtodiam illorum; Expedit valdè contenta in memorata concluſione obſervari, eam videas.

Circa cartellum in formulis traditum adverte, quod Commentarienſis Regiorum carcerum antequam reum dimittat, vel debet habere viſitam firmatam, ſi in illa provideatur relaxatio, vel cartellum prædictū, aliter non bonam redderet rationem de cuſtodia ſibi commiſſa, quando autem captus de mandato, ſimiliter exit de mandato notatur per notarium Iud. R. Cur. qui illum mancipari fecit in libro carceratorum nuncupato de *meſa*, ſcilicet in margine capituli ubi ſcriptus erat ingreſſus ita: *tret de mandato de N. die T.*

TIT.

TIT. XXXVII. DE PROHIBITIONE EXTRACTIONIS GRANORUM è Principatu.

1.

Supplicatio.

Excelentiſſim Senyor.

A Noticia del Syndich de la preſent Ciutat de Barcelona, ha nouament peruingut, com en las coſtas de Cathalunya, y en altras parts del preſent Principat, ſe hauria fet treta de algunas partidas de blat, embarcant aquell pera aportarlo à altres Regnes, y que actualment alguns Mercaders, y altra gent de negoci del preſent Principat, preuenen diferents aſſientos, y compras de blat, per embarcar aquell, y traurel fora del preſent Principat. E com, Excellentiſſim Senyor, à viſta del exceſſiu preu, y alteraciò gran, que ha tingut en lo preſent Principat, en los dos anys proxims paſſats lo blat, (y encara ſe auria experimentat major penuria, y eſterilitat de dit blat, à no hauer fet preuenciò la preſent Ciutat de aquell en Aragó, Inglaterra, y Olanda, perdent innumerables quantitats de diner en la venda de dit blat, per benefici, y vtilitat de ſos Ciutadans, y demes perſonas del preſent Principat,) axi que donantſe lloch à que dits Mercaders, y homens de negoci (com eſtà dit) faſſan los aſſientos, y compras de blat pera embarcarlo, y traurerlo fora de Cathalunya, ſe te per cert, que dins breus dias ſe alterarà lo preu del blat, y lo que pijor es, que no acertantſe la cullita del any proxim vinent (lo que Deu no vulla) ſe tornaria à experimentar la penuria, y eſterilitat, que ſe ha patit ab tant grans incomoditats en los anys antecedents, per la poca proviſió ſe troba de blat en Cathalunya: Per tant, y altrament, oferint donar informació del ſobredit, ſuplica dit Syndich, que rebuda aquella, y conſtant, com conſtarà del ſobredit, y narrat, ſia de ſon ſeruey manar, que ninguna perſona del preſent Principat, puga fer ſemblants aſſientos, y compras de blat per embarcarlo, y traurerlo fora del preſent Principat, y altrament, que in totum ſia lleuada la treta del blat en la forma ſe acoſtuma fer, y perçò la preſent cauſa de ſa naturaleſa Conſiſtorial, ſia euocada al Real Conſell, y comeſa à algun Magnifich Iutge de Cort, qui per dit efecte de manaments, y prouiſions oportunas ſegons eſtil prouehesca, y juſticia omni modo meliori miniſtre, officio, &c.

Altiſſimus, &c.

N. Aduoc. Ciuitatis.

Idem ſupplicat Fiſci Procurator Regiæ Curiæ, & quod fiat etiam prohibitio extractionis ordei & auenæ iuribus Fiſci ſemper ſaluis.

N. *Fiſci Aduocatus.*

De-

Dec[illegible]etatio fit more ſolito, & prout in alijs.
Proviſio evocationis etiam ut in alijs.

2.

Depoſitio teſtis.

Die decima ſexta menſis Septembris anno à natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono Barcinone.

N. *Agricola loci, & Parochiæ de N. Diœceſ. Barcinonæ cognitus à me Notario infraſcripto, ætatis ſuæ, vt dixit, quinquaginta quinque annorũ parum plus vel minus, teſtis citatus, &c. qui iurauit, &c.*

Et interrogatus ſuper Curiæ præuentis, & ſignanter ſuper dicta ſupplicatione per Syndicum præſentis Ciuitatis oblata, eidem teſti lecta, & per ipſum vt dixit, benè intellecta.

Dixit, ſenyor, lo que jo sè, y puch dir aſſerca lo que v. m, me interroga, y en particular ſobre la ſuplicaciò, que ara de preſent ſem es eſtada llegida, es que sè molt be, que de tres ſemmanas á eſta part, he obit à dir publicament, y es eſtada, y es vuy encara la veu, y fama publica, que lo preu de la quartera del blat en la plaça de la preſent Ciutat, ha feta molta alteraciò, y veig jo teſtimoni que cada dia ſe và aumẽtant, perque coſa de quinſe dias ha que la quartera del blat en la plaça de la preſent Ciutat ſe venia, y ni auia abundancia, en la dita plaça, à rahò de vint y ſet, vint y vuyt, vint y nou y à trenta reals lo millor la quartera, y ab lo eſpay de vuyt dias ſe es alterat, que và à trenta y tres reals la quartera, y axi lo he jo teſtimoni viſt vendrer en la matexa plaça, y he obit à dir publicament que y ha hagut perſonas, que en la mateixa plaça ne han demanats trenta y ſinch reals de la quartera, y es veritat ſeuyor, que axi mateix hi ha haguda alteraciò ab lo mateix eſpay de temps, en los grans groſſers, com ſon ordi, ſiuada, fauas, y altres grans al mateix reſpecte del blat, es à ſaber lo ordi, que antes ſe venia à onſe, y dotſe reals la quartera, ara de preſent ſe ven à catorſe reals la quartera, y la ſiuada que antes ſe venia à nou, y à deu reals, à vuy ſe ven a dotſe reals la quartera, y es veu y fama publica, que tant la alteraciò del preu del blat, com tambè dels demés grans groſſers, es la cauſa, perque de dos meſos à eſta part poch mes, ó menos, y de deſpres ensà, que ſe es feta la cullita lo preſent, y corrent any, de continuo moltiſſimas barcas Franceſas han embarcat pera aportarſen fora Regne moltiſſims milanars de quarteras de blat, y altres grans, y jo teſtimoni sè molt be, que N. te orde de comprarne pera aportarlo fora Regne, per algun factor ſeu, deu mil quarteras, lo que dich ſaber per hauermo dit à mi teſtis lo mateix N. y auuy dia preſent N. de la Torre den Barra he obit me ha dit, que ell à la plaja de la Torra den Barra ne hauia embarcadas, ò fetas embarcar tres mil quarteras eſtos dias atràs, y que ara hi hauia ſet, ó vuyt barcas, que tambè ne vo-

volian embarcar, y que per tots los ports, y platjas de las costas de Cathalunya hi ha moltas barcas Franceſas, y Genoueſas, que actualment estàn embarcant blat, y altras grans pera aportarlos fora Regne, y es cert ſenyor, que ſi nos dona remey prompte en que lo blat no ſen vaja del preſent Principat, que antes, que no ſerem de vuy à tres ſemmanas, la quartera ſe vendrà à quoranta reals, y axi ohì jo teſtimoni a dir publicament per la preſent Ciutat coſa de vuyt dias ha, que hi ha alguns que fan grans diligencias pera comprar ordi, ſiuada, y altres grans ab moltas partidas y vuy mateix un amich me ha dit, que ſen anaua al Camp de Tarragona, y altres parts pera comprar ordi, y ſiuada, y que ne volia comprar molts milanars de quarteras, y com la cullita dels grans groſſers no ſia eſtada tant fertil com la del blat, neceſſita, que axi mateix ſe prohibeſca la treta, y que noy aja perſonas, que agauellen aquells pera fer llurs ganancias, y lo que tinch dit es la veritat per lo juramẽt que tinch preſtat.

N.

Fuit ſibi lectum, & perſeuerauit
præſente dicto Magnifico Relatore N.

Recipiuntur deinceps quatuor, vel ad minus tres teſtes qui idem deponant quod in ſuperiori depoſitione continetur, ſcilicet qui in ſubſtantialibus iuxta ſubiectam materiam concordent, & ſæpiùs ſolet Senatus ſex, vel ſeptem teſtes recipere antequam ad extractionis granorum prohibitionem deveniat.

3.

Alia ſupplicatio.

Excellentiſſim Senyor.

ATès que de la informaciò rebuda, que ſe exhibeix, vt inſeratur, conſte de la neceſſitat, y penuria quey ha de blat en lo preſent Principat, y demés contengut en la ſuplicaciò preſentada à catorſe del corrent. Perçò ſuplica eſta part del Procurador Fiſcal de la Regia Cort eſſer prouehit, que nos puga traurer blat, ni altres grans en dita ſuplicaciò contenguts del preſent Principat, y Comtat de Cerdanya, y perçò manar publicar edictes, y fer las demés prouiſions oportunas, iuxta ſtylum, los drets del Fiſch ſempre ſaluos, officio, &c.

Altiſſimus, &c.

N. *Fiſci Aduocatus.*

Remittatur Relatori cauſe, qui ſuper
ſupplicatis debitè prouideat.

Prouiſa per Nobilem Regentem Cancellariam die decima ſexta Septembris milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi noni.

N.

Pro-

4.

Proviſio.

RE cepta dictis die & anno facto verbo in Regio Concilio prouidet, quod inferantur producta, & quod prohibeatur incolis, & habitatoribus preſentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Ceritaniæ, & alijs quibuſcumque perſonis nè extrahant, nec extrahere faciant á dictis Principatu, & Comitatu per mare, nec per terrā triticum, ordeum, auenā, nec alia grana, & quod ad id expediantur preconia cum motiuis in ſupplicatione contentis, & aliæ proviſiones opportunè iuxta Regiæ Curiæ ſtylum.

N. Iudex.

Ita Senatus referēte N. Iacobo de Potau, tunc Iud. R. C. Actuario Badia-

1 *De prohibitione extractionis granorum Doctores agentes.*

Interpretantur Conſtit. 4. tit. de comercis, y ſeguretat de camins Conſt. 6. tit. de vectigals lleud. & Conſtit. 3. & Cap. 87. Curiar. anni 1599.

2 *Principi maximè ſpectat cura, & prouidentia annonę, & ſubſequenter Syndicis, ſeu Rectoribus vniuerſitatum.*

3 *Senatus Deciſiones.*

ANIMADVERSIONES.

1 DE prohibitione extractionis frumenti, avenæ, aliorumque granorum, & victualium à Principatu R. Calderò *p. 1. deciſ. 1. num. 26. & p. 2. deciſ. 55. à nu. 47.* ubi accuratè, eximièque exponit, & ad fœdus redigit *Conſtit. 4. tit. de comercis, y ſeguretat de camins*, & Conſtit. *6. tit. de vectigals lleudas &c.* cum *Conſtit. 3 Curiar. anni 1599* concludendo hanc poſteriorem ſtatuentem eiuſmodi prohibitiones fieri nequire, dummodò merces emptæ, & venditę non poſſint extrahi à Principatu, & Comitatibus intelligi in caſu neceſſitatis, & careſtiæ, antecedentes vero Conſtitutiones diſponentes non poſſe prohiberi extractionem frumenti, & victualium à Principatu exceptionem continere urgentis neceſſitatis, ſicque inter ſe hæc iura non pugnare, & pariter interpretatur *cap. 87. Curiar. anni 1599.* intelligendo in caſu quo licitum ſit prohibere extractionem victualium à Principatu, non poſſe tunc prohiberi expoſitationem illorū intra Principatum, nimirum dato in eo penuria, & neceſſitate, *& num. 55.* vigore proviſionis ſupra allatæ expediti, & publicari præconia obſervat, & enarrat proviſionem me referente latam, & frequēriùs practicari in caſu urgentis neceſſitatis hanc prohibitionem præcedente ſupplicatione Syndici Civitatis Barcinonæ, ut in formula habetur, interdum tamen emanaſſe ad ſo-

lam petitionem F.P.R.C.

2 Addo Berart *de visitat. cap. 9. num. 40.* docentem quando adest penuria, & necessitas in Regno tunc Proreges illorum extractionem omnino prohibere teneri, & dat concordantes Fácisium Marcum *decis. 230. & 236 p. 2.* Socin. iunio. *cons. 76. volum. 4.* ac alios, iunge Ioann. Bapt. de Thoro *in addit. ad Regent de Ponte tit. 2. num. 1.* firmantem principaliter curam annonæ spectare ad Principem, & subsequenter ad Syndicos Civitatum, cum ex eius abundantia pax in Civitate manuteneatur, & per contrarium ex penuria plura mala oriuntur, & ideò ex Glos. *in l. ideo, ff. de compensat verfic. edulitaris* memorato tempore plus comedere homines quam alio, adcũdi Luc. *in l. 1. in fin. C. de quibus muneribus, vel præstationib. lib. 10.* Molcatel in *prax. crimin. tit. de extract. num. 95.* ex quibus optimè confirmantur præiacta *decis 42. num. 38.* quatenus deduxi curam victualium ad Rectores Vniversitatis pertinere politica providentia supremæ Principis authoritati subalterna.

Propterea in Reg. Concilio 18 Augusti 1634. in facto propositionis factæ per Excellentissimũ Locumtenentem Generalem fuit cõclusum quod fierẽt præconia prohibentia extractionem tritici, ordei, avenæ, leguminum, & aliorum granorum à Principatu, & Comitatibus. Similis 6. Septembris 1608. super extractione victualium à Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, alięque complurimę possent agglomerari.

TIT. XXXVIII. DE DEMOLITIONE DOMORVM.

1.

Supplicatio.

Excellentissime Domine.

PAVLVS N. aliàs Granolla, & Ioannes N. aliàs Granolla eius frater, termini de Moyà, ac Michael N. aliàs Fisla Villæ de Moyà fuerunt ejecti à pace, & treuga, & declarati inimici acuidati Domini nostri Regis, & tales publicati, videlicet dictus Paulus N. aliàs Granolla, die vigessima octaua Nouembris 1613. ex quo die 20. Augusti, narrantur delicta, *& dictus Ioannes aliàs Granolla die 30. Iunii 1615. ex quo die T. mensis, &c.* narrãtur similiter delicta, *& dictus Michael T. aliàs Fisla die 7. Maii 1615. ex quo, &c.* narrantur similiter delicta, *delinquentes predicti continuando suum malum viuere, & addendo mala malis, quasique in profundum malorum deuenientes plura homicidia, latrocinia, plagia, incendia, & alia enormia delicta in singulos dies respectiuè commiserunt, & perpetrarunt, vt in diuersis processibus in Regia Curia factis, & formatis ad quos refertur latè est videre,*

re, & quia iuxta diſpoſitionem generalium conſtitutionum Cathaloniæ, & ſignanter, ſub tit. de pau, y treva, domus talium electorum à pace, & treuga diruendæ, demoliendæ, ac ſolo æquandæ ſunt, & cum dicti fratres N. aliàs Granolla, & Michaël N aliàs Fiſla proprias habeãt reſpectiuè domos in dicta Villa, & termino de Moyà, quæ domus iuxta diſpoſitionem dictarum conſtitutionũ Cathaloniæ ſint diruendæ, demoliendæ, & ſolo æquandæ: Ideò, & aliàs ſupplicat Fiſci Procurator Regiæ Curiæ domos dictorum fratrum N. aliàs Granollas, & Michaëlis N. aliàs Fiſla iuxta dictam diſpoſitionem generalium conſtitutionum Cathaloniæ dirui, demoliri, & ſolo æquari, & ad id de debitis mãdatis, & prouiſionibus neceſſariis, & opportunis prouideri, & iuſtitiæ complemẽtum fieri, & miniſtrari ſuribus Fiſci, &c.

Altiſſimus, &c.

Sala Fiſci Aduoc.

Remittatur Relatori, &c.

2.

Proviſio.

RECepta d. d. & anno viſa prætenſa ſupplicatione per Fiſci Procuratorẽ Regiæ Curiæ d. e præſenti oblata qua in effecta ſupplicat dirui, demoliri, & ſolo æquari domos Pauli N aliàs Granolla, & Ioãnis N. aliàs Granolla fratrum termini de Moyà, & Michaëlis N. aliàs Fiſla Villæ de Moyà cauſis, & rationibus in dicta ſupplicatione contentis, & expreſſis. Viſis inquiſitionibus cõtra dictos fratres N. aliàs Granollas & Michaelem N. aliàs Fiſla inſtante dicto Fiſci Procuratore factis Viſis videndis, & quia dicti fratres N aliàs Granollas & Michael N. aliàs Fiſla ſunt electi à pace, & treuga, & declarati inimici, & acuydati Domini noſtri Regis prouiſionibus per Magnificum Monſerratum Ramon Iudicem dictæ R. Curiæ factis ſcilicet contra dictum Paulum N. aliàs Granolla die 28. Nouembris 1618. & contra dictum Ioannem N. aliàs Granolla die 30. Iunii 1615. & contra dictũ Michaelẽ N. die 2. Maii 1615. & poſtea publicati fuerunt, qui adhuc pacem, & quietem publicam perturbare continuant inſequendo concluſionem in R. Conſilio factam prouidet, quod pro obſeruantia generalium conſtitutionum Cathaloniæ pacis, & treugæ, & aliàs diruantur, demoliantur, & ſolo æquentur domus, quas poſſident ſcilicet dicti fratres N aliàs Granollas in terminis de Moyà, & dictus Michael N. aliàs Fiſla in dicta Villa de Moyà, & pro his expediantur litteræ, prouiſiones, & commiſſiones opportunæ iuxta R. Curiæ ſtylum.

Ferius.

Ita Senatus in caſu hic relato, & quia loculenter de hac re pertractavi quoad iuris diſpoſitionem, & ſtylum *deciſ.* 38. ferè per tot. & ita ibi videre poteris, hic non repeto, ſed addo exemplaria ſequentia. Die 17.

Apri-

Aprilis 1616. In facto Fisci P. Reg. Cur. adversus Ioannem N. referente Monserrato Ramon Iud. Reg. Cur. fuit conclusum, quod pro observãtia generalium Constitutionum Cathaloniæ, pacis, & treugæ, & aliarum diruerentur, demolierentur, & solo æquarentur domus, quas possidebat d. Ioannes N. Similis 11. Maii eiusdẽ anni 1616. Similis 7. Martii 1617:

Ioannes Franciscus de Ponte *de potest. Proreg. tit. 1. in princip. num. 35.* refert domos dirui, & arbusta incidi in Regno Neapolitano multoties iussu Collateralis Concilii ob delicti enormitatem, allegat latissimè differentem Boer. *decis. 230. par. 2.* affabrè Faria *ad Couarru. var. lib. 2. cap. 8. num. 17.*

Aliquando vidimus per nostrum Reg. Criminale Concilium provisum non demoliri domos, ne dominis directis præiudicium inferatur; sed earum ianuas, & fenestras lapidibus, ac parietibus claudi, ne sontum sint receptaculum, & ut horrorem, ac exemplum omnibus præstent, à maleficiisque hac demonstratione arceant, & die 4. Maii 1610. In facto F.P.R.C. contra Petrum N. referente Nobili Petro Soler I.R.C. fuit cõclusum, quod portæ domorum Raymundi N. in quibus dictum Petrum voluntariè receptaverat tollerentur, & amoverentur à dictis domibus, & rumperentur, ita quod paterent die, ac nocte omnibus illas ingredi volentibus donec aliter esset provisum ad pœnam 200 ℔ pro quolibet, & aliis, tam corporalibus, quam pecuniariis arbitrio iudicantium.

TIT. XXXIX. DE REMISSIONIBVS DELICTORVM.

1.

Remissio pro bono publico.

LO DVCH DE MEDINASIDONIA
Lloctinent, y Capità General.

PER quant Ioan N. de la Vila de Tordera nos ha representat, que està inculpat en processos de la Regia Cort de hauer estat complice en la mort de Pau y Gaspar Cistaner, y que per esta causa ha deu mesos ques troba detingut en las carcers Reals de la present Ciutat patint innumerables treballs, y miserias, suplicantnos que en atenciò del referit, y de hauerse esmerat demostrant son afecte al Real seruey, sent oposiciò als amotinats en las commocions passadas, sie de mercè nostra ferli remissiò pro bono publico del dit delicte: E Nos tenint consideraciò al suplicat, com també que pendeix contenciò, y que te lo perdò de Iaume Tos, y de Teresa Cistaner annuint à dita peticiò, ab tenor de la present per las ditas rahons, y altres justas, nostre animo dignament moruents graciosament pro bono publico, remetem, perdonam, difinim y relaxam à

Ioan N. del referit delicte, y mort de que està culpat, cancellant, y annullant en, y ab la present lo procès, co enquesta que en la Regia Cort se fulminada per rahò de dit delicte al Fisch Real sobre assò silenci perpetuo imposant, abdicantli tot poder, y facultat de poder inquirir per dit efecte contra de aquell, sent nostra voluntat que ab la sola ostensiò del present nostre indult lo Escarceller de las presons Reals de la present Ciutat lo pose, y restituheixca en la pristina, y natural llibertat, manant à tots, y sengles Oficials, aixi Reals, com altres que la present nostra remissiò gratiosa, pro bono publico, al dit Ioan N. per Nos feta, tingã, guarden, y observen tenir, guardar, y observar fassan, y contra no vingan en manera alguna, si la gracia de sa Magestat tenen chara y en la pena de 500. florins de or fi de Aragò als Reals cofres aplicadors, y dels bens dels contrafahents irremissiblament exhigidors desijan no incorrer, que aixi proceheix de nostra voluntat. Dat en Barcelona als vint y tres de Nohembre mil sisents noranta tres.

El Duque de Medinasidonia.

Locus ✠ sigilli.

Vt. Don Michael de Caldrò Regens.

Vt. Don Lluis Alemany Descatllar Regent la Real Thesoreria.

In diuersorum Locumten. xvj. *Don Ioan Batista de Aloy fol. CCLxxvj.*

V. E. perdona, y remite graciosamente, y pro bono publico à Ioan N. preso en las Reales carceles, del delito de muerte de que està culpado en processos de la Regia Corte.

2.

Partis priuatæ pax.

Die prima mensis Martii anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo Barcinone.

EGo *Michaël Grau, &c. Attendens, & conſiderans vos Ioſephum N. & Franciſcum N. fratres oriundos Villæ Campirrotundi diœceſ. Gerundenſ. increpatos fuiſſe de morte perpetrata in perſonã Petri Grau quond. iuuenis baſterij eiuſdem Villę conſobrini mei die ſeptima Martij anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi, in Pomario, ſiue Rãbla præſentis Ciuitatis propè portale vulgariter nuncupatum de la Bocaria, quodam iactu tormenti manualis, cuius mortis criminalis actio, inſtantia & vindicta ad me pertinet vt proximiorem in gradu parentelæ dicti Petri Grau conſobrini mei, & licet vos ratione criminis dictæ mortis perſequi poſſem, & contra vos ciuiliter, & criminaliter agere: Attamen attendens, & religioſis oculis conſiderans quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus in ara Crucis poſitus non dedignatus fuit nedum ipſum perſequẽtibus,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tibus, & morti impellentibus parcere, verum etiam mitiùs pro eis ad Patrem exorare, & cum omnis Christi actio nostra sit instructio, piumque opus sit, & reputetur iniurias remittere, & odia relinquere si æternam consequi voluerimus retributionem. Gratis igitur, & ex mea certa scientia, & non per errorem iuris, & facti, sed amore Dei, & in remissionem peccatorum meorum, & dicti quond. Petri G. au, tenore præsentis publici instrumenti perdono, absoluo, diffinio, & remitto, ac perpetuo, & penitus relaxo vobis dictis Iosepho, & Francisco N. fratribus licet absentibus, & c. dictam mortem, & necem & omne crimẽ, & de ict am, omnemque culpam, & pœnam, & omnem iniuriam, odium, rancorem, & malam voluntatem damna, missiones, & expensas, interesse, & emendas, & alias satisfactiones, & etiam omnes actiones, quæstiones, petitiones, demandas, instantias, accusationes ciuiles, & criminales, & omnes querelas, tam pacis, & treugæ quam aliàs quascumque, quas ego contra vos dictos Iosephum, & Franciscũ N. de prædicta morte, seu nece culpabiles facere, proponere, mouere, seu etiam intentare possem in iudicio, & extra iudicium ciuiliter, & criminaliter, & aliàs quomodolibet, ratione, seu prætextu dictæ mortis, seu necis perpetratæ de dicto consobrino meo. Hoc itaque perdonamentum, absolutionem, & diffinitionẽ, & c. Sicut melius, & c. Ita quod ratione, seu prætextu prædictæ mortis, seu necis, damnorum, interesse, & expensarum, aut aliorum prædictorum amplius non possitis impeti, demandari, conueniri, aut in iudicium, seu causam trahi, nec ciuiliter, nec criminaliter vexari; conueniens, & promittens quod rationibus prædictis non conueniam vos dictos Iosephum, & Franciscũ N. de dicta morte, faciens vobis, & vestris de prædictis omnibus, & singulis bonum, & perpetuum finem, perdonamentum, absolutionem, & diffinitionem perpetuas de vlterius aliquid non petendo, & de nõ agendo, denuntiãdo & accusando, vel instando, aut inquietando; cancellans omnes, & quascumque denuntiationes, inquisitiones, instantias, & processus super dicta morte contra vos factos, ita, & taliter quod mihi, nec meis prodesse, nec vobis obesse, seu nocere possint vllo vnquam tempore supplicans, propterea illis quibus decet reuerentia, & honore cum præsenti illis ad quos pertineat, & spectet quatenus ad solam præsentis instrumenti exhibitionem vestri, & vestrorum humilem supplicationem vos pro perdonatis, & remissis de dicta morte, & eius crimine, culpa, & pœna habeant, teneant, & reputent, & inquisitiones, & processus prafatos (vt præfertur) cancellent, & annullent, seu cancellari, & annullari faciant, & in pacem, & treugam restituant, & pro restitutis publicari faciant, & mandent, insuper cõuenio, & promitto, ac etiã sponte iuro, & c. prædicta semper habere ratta, & c.

Stat benè N.F.Adv.

Testes sunt Magn.

In quorum fidem, & testimonium, &c.

Cau-

3.

Cautio pro remissione necis in exterum patratæ.

Die T.

EGo *Felix Matauacas agricola Parochiæ T. diœcesis Barcinone, constituens me in his principalem, principaliterque tentum, & obligatum pro Francisco N. textore lini Villæ T. Gratis &c. tenore præsentis pub. instrumenti cunctis temporibus perpetuò valituri conuenio, & bona fide promitto heredibus, & successoribus Theodori Cristia quond. militis societatis primi regiminis de Suyssos licet absentibus, &c. et Nott. &c. quod casu quo in futurũ instãtia apparuerit occasione necis perpetratæ in personam dicti Theodori Cristia diuersis ictibus tormenti manualis in dicta Villa T. die T. de qua quidem nece dictus Franciscus N. fuit culpatus, prout largè patet in processu fulminato in Regio criminali Concilio ad relationem Magnifici N. Iudicis Reg. Cur. penes Not. infrascriptum, stabo omni, & cuicumque iuri quo ad interesse ciuile dictorũ heredum, & successorum in toto eo quod iudicatum fuerit per Iudicem ad quem pertinebit, & predicta omnia, & singula facere, attendere, & complere promitto sine dilatione &c. cum promissione de restituendis missionibus &c. super quibus &c. credatur &c. et pro maiori præmissorum tuitione dono vobis in fideiussores T. & T. præsentes, & infrascriptos acceptantes, qui vnà mecum, & sine, ac in solidum ad predicta omnia, & singula per me dictis heredibus, & successoribus supertus promissa firmiter teneantur. Adhæc nos dicti T. & T. fideiussores prædicti laudantes predicta &c. acceptantesque in nos sponte onus dicta fideiussionis, gratis, &c. conuenimus, & bona fide promittimus quod vna cum dicto principali nostro, & sine eo, & in solidum ad predicta omnia, & singula per eum supra promissa firmiter tenebimur, & teneri volumus, & pro his complendis &c. tam principalis, quam fideiussores obligamus vobis omnia, & singula nostra, & cuiuslibet nostrum in solidum mobilia &c. Renunciantes beneficio nouar. &c. Epistole &c. & consuetudini Barcinon. loquenti &c. & nos dicti fideiussores legi quod priùs &c. & alteri dicenti quod sublato principali &c. & omni alij iuri &c. & vt predicta &c. iuramus &c. Hæc igitur &c. Actum &c.*

4.

Remissio per Magnificum Regentem Regiam Thesaurariam facta.

LO *Noble, Magnifich, y amat Conseller de la Real Magestat Don N. del Concell de sa Magestat, y son Regent la Real Thesoreria en lo present Principat de Cathalunya, y Comtats de Rossellò, y Cerdanya fent aquestas cosas (segons dix) de orde de sa Excelencia, y ab interuentiò del Noble Aduocat Fiscal de la Regia Cort absol, difineix, y remet, cassa, cancella, y anulla lo procès, ço enquesta en la R. Cort feta, instant lo procurador Fiscal de aquella vers,*

Y contra N. delat, è inculpat de hauer mort à N. lo die t. à t. hora en lo lloch t. ab vn colp de daga, la qual remissió fa attes lo acte del perdó de la part, en lo qual dit Noble Aduocat Fiscal de la Regia Cort, ha fet lo stat benè; per la qual remissió ha seruit à la R. Thesorera en 80 ℔ francas, vltra de las quals ha pagat à Emanuel Rossell Not. publich de Barcelona, y Receptor de las auerias del General de Catalunya 12 ℔, y als Escriuans de manament, y Not. de la causa 4 ℔, y los demes gastos; las quals quantitats ha pagadas, ço es, ditas 80 ℔, per partida de taula, y las demes quantitats de compturs. Et ideo &c.

Testes &c.

5.

Commutatio pœnæ.

El Marques de Gastañaga.

PEr justas causas, y rahons nostre animo dignament mouents, hauent tractada esta materia ab lo Real Concell, inseguint lo parer de aquell commutam, y commutar volem à Ioseph N. puges de la Vila de Agramunt lo desterro de set anys en la Isla de Menorca, à que fou condemnat en virtut del proces te fulminat en la Regia Cort, ab que per lo temps de sinch anys ho estiga de las vegueries de Agramunt, y Balaguer, y que serueixca à sa Magestat militant ab lo solit estipendi en lo Terció de la present Ciutat de Barcelona la campanya del corrēt any, de tal manera, que no cumplint las sobreditas cosas quede la dita condemnació ab sa força, y valor, manant à tots, y sengles Oficials, aixi Reals, com altres que la present nostra commutació de pena, y gracia guarden y obseruen, tenir, guardar, y obseruar fassan, y contra no vingan en manera alguna, si la gracia de sa Magestat tenen chara, y en la pena de cinchcents ducats de or fi de Aragó als Reals cofres aplicadors, y de bens propris de qui-scú dels contrafahents irremissiblement exhigidors desitjan no incorrer. Dat en Barcelona als 7. de Ianer 1695.

El Marques de Gastañaga.

Locus ✠ sigilli.

Vt. Don Michael de Calderò Regens.

Vt. Don Iacobus Franciscus Alemany Descatllar Reg. Thesaurariam. *Don Ioan Baptista de Aloy*

Regist. *In diuersorum Locumten. xviij. fol. CLxxxx.*

V. Excel. haze gracia, &c.

6.

Forma commutationis pœnæ quando reus est miserabilis.

EXcellentissimus Dominus Locumtenens generalis ex causis predictis, & aliis animum suum iustè mouentibus precedente tractatu, & deliberatione

ne

ne Regii Concilii commutat ſententiam mortis naturalis, in qua fuit condemnatus Bartholomæus N. ad ſeruitium Regiarum triremium remigando in perpetuum.

Prouiſa per Excellentiſ. Dñm. Locumten gener. 14. Auguſti 1625. Barcin.

Ita Calderò *deciſ. 32. num. 27.* qui refert Bartholomęum N. condemnatum ad mortem renuntiaſſe cauſæ ſupplicationis à ſententia condemnatoria interpoſitæ, & d.d. 14. Auguſti obtuliſſe in Reg. Concilio ſupplicationem, in huiuſque calce decretum proximè tranſcriptum fuiſſe cõtinuatum, & poſtea in proceſſu conſutum nullo Regiæ Cancellariæ diplomate ſubſequuto ob ſontis paupertatem.

1 *Remiſſio etiam pro bono publico non conceditur ab Excellentiſſimo Domino Locumtenente, pace, ſeu remiſſione à parte laſa non obtenta, niſi vrgeat ſupremi gradus cauſa.*

2 *Accuſare, & remittere ſunt correlatiua, & cui accuſare competit, & remittere, & de delicto tranſigere licet.*

3 *Qui iniuriam, damnumue patitur poteſt de eo tranſigere.*

Remiſſio de vulnere non proficit nec ſequuta.

4 *Iudex iniuriam ſibi illatã nequit remittere.*

5 *Pater poteſt iniuriam filio in ſua poteſtate conſtituto irrogatã vindicare, & etiam, eo inuito, & ignorante, remittere, vbi limitationes.*

6 *Filius non admittitur pro iniuria patris ad accuſandum, vel remittendum, niſi pater honorem familiæ negligens agere omittat.*

7 *Pro iniuria facta vxori maritus accuſat, & remittit.*

Idem procedit in iniuria ſponſæ facta, ibid.

In iniuria facta nurui, competit actio ſocro, & quando concurrunt pater, & ſocer quis præferendus, ibid.

8 *Vxor pro iniuria marito illata non agit, niſi vxoris honorem principaliter attingat.*

9 *In adulterio voluntariè per vxorem commiſſo ſufficit ſola remiſſio mariti.*

Solus maritus de adulterio agit, adeò vt nec ex officio regulariter procedatur, ibid.

10 *Mortuo eo cui iniuria eſt illata, ius accuſandi, & remittendi iuxta ordinem ſuccedendi ab inteſtato regulatur.*

Fallit duobus in caſibus, num. 11

12 *Concurrentibus hærede ſanguinis, & hærede extraneo ab vtroque pax eſt obtinenda, niſi hæres ſanguinis eſſet filius.*

13 *Si vidua cum filio concurrat ab omnibus eſt remiſſio obtinenda.*

14 *Si vir occidat uxorem, vltra re-*

missionem filiorum cõmunium requiritur remissio filiorum prioris matrimonii, vel proximiorũ vxoris occisa; si verò vxor maritum occidat remissio communium filiorum sufficiet.

Plura alia de materia remissiuè.

15 Gratias per Principẽ an expediat fieri de omnibus delictis per reum perpetratis vbi nonnulla Regia Cancellaria diplomata adnumerantur.

16 Inquisito de pluribus delictis in Regno Neapolis gratia solet de omnibus concedi, & quid seruatur quando aggratiatus de homicidio petit remissionem de alio non facta mentione primi.

17 Indulto gaudet quis pro vno facinore, & pro alio non.

De pace partis obtenta post tempus in gratia Principis prafixum.

18 Quoties indultum fuit concessum reuelanti crimina sub conditione si omnia delicta reuelata probauerit, si de aliquibus tantum probationẽ dederit pro nullis indulto perfruitur.

19 Rationes expenduntur ob quas non oportet Principes gratias cũ clausula de aliis quibuscumque delictis concedere, vbi decisio Senatus qua diuisio criminum facta fuit.

20 Ab vno peccato quis absolui nequit quin absoluatur ab omnibus.

21 Excommunicatus ab vno ab alio admitti nequit.

22 Pluribus excõmunicationibus innodatus potest ab vna absolui, & in alia manere, vbi distinctio traditur.

23 Quando irretitus pluribus censuris vnam dolosè celat non est censendum iudicem, seu confessarium habere voluntatem absoluendi ab omnibus.

Qua sint specificanda in remissionibus ut eas impetrantibus prosint.

24 Peccata habent connexionem in auersione voluntatis à Deo, excõmunicationes autem sunt inconnexa.

25 Separatio ab ecclesia potest removeri quoad vnam causam, & manere quoad aliam.

26 Remissiones generales vlterius detestantur.

27 Barones post sententiam appellatione pendente possunt aggrauare limita, vt num. 28.

29 Penas commutare, & remittere delicta post sententiam condemnatoriam de regalibus est.

30 Princeps citra causam supremam boni publici potest remittere crimina, pœnasque cõmutare, & in quibus remissionibus sit illa exprimenda.

31 Partis instantiam ex causa boni publici potest Princeps contemnere, & remissionem concedere.

32 Pace, seu remissione à parte elargita, non intelliguntur remissa dãna.

ANIMADVERSIONES.

INspicis in exarato diplomate formulam remissionis de delicto

ct> impetito factam pro bono publico, obtenta tamen pace, ac remissione ab iis quibus ius vindicandi necem competere supponitur, licet enim supernis potestatibus facultas remittendi facinora competat pro bono publico parte non satisfacta, tamen, cum in dubio non censeantur parti velle præiudicare circa damna, & expẽsas, si expressè non dixerint, ideò nec delinquenti fiet remissio ab Excellentissimo Domino Locumtenente, etsi bono publico concurrente pace, seu remissione à parte læsa non obtenta nisi supremi gradus causa promovente, ut dixeram infra *num.* 35. modo igitur inquirendum meritò occurrit à quibus in delictis sit pax, & remissio obtinenda, quare praxim R. C. sectantes, sequentia adnotabimus.

2 Accusare, & remittere correlativa, & respectiva dicuntur, cui ergo accusare competit, & remittere, & de delicto transigere regulariter licet. Cancer. *var.* 2. *cap.* 11. *num* 68. Bovadilla *lib.* 5. *Politic. cap.* 2. *à num.* 21. Gomez *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 35. *& cap.* 3. *num.* 61. Franch. *dec.* 100. *l.* 23. *tit.* 1. *l.* 3. *vbi* Gregor. *gl.* 5. *tit.* 4. *p.* 7. Molin. *de iust. & iur. tract.* 3. *disput.* 45. Antunez *lib.* 1. *de donat. p.* 2. *cap.* 18. Giurba *obseruat.* 27. *& obseruat.* 111. pro maiori igitur casuum enodatione, ac indagine supponitur, quod aut quis propriam accusat, aut remittit iniuriam, seu alienam, scilicet consanguineorum.

3 In primo casu iniuriam, damnumue passus de eo transigere potest; observandum tamen quod de vulnere tenus facta remissione, nõ extensa ad mortem, sive expressè, sive ex coniecturis, nece sequuta à consanguineis occisi nova pax obtinenda est, ut censuit R. C. in exẽplari à Reg. Calderõ, *decis.* 30. *nu.* 4. tradito qui rectè annotat non solere tales remissiones ab interfectis factas attendi, cum potiùs remittẽdæ inimicitiæ causa quoad Deum, quam non instituendæ accusationis facta credatur, adde R. Mathæum *de re crimin controuers.* 27. *num.* 14. Villalpando *ad. l.* 22. *tit.* 1. *p.* 7. *cap.* 56. *num.* 2. Caball. *resolut. crimin. cas.* 141.

4 Iniuriam autem sibi illatam iudex componere, nec remittere valet, cum non solum propriæ personæ, sed etiam suæ dignitatis irreverentia ex illa profluat ex adductis *decis.* 21. *num.* 22.

5 In secundo vero casu quoties aliena iniuria, vel suorum vindicatur, si id agitur proprio nomine vivente eo, cui irrogata extitit titè indicium instituitur, cuiusmodi contingit in patre, qui vindicare potest iniuriam filio in patria potestate constituto factam, & similiter eo invito, & ignorante remittere, ut textibus, & Doctoribus acervatis probat R. Calderò *decis.* 30. *num.* 6. limitans quoad facultatem remit-

ten-

tendi in iniuria ex lege Cornelia descendente, in casu quo pater sit vilis, & quando iniuria facta extitit à coniuncta persona adde Rodriguez de redditib· *lib.* 3. *q.* 7. *num.* 68. Barbosa *in l. fin. ff. solut. matrim.* Fachinæum *quotidian. controu. lib.* 9. *cap.* 42. Vrceol. *consultat. forens. cap.* 41. *num.* 18. *& seqq.* Franch. *decis.* 715 Sãfelic. *decis.* 383. *cum addit.* doctè distinguẽs Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 88. *& seqq. post.* Valeron *de transact. tit.* 4. *q.* 7. *à num.* 17.

6 E contra filius ad accusandum de patris iniuria non admittitur nec pariter ad remittendum, nisi pater honorem familiæ negligẽs omittat agere, tũc enim nedum filius, sed & quilibet consanguineus, non ad privatum commodum, sed ad familiæ dedecus vitandum si obscurari possit rectè agit, ut proximè laudati scribentes elucidant.

7 Ex eisdem scriptoribus desumes, & præcipuè Valeron. *de transact. d. tit.* 4. *q.* 7. *à num.* 23. quem & ab eo citatos omnino sequitur Calderò *d. decis.* 30. *à num.* 15. pro iniuria uxori facta adeò marito ius accusandi, & remittendi competere, ut ab eo remissione facta amplius illa nequeat agere, quod & ad iniuriam sponsę factam extendũt, pro illata autem nurui socero cõ petere actionem tenent, & quod licet patre, & socero concurrentibus ille præferatur ubi nomine mulieris ambo agunt, attamen si experiãtur uti particulariter offensi unus alium non impedit.

Insuper adstabiliunt respectu iniuriæ factæ marito pro ea mulierem non agere, nisi esset talis quæ honorem, & dedecus uxoris principaliter intueretur. 8

Pariformiter præfiniunt in crimine adulterii voluntariè per uxorem commissi solam mariti sufficere remissionem, cum solus ille de adulterio agat, nec in tali delicto regulariter ex officio procedatur, nisi in casibus per citatos authores commemoratis. 9

Agamus amplius de secundo casu *num.* 3. delineato, si ergo intendatur vindicare iniuriam eo mortuo cui irrogata fuit ius querelandi, & remittendi competit primò descendẽtibus usque in infinitum, secundò ascendentibus similiter usque in infinitum, & collateralibus iuxta aliquorum sensum usque ad decimum gradum, secundum verò aliorum opinionem usque ad septimũ, & ita spectat priùs filiis, ipsorumque descẽdentibus proximiores præferendo eodem modo quo succeditur ab intestato inspecta gradus prærogativa. Valeron *de transact tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 61. Conciol. *resolut. crimin.* 18. *à num.* 1. *cum seqq. verbo pax*, adde videndum Antunez Portugal *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 18 *per tot.* 10

Ab ordine succedendi receditur in duobus casibus, uno scilicet quã- 11

do

do concurrũt hæres ſanguinis, ſeu conſanguineus, & hęres extraneus, alias verò quoties extant vidua, & filius interempti.

12 In concurſu hęredum accuſantium obſervat R.C. ab utroque eſſe pacem obtinendam, aliter poſſet alter pro ſuo intereſſe accuſationem proſequi, ut præter citatos à modernis docent Sanfelic. *deciſ.* 25. *cum duob. ſeqq. & deciſ.* 383. *vbi addit.* & rortus *deciſ.* 401. Calvin. *de æquitat. lib* 3. *cap.* 211. ubi quando ſufficiat habere pacem à maiori parte hæredum. Donad. *de renuntiat. cap.* 33. *num.* 11. *& ſeqq.* qui limitant quando hæres ſanguinis eſſet filius, nam is indubiè hæredi extraneo præferri debet.

Verumtamen quotieſcumque
13 vidua, & filii concurrent in accuſando ab omnibus aſſequendam eſſe pacem non ambigitur in Senatu maximè quando vidua eſt tenutaria, & ita vices hæredis gerens, ita Calderò *d. deciſ.* 30. *à n.* 62. ex Patchali, Caſtillo, Valer. Cõciolo, ac aliis firmãs, quod ſi filii cum vidua non concurrunt, nec ſontes accuſant, imò negligunt accuſare ſufficit pax viduæ accuſantis.

Si vir occidat uxorem ſuam re-
14 miſſio communium filiorum non ſufficit, ſed deſideratur pax, & remiſſio filiorum prioris matrimonii, vel proximiorum uxoris enecatæ, ut ultra relatos à R. Calderò *d. deciſ.* 30 *num.* 74. enucleant Paul. Chriſtin. *ad leg. municipal. tit.* 2. *art.* 34 *à num.* 2. exuberantes Sabell. *in prac. §. pace à num.* 16. complurimis collaudatis, qui annotant de viticidio communes filios pacem poſſe concedere, reliqua de aſcendentibus, collateralibus, religioſis, tutoribus, probatione per teſtes quoad hunc de quo diſquirimus remiſſionum articulũ moderni exacte percurrunt.

Producamus nunc aliqua ab a- 15
liis non attacta inveſtigando an gratiam, ſeu remiſſionẽ Principis fieri opporteat de omnibus delictis per ſontem perpetratis, varietatem invenies in Regiæ Cancellariæ diplomatibus, vide duo expedita ſub die 30. Ianuarii 1658. remittentia omnia delicta de quibus proceſſus extarent in quacumque Curia, & adhuc non expreſſo fieri pro bono publico. Simile die 27. Ianuarii 1670. & 5. Iulii 1661. prodiit remiſſio pro bono publico de criminibus in proceſſibus Reg. Curiæ comprehenſis, ſimile 4. Februar. 1667. non addita clauſula, *& de aliis quibuſcumque delictis*, & utroque modo pleraque poſſent cumulari, ſicut etiam unum tantum flagitium continentia.

16 In Regno Neapolis reſpectu gratiarũ quę fiunt per Proreges ad poſtulationẽ partis ſolitos nõ fuiſſe dividere delicta exiſtente aliquo inquiſito de pluribus, indulgendo pro uno, & pro alio mandando quod ſtetur iuri teſtatur Franchis *deciſ.* 330. *num.* 3. *&* 5. qui *num.* 3.

no-

notanter refert imputatum de homicidio, si habuit gratiam, & postea inquiritur de alio, & petit gratiam nulla facta mentione de prima non gaudere secunda ex firmatis à glossa per illum text. *in L. 3. Cod. de Episc. Aud.* obi Bald. & Paulus de Castro, & ex Barbatia *in cap. super litteris extra de rescript.* narrat quod de statu Bononiæ quidã fuit decapitatus, qui impetraverat gratiam secundi homicidii nulla facta mentione de primo, & eius remissione, videndus pro his laf. in *l. nec damnosa colum. 2. num. 3 Versic. adde etiam, Cod. de precib. Imperat. offer.* & in *l prescriptione colum fin. C. si contra ius, vel utilitat. public.*

17 Io specie indulti imputatum de pluribus delictis posse de aliquibus indulto gaudere, & de aliquibus non probat Santelic. *decis.* 399 *tom.* 3. decisum commemorans, *&* *decis.* 35. *num.* 18. firmans quod si aliquis petat admitti ad indultum, & habeat pro nonnullis partium remissionem, & pro aliis nõ petatur indultu pro illis, non autẽ pro eis quorum partium remissionem non obtinuit Camill. de Med. *cons.* 111. Anton. de Ball. *var. lib.* 4. *tit. quæstion. particul. quæst.* 10. *num.* 15. Mastrills *de indult. quæst.* 16. *num.* 9. Novar. *decis.* 3. Vincent. de Franch. *decis.* 53. Caball. *resolut. crimin. tom.* 1. *cas.* 56. Capiblanc *de Baronib. tom.* 2. *cap.* 31. Merlin. *controuers. cent.* 2. *controuers.* 15. *num.* 19. Scialoya *de foro iudic. cap.* 24. *num* 3. additionator ad Santelic. *d. decis.* 399. qui attingit casum de remissione partis obtenta post concessam à Principe gratiã, vel cõpositionẽ factã, & põderat quod si in indultu expressè mandatur in casibus, in quibus partis pax, seu remissio requiritur eam comparari intra sex menses, & cõsequuta non fuerit nequaquam indultu gaudere illum qui tali remissione caret, punctum Conciol. *resol. crim.* 4. *verbo pax*, pluribus congestis in terminis gratiæ Principis factæ cum clausula *obtenta pace.*

Quoties indultum fuit concessum revelanti crimina sub condi- 18
tione si omnia delicta revelata probaverit cõtra socios, & aliqua probaverit, alia verò nõ nõ gaudere indulto etiã pro probatis in Collaterali Concilio de anno 1636. exiãte clausula *ponendo in vero todo lo espuesto*, decisum recitat Montan. *cõtrouers. 71. ex l. cui fundus ff. de condi. & demonst.* tunc enim conditio iudicatur individua, & licet allegaretur illam in verificatione pluriũ delictorum resolui in singularitatem, cum fiscus sentiret commodũ ex probatione cuiuslibet delicti, & sic sentire etiã deberet onus in beneficium eius qui probaverat iuxta glossã *in l si cum plures ff. de condit. insert.* at verò respõsum fuit id procedere quando conditio apponitur pluribus personis, secus si uni Carol. Anton. de Luca *ad Franch. d. decis.* 330. *num.* 5. qui æquam existimat opinionem pro indultato.

Ex

19 Ex hucusque, & aliis per allegatos Doctores referatis procul difficultate relinquitur posse Principem gratiam pro uno delicto concedere, & pro alio negare, imò valdè expedire ita facere, nisi quãdo urgens dictat ratio, bonique publici non leves causæ suadent, alioquin expositus esset Princeps gravissimis surreptionibus adprecantium, indeque plura scandola suboriri possent, cum plerumque eiusmodi gratias inhiantes, & perquirentes sint homines summè scelesti, ac pessimi, pro quibus recole exarata supra *tit.* 14. *in animaduersionibus num.* 22. *pag.* 162. ubi tradidi conclusionem Senatus factam sub die 18. Aprilis 1637. qua fuit admissum pactum reo ibi relatum adiecto tamen quod tantum censeretur facta remissio de delictis per eum cõmissis ante diem 16. Martii tunc proximè elapsi, qua fuerant publicata præconia levæ.

20 Theologi disputationem exagitant numquid quis possit absolvi ab una excommunicatione nisi absolvatur ab omnibus, de qua D. Thom. *in addit. ad* 3. *par. q.* 24. *ar.* 3. Avila *de censur.* 2. *p. cap.* 6. *disput.* 2. *dub.* 3. Carmelitæ excalceati Salmanticen. *in cursu Theolog. moral. tom.* 2. *tract.* 10. *de censur. cap.* 2. *punct.* 3. & pro dubitandi rationibus expenditur quod effectus suæ causæ correspondere debet, & ita cum causa excommunicationis sit peccatum, & non possit quis absolvi ab uno peccato, quin absolvatur ab omnibus, dem de excommunicatione asseverandum proponitur.

21 Secundò, quia excommunicationis absolutio in ecclesia fit, ille autem qui una excomunicatione est irretitus ab ecclesia eiectus agnoscitur, ideòque quandiu una manet ab alia eum absolvi non posse videtur, quibus concinit assertio excommunicatum ab uno ab alio admitti non posse *causa* 9. *q.* 3. *causa* 11. *q.* 2. *&* 3. *causa* 26. *q.* 6. *canon* 12. Anton. Augustin. *p.* 1. *lib.* 6. *tit.* 57. Filesac. *de auctorit. Episcop. cap.* 6. *& cap.* 8. §. 1. Lanmerer *lib.* 2. *de veterib. cleric. cap.* 90.

22 Sed nihilominus præcitati authores docent quod excommunicationes non habent connexionẽ in aliquo, & ita possibile est ab una quempiam absolvi, & in alia remanere, cum hac tamen differẽtia, quod si sit excommunicatus pluribus excommunicationibus ab uno iudice, tunc quando absolvitur ab una intelligitur ab omnibus absolvi, nisi contrarium exprimatur, vel nisi quis absolutionem impetret de uno tantum casu, tametsi pro plurib⁹ excommunicatus sit, at si sit excommunicatus à diversis iudicibus, tunc absolutus ab una excommunicatione, non propter hoc est absolutus ab altera, nisi omnes alii ad petitionem eius absolutionem illius confirmaverint,

vel niſi omnes demandent uni abſolutionem.

23 Hęc ex communi Theologorum ſchola decerpes, quibus addes quod quando cenſuris innodatus unam ſolùm manifeſtat, & ab ea petit abſolvi alias doloſè celans non eſt cenſendum iudicem, aut confeſſarium habere voluntatem abſolvendi ab omnibus cenſuris, etſi poſſit *cap. cum pro cauſa cap. officii de ſentent. excomunic.* Covarruv. *in cap. Alma mater* 1. *p.* §. 11. *num.* 13. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 3. *num.* 2. Gibalin. *diſquiſit.* 9. *q.* 2. *n.* 18. Avila *de cenſ.* 2. *p. cap.* 7. *diſput.* 2. *dub.* 3. *concluſ.* 3. Candid. *diſq.* 22. *art.* 52. *dub.* 4. *concluſ.* 8. *&* 9. diſtinctiones ſubdentes, quas non eſt intenti referre, in ſpecie remiſſionis Principis voluit Ripoll. *de Regal. cap.* 45. *num.* 26. ſpecificanda eſſe omnia delicta commiſſa, quia ſi aliquod celetur, vel taceatur remiſſio non valet: nam nō creditur voluiſſe remiſſionē facere non certioratus de omnibus delictis Gutierres *canonic. quæſt. lib.* 2. *cap.* 15. *à num* 86. qui talem gratiam ſurreptitiam exiſtimat.

24 Propterea prædallegati Doctores non obſiſtere firmant adductas obiectiones, ſiquidem reſpectu peccatorum cōſiderant illa habere connexionem in averſione voluntatis à Deo, cum qua non poteſt dari peccatorum remiſſio, & ita unum peccatum ſine alio remitti non poteſt, attamen excommunicationes non habent talem connexionem, nec abſolutio ab excōmunicatione impeditur propter voluntatis cōtrarietatem, ideóque diſparitas eſt evidens.

Vlterius ſecundum argumentū ſubvertunt ex eo quod ſicut pluribus de cauſis erat aliquis extra eccleſiam, ita poſſibile eſt quod huiuſmodi ſeparatio removeatur quātum ad unam cauſam, & maneat quoad aliam, ſed de his ſatis. 25

Optima ergo (ut ad diverticulum redeamus) praxis erit remiſſiones Principis, prouti prędixi, pro certis criminibus in diplomatibus expreſſis fieri, non verò ſub clauſula generali, *& de aliis quibuſcumque delictis*, quæ roborantur ex his quæ de reo detento pro uno delicto recomēdato pro alio ſcripſi *deciſ.* 71. *num.* 5. *& ſeq.* & pro confirmatione allatorum *num.* 24. *& ſeq.* de remiſſionibus, ſeu indultis conceſſis ſub conditione non omittam plurimas per Regiam Cancellariam expediri certo impoſito pacto, adiectoque quod in caſu non adimplementi in ſuo vigore remaneat proceſſus, apprimè ad ſcopum Ripoll *de Regal. cap.* 45. *num.* 32. tenens remiſſionem generalem non trahi ad ignorata ex *l.* 1. *ff. quemadm. teſtam. aperiant. l. de his, ff. de tranſact.* neque ad incognita, *l. cum Aquiliana, ff. de trāſact. l. enim quid, ff. de reb. credit.* 26

Barones poſt ſententiam facultatem aggratiandi non habere 27

con-

constans est conclusio, nisi à sententia esset appellatum; nam pendente appellatione hoc eis licere testantur Franch. *decis.* 370. Canc. *variar. resolut. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 55. Vulpin. *in prax. p.* 1. *cap.* 46. *num.* 20. Barbat. *de fructib. p.* 1 *cap.* 13. *n.* 20. *&* 21. *& de assistent. gl.* 2. *n.* 28.

28 Quæ doctrina fallit si appellatio esset introducta apud Tribunalia Regia, quia tunc non liceret Baronibus gratiam concedere Anna *in additionib. ad eius genitor. singular.* 458. Franch. *decis.* 370. Novar. *de grauamin. vassallor. tom.* 1. *grauam.* 243.

29 Pro explorato igitur constabiliunt præcitati scribentes pœnas commutare, & remittere delicta post sententiam cõdemnatoriam, de regalibus esse, solique Principis potestati tributum, & conveniunt Avendaño *de exequend. mandat. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. Lanar. *cons.* 5. *nu.* 2. Ponte *de potest. Proreg. tit.* 3. §. 1. *num.* 9. Marot. *disceptat forens. cap.* 7. *num.* 72. Rodoer. ad Marin. *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 2.

30 Et ad ea quæ *num* 15. deduximus, nimirum non exprimi in aliquibus remissionibus per Regiam Cancellariam expeditis illas fieri pro bono publico, animadverto idem observari posse in commutationibus pœnarum, vide emanatas sub diebus 9. Iunii 1658. 12. Septẽbris 20. Octobris 1659. & 22. Iunii 1667. etenim ex omnibus causis quæ probatæ in processu iudicem recte moverent ad pœnam temperandam potest Princeps, etiam citra bonum publicum ad commutationem, sive remissionem concedendam excitari Excellentissimus Vicecancellar. Crespi *obseruat.* 5. *num.* 195. ad Tiraquellum, & Farinacium in tractatibus de pœnis temperandis hanc indaginem remittens, *& nu.* 199. ex Larrea, ac aliis causas publicæ lætitiæ in secundo gradu remissionum impellendarum collocat, & in tertio, seu maximo eas in quibus adeò publica utilitas versatur ut licitum sit iura transgredi, partisque instantiam contemnere (in hisque de bono publico præcisè mentio fieri debet) ut præter Peguera *decis.* 39. & alios à nostris modernis laudatos affi mãt Paul. Christin. *decis. Belg.* 16. *num.* 9. *& seqq.* Anton. de Marin. *resolut. quotidian. cap.* 2. *num.* 33. *lib.* 1. Riccius *collectan.* 1773. *&* 2016. Sanfelic. *decis.* 53. *per tot. &* *decis.* 405. *per tot.* Grivello *decis.* 75. *per tot.* R. Matthæu. *de re crimin. controuers.* 21. Raynald. *in syntaxi ter. Crimin. Præm.* §. 7. *nu.* 16. *& seq.*

31

Notanter in remissione, seu 32
pace per partem, ut supra, concessa de damnis, & interesse fit mentio; quia pace, seu remissione elargita non intelligũtur remissa damna, & interesse tanquã quid diversum, & è cõtra satisfacta parte de dãnis, & interesse nõ censetur re-

missa iniuria, nisi in specie appareat de pace Canc. *var. resolut. p. 2. cap. 11. nu. 91.* Guazzin. *in defens. 34. cap. 4. n. 11. & in tract. de pac. p. 1. q. 9. num. 48.* Farinac. *de var. & diuers. crimin. q. 105. num. 365.* Concicl. *resolut. crimin. 23. in verbo pax* Sanfelic. *decis. 53. num 29. & seqq.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 518. num. 14.* qui etiam declarant quæ, & qualia damna debeantur.

TIT. XXXX. DE NONNVLLIS FORMVLIS PRÆTERMISsis, variisque præconiis, & mandatis per Regium Criminale Concilium expeditis.

1.

Forma relationis periti super vulnere.

In principio dic vt supra tit. 1. pag. 12.

DEINDE addas, *ço es, Senyor jo so fadri segon Cirurgià del Hospital General de la present Ciutat, y dilluns que comptarem als set del present, y corrèt mes, entre vuyt, y nou horas de la nit trobantme jo en la entrada de la botiga de Cirurgià del dit Hospital General, que es situada en lo mateix Hospital, ab la claror del llum hi hauia, viu arribar en dita botiga Ioan Lapedra fadri Cirurgià del mateix Hospital quel suspenian per desota las axellas dos homens, que deyan poch antes lo hauian ferit en lo dit carrer, y cerca del dit Hospital ab tir de arma de foch, y despres de hauerlo ajagut demunt de un llit, que en dita botiga hi hauia regonexent sa persona ab la claror del llum que teniam, viu, y trobi tenia vna ferida en las costellas mendossas de la part dreta, ab fractura de vna costella, penetrant dins la cauitat natural, la qual ferida demonstra ser feta ab bala exida de alguna arma de foch, y judico ser de aquellas ques diuhen mortals vt plurimum, y esta es ma relació, y la veritat per lo jurament tinch prestat.*

Postmodum subscribit ut in traditis *pag.* 12. Quando vulnus est de necessitate lethale, vel de necessitate, aut ut plurimum curabile similiter explicatur, si fuerit illatum instrumento scindenti dicitur: *la qual ferida demostra esser feta ab instrument punxant, com es daga, espasa, ó altre semblant,* si instrumento contundenti pariter exprimitur.

2.

Forma testis deponentis sub spe impunitatis.

Die T. &c.

Per Nobilem N. &c.

Iosephus N. &c. *dic vt in aliis.*

Et interrogatus super Curia præuentis &c.

DIxit *senyor confiat de la paraula Real, que vm en nõ de sa Excelencia, y Real Concell me dona, de que si dich la veritat del que se en or-*

de

de al robo, que jo, y altres companys meus ferem lo dia t. en casa de N. me fara sa Excellencia llarga, y bastant remissió de dit delicte prevent me jo com me prenc pacte voluntari de anar desterrat per temps de sinch anys de la Vegueria ampla de la present Ciutat; y que sino dic la veritat sia dita remissió de ningun efecte, força, y valor dic à v. m. que lo dia, &c.

Alio modo.

Dixit senyor confiat de la paraula Real, que v. m. me dona de part de sa Excellencia, y Real Concell de assegurar ma vida, y persona, y parts de ella si dic la veritat acerca del fet, y delicte sobre que deposarè prometo à v. m. dirla de tot lo que acerca dit fet, y delicte sobre baix la dita promesa, y paraula Real en la forma seguent, ço es senyor, &c.

3.

Forma conclusionis quando adest votorum diversitas.

Die 19. Junii 1687.

In Regio Concilio præsidente Nob. Michaele de Cortiada Regente Reg. Cancellariam interfuerunt cum eo Nob. & Mag. DD. sequentes.

Nob. Iosephus de Balaguer.
Nob. Narcisus de Anglasell. } *Text. Aulæ Doctores.*
Nob. Hieronymus de Magarola.
Nob. Petrus de Amigant F. A. } *Iud. Reg. Cur.*
Nob. Franciscus de Cancer.
Magnificus Franciscus de Portell.
Mag. Franciscus de Rius y Bruniquer.

IN facto F. T. R. C. aduersus, & contra Isidrum N. agricolam loci de la Real delatum, & inculparum de nece per eum appensatè, proditoriè, & per insidias tactu instrumenti manualis vulgo xispa llarga perpetrata die 12. Julii 1683. hora tertia post meridiem in itinere Regio dicto de las Planas de Xanturri in personam Francisci Domenech eiusdem loci de la Real, facta relatione per Magnificum Franciscum de Rius, y Bruniquer Iud. Reg. Curiæ meritis processus attentis, & aliàs.

Dictus Magnificus Franciscus de Rius Relator est voti quod declaretur quod dictus Isidrus N. condemnetur quod reus est mortis, & quod suspendatur laqueo per collum in alta furca taliter quod naturaliter moriatur, & anima ab eius corpore illicò separetur.

Idem Nob. Petrus de Amigant F. A. Idem Nob. Franciscus de Cancer. Idem Magnificus Franciscus de Portell.

Nob. Iosephus de Balaguer est voti, quod declaretur quod dictus Isidrus

Fal-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

N. condemnetur ad Regias triremes remigando in perpetuum.

Idem Nob. Narciſus de Anglaſell, idem Nob. Hieronymus de Magarola, idem Regens Reg. Cancellariam.

Poſtea autē Excellentiſſimus Dominus Locumtenens Generalis eademet die votauit (acceſſit enim ad Aulam Concilii dum per dictos Senatores votebatur) & fuit eiuſdē voti dicti Magnifici Franciſci de Rius, quod votum accepit à ſua Excellentia d.d. Stephanus Galceran Regius ſcriba mandati.

Et dictus Excellentiſſimus Dominus Locumtenens Generalis pro obſeruantia Conſtitutionis concludit cum voto dicti Magnifici Franciſci de Rius, y Brunquer, & aliorum illi adhærentium.

4.

Forma concluſionis trium aularum R. A.

DIE t. menſis t. anno t. Barcinone iunctis tribus Aulis in quadam aula domus Reuerendi N. Regii Cancellarii, quam fouet intus præſentem Ciuitatem Barcinonæ in vico t. interfuerunt cum eo Nobiles & Magnifici Regii Conſiliarii ſequentes.

Hic iuxta ordinem antiquitatis poſt Regentem Reg. Canc. ſcribuntur nomina Reg. Senatorum intervenientium, deinde dicitur.

In facto propoſitionis factæ per Reverendum Cancellarium ſuper, &c. hic narratur materia diſcutienda in aulis prout leges infra *in animaduerſionibus, num.* 31.

Aliquando ſi agendum ſit de ſupplicatione per aliquam partē oblata dicitur ita. *In facto ſuplicationis oblatæ per N.* & compendiariè referuntur in ſupplicatione contenta, ut habes *deciſ.* 42. *num.* 18.

Quandoque formatur propoſitio narrando factum prout obſeruabis in concluſione tradita *deciſ.* 43. *num.* 14. Plures etiam invenies prout fuit diſpoſita ſequens ſat notabilis.

Die 31. *Ianuarii* 1613. *in facto propoſitionis factæ per Magnificum Regentem Cancellariam vtrum à declarationibus, ſeu prouiſionibus faciendis in Reg. Crim. Concil. in cauſa executionis pœnarum pecuniariarū impoſitarum per Regiam Pragmaticam, datam Matriti* 14. *Aprilis* 1612. *publicatam in præſenti Ciuitate Barcinonæ, Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ* 19. *Auguſti eiuſdem anni* 1612. *ſuper prohibitione tormentorum manualium, vulgo* pedrenyals, *liceat ſupplicare ad aulas R. A. ciuilis iuxta formam Conſtit. anni* 1599. *cap.* 15. *fuit concluſum iunctis tribus aulis, quod non licet ſupplicare.*

Propoſitionem facit is, qui præſidet in aulis, idemque vltimus ſuffragium præbet, & concludit, ſiue ſit Excellentiſſimus Dominus Locumtenens Generalis, ſiue eo non exiſtente Reuerendus Cancellarius, ſiue hoc abſente, vel impedi-

pedito Magnificus Regens Cancellariam, siue ob istius impedimentum, vel absentiam antiquior aularum, vt inuenies in conclusione edita 2. Maii 1615. præsidente Magnifico Ioanne Gallego antiquiore fuit tamen illa concepta ita. In facto supplicationis oblatæ per Reuerendum Cancellarium super dubio per eum formato occasione cuiusdam scripturæ ei præsentatæ, &c. Quando autem aliquis Senator qui non præsidet instat aliquod negotium iunctis tribus aulis tractari compaginatur conclusio hoc modo.

In facto dubii propositi per Magnificum N. R. C. D. vtrum &c. sic comperitur in conclusione prodita sub die 18. Ianuarii 1619 & aliis plerisque, ac præsertim in tradita *decis. 60. in fin.* quæ non fuit transcripta eo ordine quo fieri est consuetum, obseruarique debet, sed prout notantur conclusiones per scribas mandati antequam in libris continuentur.

5.

Euocationum sublatio generalis, necnon Regaliarum.

Don Ioan de Austria &c.

SPectable, Noble, Magnifich, y Amat Conseller de la Real Magestat, Don Gabriel de Llupià, portant veus de General Gouernador en lo present Principat de Cathalunya. Per quant pera castigar molts, y diuersos delinquents, que van cometent molts delictes per lo present Principat, per los quals estàn compresos en Regalias, y euocatas causas, que se han fet, y se esperan fer en la Regia Cort, hauem resolt ab parer del Real Consell alsarnos aquellas, ab tenor de la present vos alsam ditas Regalias, y euocatas causas, à fi, y efecte que no obstant aquellas pugau conexer, y conegau dels delictes, que hauràn comesos, y poden cometrer los tals delinquents. castigant aquells conforme la Iusticia darà lloch, confiant de vostre bon zel, y rectitut, y que en asso posareu lo cuydado, y vigilancia que tant importa al seruey de sa Magestat, pau, y quietut desta Prouincia. Dat en Barcelona à xxiij. de Maig M.DC LIII.

Don Ioan.

Vt. Romeu de Ferrer Regens.

6.

Euocationis particularis sublatio.

SImilis pro facto particulari. Importa à la bona administració de la Iusticia, que N. que tenim pres en las presons de aquexa Vila, sia castigat, y peraque pugau castigar aquell, ab tenor de la present de nostra certa, &c. inseguint lo parer del Real Consell, vos alsam qualsevol Regalia, ó &c. que hi hage en la Regia Cort vers, y contra dit N.

Delictorum facilioti ultioni incumbere oportet ex his quæ diximus *decis. 29. num. 11.* vbi quod cunctanter in pœnis, & probationibus est incedendum, & ideò nihil mirum inhibitionem Principem tollere

quan-

quando promptior iuſtitiæ poſtulat adminiſtratio, & expedit aliquoties in loco delicti vindictam ſumi, prout fuit obſeruatũ in caſibus relatis ſupra *tit.* 14. *n.* 29. *p.* 140. *&* *p.* 145. *Verſic. de pœna homicidii*, plura que valerent adnumerari exemplaria, vide perpulchram ad intentum Regii Concilii concluſionem ſub die 2. Octobris 1605. appoſitè Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 1. §. 4. *tot.*

7.

Commiſſio generalis per Iudicem Subdelegatum B. A. impertienda.

NOS *Iudex, & Cõmiſſarius Apoſtolicus Subdelegatus Iudice, & Cõmiſſario Apoſtolico Delegato in præſenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ ad inquirendum, & proſequendum, vſque ad degradationem, & Curiæ ſeculari traditionem contra quoſcumque Presbyteros, & Clericos ſeculares, & quorumuis ordinum regulares exemptos, & non exemptos, crimina atrocia committentes, & arcabuſſia ad rottam vulgo dicta* pedrenyals *deferentes, detinentes, & quomodolibet habentes in vim diuerſarum litterarum Apoſtolicarum, ſiue Breuium Epiſcopali Dignitati Gerunden. conceſſarum. Dilecto nobis in Chriſto ſalutem in Domino. Noueritis quod contra quoſcumque Clericos ſeculares, & quorumuis ordinum regulares exemptos, & non exemptos etiam in ſacris, & Presbyteratus ordinibus conſtitutos homicidia, latrocinia, aſſaſſinia, & alia atrocia crimina committentes, & arcabuſſia ad rottam vulgo dicta* pedrenyals *deferentes, detinentes, aut quomodolibet habentes in dictis Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ, inquirere cõtra ipſos, & eorum quemlibet, & inquiſitiones facere, eoſque, & eorum quemlibet iuxta eorum demerita punire, & caſtigare intendamus. Idcirco cõfidentes ad plenum de fide, induſtria, legalitate, animique probitate, & in agẽdis peritia veſtri dicti.*

Tenore præſentium vobis dicimus, & committimus in virtute ſanctæ obedientiæ quatenus quotieſcumque ad veſtram deuenerit notitiam, quod quilibet ex dictis Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis aliqua atrocia crimina cõmiſerint, vel arcabuſſia ad rottam vulgo dicta pedrenyals, *detulerint, detinuerint, aut quomodolibet habuerint vbi ipſi fouebunt domicilium, ſeu aliàs vbicumque expedierit dum tamen ſit in præſenti Principatu Cathaloniæ, Comitatibuſque Roſſilionis, & Ceritaniæ, vos conferatis, & ibi contra ipſos, & eorum quemlibet inquiratis, & inquiſitiones faciatis, & factas, ſeu incœptas fortificetis: nec nos inquiſitiones quaſcumque contra ipſos, & eorum quemlibet*

per

per quoſcumque Officiales in poſſe quorumcumque notariorum, & ſcribarum, tam Eccleſiaſticorum, quam ſecularium receptas, & exiſtentes originalia, vel eorum copiam fidem facientem petatis, teſtesque recenſeatis, & interrogetis, & eoſdem delinquentes capiatis, & ad manus veſtras apprehendatis, & ad cõmunes carceres præſentis Ciuitatis Barcinonæ adducatis, & ibi nomine Breuis Apoſtolici mancipetis, omniaque alia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciatis quoniam in & ſuper omnibus, & ſingulis ſupradictis exequendis, & complendis, & ſuper dependentibus, ſeu emergentibus ex eiſdem vobis vices, & voces noſtras plenariè committimus per præſentes per quas vniuerſis, & ſingulis Officialibus, tam Regiis, quam aliis requirendos requirimus, & monemus, alios verò dicimus, & mandamus ſub pœna quingentorum ducatorum auri æraris Curiæ Breuis Apoſtolici applicãdorum, & in ſubſidium excommunicationis maioris quatenus in prædictis per eos exequendis nullum vobis faciant, ſeu fieri præſumant obſtaculum, ſeu impedimentum quinimò inſtati, & requiſiti per vos, ſeu ex parte veſtra vobis aſſiſtant, præſtentque auxilium, conſilium, & fauorem opportunos. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtium premiſſorum præſentes fieri iuſſimus manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro ſigillatas. Dat. Barcin die menſis Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo

Don Petrus de Oliver Iudex Subd. Apoſt.

Vt. Melchior Prous A. F. C. B. A. *Vt. Franciſcus Toda y Gil Aſſeſ. C. B. A.*

De mandato dicti Illuſtris, & Admodum Reverendi Dñi Iudicis, & Cõmiſſarii Apoſtolici Subdelegati.

Expedit. per me & dictæ Curiæ Breuis Apoſtolici ſcribam.

8.

Commiſſio ſpecialis per Iudicem Subdelegatum B. A. expedienda.

NOS Iudex, & Cõmiſſarius Apoſtolicus Subdelegatus ab Iudice, & Cõmiſſario Apoſtolico Delegato in præſenti Principata Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ ad inquirendum, & proſequendum, vſque ad degradationem, & Curiæ ſeculari traditionem contra quoſcumque Presbyteros, & Clericos ſeculares, & quorumuis ordinum regulares exemptos, & non exemptos crimina atrocia committentes, & arcabuſſia ad rottam vulgo dicta pedrenyals deferentes, detinentes, & quomodolibet habentes in vim diuerſarum litterarum Apoſtolicarum, ſiue Breuium Epiſcopali Dignitati Gerunden. cõceſſarum. Dilecto nobis in Chriſto

ſalutem in Domino: Quia vt percepimus Reuerendus de aliquibus criminibus, & delictis etiam atrocibus inculpatus exiſtit: Et cum nos iuxta eius demerita vigore dictæ commiſſionis Apoſtolicæ ipſum punire, & caſtigare intendamus: Idcirco vobis dicto de cuius fide, & legalitate ad plenum confidimus: Dicimus, committimus, & mandamus quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus vos conferatis ad locum, ſeu loca præſentis Cathaloniæ Principatus, & Comitatuũ Roſſilionis, & Ceritaniæ vbi opportuerit, & contra prætenſum Reuerendum de & ſuper quibuſcumque criminibus, & delictis atrocibus per ipſum commiſſis inquiratis, & inquiſitionem iam incœptam fortificetis adhibito per vos in his aliquo idoneo, & ſufficienti notario, necnon inquiſitiones quaſcumque in poſſe quorumcumque notariorum, & ſcribarum, tam Eccleſiaſticorum, quam ſecularium contra dictum Reuerendum receptas originaliter, vel earum copiam auctenticam, & fidem facientem petatis, & habeatis, & teſtes recipiatis, recenſeatis, & reinterrogetis, quorum quidem teſtium per vos recipiendorum copiam clauſam, & ſigillatam, & nemini panditam nobis quanto citius poteritis mittere procuretis certificando nos de fide ipſorum teſtium:

omniaque alia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciatis quoniam nos, in & ſuper prædictis omnibus, & ſingulis, & ſuper dependentibus, ſeu emergentibus ex eiſdem vobis vices, & voces noſtras plenariè committimus per præſentes per quas vniuerſis, & ſingulis Officialibus, tam Regiis, quam aliis requirendos requirimus, & monemus, aliis verò dicimus, & mandamus ad pœnam quingentorum ducatorum auri, & in ſubſidium excommunicationis maioris quatenus inſtati, & requiſiti per vos, ſeu pro parte veſtra vobis aſſiſtant, præſtentque auxilium, conſilium, & fauorem opportunos: In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes fieri iuſſimus manu noſtra firmatas, & ſigillo noſtro ſigillatas. Dat. Barcin. die menſis Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo

Don Petrus de Oliver Iudex Subdel. Apoſt.

Vt. Melchior Prous A.F.B.A. *Vt. Franciſcus Toda y Gil Aſſeſ. C.B.A.*

De mandato dicti Illuſtris, & Admodum Reverendi Dñi Iudicis, & Cõmiſſarii Apoſtolici Subdelegati.

Expedit. per me & dictæ Curiæ Breuis Apoſtolici ſcribam.

For-

9.

Forma concluſionis faciendæ in Tribunali B. A.

Die 15. menſis Iunii anno à Natiuitate Domini 1663. Barninone.

COnuocato, & congregato Concilio Curiæ Breuis Apoſtolici, in quo interfuerunt Illuſtris, & Admodum Reuerẽdus Dominus Don Ioſephus Corts Archidiaconus Parochialis Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Mari præſentis Ciuitatis, Canonicus Sanctæ Eccleſiæ Barcinonæ Iudex, & Commiſſarius Apoſtolicus Subdelegatus ex particulari commiſſione Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Gerunden. Epiſcopi.

Nobiles, & Mag. { *Don Ioſephus Martì, & Ferran.* / *Don Michael de Cortiada.* / *Ioſephus Rull.* / *Et Ioãnes Baptiſta Roca. & Iulià.* } *Doctores Regiæ Audientiæ.*

Vincentius Sabater Aſſeſſor.

Et Ioannes Carbonell Fiſci Aduocatus.

In facto Fiſci Procuratoris Curiæ Breuis Apoſtolici contra Reuerendũ Rectorem Eccleſiæ Parochialis Sancti Martini de Arenys demant Gerunden. Diœceſ. Ioſephum N. Presbyterum, & Vicarium dictæ Eccleſiæ, Petrum N. Raphaelem N. & Ioſephum N. omnes Presbyteros dictæ Villæ delatos, & inculpatos de reſiſtentia facta Officialibus Gubernatoris Vicecomitatuum Caprariæ, & de Baſſo, qui die 24. menſis Maii proxime præteriti, qua celebrabatur Feſtiuitas Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti inter tertiam, & quartam horas poſt meridiem ceperant Ioſephum Ayguauiua in dicta Villa, & quod capto dicto Ioſepho Ayguauiua, reſiſtendo dictis Officialibus ab eorum manibus dictum Ayguauiua fugere fecerunt dimittendo adhunc effectum proceſſionem, in qua ibant, commouendo populum, & de aliis criminibus in inquiſitione contentis. Fuit concluſum crimen de quo ſupranominati Presbyteri impetiti ſunt eſſe atrox, & illius cognitionem pertinere ad dictum Illuſtrem, & Admodum Reuerendum Dominum Iudicem Subdelegatum, & per illum eſſe procedendum contra ſupra memoratos.

Clauſula ex particulari commiſſione Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Gerunden. Epiſcopi. *Ideò fuit appoſita in prædicta concluſione quia in ſubdelegatione quam facit Epiſcopus Gerunden. ſolet ſibi reſeruare Cauſas Eccleſiaſticorum ſui Epiſcopatus crimina atrocia committentium.*

1 *In compilatione quæ consultò fuerint prætermissa, & de stylo illius ratione, & num. 2.3.4.*

5 *In Cathalonia testi deponenti sub spe impunitatis aliqua fides adhibetur etiam sine tortura, sed non tanta qualem cæteri socii criminis faciunt, in aliis autem Regnis nulla ex huiusmodi testibus probatio resultat.*

6 *Socius criminis apud nos cum iuramento etiam sine tortura tanta fides datur concurrentibus adminiculis, & non aliàs quanta adhibetur cuicumque testi.*
An socius criminis qui indultum delicti obtinuit in Regnis vbi tortura est necessaria ad tollendam infamiam torqueri debeat ad effectum testificandi contra consociũ.

7 *Si quis sit aggratiatus à Principe simpliciter non potest vt testis torqueri in caput sociorum.*
L. fin. C. de gener. abolit. *explanata.*

8 *Quoties quis fuit aggratiatus sub conditione vt delictum reuelet, tũc torqueri poterit si criminis probationem aliunde non præstiterit.*

9 L. quisquis, §. fin. & l. 3. C. Ad. leg. Iul. Maiestat. *illustratę.*

10 *Impunitas qualiter in Regio Concilio ad detegenda crimina impẽdatur, & de præconiis ad id euulgandis, & num. 11.*

12 *De Regii Criminalis Concilii antiquo, & moderno stylo quando aliqua prouisio fuit facta quæ postea non exequenda videatur.*

13 *Quomodo extrahãtur rei à libro visitæ Regiorum carcerum.*

14 *Denuntiari grana vrgente necessitate, ea quo describi sub quibus pœnis per præconia Reg. Concilii præcipiat cum illius decisionibus, & num. 15. 16.*

17 *Inhibitio tritici, & victualium non durat nisi vsque ad messes tunc proximas.*

18 *Huiusmodi laicorum edicta, an ligent personas ecclesiasticas. & quid extante obseruantia vsque ad num. 26.*

27 *Princeps compellit vassallos suos vendere triticum propter quamcumque causam boni publici pretio currenti.*

18 Constit. 3. tit. de offici de Alcayts & cap. 45. curiar. anni 1599. *ad intentum producuntur.*

29 *Pro Regio seruitio operas præstare vassalli coguntur.*

30 *Princeps ex causa facit delictum, quod non erat, & quæ banna, seu edicta sint præter, quæ contra ius, quænam ius alterent, & quæ dicantur in fraudem iuris.*

31 *Varia præconia iuxta casuum discrimina per Reg. Concil. deliberata afferuntur.*

32 *Diuersa mandata in Regio Concilio practicata adnumerantur vsque ad num. 35.*

36 *Mandatum fieri valet quod aliquis non transeat ante demum alterius ex iusta causa, nempè rixę, vel scandali vitandi.*

37 *Meretrices de vicinio honestarũ*

mu-

mulierum expelli possunt, & de priuilegio circa hoc concesso Abbatissæ, & Conuentui monialium monasterii Sancti Petri puellarũ præsentis Ciuitatis Barcinonæ.

38 De Constit. 1. & seq. tit. de la forma de votar, y conclour. las causas en la Audiencia, y Contell Real *& de quæstione an si ex septem Iudicibus tres reum dãnent capite, duorũ pœnam relegationis, & duo in pecuniam quæ sententia numeranda, & pronuntianda sit vsque ad num.* 44.

45 *Tribunal delegati Breuis Apostolici cur quasi Regium appelletur, & maximopere expedire Domino Regi, atque Reipublicæ illius authoritatem tueri.*

46 *Fines suæ iurisdictionis non prætergreditur, & comprobatur nonnullis illius definitionibus.*

47 *De Monarchia Iudice in Regno Siciliæ, eiusque iurisdictione.*

48 *Omne quod Catholici Reges obtinent in perpetuum Regalia est.*

49 *Iudex Monarchiæ à Domino Rege nominatur independenter à Sede Apostolica.*

50 *Eruditissimus* Don Ioannes Ludouicus de Lopez *in Supremo Aragonum Concilio Aduocatus Fiscalis laudatus.*

ANIMADVERSIONES.

1 ALiqua cõsultò omiseram in hac compilatione, nonnulla per oblivionem, & quædam quia peculiaribus titulis non adaptabantur, studiosè prætervi processum in vim vsatici *Mariti vxores quem cap.* 15. *praxis Criminalis* Egregius primarius Senator Don Ludovicus dePeguera attulit, quia fere hodie in desuetudinem abiit, prætermissi processum in domo Deputationis adstrui solitum cõtra turbantes iurisdictionem Deputatorum, de quo Don Accacius de Ripoll in fine editionis praxis Peguerę per eum locupletatæ, omisi pariter formulas remissionum delinquentium annectere longè, lateque exscriptas per Regentem Calderò *decis.* 37. & quia ibi exuberantes leguntur, & quia non ad cursum frequentiorem rei criminalis pertinent.

Peroptavi compilationem prolixam non reddi, fateor tamen nonnullas nimis prolõgatas dedisse formulas, veluti depositionem rei tit. 10. sed feci ut iudices ordinarii discerent stylum Senatus in reis interrogandis per indicia de maleficio delatis, corporis delicti iteratas relationes, necnon repetionis testium multiplices addoxi existimans oportere iuxta casuũ contingentias sectatus in his Don Ludovicum de Peguera à quo nõ paucas, sicut ab aliis accepi perpolitiores addens, & iuxta R. Concilii obseruantiam mutatu digna aduertens, & recentiora, ac notabilia adiicens, prout integralis cõpilationis scopus postulat, & ob-

2

ser-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſervarunt Auguſtin. Barboſa *tom.* 3. *de poteſt. Epiſcop. poſt. allegationes in formulario Epiſcop.* R. Sanfelic. *in praxi iudiciaria poſt tō.* 3. *deciſ. ac alii.*

3 Non inconſultò dereliqui formulas ſequentes, nēpe teſtis quādo deponit de portu tormenti manualis brevioris menſuræ cum quo tantum fuit reus viſus, teſtis qui deponit de portu inſtrumenti manualis parvæ menſuræ vulgò *piſtola* cum quo reus fuit apprehēſus, & interrogatoria inquiſiti in utroque delicto, etenim in depoſitione teſtis ſuper iactu inſtrumenti manualis tradita *tit.* 5. *pag.* 28. hæc omnia cōplexus fui, & ideò ſupervacaneum cenſui repetere, ſiquidē quādo quis fuit captus cū tormento manuali brevioris mēſuræ deſignatur per teſtes, illiſque oſtēditur, ſicut practicatur in quibuſcumque aliis rebus inferentibus ad delictum penes imputatum repertis, de quo formulas habes eodem tit. *à pag.* 25. & interrogatoria ſimiliter reo eodē modo ſunt facienda quo producta *tit.* 10. *pag.* 87. & quoad geſtantem arma igni fera onerata in populis contra edictorum prohibitionem quid ſervandum ſit prælibavi *d. tit.* 5. §. 9. *in animaduerſionibus num.* 6. *pag.* 43. Nolui quoque afferre formam depoſitionis quando per teſtes probatur corpus delicti, quippe idem exprimere debent quod in inſtrumento viſuræ cadaveris explicant, prout habetur in formulis *tit.* 1. §. 4. *pag.* 10. iſtius compilationis.

Brevitatē non minus deamans 4
in quibuſdam formulis permulta indicia perſtrinxi, nunc de prætermiſſis, & utilibus ſuperiùs intextis, & aliis infra narrandis loquar exēplo graviſſimorum ſcribentium, qui in fine ſuorum tractatuum ita egerunt, ut videre liquet penes Novar. *poſt primum tomum de grauaminib. vaſſallorum*, alioq. Doctores.

Formam teſtis deponentis ſub 5
ſpe impunitatis eduxi, cuius fides in Cathalonia aliqua eſt, etiam ſine tortura, at non tanta qualem reliqui ſocii criminis faciunt, ut iuxta veriorem ſententiam moderni tenuerunt, aliis autem in Regnis ſocius deponens contra ſocium ſub ſpe impunitatis, ſive ſponte ſe offerat, ſive invitus à fiſco oblata impunitate recipiatur nullam fidem, aut probationem facit, cum ultra defectum reſultātē ex ſocietate in crimine alio notetur, nimirum quod ſit corruptus promiſſione impunitatis, quēadmodum præter ab aliis laudatos docuerunt Cyriacus *controu.* 488. *num.* 67. Bardellon. *conſ.* 74. *num.* 12. *lib.* 1. Baron. *de citat. to.* 2. *ſingul.* 42. *num.* 6. Anton. de Ballis *tract. varior. lib.* 1. *q.* 26. *num.* 62. *& ſeqq.* ubi pluta de materia, & ſignanter quid iuris ſi fuerit diſpenſatus à Principe non obſtan-

te

te infamia, & an hoc expediat iuſtitiæ.

6 In noſtro Regio Criminali Cõcilio depoſitionibus ſociorũ criminis cum iuramento, etiam ſine tortura tantam fidem adhiberi ad condemnandum pœna ordinaria delicti conſocium, concurrentibus adminiculis, & non aliàs quanta datur cuicumque teſti omni exceptione maiori ſequuti Peguera *deciſ.* 5. *num.* 38. *&* 39. noſtrates affirmant, ſed ubi tortura eſt neceſſaria ad tollendam infamiam, ſeu maculam colluctatio exoritur inter ſcribentes, an ad hunc effectum infamiæ delendæ, ut teſtis quoad conſocios perhiberi valeat ſocius criminis qui indulgentiam delicti obtinuit torqueri debeat.

7 Diſſidentes ſunt equidem ſententiæ, ſed diſtinguens, & cõciliatrix verior videtur, videlicet quod ſi quis ſit aggratiatus à Principe ſimpliciter, hic non poſſit ut teſtis torqueri pro habendis complicibus, & factoribus ad vindictã publicam, cum per talem gratiam ſit ſublatus, & extinctus omnis reatus intereſſe Principis, publicũque reſpiciens Decius *conſ.* 147. Baiard. *q.* 21. *num.* 27. Farinac. *q.* 6. *num.* 1. *in fin.* Guazzin. *defenſ. reor.* 30. *cap.* 6. *num.* 6 *Verſic. ex iſtara tione* qui teſtatur iudicatum Capiblanc *de Baronib. Pragmat.* 6. *num.* 145. Faber. *defin.* 14. C. *de quæſtion.* qui inquit abſurdum torqueri pro aliorum delictis eum qui pro propriis gratiam meruerit, quicquid in contrarium velint Rovit. *in rubric. pragmat. de abolit, num.* 4. Caball. *reſol. crimin. caſu* 29. Maſtrills *deciſ.* 244. *num.* 10. Riccius *deciſ.* 38. *p.* 1. Paſchal. *de patr. poteſt. p.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. *innixi l. fin. C. de general. abolit.* qua definitur quod licet per indultum tollatur pœna delicti, non tollitur tamen infamia per crimen contracta, & etiam ea ratione moti, quoniam hoc caſu nõ datur tortura pro pœna, ſed ad ſciendam delicti veritatem, quæ profecto conſiderationes non infringunt pro contraria opinione expenſas.

8 Atverò ſi quis fuerit aggratiatus ſub conditione ut delictum revelet tunc torqueri poterit, ſi criminis probationem aliunde non præſtiterit; quia cenſetur reſervata poteſtas torquendi ut afficiat ſocios ſublata macula complicitatis Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 26. Guazzin. qui ſupra *defenſ.* 30. *cap.* 6. *num.* 3. & de hac ſpecie peragit Caball. citato *caſ.* 29. qua diſtinctione perpenſa non obloquitur Reverter cum Marinis *deciſ.* 266.

9 Ex hiſque luce donantur text. *in l. quiſquis, §. fin. & l.* 3. C. *Ad leg. Iul. Maieſt.* in §. fin. ſtatuitur quod ſi quis crimen læſæ Maieſtatis ab aliquo committendum revelaverit venia, & præmio dignus ſit, in *lege vero* 3. diſponitur cum qui a-

li-

liquem de læſæ Maieſtatis crimine accuſaverit poſſe tormentis ſubiici, ſi manifeſta indicia pro accuſatione verificanda non haberet, quandoquidem cum teterrimum ſit crimen læſæ Maieſtatis, & revelanti, nedum ad vitandum horrendum ſcelus venia concedatur, ſed etiam ut vindicari poſſit, & finis iſte fruſtretur probatione per eum nō miniſtrata; nihil mirum, ut ab illius teſtimonio quæ haberi poſſit accipiatur, torturæ talem revelantem ſubiici.

10 Quandoque hæc impunitatis conceſſio prorſus neceſſaria erit, utpote quoties ſummè difficilis criminis atrocis inveſtigatio perpenditur, ut quia abditum, & occultum valde fuerit, nullaque ſceleratorum notitia habita, atverò antequam impunitas ſe offerenti teſtificari ſub eius ſpe, & ſecuritate detur, in Regio Concilio peragitur de illius adprecatione, & de negandam eſſe reſolvitur nullum indicium ab huiuſmodi rei expoſitione depromitur.

11 Quandoque impunitas per prę. conia promittitur delictū aliquod revelanti tametſi in illo comprehendatur, dummodò ex principalioribus fontibus non ſit, veluti ſi fuerit aſſecla in ſeditione, & in aliis caſibus ſimilibus iuxta exarata *deciſ.* 38. *nu.* 8. & ſupra *tit.* 11. *pag.* 101. ubi de præmiis quæ aliquando per Regium Concilium conceduntur, & eſt perſpicuus ad id text. *in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.* & dixit Bartol. *in l.* 3. *§. fin. ff. de cōdit. ob turpem cauſ. in fin.* quod poſſunt fieri bannimenta, & indulgentiæ concedi ſociis criminū ut delicta prodeant in lucem, ſequitur Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 1. *num.* 38. *& ſeqq.* interdum impunitatis, ac gratiæ promiſſioni pactum adiicitur, prout prudenti Senatus cenſura arbitrandum expedierit, maleficii, ſontis, ac difficultatis probationum circunſtantiis inſpectis.

Priuſquam ad alia deveniam 12 præmitto quod antiquitus plures fiebant proviſiones quibus antea formatæ commutabantur negotio ſcilicet exactiùs conſiderato, & dicebatur ita, *& quod exequatur hæc, & non alia facta ſub die t.* ut cernere poteris in libris de annis 1591. & 1600. ac in plurimis aliis, hodie vero ſi executioni non deducitur proviſio, in eius margine annotatur per Scribam Mandati *non habuit effectum*, & fit alia proviſio prout Senatui iuſtū apparet, vidi de meo tempore recognitum fuiſſe proceſſum, & inventam in eo proviſionem capturæ contra aliquem, & re meliùs examinata compertum extitiſſe inquiſitionē factum punibile non continere, fuiſſeque factam proviſionem ſequentem *inſequendo concluſionem in R. C. factā prouidet quod prouiſio captura facta die t. contra N. pro nunc non exequatur.*

Pe-

13 Peræquè si quis fuerit scriptus inter reos, scilicet in libro visitæ absque processu, vel cum tali quo de scelere probatio non habeatur fit provisio ita: *insequendo conclusionem in R. C. factam providet quod N. extrahatur à libro visitæ, & ad id fiant, & expediātur mandata, & aliæ provisiones opportunæ iuxta Reg. Cur. stylū.* Sic Senatus in causa Philippi N. 28. Maii 1667. referente Mag. Ioanne Baptista Roca, & Iulia, tunc I.R.C. Similis 3. Aprilis 1685. referente Mag. Bernardino de Puig tunc I. R. C. Similis 16. Martii 1696. referente conspicuo, ac consultissimo viro Magnifico Dominico Aguirre I. R. C. Similes diebus 10. Aprilis 14. & 16. Iunii 1696. referente propter suam ingentem doctrinam, & præclarum ingenium sat noto Magnifico Iosepho Guell I.R.C.

14 Adeò aliquoties urget frumenti, aliorumque granorum necessitas quod diligentissimè sint ea perquirenda; ideoque tunc recepta informatione de urgentia sequestrum per Regium Criminī Cōcilium providetur, & sub die 3. Octobris 1591. reperi conclusionem, in qua narratur præcessisse informationem referente Magnifico Senatore Fort, & resolutum extitisse quod publicarentur præconia contra occultantes frumenta, & alia grana illa coacervando, & pretia augendo, & iuberetur cum illo præconio usque ad primas messes duraturo omnibus, & quibuscūq; personis cuiuscūq; generis, & cōditionis quatenus infra dies decē denuntiarent frumentū, & alia grana in capite cuiusq; Vicariæ penes Vicariū, quod tēpore denuntiationis assisteret aliter ex Patriariis, quod fieret sub iuramēto, & declararetur per dominum quæ quantitas esset necessaria pro victu suo, & domesticorum, & quod elapsis dictis decem diebus Vicarii post alios decem mitterent denūtiationes Excel. Locumtenēti Generali adiecta pœna cōmissi contra eos qui infra prælibatum terminum fraudulenter non denuntiassent.

Et die 4. Ianuarii 1592. eodem 15
Fort referente fuit conclusū quod quantitas tritici, & avenæ reperta in domo, & posse Francisci Batlle agricolæ Sancti Martini de Provincialibus per Antonium Ferrer de Busquets subvicarium Barcinonæ, & per eundem Ferrer de Busquets commendata pro manifesto Curiæ, attento quod intra tempus in Regiis præconizationibus expressum recusaverat illa denuntiare venderetur in publico subhastu, & plus offerenti liberaretur, & pecuniæ deponerentur in tabula cambii præsentis Civitatis Barcinonæ dictæ, & scriptæ Magnifico Regenti Reg. Thesau. ad soltam Relatoris, & eiusmodi aliæ in dicto libro leguntur conclusiones.

16 Non diſſimilis concluſio prodiit præcedente informatione neceſſitatis, & penuriæ iuxta antiqua exemplaria 29. Octob. 1677. referente Nobili Bonaventura de Triſtany, tunc I. R. C. ſcriba Famada, deliberando quod fierent præconia quibus mandaretur omnibus, & quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis, regularibus, & laicis (ut ſupra) quatenus infra dies decem denuntiarent (ut ſuperiùs) & quod interim, & pendente dicto termino fieret deſcriptio quantitatum omnium generum tritici, ſive bladorum in præſenti Principatu, & Comitatibus Ceritaniæ, & in hac Civitate Barcinonæ exiſtẽtium, & adverte quod in hiſce preconiis ultra pœnam commiſſi generaliter omnes tranſgreſſores reſpicientem fuit impoſita pecuniaria quingentum librarum, & bannimenti à præſenti Principatu per tempus Excellentiſſimo Locumtenenti Generali beneviſum adverſus laicos contrafacientes.

17 Notanter in cõcluſione edita die 3. Octobris 1591. exprimitur cõtenta in præconio ibi expoſito uſque ad primas meſſes eſſe perduratura alludendo ad *Conſtit. 6. tit. de Vectigals, lleudas, peatges &c.* qua diſponitur inhibitionem tritici, & victualium durare neutiquã poſſe niſi uſque ad meſſes tunc proximas.

18 Quoad perſonas eccleſiaſticas plures Doctores defendunt valida eſſe ſtatuta, & edicta laicorũ, quæ ipſis etiam prohibent extractionẽ frumenti, vini, bladorum, & leguminum, ac ſimilium extra territorium Principis, illaque iubentia denuntiari ad hoc ut conſervetur abũdantia in Civitate, & ſic propter bonum publicum Iul. Clar. *in prax. crimin. q.* 82. *num.* 33. *Verſic. ſtatutum ſeptimum* Tuſch. *lit. S. conſ.* 538. *num.* 1. Brun. *conſ.* 150. *in* 2. Mexia *ſup. pragmat. taxæ pan. concl.* 5. Vulpel. *in tract. de libert. eccleſ. p.* 2. *nu.* 17. *& ſeq.* Menoch. *conſ.* 800. *num.* 58. *lib.* 8. Carol. de Graſſ. *deffectib. cleric. effect.* 2. *nu.* 294. *Verſic. & ita* reddentes rationem, quia in his, quæ ſpectant ad annonam ſubiiciuntur Principi ſeculari, addendi Aviles *in cap.* 17. *prætor gloſ.* 1. *Verſic. buenas*, Pereyra *de man. Reg. p.* 1. *in concordat. Reg. Sebaſt. concord.* 291.

19 Tempore penuriæ pro communi utilitate, & ad ſublevandã neceſſitatem populi obnoxios eſſe eccleſiaſticos ad ſervanda ſtatuta laicorum circa annonam, & non poſſe blada extrahere ad text. *in l.* 3. §. *quæſitum. ff. ad l. Rhod. de iact.* concludunt Bartol. *in l.* 2. §. *cura carnis in* 1. *&* 2. *oppoſit. ff. de offic. præfect. vrb.* Bald. *in l. ſi pendentes*, §. *ſi quid nu.* 2. *ff. de vſufruct.* Covarruv. *p.* 2. *relect.* §. 4. *num.* 8. *in fin.* Burſat. *conſ.* 138. *nu.* 11. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 61. *num.* 14. *lib.* 1. Natta *conſ.* 225. *num.* 4. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 51. *num.* 31. *lib.* 3. qui agit de neceſſi-

ceſsitate, quæ evitari non poteſt niſi eccleſiaſtici concurrant.

20 Obſervantiam autem validam eſſe, ſi vigeat quod Eccleſiaſtici ligentur ſtatutis de bladis non extrahendis, & in pertinentibus ad annonam cenſuerunt Navarr. *in manual. confeſſar. cap.* 17. *num.* 208. *in fin.* Vulpell. *in tract. de libertat. eccleſ. par.* 2. *num.* 20. *&* *num.* 32. Menoch. *d. conſ.* 800 *num.* 39. *&* *ſeqq* *&* *num.* 50. Graſſ. *d. effect.* 2. *num.* 294. *Verſic.* *&* *ita*, & hanc conſuetudinem validam eſſe, ac ſubſiſtere limitatam ad aliquas cauſas cleticorum, non uerò generaliter docuerunt Salgado *de Reg protect. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 32. *&* 120. Iul. Clar. *ſentent. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 3. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 7. *num.* 13. Scaccia *de iud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 42. Ioan. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 9. *à num.* 43. ubi plura recenſet quæ ex conſuetudine diverſis in Principatibus obſervantur, ſequitur Cortiada infra adducendus *deciſ.* 209 *num.* 34. *pag.* 4.

21 Contrarium placitum verius, & communius opinantur alii propugnantes ſtatuta, & edicta ſecularia circa annonam, & prohibentia extractionem bladorum, & fructuum extra territorium ſtatuentis quamvis generalia, & contra exemptos lata nõ afficere, aut obligare eccleſiaſticos, imò non obſtãte prohibitione liberè poſſe fructus collectos in bonis eccleſiarũ, vel etiam patrimonialibus extrahere, & ſatis eſſe ſi denuntient ut fraudes evitentur Ripa *de remed. ad conſerv. vbertat. num.* 122. Ioann. Platea *in* §. *lex Iulia n.* 108. *Inſt. de publ. iudic.* Ioann. Lup. *in repetit. cap. per noſtras*, §. *ſed eſt pulchra num.* 13. *de donat. inter vir.* Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effect.* 2. *nu.* 292. Matta *de iuriſdict. par.* 4. *caſ.* 2. *num.* 1. 2. 13. Bellet. *diſquiſ. clerical. tit. de exẽp. clericor. à ſtat.* §. 3. *à num* 1. Diana *par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 69. & alii acervati per Ciarlinum ſtatim citandum, qui moventur ea ratione, quia laici ex defecto iuriſdictionis nequeunt ſtatuere adverſus eccleſiaſticos.

Sed quicquid ſit de hac quæ- 22
ſtione, quam præter laudatos indagarunt DD. *in cap.* 7. *de Conſtit.* Lamet *lib.* 3. *de veterib. cleric. per tot.* Gomez *in l.* 70. *Taur. num.* 7. Parlodor. *lib.* 1. *rer. quotid.* §. 12. *num.* 4. Gutier. *lib.* 2. *practicar. quæſt.* 12 *num.* 4. Acuña *in cap.* 2. *num.* 2. *&* *cap.* 3. *nu.* 3. 10. *diſtinct.* Mancin. *de iur. ſacror. diſſertat.* 32. Vargas *in cap.* 1. *à num.* 22. *de cauſa poſſeſſ.* Salgado *par.* 1. *de Reg protect. cap.* 1. *prælud.* 2. *&* *cap.* 2. §. 3 *à num.* 16. Barboſa *vot.* 120 *&* 126. *num.* 47. *&* *ſeq.* *&* *cap.* 7. *num.* 2. *&* *in cap.* 10. *à num.* 3. *&* 33. *de Conſtitut.* Caball. *caſ.* 12. Carleval. *tit.* 1. *de iudic. diſput.* 2. *num.* 103. Anguian. *de legib. controverſ.* 13. 14. 16. Narbona *in l.* 35. *gloſ.* 2. *num.* 18. *tit.* 3. *lib.* 1. Solorzan. *tom.* 2. *de iur. India. lib.* 4. *cap.* 12. *à num.* 75. *&* *in Polit. lib.* 5. *cap.* 16. *fol.* 908. *Verſic. en tanto*, ubi agit de legibus, quæ non utuntur verbo mãdamus, ſed rogamus.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Pareja *tit. 1. de edit. resolut. 3. §. 1. nu. 21. & §. 5. num. 118.* Fontan. *decis. 141.* Molina *lib 2. de primogen cap. 10. à nu 80.* Castillo *de Tertiis cap. 8. & 9. à num. 1.* Hermosilla *in l. 3. gloss. 1. à num. 62. tit. 5. par. 5.* Vela *dissertat. 44. num. 47. & dissertat. 45. num 41.* Cyriac. *contro 12. à num. 63. & contro. 144. & 205. nu. 44.* Araujo *tractat. 2. de statut. quæst. 14.* Moya *tom. 2. select tract. 5. quæst. 5.* Surd *decis. 20.* Molina *tract. 2. de iustit. disputat. 31.* Fermosin. *in cap. 7. num. 5. & in cap. 10. num. 1. cum seqq. de Constitut.* Sylva *de salar. famil. quæst. 10. nu. 17.* Vtritigoyt. *de competent. quæst. 99. & cap. 3. Pastoral. vot. 9.* Iul. Capon. *tom. 1. discept. 50. 51. & 102.* plures alios coacervat Franciscus Romaguera *ad Synodal. Gerunden. lib. 5. tit. 8. cap. vnic.* ubi etiam copiosè de statutis laicalibus confirmatis per superiorem ecclesiasticum, & de animalibus clericorum damnum dantium.

23 Attamen non diffitentur Ciarlin. *contro. lib. 1. cap. 31. num. 10.* & ab eo citati quod ecclesiastici teneantur edictis, & statutis secularium quadam ratione naturali adstricti, sicque, ut alii explicant, vi directiva, adeò quod tametsi non possint laici contra clericos procedere, si contraveniant datur tamen recursus ad Episcopum, qui eos ad observantiam compellit, si ita expedit, & vidisse servari refert Ciarlinus, quod tempore penuriæ Prælatus ad instantiam domini temporalis præcipit clericis ne faciant extractiones bladorem sub certa pœna, & si cõtingat fieri denuntiationes ut sciri possit an adsit annona sufficiens pro victu de mandato Episcopi obligantur clerici ad denuntiandum penes Curiam Episcopalem, quæ postea dat foro seculari denuntiationum notam.

Fermosin. *ad cap Ecclesia Sancta Maria 10. de Constitut quæst. 6. nu. 7.* recitat ex Elisęo Danza *in pugn Doctor. cap. 4. de qualit. Offic num. 14. anno 1606.* tempore maximæ penuriæ in Regno Neapolitan. iudices laicos obtinuisse licentiam à Nuntio Summi Pontificis compellendi Ecclesiasticos ad frumentũ revelandum, & vendendum; nõ negat autem Fermosinus iurisdictionem competere iudici seculari ubi periculum in mora extaret.

Vides quid in nostro Senatu 24
fuerit obsservatum, & non debili fundamento, sed præclariùs, & distinctiùs omnibus præcitatis articulum percurrit Regens Cortiada *decis. 209. tom 4.* (addendus indagatis supra *tit. 37 pag. 326.*) & præcipuè *à num. 35.* ubi postquam egit de casu edicti prohibentis extractionem victualium ut conservetur abundãtia in civitate pergit ad secundum casum quo talè, vel simile edictum fiat tempore penuriæ, tunc enim cõcordem esse Doctorum sententiam refert comprehendere clericos, & ecclesiasticas personas cumulatis ad id Balde,

Co-

Covarruvias, Burſato, Ciarlino, Hermoſilla, alitvè, memorãs, Decianum *conſ.* 51. *num.* 31. *lib.* 3. hoc intelligere quando neceſſitas, & penuria aliter evitari non poteſt, niſi etiam eccleſiaſtici concurrant, & ſub iſto intellectu notat ſequi Ciarlinum, Diana, ac Thomam Delbenè, & ſimiliter eo tunc teneri clericos ſervare edictum, ſeu ſtatutum in ſubſidium, nõ vi illius coactiva, ſed directiva, & rationis naturalis, & ex debito charitatis tãquam pars reipublicæ, quæ in tali neceſſitate cum toto concordare debet congeſtis Graſſis, Delbenè, Ciarlino, Xãmar, Daniele de Nobilibus, probans hoc ſufficere ut lex Principis ſecularis pro bono publico lata liget etiam clericos vi rationis naturalis, & iuſtitiæ, eoſq; contraveniendo peccare mortaliter data gravitate, ſeu capacitate materiæ, & rurſus *num.* 47. concludit veriorem opinionem eſſe, & in praxi obſervatam quod iudex ſecularis, ſeu eius miniſter inveniens clericos, & eccleſiaſticas perſonas aſportantes, & extrahentes pecuniam, equos, ac victualia, contra ſtatutum, ſeu edictum prohibens extrahere, & aſportare ſub pœna commiſſi ipſo iure incurrenda poſſit prædictas res auferre, & apprehendere, & illos de talibus rebus ſpoliare, & privare ex Scialoya *de for. compet. cap.* 26. *num.* 110. Regent Vico *ad Pragmat. Regn. Sardin. tom.* 2. *tit.* 24. *cap.* 24. *num.* 12. Carol. Cala *in diſcurſ. iurid. polit. de centrabant clericor. à num.* 275. Carleval. *de iudic. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 159. *Verſic. hoc tamen*, Oliba *de iur. Fiſc. cap.* 14. *à num.* 132. Ripoll *var. cap.* 1. *num.* 197. ac aliis pleriſque, per eos exẽplificans ad exemptos Religioſos ordinum militarium, & familiares Sancti Officii, taliter quod ſi clericus, vel alius exemptus velit rem illam quæ cecidit in commiſſum recuperare debet cõparere veluti actor coram iudice ſeculari doctrinis, & deciſione Cancellarii hoc aſſertum muniens, *& num.* 50. fatetur quod clerici in flagranti deprehenſi pro aliis pœnis ultra cõmiſſum contra ipſos infligendis neceſſario coram ſuo iudice cõpetenti conveniendi ſunt, & idem annuit de aliis pœnis ultra commiſſum præſcriptis ob non factam denuntiationẽ gabellariis, & Romagueta *ad Synodal. Gerunden. lib.* 5. *tit.* 8. *cap. vnic. num.* 7. affirmat quod quando eccleſiaſtici vi directiva ligantur ſtatutis laicorum; pœnis in eis cõtentis non adſtringuntur, ſed aliis arbitrariis per iudicem eccleſiaſticum, aut contentis in ſtatutis confirmatis, cum eccleſiaſtici nullo pacto ſubiiciantur poteſtati coactivæ legum civilium.

Bovadilla *in politic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. aſſeverat compelli poſſe eccleſiaſticos per iudicem laicum in caſu maximæ neceſſitatis ad vendendum triticum, quod illis ſupereſt ultra neceſſarium pro ſuo

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſuo victu, ut reipublicæ annonæ ſuccurratur, & ipſum tuſſiſſe abſtrahi triticum, nedum à domibus ſecularium, ſed & quoque ab ædibus Canonicorum, & etiam ab eccleſiis, & Epiſcoporum horreis, nec diſſentiunt Hevia Bolaño in *cur. Philipp. par.* 3. §. 3. *num.* 20. Ioannes de Salas *de empt. & vendit. dub.* 9. *num.* 10. Valero *de different. inter vtramque for. differ.* 3. *num.* 3. Villadiego in *Politic. cap.* 5. *num.* 90. licet eos non ſequatur Ripoll *de Regal. cap.* 46. qui tractans de regalia compellendi ſubditos ad vendendum firmat clericos à ſuo iudice ordinario compellendos eſſe, ut evitétur faſtidia, & cótentiones, at ſi clerici moniti, & interpellati à iudice ſeculari nollent ſuccurſum prętare publicę neceſſitati, inquit, poſſe tunc Regem ex ſua ſuprema regalia illos cogere, & ſupra citatos impugnant Fermoſin. *in cap.* 10. *de conſtit. quæſt.* 6. plureſque enumerati per Diana *par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 9. varia iura canonica, & Bullam in Cœna Domini ad id expẽdentem, qui tamen non inficiatur ſi fames, aut neceſſitas urgeat, & periculum ſit in mora tali caſu iudicem laicum poſſe frumentum ſequeſtrare, & ab horreis clericorum extrahere, tametſi affirmet eiuſmodi procedimenta ſuſtineri, non vi iuriſdictionis, ſed ob iuſtũ periculum de facto iuris.

27 Compellere Principem poſſe vaſſallos ſuos vendere triticum, & alia blada ad opus caſtri, ſeu forralitii, & aliter propter quamcumqi cauſam boni publici pretio currẽti reſolvunt Peguera *deciſ.* 88. *tom.* 1. Capella Tolof. *deciſ.* 447. Perez *l.* 2. *colum. antepen. Verſic. iſte tamen tertius in fin lib.* 2. *ordin.* Mexi. *in tract. taſſæ pan. concluſ.* 1. *nu.* 64. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 77. *num.* 6. *& tit.* 8. *quæſt.* 94. *num.* 4. Franciſc. Viv. *deciſ.* 28 *num.* 7. *lib.* 2. Canc. *var. reſolut. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 77. Velaſco *conſult.* 22. *num.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 17. *nu.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 149. *num.* 40. *&* 41. Hermoſilla *ad l.* 3. *tit.* 5. *par.* 5 *gloſ.* 1. *ex num.* 60. Gutierres *lib.* 1. *quæſt.* 13. *& l.* 4. *quæſt.* 49. Don Sebaſtian de Cortiada *en el diſcurſo ſobre la juriſdicion del Capitan Gen. quæſt.* 17. *nu.* 28. qui refert concluſionem proditã ſub die 17. Martii 1572. à Peguera extensè nõ allatam continentem quod in Comitatibus Roſſilionis, & Ceritanię fieret deſcriptio omnium bladorũ, quę ſequeſtrarentur in Caſtris, & villis opportunis, & quod perſonę illa habentes compellerentur vendere pretio currenti, & quod quia promptæ non extabant pecuniæ ad ſolutionem pretiorum daretur venditoribus ſecuritas de ſatisfaciendo infra ſex menſes.

Similes perplures pandere liceret concluſiones aſſertione Principis Reg. Concilio tranſmiſſa emanatas, vel aliis miniſtratis probationibus, & nos textus expreſſos habemus in *Conſtit.* 5. *tit. de offic. de Alcaÿs,* 28

cayts, & *cap.* 45. *Curiar. anni* 1599.

29 Alias concluſiones leges apud Don Sebaſtian. Cortiada *d. quæſt.* 17. *à num.* 8. quarum vigore fuerũt compulſi fabri domorum, aliique artifices operas prẽſtare pro Regio ſervitio ſatisfacti in ſuo condecenti ſalario, necnon etiam comperies executionem pro pœnis cõminatis proviſam contra renitentes obtemperare mandatis Regiis, quibus præcipiebatur quatenus ſervirent cum ſuis animalibus, & curribus, permultaſque in cõtextu eiuſdem operis definitiones Regii Criminalis Concilii attentè aſpiciens obſervabs, quæ ad nonnullorum caſuum contingentias plurimùm deſervient.

30 Præconia diverſa iuxta temporũ exigẽtias fieri, ac publicari oportet, quibus id, quod in ſe delictum non erat Principis iuſſione, & banno delictum ex cauſa efficitur per latè tradita à Regente de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 1. *de proviſion. fier. ſol.* §. 3. *tot.* & præcipuè *num.* 40. exemplicat Sabell. *in ſumma*, verbo *bannum* multis cumulatis, Giurba *conſ.* 12. non paucos conglomerans qui perelegant er declarat quæ bãna ſint iuri conformia, quænam præter, quænam contra ius, quẽnã ius alterent pœnam à iure ſtatutã augendo, vel minuendo, & quæ dicantur in fraudem iuris.

31 De prohibitione larvarum, & ſpectaculorum, vulgo *maſcaras*, luculenter Regens Calderò *deciſ.* 74. *à nu.* 38. addo inveniri de illis præconia ſub die 13. Februarii 1608. concluſio Regii Concilii ſuper materia cambiorum per longos dies diſcuſſa prodiit 10. Octobris 1623. & ſubſequuta fuerunt præconia, prout refert Ripoll *de magiſtrat. Log. Mar. cap.* 20. *à num.* 15. præconia quod omnes pauperes mendicantes, & cæteri vagabundi ducerentur ad Hoſpitale B. M. de Miſericordia reperies edita 11. Decẽbris 1608. de qua re vide ſcripta à Peguera *deciſ.* 3. & 4. & per me *deciſ.* 14. Die 21. Ianuarii 1632. In facto propoſitionis factæ per Excellentiſſimum D. Locumtenentem Generalem ſuper munitionibus, & bellicis apparatibus à præſẽti Principatu non extrahendis iuxta ordinem, & mandatum ſuæ Maieſtatis cum eius Regia littera fuit concluſum, quod fierent ad id præconia. Similis concluſio 14. Auguſti 1634. In facto propoſitionis factæ ſuper recollectione palearum Comitatus Ceritaniæ. Similis ſuper prohibitione extrahendi à Principatu plũbũ, ac alia, pleraque præbere poſſem non inutilia quæ ex propoſito mitto, nec in adductorum confirmationem ulteriùs Doctorum pertractationes congero, niſi non levia ſe offerrẽt quibus, & fructuosè, & fœliciter copioſas inveſtigationes perferrem, ſed in animo enixè eſt ad exitum huius libri, ut prædixi, pervenire, pertinent hic attexta ad œconomicam politicam

ticam Principis poteſtatem de qua uberanter *deciſ.* 42.

32 Mandata etiam attingere libuit per Regium Concilium nonnunquam facta die 7. Ianuarii 1568. referente Magnifico Senatore Poll fuit concluſum, quod Iacobus N. coniugatus traderetur ſub ſacramento, & homagio, &c. & quod fieret ei mandatum de non malè tractando eius matrē, & quod non ingrediatur domum illius abſque eius licentia, & permiſſu, & quod non ingrederetur Lupanarium ad pœnam fuſtigationis, & etiā quod nō deferret arma offenſiva die, vel noctu ad pœnā ſerviendi in Regiis triremibus per biennium.

33 Die 20. Februarii 1568. concluſio referente Magnifico Sen. Poll, quod Monſerratus N. traderetur ſub ſacramento, & homagio, &c. & quod fieret ei mandatum de nō habitando cum Bernarda N. eius amaſia ad pœnam fuſtigationis.

34 Die 20. Martii eiuſdem anni 1558. concluſio, quod Angela N. tradatur ſub ſacramēto, & homagio, & quod fiat ei mandatum de non dicendis conviciis coniugibus Rodrigues, & coniugibus Olivers, & de evacuando vico N. ad pœnā fuſtigationis.

35 Die 9 Iulii dicti anni 1568. cōcluſio, quod Petrus N. tradatur idoneę manuleutę, &c. & quod fiat ei mandatum de nō habitando cum N. & de non tranſeundo per vicū de las Puellas ad pœnam fuſtigationis.

Hæc ſummatim placuit enarrare, reliqua in operis diſcurſu ſuis locis adaptata occurrent, in ſpecie mandati continentis quod aliquis non tranſeat ante domum alterius ex iuſta cauſa, utpotè ixæ, vel ſcādali evitandi Alexand. cæteriquę ſcribentes *in l. quod iuſſit auctoritate gloſ. ibi. ff. de re iudic.* Ponte *de poteſt. Proreg. tit. 1. nu.* 13. Viſil. *deciſ.* 149. *num.* 11. Riccius *in prax. variar. reſolut. reſol.* 395. *in fin.* Herculan *in tract. de caut. de non offenden. cap.* 5. *num.* 14 *& cap.* 22 *in fin.* Afflict. *in Conſtit. cultus iuſt. num.* 5. ubi quod iudex ad populi quietem poteſt alicui certum locum interdicere. 36

Meretrices de vicinio honeſtarum mulierum expelli poſſe ediſſerunt Afflict. *in Conſtit. quę paſſim num* 1. Ioannes de Armon. *ſingul.* 67. *num.* 2. Anna *ſingul.* 338. etiamſi haberent domos proprias, Rovit. *in pragma.* 4. *num* 1. Peguera *deciſ.* 12. *tot.* qui iura noſtra expendit, & ſæpè practicari per iudices atteſtatur vicinis honeſtis inſtantibus; nam ſumpta ex arbitrio ſummaria informatione de ſcādaloſa, & meretricia vita præcipiunt infra tempus beneviſum, quod evacuent viciniam illam, & meminit *in additionibus num.* 10. de privilegio conceſſo Abbatiſſæ, & Convētui monialium Monaſterii ſancti Petri Puellarum præſentis Civitatis Barcinonę, quod illi liceret authoritate ſua propria, & dicti Monaſterii ſine requiſitione, & fatica Domini 37

Re-

Regis, Vicarii, seu Baiuli Barcinonæ, vel alterius Regii Officialis cuiuscumq; distringere quascúque turpes mulieres in parochia præfati monasterii degentes ad requisitionem vicinorũ eorundem per extractionem portarũ domorum in quibus morantur, tãetsi fuerint propriæ dictarum mulierum, ut à dicta parochia exeãt, & refert de suo tempore bis fuisse practicatũ, & adductas fuisse intus septa monasterii portas aliquarum domorum, & de meo tẽpore non semel vidi fuisse huiusmodi mulieres de ordine Abbatissæ expulsas à parochia pro his, & similibus mandatis videndus effusè percurrens Avendaño *in tract. de exeq. Reg. mandat.*

38 Super modo tradito votandi, & concludendi prout in formula 3. vide *Cõst. 1. & seqq. tit. de la forma de votar, y conclourer las causas en la Aud. y Concell R.* & de voto Proreg. exscripsi *dec. 5. nu. 29.* animadvertas autem in hac materia disceptatam esse quæstionẽ, si tres ex septẽ Senatoribus reum damnent capite, duo in pœnã relegationis, & duo in pecuniã, quæ sententia numeranda, & pronuntianda sit, in cõtraria sũt scisi vota scribẽtes. Cuiac. 39 *observ. 16. lib. 12.* tenet prævalere graviorẽ sententiam capitis pœnam imponentem, cũ sit potior numero duabus singulis, non aliter quam si tres capite dãnassent, unus deportatione, unus pecunia, unus fustibus, quia diversarum sententiarum coitionõ datur quoties impares sentẽtiæ sunt, & necesse erit minoris numeri voces etiamsi eæ sint forsitan honore, vel æquitate maiores cedere numero maioribus Fab. *in li. 1. tit. de senat. defin. 5. vers. idemque* fatetur iungi non posse sententias damnantium in pœnam mortis, & relegantium.

Ita in puncto iuris sensit Cuiac. sed 40 in Senatu Mediolanensi mediã in eo casu sententiam præponderare testatur Franciscus Sadarin. *respons. 48.* & ex Garono *de sena. in præl. cap. 11. n. 59.* recitat sequẽdos non esse eos qui pœnam mortis præferri volunt; nam, inquit, maiorem numerũ sumendũ esse relativè, & complexivè, ad omnes Senatores qui suffragia ferunt, nõ autem distributivè ad tenentes unam vel alteram opinionem, & hoc placitum sectantur permulti laudati per Francis. Marc. *q. 690. p. 1.* Blanc. *de compromiss. q. 9. num. 66.*

Mitiorem hoc in casu sententiam 41 firmiter propugnarunt authores Lusitani, & peculiari lege confirmarunt Cabedo *decis. 7. p. 1.* & antea censuit Alciat. *in Parerg. lib. 9. cap. 14.*

Alii verò voluerunt tres sententias 42 in suspenso stare quousque aptus Iudicum associatorum alterius Aulæ numerus in unum conveniat *l. duo Iudices 28. ff. de re iudic.* Robert. *de loc. cõtrou. l. 1. c. 1* post Franch. *dec. 356.* qui narrat in causa ardua tres ex una Aula fuisse in Regio Collaterali Concilio cum Regia Camera pro adiunctis, & causa votata, & in votis extãte disparitate circa summã, unũ ex Dominis dixisse deberi publicari sentẽtiam secũdum vota eorũ qui in minori summa cõcurrebant ad condemnationẽ; circumscriptis votis eorum, qui concurrebant ad absolutionem, qui erant numero minores numeratis omnibus

iis qui cõcurrebant ad cõdemnationem, licet in ſumma eſſent diſcordes ex text. *in l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arbitr. cap. 1. de arbitr. in 6.* & quia omnes aſſeruerunt fuiſſe ſervatum contrarium; idcircò fuerunt additi in prædicta cauſa alii tres Conſiliarii, ſequuntur Caball. *caſu 119. à num. 6.* Theſaur. *deciſ. 1 num. 12.*

43 Sadarino citato placuit mediã eligi pœnã, quia in theſi propoſita quinque ex ſeptẽ Iudicibus conveniunt ut reus maiore pœna plectatur quã pecuniaria, ideòque ſicuti prima ſententia capitis eſſe ſimul nequit cum tertia pecuniaria; ita ſecundæ relegationis, ſe cũ utraque compatitur, nempè cum graviore ut durius plectatur reus quam in ære, & cum mitiore, ut ne moriatur, & ita ſententia media eſt capax acceſſionis primæ ſententiæ.

44 Atverò relegationis ſententia accedere nequit aliq in favorẽ rei; quia pœna pecuniaria iam excluſa fuit per eos quinq̃ Senatores, qui volunt acriorẽ irrogari, & ſi media ſentẽtia iũgeretur mitiori tunc media recederet penitus à ſe ipſa, & ſic pœna applicaretur reo quã maior numerus Senatorũ renuit, quod inconveniens non cõſideratur ſi prima ſententia ſociet ſe cum media; iſta namq̃ nuſquã fuit excluſa maiore numero Senatorũ; quoniã ſi authores tertiæ cogerentur adhærere alterutri potius in mediam, quam in ſeverioreẽ veniſſẽt, hucuſque Sadarinus, alia pro cauſis civilibus, & criminalibus tradidere præcitati DD. ac Carol. Ant. de Luc. *ad dec. 356. Vincent. de Franch.*

Vide *Exemptus.*

Non sunt exempti ab statutis Principum quatenus spectent ad pacem, & favorem reipublicæ,ibidem in fin.

Si quis ob fraudem post commissum delictum clericus efficiatur an foro Ecclesiastico gaudeat qui DD. tractent,decis.53.pag.159.num.19.

Clericus factus post commissum delictum Iudici seculari quoad bona subiicitur, non quo ad personam, quod limitatur in clerico assumpto ad ordines minores tantum, nam iste nec in persona gaudet,ibid.nu.20.

Similiter obtinens beneficium Ecclesiasticum post delictum commissum in fraudem privilegio fori non gaudet, sed puniri debet per Iudicem secularem, cum tribusque Senatus decisionibus confirmatur, ibid. nu. 21.& pag.160.num.22.23.& 24.

Tunc dicitur aliquis effici Clericus, seu assumere ordines minores, vel beneficium ecclesiasticum in fraude, quando post delictum commissum, vel ante susceptos ordines,vel beneficium Ecclesiasticum fuit accusatus,ibid.num.25.

Clerici pro criminibus non exceptis ad Ecclesiam confugientes, non gaudent eius immunitate de consuetudine,licet inter scribentes disceptetur, decis.54.pag.165.num.3.

Licet cum sono emisso possint ab Ecclesia extrahi in Cathalonia per Dominum Regem infra tamen 24. horas Iudici Ecclesiastico sunt remittendi,

tendi, ibidem num. 6. & 7. vide num. 10. & 11. cum decis.

An in hoc casu profit appellatio, ibid. pag 168. num. 12.

Vide *Ecclesia, Executio, Laicus.*

Clericus inquisitus de delicto non excepto posset ab Ecclesia extrahi per Iudicem laicum, si vellet, aut instaretur in vim Brevis *Greg. III.* sed iustius, & securius per Ecclesiasticum huiusmodi extractio fit, decis. 54. num. 18. & 19. cum decis.

Falsum deponens coram Iudice laico ab ipso puniri nequit, decis. 58. pag. 193. num. 11.

Licet a Iudice laico coerceri prohibeatur potest tamen contra ipsum procedi super falsitate quatenus opus fuerit ad causam principalem, decis. 58. pag. 194. num. 13.

Falsum deponens coram Iudice seculari si à Iudice Ecclesiastico puniri desideratur, non potest ab ipso seculari inhiberi ne ad adulteriora procedat ad declarandam falsitatem, decis. 58 pag. 194. num. 14.

Ut testimonium coram Iudice seculari perhibeat per Iudicem Ecclesiasticum citari debet, ibid. num. 11.

Non potest cogi à Iudice seculari ad testimonium perhibendum coram se in criminalibus, & civilibus, ibid. pag. 195 num. 18. & num. 19.

Clericorum examen, aut depositio absque suorum Prælatorum licentia valida sunt, ibidem num. 20.

Clericus volens testificari si non admittatur à Iudice seculari nisi servatis sui Tribunalis solemnitatibus, & stylo, non propter hoc immunitas Ecclesiastica læditur, & quare, ibid. num. 21.

Præsumptio quæ stat pro veritate testimonii clerici non est adeò vehemens quod prævaleat processui Fisci, decis. 58. pag. 196. num. 26.

Clericus in causis feudalibus citandus est, & comparere debet coram domino feudi, & iudicibus feudalibus, & quare, decis. 61. pag. 223. num. 7.

In flagranti crimine, vel immediatè post. vel ex intervallo data suspicione fugæ, per Iudicem secularem capi potest, ad effectum tantum remittendi eum Iudici Ecclesiastico, decis. 70. pag. 286. num. 11.

Coactio.

Duplex est una, præcisa, & absoluta, alia verò conditionalis, decis. 45. pag. 99. num. 40. & 41.

Cognoscere.

De aliqua re incidenter, & cognoscere principaliter quid sit, decis. 60. pag. 217. num. 52.

Commissarius.

Ex duobus commissariis unus non iudicat sine alio, decis. 78. pag. 340. num. 15.

Commissarii possunt fabricare inquisitiones generales pro criminibus commissis, & capere quos culpabiles invenerint, non egrediendo tamen fines instructionis illis datæ, compil. pract. pag 9. num. 2.

Commissio.

Facta Consulibus alicuius Villæ, ut illam submittant Regi inimico est crimen læ æ Maiestatis, & pœna ordinaria punitur, etiam non sequuto effectu, decis. 48. pag. 117. num. 24.

Limitatur in casu extremæ necessitatis, ibidem num. 25.

Commissiones sibi ipsis Præsidentes Reg. Aud. & suo casu antiquiores in Aulis quandoque faciunt, decis. 79. pag. 344. num. 1.

Quod exemplis declaratur num. 4. sicque tunc propria commissio non appellatur, sed retentio, ibid. num. 2.

Quæ fit per Præsidentes Doctoritus Reg. Aud. non est delegatio, sed causarum distributio, ibid. pag. 345. n. 7.

INDEX.

Ea per quam iurisdictio tantum ordinaria excitatur non est delegatio, decis. 86.pag.390 num.4.

Generalis datur Commissariis, ubi nomina delinquentiũ ignorantur, cõpil. practic. pag.9.num.1.

Competentia.

Inter Reg. Aud. & Baiuliam Generalem circa causam introductam à Syndico Tarregæ contra Universitatem de Anglasola, super usu quarundam aquarum, refertur, decis. 64. pag.248.num.17

Compositio.

Super dubio an ad compositionem admittendi sint rei, qui crimina læsæ Maiestatis commiserunt in præsenti Principatu Cathaloniæ, trium Aularum decisio refertur remissivè, decis.43.pag.78.num.9.

Non est cum reo facienda nisi ex processu appareat quid substantiale criminis, decis.51.pag.142.num.1.

Est transactionis genus, ibid.num.2.

Ad illam non potest absque semiplena probatione deveniri ex aliquorum placito, decis.51.pag.146.n.15.in fin.

Compositio non debet esse excessiva, sed iusta, & congrua delicto, decis. 53.pag.161.num.30.cum Senatu.

Vassallis gravatis per compositionem immoderatam existentibus potest Baro à Senatu compelli ad moderatam exigendam, ibid.num.31.

Absque delicto non habet locum, decis. 74.pag. 307.num.10. & compil. pract.pag.171.num.7.

Compurgatio.

In illa deficiens punitur tamquam verè convictus, quia talis à iure præsumitur, decis.41.pag.9.num.31.

Vide *Princeps.*

Concubinarius.

Concubinarii mulcta puniri possunt aliis pœnis non inflictis, non violato Concilio Tridentino, licet variis vindictis subsint, si pertinaciter perseverent, cum plurium Senatuum decisionibus, decis.53.pag.157nu.1.

Condemnatus.

Vide *Appellare.*

Condemnatus ad mortem per famem potest abstinere à cibo clanculum oblato, decis.44.pag.84.num.7.

Ad mortem si quis fuerit Reg. Sententia, & postea aggratiatus cum commutatione pœnæ mortis ad aliam, si fit expressum quod contravenientе illo remaneat in suo robore, probata contraventione, exequitur sententia, decis.44.pag.85.num.11.

Ad præstandum patientiam dumtaxat citra illam traditionem, seu factum extractionem litterarum exequutorialium non evadit, nisi se promptũ parere iudicato in iudicio declaret, decis.49.pag.125.num.1.

Ad factum solvendo interesse an liberetur, ibid.pag.127.num.7.

Condemnatis ad triremes datur certificatoria suæ sententiæ, & quare, compilat.pract.pag.164.num.27.

Pro condemnatis ad præsidium, vel arcem quid sit observandum, compil. practical.pag.165.num.28.

Aliquoties conceditur terminus infra quem à loco vetito recedere debeãt, ibid.num.29.

Conditio.

Ut quis omnia delicta revelata prõbare teneatur, est individua, compilat. pract pag.342.num.18.

Confessio.

Extraiudicialis est indicium efficax, & semiplenè probat, decis. 40. pag. 8. num.12. in fin.

Ad torquendum sufficit, ibid.pag.9.nu. 13. & pag.11.num.23.*versic. Aderat.*

Facta in tortura extra tormentorum aspectum ratificari debet, ut confitenti noceat, decis.45.pag.89.num.3. & pag.96.nu.28.& quare num.29.

Abs-

INDEX.

Absque peccato non adest materia necessaria ad confessionem sacramentalem, & absolutionem, decis. 51. pag. 142. n. 3.

Quibus casibus est facienda confessio de peccato veniali sicut de mortali, ibidem.

An qui solū meminit se peccasse mortaliter, nescit tamen speciem peccati possit illud in genere confiteri, ibid. n. 5.

Confessio extraiudicialis geminata ad condemnandum non est sufficiens, sed ad acriter torquendum, decis. 41 n. 9. pag. 144.

Duæ confessiones extraiudiciales non multiplicant indiciū, cum sint unius generis, & qualitatis sunt tamen idē indicium cum maiori fortitudine, ibid. n. 10.

Ex confessione facta à reo propter impunitatem criminis promissi nō potest sequi condemnatio, decis. 66. pag. 261. n. 7.

Limita ut pag. 292. num. 8. & declara ut n. 9.

Confiscatio.

Confiscationis pœna non intrat contra occidentem se ipsum, decis. 41. pag. 56. n. 55.

Facultas confiscandi non censetur indulta ex potestate mulctandi, decis. 53. pag. 157. n. 10.

Ius confiscandi regale est, & soli Principi competit, quando bona principaliter confiscantur, non verò si in consequentiam, ibid. n. 11.

An casibus in quibus confiscationi nō est locus, imponi valeat pœna pecuniaria quantitatis ingentis disceptatur, ibid. pag. 162. n. 32.

Confiscationis diffinitio, ibid. n. 32.

Idem est dicere confiscatio, ac ad fiscū applicatio idemque ibid. n. 33.

In confiscationibus ab statuto dispositis non comprehēditur filiorum delinquentis legitima, decis. 90. pag. 422. n. 10.

A quo tempore sit facienda æstimatio talis legitimæ in hoc casu, ibid.

Confiscationis pœna neutiquam irrogatur ubi mortis supplicium ex causa non imponitur, compil. pract. pag. 244. n. 7.

Vide *Regalia, & Moneta.*

Confiscationes per iura patriæ sunt interdictę in omnibus criminibus dēptis læiæ Maiestatis Divinæ, vel humanæ, compil. pract. pag. 265. n. 3.

Confrontatio testis.

Reo tantum capto practicatur, compil. pract pag. 85. n. 1.

Quomodo practicetur etiam quo ad Clericos & Regulares, cōpil. practi. pag. 86. n. 2.

Confrontatio testis cū muliere violenter rapta quomodo fiat, ibid. n. 3.

Testis nequit confrontationem recusare, imò ad eam cōpellitur, ibid. n. 4.

Reus cogi potest ad confrontationem cum testibus & tunc fit facie ad faciem, ibid. n. 5. quid in Regno Valentiæ servetur pag. 87. n. 6.

Connexitas.

Ob quam ad Reg. Criminale Conciliū causæ evocantur, ne continentia dividatur, comp. pract. pag. 236. n. 1.

De huiusmodi praxi, ibid.

Consiliarius.

Vide *Civitas.*

Consiliarii Civitatum an possint incidere cum suis insigniis in alieno territorio, decis. 64. pag. 246 n. 6.

Barcinonæ prætendunt eis specialiter indultum esse per totam Hispaniem posse incedere insigniis consularibus, ibid. pag 247. n. 13.

Minoriscensis Civitatis hac prærogativa ex consuetudine præscripta gaudent, ibid. n. 14.

Regii Consiliarii obligantur in foro exterioti, & conscientiæ ex malo

consilio etiam non doloso, deci. 87. pag 398.n.6.

Tenentur non solum bona, & iusta cõsulere, sed etiam contraria refellere consilia, ibid.

Dolosè Principem consulentes ultra refectionem damnorum ab officio sunt removendi & puniendi, ibid.

Consilium.

Si secundum consilium iudicandum est, & contra, vel præter illud pronuntiatur, actus nullus redditur, decis. 78. pag. 340. n. 16.

Neminem obligat in contractibus, nisi dolosum sit, decis. 87. pag. 397. n. 5.

In delictis regulariter obligat, ibidem, quod declara, ut ibid. in fin.

Nusquam malum consilium inultum remanet, decis. 87. pag. 398. nu. 8. in fin.

Ut consilium in delictis obliget, quæ requirantur, ibid. pag. 399. n. 9. & 10.

Ut dato consilio consulens excusetur à pœna, quid requiratur, ibid. n. 11.

De his qui mala consilia affectant, & assequuntur, exindeque dantes, & accipientes prolabuntur, ibid. pag. 401. n. 16.

Consuetudo.

Ad consuetudinem requisita proponũtur, decis. 63. pag. 241. n. 16.

Est probanda in specie, & casu de quo agitur, non autẽ in genere, decis. 82. pag. 372. n. 41.

Contra ius non extenditur, ibid. n. 42.

Loci particularis attendenda est, & ea extante inspicienda non est observantia loci dominantis, ibid. n. 43.

An deficiente consuetudine propria ad Regni, vel loci vicini consuetudinẽ recurrendum sit, ibid. in fin. remissivè.

Consuetum.

Verificatur in duobus actibus, & per hoc differt à solito, decis. 63. p. 240. n. 13. & pag. 241. n. 14.

Quibus documentis fuit à Civitate Minoriſſæ probatum, decis. 63. pag. 241. n. 15.

Consulens.

Vide *Consilium, Consiliarius.*

Consultatio.

De consultationibus, & relationibus, qui DD. tractent, decis. 83. pag. 378. n. 15.

Vide *Ordinarius.*

Consultatione pendente nihil est innovandum, decis. 87. pag. 401. nu. 18. & quomodò hoc sit intelligendum, ibid.

Constitutio.

Constitutiones nostræ leges pactionatæ appellantur, decis. 42. pag. 61. n. 7.

Contentio.

Contentiones inter Reg. Aud. & Baiulum Generalem quomodo soleant tractari, & decidi, decis. 64. pag. 248. n. 19. & 20. ubi declaratio suæ Maiestatis exponitur.

Contentione pendente si reus petat sibi edi processum ante evocationem coram ordinario conditum, locum habet editio, licet Fiscus se iuvari illo nolit, decis. 65. pag. 257. nu. 23. cum decis. Senatus, & pag. 258. num. 27. etiam cum decisione.

Contentionis, seu iurisdictionis competentiæ inter Judices Ecclesiasticos, & seculares quomodo in Cathalonia terminandæ, compil. pract. pag. 295. n. 1.

Contentio inter Judices seculares, Regios, Ordinarios, & similiter Ecclesiasticos ordinarios, & eos qui ut tales reputantur, firmatur in Cathalonia. ibid. nu. 2.

Adversus verò Iudices delegatos, in contentione jurisdictionis proceditur per citationem ad bancum Regium informandum, ibid. n. 3.

Quæ observanda sunt in processu citationis ad bãcũ Regũ ibid. à n. 4. ad 8.

De-

INDEX:

Declaratio occupationis temporalitatum, aut bannimenti duobus practicatur modis, compil pract. pag. 296. num. 9.

Qui subscribere debent provisioni bannimenti, ibid.

Declaratio, aut sententia occupationis temporalitatum quomodò notificāda, ibid. n. 10.

Monitorium mittendum Iudici Ecclesiastico quatenus infra dies sex in executionem sententiæ exeatà præsenti Principatu quomodò formandum, ibidem num. 11.

Terminis assignatus in Regiis litteris abbreviari potest si casus urgentiæ exposcat, ibique Senatus decisio, ibid. num. 12. & pag. 297. num. 13.

Contentionis praxim servandam pro immunitate gaudentibus remissivè, compil. pract. pag. 311. num. 3.

Contentio non firmatur super immunitate Ecclesię reo non capto, ibid. num. 4.

Firmata contentione etiam si extractus Ecclesiæ restituatur, eo petente super immunitate est declarandū, ibid.

Quando firmanda sit à rei Advocato, ibid num. 5.

Ad contentionem firmandam sufficit consanguineus, amicus, aut procurator rei solus, vel cum fisci procuratore, ibid.

In his causis coram Iudice Ecclesiastico solum testes recipi possunt super violenta extractione rei, non verò super sceleris qualitate, compilat. pract. pag. 312. num. 6.

Imminenti periculo cessante secundæ litteræ contentionis nequeunt expediri per Curiam Ecclesiasticam nisi elapsis tribus diebus computandis à die præsentationis primarum, ibid. nu. 7.

Pro contentione declaranda quantus sit terminus arbitris præfixus, comp. practic. pag. 312. num. 8.

Elapso termino præfixo arbitris contentionis causa devoluitur Reverendo Cancellario statim eius non declarantibus, & quantus sit terminus ad eam declarandam, ibid. n. 9.

Curia Ecclesiastica, & reus omnem habent dilationem in causa devoluta, procurator autem fiscalis solum dimidiam, ficque reo renuntiante, ad residuum non exauditur, ibid.

Quæ differentia interveniat inter contentionem super immunitate ertā; & iurisdictionis, compil. pract. pag. 313. num. 10.

Quæ servanda sint in comperentiis agitatis cum Tribunali Sanctæ Inquisitionis, ibid.

Contentio diversimodè est considerandā casu quo fuit decisa solo reo in causa existente, & casu quo fuit renuntiatione sopita, compil. pract. pag. 314. num. 12.

Si procurator fisci Curiæ Ecclesiastica, & pars privata adsint in causa contentionis decisa quando nova firmatur, quæ servanda, ibid. num. 13. & 14.

Firmata prima contentione per solam Curiam Ecclesiasticam, si litteræ à Curia seculari emanatæ fuerint præsentatæ, & cætera procedimenta intimata reo, & procuratori fiscali Curiæ Ecclesiasticæ, ipsa decisa novam firmare non licet, ibid. nu. 15.

Durantibus altercatis coram arbitris motis non dormit tempus ipsis concessum, sed eo elapso statim causa devoluitur, compil. pract. pag. 315. num. 16.

Devoluta verò contentionis causa ad Cancellarium durantibus altercatis terminus præfixus pro declaratione non currit, ibid.

In contentionibus Cancellarius habet iurisdictionem Pontificiam, & Regiam,

giam, & poteſt in ſententiis ſtatuere procedendi modum, compil. pract. pag. 320. num. 32. & 33.

Contractus.

A carcerato celebratus cum fiſco invalidus eſt, & quare, deciſ. 45. pag. 90. num. 6. in fine.

Vide *Metus.*

Contractus irritus redditur ex importunæ petitionis exuberantia, ibid. n. 7.

Iuſto initi metu in praxi nulli declarantur, & quatenus de facto proceſſerunt annullantur, deciſ. 46. pag. 102 num. 1.

Meticuloſus neque iuramento convalidatur, ibid. num. 3.

Contrahens.

Urgeri poteſt in loco contractus ſi in eo reperiatur, deciſ. 95. pag. 444. num. 15.

Et quando licet abſit, poſſit in loco cõtractus conveniri, ibidem num. 16. 17. & 18.

Contumacia.

Inobedientium variis pœnis coërcetur quæ ibi enumerantur, deciſ. 56. pag. 179. nu. 13. & pag. 180. num. 14. & 15.

Suos effectus non operatur ſi non fuerit accuſata, compil. pract. pag. 50. num. 3.

De contumacia quam exigit excommunicatio, compil. pract. pag. 51. nu. 5. remiſſivè.

Contumax.

In aliquibus Regnis de certis delictis pro confeſſo habetur, deciſ. 41. pag. 54. num. 52.

Contra contumacem fit executio pro pœnis incurſis, & bona illius, fructuque beneficii (ſi forte obtinet) ſequeſtrantur, accuſata per fiſci procuratorem cõtumacia, deciſ. 56. pag. 177. num. 2 & 3. & pag. 181. num. 19. cum deciſ.

Praxis Regni Neapolitani pro delcriz bendis bonis contumacis, ibid. pag. 178. num. 7.

Contumax puniendus venit iuxta limites ſuæ contumaciæ, & pro modo culpæ, ibid. pag. 181. num. 18.

Dicitur qui tribus citationibus, vel una pro tribus non comparet, com. pract. pag. 50. num. 2.

Copula.

Carnalis quando, & ex quibus plene probata intelligatur, deciſ. 41. pag. 49. num. 32.

Corona.

Vide *Arma.*

Corpus delicti.

In furto quando nulla ſuperſunt veſtigia, exclamationibus derobati, aliſvè coniecturis probatur, deciſ. 59. pag. 198. num. 1.

Ad illud probandum non ſufficit confeſſio rei, comp. pract. pag. 15. nu. 2.

In delictis quorum remanet veſtigia, ut probetur requiritur peritorum relatio, ibidem.

Plenius probatur reſpectu rerum furatarum eis ante furtum in domo derobati exiſtentibus, qua exiſtentia detecta nihil amplius deſideratur, ibid. num. 3. & 4.

Creditor.

Habens facultatem à debitore conceſſam capiendi poſſeſſionem rei hypothecatæ propria auctoritate, poteſt petere aſſiſtentiam & ei eſt concedenda ad dictum effectum, deciſ. 64. pag. 245. num. 4. cum Senatu.

Creditorum maior pars poteſt minorem compellere ad tranſigendum cum debitore communi computando reſpectu quantitatis debitæ, & conceſſa dilatione ad ſolvendum abſque ulla tamen condonatione, deciſ. 99. pag. 461. num. 9. limitatur pag. 462. num. 10. quæ limitatio non obtinet quando maior pars creditorum quæ firmavit tranſactionem ha-

bet

ber etiam credita iurata, & æquè privilegiata, ibid.num. 11. cum Senatu.
Creditor ex causa dotis an possit cogi ad concurrendum in moratoria, ex iustitia per maiorem partem creditorum concessa, ibid.num 12.

Crimen.

Læsæ Maiestatis in primo capite pluribus modis committi potest, comp. pract.pag.243.num.1.remissivè.
Committitur cõtra Regem, Principes, & Civitates superiorem non recognoscentes.ibid.num.2.
Per crimen læsæ Maiestatis incurritur confiscatio bonorum, tam de iure communi, quam municipali, ibid. num. 3.
In hoc crimine quomodo formetur processus, quæ facienda, & observanda sint, ibid.num.4.
Septem casus criminis læ æ Maiestatis in primo capite enumerantur, cõpil. pract.pag.244.num.5.
Quæ circunstantiæ perpendendæ sint ne indistincte scelera ad hoc genus flagitii referantur, ibid.num.6.

Cumulatio.

Qui DD. peregerint de cumulationis materia ad criminale institutum, decis.68.pag.273.nu.3
Concurrente favore publico ne delicta remaneant impunita admittenda est cumulatio, & excludenda minoris Iudicis iurisdictio, decis. 68. pag.274.num.6.

Curator.

Se subscribit depositioni rei minoris, comp.pract.pag.100.nu.14.
Ei, omnes intimæ dirigendæ sunt, ibid.nu.14.
Non potest quidquam in depositione reo advertere, nec aliquid pro eo proferre, ibid.

D

Debitor.

Fugitivus an possit propria auctoritate capi, decis.65.pag.252.nu.2. remissivè.
Captus pro debito civili nulliter ex defectu iurisdictionis non potest pro alio debito in eisdem carceribus ad instantiam alterius creditoris, seu pro alio debito detineri, nec recomendari, decis.71.pag.290.num.7.
Indebitè captum ad instãtiam aliorum creditorum posse retineri ab aliquibus DD. affirmatur, decis. 71. pag. 292.num.12.
Debitor in diem si creditoris interfit, potest ante diem conveniri, & rectè solvit soluto interesse quod ex dilatione consequi posset, decis.94.pag. 438.nu. 6.& pag. 439.num.7.& 8. cum Senatu.
Debitori in diem instante creditore ante diei adventum præcipi valet ex causa, ut solvat, aut tradat creditori fructus ex re locata perceptos, ut in turo ponantur absque tamen sui præiudicio, & damno, & quare, ibid.n. 9.& 10.
An debitor ex delicto addici debeat creditori si solvendo non est, decis. 94.pag.440.num.11.

Debitum.

Debita fiscalia prærogativam habent, ut pro illis executivè procedi possit contra personam, & bona etiam militum, nobilium, vel aliorum privilegio gaudentium, compi.pract.pag. 277.num.15.

Decoctor.

Vide *Fallitus.*

Defensio.

Tolli nequit à Principe ab eo tamen potest arctari, & minui, compilat. pract.pag.104.num.1.

Defen-

INDEX.

Defensionis terminus est Iudici arbitrarius, & etiam valet quandoque ad certas horas restringi, ibid.

Tolli nequit ab statuto, seu consuetudine, ibid.n.2.

Assignatio defensionum fieri debet etiam si non petita, ibid.n.3.

Reus non potest suis defensionibus renunciare, ibid.nu.4.

Limitatur tamen in diversis casibus expressis, ibid.

Atveró valet renuntiatio rei tacita per lapsum termini, compilat.pract.pag. 105.num.5. & circa hæc practica Regii Criminalis Concilii enarratur, ibid.

Nullis datis defensionibus post lapsum termini expediri valet causa criminalis, compil.pract.pag.106.nu.10.

Termino autem reo ad defendendum non præfixo sententia proferri nequit, alias esse nulla, ibid.

Delegatio.

Non est, commissio per quam iurisdictio ordinaria tantũ excitatur, decis. 86.pag.390.num.4.

Propria delegationis definitio, ibid. num.5.

Delegatus.

Suam iurisdictionem exequi non potest iudice ordinario loci irrequisito, decis 53.pag.157.nu.11.in fin.

Potest auxilium à Iudice seculari implorare, decis.54.pag.168.nu.16.

Delegatus Iudex quisnam, decis.86.pag. 590.num.5. Vide *Iudex.*

Delegantem omninó representat, ibid. num. 6.

In delegato iurisdictio existit cum præeminentia, & superioritate delegãtis, decis.86.pag.391.nu.7.

Delegatus ad executionem non admittit exceptiones contra sententiam, neque de eis cognoscere valet, ibid.num. 10. quod intellige, ut ibidem.

Delictum.

Vide *Locus delicti.*

In delictis occultis, & difficilis probationis ad pœnam ordinariam infligendam sufficiunt plura indicia dubitata efficientia unum indubitatum coadiuvãtibus adminiculis, decis.50. pag.137.nu.19.

Unum delictum si sit plene probatum, & aliud semiplenè tantũ, de utroque fit mentio in conclusione, sed aliud crimen semiplenè detectum sceleris plene probati pœnam aggravat, ibi. pag 138.num.26.

Si fuerit unum delictum plene probatum reliquis semiplenàm probationem non continentibus in conclusione id de quo adest probatio exprimitur cum clausula, *& de aliis criminibus, & delictis de quibus diffamatus extitit*, ibid.num.27.

De delicto commisso extra territorium an possit Iudex originis, vel domicilii cognoscere, decis. 68.pag.275. num. 10.

Ad Iudicem loci delicti cognitionem pertinere ab aliquibus affirmatur & quare, ibidem.n.12.

Ubicumque delicta claruerint puniri oportet, & quomodò hoc sit intelligendum, decis 69.pag.282.n.15.

In delictis atrocissimis fas est iura trãsgredi, ibid.num.18.

Ex quolibet delicto duplex oritur actio, decis. 88. pag. 404.nu.1. quod exemplis declaratur, ibid.& n.2.

Pro unius delicto alter non punitur, & quare, decis.90.pag.420.n.1. & pag. 421.num.2.

Pro delicto ab alio perpetrato potest quis puniri, ibid.n.3.4 & 5.

Ex delicto patris filiis infligitur pœna, ibid.nu.4.

Ex iusta causa debet moveri Princeps ad statuendum, ut quis ob delictum alterius plectatur, ibid.nu.6.

Pœna corporalis etiam ex causa pro alieno delicto irrogari non valet, sed tantum pecuniaria, ibid.

Quæ sint iustæ causæ ad hoc, ut possit pœna imponi ex alieno delicto, ibid.pag.422.nu.8.& 9.

In crimine læsæ Maiestatis plectuntur filii ob parentum flagitium,ibid.

Pater,& Dominus respectivè in subsidium tantum tenentur, ex delicto filii, & famuli, ibid.pag.425. nu.20. & è contra.

Universitas in delictis successivis punitur ob facinora singularium, ibid. pag.426.num.21.

Cætera ad hoc institutum notabiliter pertinentia remissivè tradūtur, ibid. dict.num.20.21.& 22.

In delictis occultis, & difficilis probationis omnia indicia etiam levia conducunt ad criminis indegationem. compil.pract.pag.43.nu.1.

Delicta excepta quæ dicantur, cōpil. pract.pag.98.nu.8 & 9.

Extante æquali probatione delictorū, quando in conclusione unum exprimi tantum valeat quod supplicationem non admittit,& aliud sub involucro cum clausula generali,compil. pract.pag.166.nu.32.

Delinquens.

Metu involuntariè scelus admisisse præsumitur, & pœna illi temperatur, decis.85.pag 89.num.2.

In crimine flagranti à quolibet privato capi potest, & iudici præsentandus est, & quid si ei resista t,decis. 65. pag.252.nu.2.

An sit remittendus ad locum delicti si alibi aliud delictum commiserit,decis.68.pag.276.nu.13.

Delinquens ex regula generali remittendus est ad locum delicti, ibid.

Qui reperitur captus in uno loco pro delicto ibi patrato, si ab alio Iudice repetatur,ubi pariter delictum commisit,non est remittendus, donec sit punitus per Iudicem apud quem retinetur, ibid. & n.14. quod declara ut num.15.

Demens.

Dementi curator assignatur ut possit defendi,cōpil.pract.pag.107.n.14.

Delinquens traditur alicui consanguineo, ut illum in custodiam teneat, compil.pract.pag.108.nu.16.& 17.

Vide *Furor.*

Denuntiatio.

Omissa,scelus prodit, decis.40.pag.111 num.22.

Depositio.

Depositiones testium obtūcari in substantialibus, & tendentibus in reorum defensam turpissimum crimen est, decis.65.pag.257.nu.22.

Vide *Testis, Reus.*

Derobatus.

Ut obtineat res sibi surreptas restitui requiritur, ut plenè dominium earum probet,decis.59.pag.202.n.17.

Vide *Testis.*

Descendentia.

Etiam in antiquis ut probetur non sufficiunt duo testes de auditu, decis. 41.pag.47.nu.18.

Dignitas.

Duas, pluresvè dignitates, vel militias diversi generis, vel ordinis nemo obtinere potest, & quare, decis.84. pag.382.nu.15. quod limita,ut n.7.

Dignitates & tituli Regales in omnibus Regnis suis prærogativis perfrui debent, decis. 64.pag.247.nu.12.

Dilatio.

Vide *Moratoria.*

Dispositio.

Sub generalie dispositione non veniunt ea quæ speciali nota digna sunt,decis. 85.pag.384.nu.4.

Divortium.

In causa divortii, si Iudex Ecclesiasticus prævenerit ad ipsum spectat privativè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vativè alimentorum taxatio, decis. 60.pag.209.nu.13.

Doctor.

De Doctore falso privilegio utente in Senatu inquisito, decis.88.pag.405. num.8.

Dominium.

Coniecturis quandoque probatur, decis.59.pag.200.num.8.

Difficilis est probationis,ibid.nu.9.

Aut ex possessione præsumatur,ibid.

Non remanet probatum nisi de identitate rei appareat,ibid.num.10.

Dominus.

Pecuniæ furatæ,si constat de identitate præfertur in ea cæteris furis creditoribus,decis.59.pag.200.nu.10.

Fundi superioris potest aggeres & alias municiones facere in confinibus sui prædii ad divertendum aquam pluvialem, illamque immittendam in fundum inferiorem,decis.62.pag. 236.num.24.

Animus nocendi in domino fundi superioris excluditur sola probatione commodi resultantis ex opere manufacto,ibid.& num 25.

Domus.

Omnis domus Regio imperio administratur,decis.42.pag.61.n.10.

Donatio.

Remuneratoria servitiorum subsistit licet sit de bonis à Regio diademate inseparabilis, decis.74. pag. 310. num.18.

Ut dicatur remuneratoria non sufficit sola partis assertio meritorum præcipuè in suspectis, & prohibitis negotiis,decis.76.pag.320.nu.2. quod limita in assertione Principis, quia ea sola merita probat, decis.76.pag. 320.n.3. sed contra Senatus ibid.

Donatio remuneratoria non potest à Principe revocari, ex quo vim contractus habet,ibid.pag.322.n.10.

Ut dicatur transiisse in contractum onerosum quid oporteat, decis.76. pag.323.n.11.

Facta per Principem vassallo ob merita per hunc debita simplex est, ac gratuita, & vim contractus non habet, nec ratione illius evictio debetur,decis.76.pag.329.n.1.

Ratione donationis remuneratoriæ ad evictionē Princeps obligatur, ibid. n.2.& 3.

Donationes à Principibus ob remunerationem emissæ prætextu obsequii, & servitii, à vassallis debiti,nō evertuntur, decis.77.pag.330.n.5.

Inter patrem, & filium,maritū,& uxorem aliàs prohibitæ,propter servitia, & in remunerationem factæ tenent,ibid.pag.331.n.6.

Donatio remuneratoria tota subsistit, etsi quantitatem meritorum excedat arbitrio dimetiendo regulato.n.8.

In donatione Regia propter servitia, & benemerita facta læsio enormissima considerari nequit quamvis donatio merita exsuperet,& quare,decis.77.pag.332.n.9.

Donationes Principum debēt esse pro servitiis insignibus, & præclaris, ut privilegiis demanii præiudicari possit,ibid.n.10.cum Senatu.

Dubium.

Vide *Causa.*

E

Ecclesia.

Ab ecclesia non sunt rei extrahendi, nisi existente delicti,excepti ad minus,semiplena probatione, decis.54. pag.167.n.9.

Vide *Immunitas,Clericus.*

In ecclesia delinquens non consultò, sed rixa subitanea, etsi graviter gaudet illius immunitate, ibid.pag.168. num.13.

INDEX.

Ab ecclesia potest delinquens extrahi, si Clericus sit per Judicem ecclesiasticum, nō vocato iudice laico, ibid. num. 14.

Quando extrahitur ab ecclesia Clericus per iudicem secularem, hoc solum est iudici ecclesiastico auxiliū impetriti, ibid. n. 15.

Hoc auxilium implorare iudici delegato etiam licet, ibid. n. 16.

Ad ecclesiam confugientes gaudent eius immunitate, compil. pract. pag. 311. n. 1.

Declarato extractum ab Ecclesia eius immunitate gaudere, absolutus evadit de omnibus delictis antea commissis, ibid. n. 2.

Declarato eum ecclesiæ restituendum ab solutione non fruitur, ibid.

Reus ad Ecclesiam confugiens potest eius immunitati renuntiare, tā actu, vel facto, quam verbis, compi. pract. pag. 313. n. 11.

An ut talis renuntiatio valeat, necessarium sit in illa concurrere Fisci procuratorē Curiæ Ecclesiasticæ, ibid.

Ab ecclesia separatio potest removeri ad unam causam & manere quo ad aliam, compil. pract. pag. 444. n. 25.

Ecclesiasticus.

Vide *Princeps.*

Ecclesiasticis personis summoperè incumbit illibatam tueri ecclesiæ immunitatem, decis. 55. pag. 73. nu. 11.

Ecclesiastici, an statutis laicalibus factis urgente necessitate, & pro utilitate publica ligentur, & quod extante observantia, comp. pract. pag. 360. num. 18. usque ad pag. 364. nu. 26.

Electio.

Pœnæ Iudicis est, quando variæ sunt pro uno delicto impositæ, decis. 53. pag. 156. num. 3. & decis. 56. pag. 180. num. 17.

Empara.

Illam apponi sigillo Regio post concessam gratiam, à Principe aliquando licet, compilat. pract. pag. 27. n. 4.

Episcopus.

Potest non obstante *Cap. 8. Concil. Trident. de reformat.* punire concubinarios mulcta, non impositis aliis pœnis, decis. 53. pag. 157. num. 14.

Episcopi, & Abbates mitra decorantur extra suam Diœcesim, & aliis insigniis ad ornatum pertinentibus, & coram Summo Pontifice, non verò illis quæ respiciunt iurisdictionem, decis. 64. pag. 246. num. 7.

Possint ne in aliena Diœcesi celebrare cum insigniis pontificalibus sine licentia Ordinarii loci, ibid. nu. 8. & 9. & quare, num. 10.

Eques.

Non obstante notorio illorum privilegio, probatis minis factis parti instanti, ut ab instantia desistat, contra equites proceditur pro delictis cōmissis propter regaliam usatici, *auctoritate, & regalia*, decis. 48. pag. 111. num. 4.

Evocatio.

Causarum durantibus feriis pro utilitate *hominum inductis*, & Regia Aud. prorogata locum habet, decis. 98. pag. 454. nu. 1.

Vide *Littera.*

Exceptio.

Rei iudicatæ opponi non potest reo punito per Iudicem cognoscentem de crimine per modum exceptionis, seu incidentiæ, decis. 60. pag. 208. nu. 7.

Ut exceptio rei iudicatæ obstet requiritur identitas rei, modi, & causæ agendi, ac personæ, ibid. num. 10.

Exceptione litis pendentiæ non opposita valet utrobique processus, ibid. pag. 213. nu. 31.

Exceptio prævention is iudicii, est dilatoria, ibid. nu. 34.

Exceptio ne continentia causę dividatur,

tur, licet dilatoria in quacumque parte iudicii opponi poteſt, & quare, ibid.nu.35.
Plures exigit identitates,ibid.pag.214. n.37.in fine.
Quomodò differant exceptio litis pendentiæ, & exceptio ne continentia cauſæ dividatur,ibid.n.38.
Exceptio declinatoria fori nõ poteſt ad diffinitivã remitti,dec.69.p.280.n.7.
Exceptio malæ capturæ ſimiliter ad diffinitivam remitti nequit,ibid.n.8. & in comp.pract.pag.34.n.6.
Exceptio hoſtica, licet in aliis Regnis ad manutentionẽ retardandum non admittatur,in Cathalonia verò tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ſummariſſimo recipitur, deciſ. 99.pag.459.n.3.cum deciſ.Senatus.
An in Cathalonia locum habeat extante *Conſtit.2.tit.de diverſ.reſcrits, y elongam.* deciſ.99.pag.460.num.5. & 6.
Qua benignitate practicetur in Cathalonia,ibid.pag.461.n.7.
Exceptione hoſtica gaudent in Regno Siciliæ milites ad Comitias generales Regni venientes,& ab eis redeũtes,& in ipſis ſtantes, ibid.pag.462. num.13.
An hoſticã exceptionẽ allegans cõtra ſuos creditores, poſſit contra alios agere,ibi.
An huiuſmodi exceptio opponi poſſit an impediendã latæ ſententiæ executionem,ibid.
An eum iuvet qui per procuratorem ſervit,ibid.
Exceptio hoſtica an habeat locum in ſpolio recenti,ibid.
Oppoſita exceptione malæ capturæ procedimenta intimantur procuratori Fiſcali, & parti privatæ reſpectivè,in comp pract.pag.34.n.6.
Terminus currit à die oppoſitæ exceptionis,ibid.
Proviſio declarationis exceptionis malæ capturæ, ſi ea repellatur non intimatur parti, nec in eo ponitur *intimetur*,ibid.n.7.
Intimatur tamen cum reliquis procedimentis quando publicatur,& intimatur inquiſitio,ibid.
Huius exceptionis praxis, ibid.nu.8.9. & 10.
Talis exceptio quibus non competat, comp.pract.pag.81.n.11.& 12.
Simplici furi non ſuffragatur,ibid.

Excommunicatio.

Excommunicatione innodatus eam ſuſtinens pertinaciter per annum, hæreticus præſumitur, & ut talis condemnatur,deciſ.41.pag.54.n.49.
Quando eſt ab homine trina debet præcedere monitio,compilat.pract. pag.51.n.4.
Quæ monitio cum competenti intervallo aliquorum dierum fieri debet, niſi neceſſitas aliud poſtulet,ibid.
Monitio prædicta perſonaliter fit, ſed ſi malitioſè latitat citatus,ſat erit in domo emittere,ibid.n.6.
An quis ab una excommunicatione abſolvi non poſſit niſi ab omnibus abſolvatur, compil. pract. pag.343. num.20.
Una excommunicatione irretitus ab eccleſia ejectus agnoſcitur, ibid.
Pluribus excommunicationibus innodatus quomodo poſſit ab una abſolvi & in alia manere,ibid.n.22.
Irretitus pluribus cenſuris,unam doloſè celans,non cenſetur à Judice,ſeu confeſſario abſolutus ab omnibus, comp.pract.pag.344.n.23.
Excommunicationes connexitatẽ non habent, ibid.24.
Vide *Contumacia.*

Excommunicatus.

Ab uno, ab alio admitti non poteſt, comp.pract.pag.343.n.21.

INDEX:

Executio.

Ad excusandum expensas executionis requiritur quod condemnatus se offerat obedire, & quod nominet certam diem ad parendum cum effectu, decis. 49. pag. 126. num. 2. & 3. cum Senatu.

Executio à Senatu provisa contra obligatos ad factum alienum sub pœna, decis. 49. pag. 129. nu. 16.

Executio in bonis, & persona militis effecti post contractam obligationem, seu litem motam, fit cum assistentia Auditoris militaris, decis. 57. pag. 186. nu. 8.

Similiter sententia prolata cõtra Clericum effectum post litem motã executioni deducitur cum assistentia tamen Iudicis Ecclesiastici, & pariter contra effectum clericum post contractum, ibid. nu. 8. & 9.

Executio expensarum in quibus condemnatus extitit clericus ratione retardatæ exceptionis in Cathalonia respectu bonorum immobilium fit per Iudicem secularem cum assistentia ecclesiastici, ibid. nu. 10.

Quoties Iudex requisitus in executione aliquem gravat, an ad superiorẽ Iudicis exequentis, an verò Iudicis requirentis sit appellandum quæritur, decis. 86. pag. 391. nu. 9.

Pro executione sententiæ latæ in alio Regno in nostro Senatu facienda, citanda est pars exequenda, ibid. pag. 393. nu. 14.

Executio facienda in Cathalonia sententiæ latæ Tolosæ, & sic per alium Iudicem, & Regem traditur, ibid. pag. 395. nu. 20. remissivè.

Ab executionibus commissis à Romana Curia Senatus noster se abstinet, & quare, ibid. nu. 21.

Vide *feria.*

Executor.

Merus, nullomodo cognoscit de exceptionibus coram eo oppositis, decis. 86 pag. 392. nu. 12. quod limita, ut num. 13.

Exemptus.

Exempti, & Clerici extrahentes, seu introducentes res, aut merces tenentur in portis Civitatis illas ostendere gabellario, decis. 92. pag. 430. nu. 4.

Mota controversia inter exemptum, & gabellarium super dominio rei standum est iuramento exẽpti, ibid.

Huiusmodi iuramentum, est præstandum per exemptum ad mentem gabellarii absque ulla penitus æquivocatione, ibid. pag. 431. nu. 5.

Mota quæstione an res, seu merces quas extrahunt, seu introducunt exempti sint propriæ, vel alienæ, vel causa negotiandi, statur exempti iuramento, ibid. nu. 6.

In casu dubii fraudis potest per gabellarium iuramentum deferri, ibid.

Exempti etiamsi Clerici, vel Ecclesiastici sint in supradictis casibus possunt à Iudice seculari compelli, ibi. nu. 7.

Istud iuramentum est decisorium, ibid. num. 8.

Dictum iuramentum modo prædicto esse præstandum Senatus decisionibus comprobatur, ibid. pag. 432. n. 9.

Expensa.

Expensarum taxatio in quibus condẽnatur Clericus ratione retardatæ exceptionis fit per Iudicem secularem, decis. 57 pag. 186. nu. 10.

Expertus.

Vide *Visura.*

Extremum.

Immediatum ad medium, nequit esse medium proximum ad finem, decis. 50. pag. 137. nu. 22.

Non potest transiri de extremo ad extremum, quin transeatur per medium, ibid.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX

F

Factum.

Vide *Promissio. Promittens, obligatus.*

Facultas.

Facultate disponendi in donatione reservata donatore non disponente & bannito, an quantitas illa ad fiscum spectet, bona in eius contumaciam confiscari petentem, decis. 44 pag. 85. nu. 12. in fine.

Fallitus.

De fallitis, & decoctoribus qui egerint, comp. pract. pag. 64. nu. 1. & 2.

Quod tempus decoctioni proximum dicatur, ibid. nu. 3.

Decoctor, seu decoctioni proximus an possit transigere, ibid. remis.

An confiteri, vel recognoscere scripturam valeat, ibid nu. 4.

Distributio pecuniæ inter creditores decoctorum an sit facienda per Iudicem Civilem, vel Criminalem, ibid. nu. 5.

Falsarius.

Vide *Testis.*

Falsitas.

Falsitatis delictum atrox est, & per Iudicem Brevis Apostolici vindicatur, decis. 58. pag. 196. nu. 27.

Fama.

Cum aliquibus adminiculis sufficiens est ad torquendum etiam sine teste de visu, decis. 50. pag. 133. nu. 4.

Ex fama, & teste de visu plusquam semiplena probatio deducitur, ibid.

Fatica.

Non potest subsistere ius faticæ quin necessario præsupponatur præexistentia investituræ, decis. 61. pag. 225. nu. 16.

Favor.

Publicus, non extenditur ad obligationes contractas antequam quis miles efficiatur, decis. 37. pag. 186. n. 7.

Feriæ.

In utilitatem hominum inductæ possunt ex consensu partium prorogari. decis. 98. pag. 454. nu. 1.

Sed non utique in feriis introductis in honorem Dei, ibid.

Habilitatio partium feriarum non nocet testibus, neque Iudici, ibid.

Feriis quando censeatur renuntiatum, ibid. pag. 455. nu. 2.

Actus extraiudiciales celebrari possūt diebus etiam feriatis in honorem Dei, ibid. nu. 3.

Executio in persona, & bonis quando possit fieri diebus feriatis, ibid. nu. 4. cum decis. Senatus.

In criminalibus diebus feriatis etiam in honorem Dei potest procedi quo ad inquirendum, & crimina investigandum, ibid. pag. 456. nu. 5.

Sententiæ, ut proferri & exequi valeāt etiam in criminalibus regulariter expectandi sunt dies iuridici, ibid. quod limita, ut nu. 6.

De feriis quæ DD. egerint, decis. 98. pag. 457. nu. 14.

Feriati.

Dies, in honorem Dei solent in visuris de consensu partium habilitari, comp. pract. pag. 127. nu. 21. & pag. 129. nu. 31.

Feudum.

Posse dominum feudi illud retinere pro fatica venit de natura feudi, decis. 61. pag. 224. n. 14. Vide *Causa.*

Circa subiectam materiā Senatus decisio, ibid. pag. 225. n. 15. & eius motiva, n. 16. & pag. 227. n. 29.

Dominus feudi recusatus alium delegare potest, decis. 79. pag. 345. nu. 10. in fine.

Dominum feudi recusati non posse, sed extante causa suspicionis eidandum esse adiunctū aliqui tenuerunt, decis. 79. pag. 345. n. 11.

Domi-

INDEX.

Dominus feudi in cauſis feudalibus facultatem habet nominandi Iudicem deciſ.79 pag.346.n.14.

Fideiuſſor.

Fideiuſſores de repreſentando in criminalibus ſolum ſuæ obligationi ſatisfaciunt exhibendo corporalem rei præſentiam, ita ut fugam non accipiat, comp.pract.pag.22.n.14.

Pro præſentando reo requiſiti decem habent dies priuſquam contra eos executio decernatur, comp.practic. pag.171.n.6.

Reo capto liberantur, comp.pract.pag. 200.n.7.

Fides.

Fidem fallere humanam crimen grauiſſimum, deciſ.40.pag.12.n.27.

Quando ſit ſeruanda, ibid.remiſſiuè.

Hoſti non frangenda, ibid.remiſſiuè.

Filius.

Filii an ſine patris conſenſu matrimonium contrahere valeant, deciſ.42. pag.63.num.15.remiſſiuè.

In patria poteſtate conſtitutus, ex ſola inſtantia patris abſque proceſſu poteſt de mãdato Iudicis capi, non verò ex ſola inſtantia matris, vel aliorum propinquorum, comp. practic. pag.6.n.1.

Iudex non poteſt ex officio procedere contra filium delinquentem adverſus patrem, ibid.n.2.

Filius non admittitur ad accuſandam iniuriam patri factam, nec ad eam remittendam, comp.pract.pag.340. n.6.

Patre negligente honorem familiæ, & ſic omittente, agere tunc filius, & quilibet conſanguineus ad accuſandum admittitur, ibid.

Vide *Delictum.*

Fiſcus.

Eſt legitima inſtantia ad ea quæ popularibus actionibus exercentur, deciſ.43.pag.80.n.16.

Fiſci procurator nequit recedere à ſenſu Advocati Fiſcalis, deciſ.45.pag. 90.n.5.

Fiſcus agens ad pœnam ſuſceptã à reo in caſu non impleti pacti voluntarii non tenetur contraventionem probare, ſed ſufficit negare promiſſionẽ adimpletam fuiſſe, deciſ.49.pa.126. num.4.

Fiſcus, ſive reus, ſive actor attrahit ad ſuum conſiſtorium omnes cauſas, deciſ.60.pag.215.n.48.quod limitatur in fiſco contra fiſcum, ibid. Vide *Aduocatus.*

Eſt Iudex in cauſa propria, ibid.

Abſque poſſeſſione non litigat, in his quę Regi, ut tali à iure conceduntur, deciſ.82.pag.363.n.9. de qua regula latè per totam deciſ.

Attrahit ad ſe priuatum, ſeu partem tãquam minus dignam, deciſ.97. pag. 452.n.6.

Flumen.

Flumina, littora, & ripę ex totius orbis obſeruantia, quæ in Cathalonia viget, ſunt de regalibus, & in dominio Principum, deciſ.62. pag.235.n.23. declara, ut n.26.& pag.321.n.39.

Flumen an præſcribẽdi ſit capax, ibid. pag.370.n.36.& 371.n.37.

Fœmina.

Ratione pudicitiæ, & honeſtatis ſexus quas pœnas non ſubeat, comp.pract. pag.162.n.21.

Frumentum.

De frumenti, auenæ, aliorumque granorum prohibitione extractionis à Principatu DD. agentes, compila. pract.pag.329.nu.1.

Fundus.

Vide *Dominus.*

Fur.

Pro ſimplici furto, fur condemnatus an poſſit appellare, vel ſupplicare cum deciſ.Senatus remiſſiuè, deciſ. 43.pag.78.nu.9.

Fur

Fur dicitur etiam ille qui rem à tali via, vel loco ſubtraxit, & levavit, & qui animal aberrans occupavit tamquam ſuum, deciſ. 59. pag. 199. num. 6.

Non condemnatur ad damna, & intereſſe, ſi pœna mortis ipſi non irrogatur, ibid. pag. 201. nu. 15.

Compellitur quandoque ad reſtitutionem rerum furatarum per Reg. Criminale Concilium, etſi pœna ordinaria non plectatur, ibid. pag. 201. nu. 16.

Poteſt ordinaria ultione puniri non adiecta reſtitutione rei furtivæ perſonæ certæ, ibid. & tunc ut obtineat derobatus rem illam ſibi reſtitui neceſſe erit probare dominium plenè, ibid. pag. 202. nu. 17.

Ad puniendum furem non eſt neceſſe dominium rei furtivæ probari, benè verò ſi de rei reſtitutione tractetur, deciſ. 59. pag. 202. nu. 8.

Ad furem puniẽdum pœna ultimi ſupplicii æſtimatio fieri debet, ſed ad punitionem extraordinem certitudo arbitraria Senatus ſufficiens eſt, ibid. nu. 20.

Simplices fures, non poſſunt à ſententia contra ſe lata ſupplicare, compil. pract. pag. 81. nu. 2.

Furor.

Poteſt inſtante procuratore, ſeu coniũcta perſona probari, compil. pract. pag. 107. nu. 14.

Probatus ante delictum tempore delicti durare præſumitur incumbitque ſibi contrarium probare, compilat. pract. pag. 108. nu. 15.

Furtum.

Cõſtare debet de præexiſtentia rei furatæ in loco, & tempore commiſſi furti, & poſtea de illius deficientia ſaltem teſtibus domeſticis, aut coniecturis, deciſ. 59. pag. 199. num. 2. & 3.

Opus non eſt quod conſtet de præexiſtentia rei furatæ eadem die commiſſi furti, ſed ſufficit de ea docere per anteactum tempus, ibid. nu. 4.

Ad furtum concludendum an ſit neceſſaria dominii probatio, ibid. n. 5.

Qualis probatio in practica ſufficiat ubi dominus rei furtivæ nõ appareat, ibid. nu. 6.

Furti caſus diſputatus proponitur, ibid. num. 7.

Si ad ultimum ſupplicium pro furto imponendum requiritur ad certam ſummam ipſum aſcendere, debet fieri æſtimatio rerum furatorum, ibid. pag. 201. nu. 12.

Quid autem requiratur ad æſtimationem faciendam, ibid. nu. 13.

Cognito domino rei furtivæ identitas & dominium, ſive poſſeſſio iuſtificari debet ſecus verò eo non cognito ibid. nu. 14.

Vide *Corpus delicti.*

G

Galea.

DE galearum generibus figura, & ſignificatione, deciſ. 88. pag. 409. nu. 22.

Gratia.

Gratiæ quæ in contradictorio iudicio effectum habuere, non obſtante demanio enumerantur, deciſ. 76. pag. 326. nu. 22.

Gratiæ, & remunerationes debentur ſervientibus etiam cum ſalario, & qualiter ſint impartiendæ, deciſ. 77. pag. 330. nu. 4.

Vide *Princeps, Privilegium.*

Gubernator.

Vide *Caſtellanus.*

Guidatus.

Vide *Teſtis.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX.

H

Harmonia.

EX multis consonantiis, non ex eadem coalescit, decis. 51. pag. 145. num. 14.

Hæresis, Hæreticus.

Suspectus de hæresi vocatus si subterfugit habet contra se præsumptionē decis. 41. pag. 54. n. 49.

Hæreticus condemnatus in casu contumaciæ veniens ad sanctum Tribunal quandocumque auditur, & admittitur, ad suam innocentiam probandam, ibid. n. 50.

Homagium.

Undè originem trahit & similiter, *Homenatge*, decis. 48. pag. 120. nu. 39.

Qualiter præstetur, & quotuplex sit, ibid. remissivè.

Communi Hispanorum usu, verbum *Homenatge*, quid denotet, ibid. pag. 121. n. 40.

Homagio contrafaciens an incurrat pœnam periurii, ibid.

Homo.

Homines ad dissentiendum proclives naturæ impulsu experiuntur, decis. 43. pag. 77. n. 4.

Honor.

Honores, præcedentiæ & prærogativæ à Principe tanquam ab indefectibili fonte emanant, decis. 88. pag. 404. num. 3.

Civiliter, ac criminaliter urgeri valent usurpantes honores, ibid. pag. 405. num. 10.

Huius rei cura Advocato fiscali patrimoniali commissa est, ibid. pag. 406. num. 11.

Hypotheca.

Est tota in toto & tota, in qualibet parte rei hypothecatæ, decis. 94. pag. 437. n. 5.

I

Identitas.

REi, vel personæ peculiares, & certas exigit probationes, decis. 59. pag. 200. n. 10.

In pecunia, vino, oleo, grano, & similibus quomodo probetur, ibid.

Rei repertæ, ut probetur est facienda testi ostensio, compil. pract. pag. 43. num. 2.

Identitas rerum furatarum, ut facilius probetur legendum est testibus earum memoriale, comp. pract. pag. 44 num. 3.

Immunitas.

Ad perdendam immunitatem ecclesiæ sufficit semiplena probatio, decis. 50. pag. 133. n. 3. & pag. 139. n. 28.

Vide *Reus.*

Immunitatis articulus, vel fori incidēter discutitur, ibid.

Vide *Clericus.*

Quotiescūque declaratur quod extractus ab ecclesia gaudet illius immunitate, evadit immunis, & absolutus ab omnibus delictis, ex observantia Principatus, decis. 54. pag. 165. n. 1.

Et limita, ut n. 2.

Immunitas ecclesiastica non læditur si Clericus testificari volens coram Iudice laico non admittitur nisi servatis solemnitatibus & stylo Tribunalis secularis, decis. 58. pag. 195. num. 21.

Voluntariè exiens ab ecclesia, eius immunitatem allegare nequit, decis. 66 pag. 261. n. 4.

Vide *Ecclesia.*

Impeditus.

Juridicè impedito non currit tempus, decis. 99. pag. 459. n. 2.

Imprimere.

Vide *Liber.*

INDEX.

Impunitas.

Promiſſa reo qui ad eccleſiam confugit, & eius immunitate gaudet, an, & quando ei ſervanda ſit, deciſ. 66. pag. 260. n. 1. & 2.

Vide *Confeſſio.*

Deciſio ad intentum prolata, ibid. n. 3. & pag. 261. n. 4. & 6.

Impunitas promiſſa pagano per Præfectum Generalem, Exercitus an ei profit, ibid pag. 262. n. 10. & pa. 263. num. 11.

Promiſſa à iudice qui nequit delicti gratiam concedere nō prodeſt, ibid. num. 12.

Impunitatem promittere ſonti, & poſtea eum punire ſeductionem eſſe, & proditionis genus affirmatur, deciſ. 67. pag. 268. n. 8.

Impunitas per verba à Iudice prolata, *que farà per ells tot quant podrà*, non cenſetur promiſſa, nec in aliquo reis prodeſt, ita Senatus deciſ. 67. pag. 265. n. 1. & 2. & pag. 266. n. 3.

Qualiter in Reg. Concilio impendatur ad detegenda crimina, compil. pract. pag. 358. n. 10.

Impunitas per præconia promittitur aliquoties revelanti delictum, tametſi in illo comprehendatur, exceptis principalioribus ſontibus, ibid. num. 11.

Impunitatis promiſſioni aliquoties pactum adiicitur, ſi ita expedit, ibid.

De teſte deponente ſub ſpe impunitatis quam fidem faciat, comp. practic. pag. 356. n. 5.

Indicium.

Sub illius nomine ſolum argumenta ea veniunt quæ ultra formalē rei aſpectum ex aliis coniecturis concipiūtur, non autem teſtes de viſu, deciſ. 40. pag. 5. n. 1.

Judicare ex ſolis indiciis, & iudicare cum teſte de viſu, & indiciis inter ſe differunt, ibid. pag. 6. n. 2.

Indicia omnia pagina complecti nemini eſt datum, ibid. n. 3.

Quædam ſunt indubitata, & quædam dubitata, ibid. n. 4.

Sunt quædam proxima delicto, & quædam remota, & qualia ſint, ibid. & pag. 7. n. 5.

Diſtinctio inter indicia proxima immediata & proxima non immediata ab Auctore reprobata, ibid. n. 6.

Nullum eſt indicium quod in ſua ſpecie probatū dici valeat abſque duobus teſtibus, ibid.

